SALMERÓN

Commentar.

In Epistolas

D. Pauli.

et Canonicas.

3 – 9

A
7-405

3-a-6

-3

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 15
Tabla
Número 271

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estant.. 7
Numero: 405

3-6-758

No

14 241

Del Collegio dela Compª de Jesus de Granada.
R-5052
(1)

ALFONSI

SALMERONIS TOLETANI,

SOCIETATIS IESV THEOLOGI, DISPVTATIONVM IN EPISTOLAS DIVI PAVLI

TOMVS TERTIVS. 1ª De Scrit.ª

In quo alij duo libri continentur.

Septimus in vtramque epistolam ad Timotheum, ad Titum, & Philemonem. Octauus in Epistolam ad Hebræos.



Anno 1602.

CVM PRIVILEGIO.

Madriti, Apud Ludouicum Sanchez.

Ex commiss.ª S.ti Tribunalis sic liber correctus est iuxta Expurgatorium anni 1707.

Emmanuel Padilla

Biblioteca Univ. Granada



DISPVTATIONVM IN OBSCVRIORES LOCOS PRIORIS EPISTOLÆ AD TIMOTHEVM LIBER VII.

DISPVTATIO PRIMA.

In qua disseritur de Epistolæ argumento, & de ipso Timotheo; & de loco, & tẽpore scriptionis eiusdem.

Episcopus qualis esse debeat.

QVOD attinet ad argumentum huius Epistolæ, breuiter asserendum est, aliud non esse, quàm Episcopi institutionẽ vt Episcop⁹ est, & cõsequẽter ipsius Ecclesiæ, quæ ad Episcopi sui formam erudiri debet; quemadmodùm Episcopus ad formam & exemplar Christi est conformandus. Ille siquidem qui personam doctoris, vel Episcopi in Ecclesia sustinet, duas Pauli Epistolas ad Timotheum, & illam etiam ad Titum, ante oculos habere debet, vt scitè, & eleganter Augustinus libro quarto de Doctrina Christiana Capite decimosexto admonuit; & ante eum Tertullianus libro quinto in Marcionem; asserit namque, has tres epistolas de Ecclesiastico statu compositas. At verò si his adiũgas libros

B. Aug. to. 3 sub initium

Eiusdẽ variæ institutiones Patrum.

Chrys. t. 5. Ambr. to. 4. Greg. to. 2. in principio

sex Chrysostomi de Dignitate Sacerdotali ad Basilium, cum libro eiusdē argumenti à B. Ambrosio editum, & librum Pastoralis à B. Gregorio conscriptum, & quinque libros D. Bernardi de Consideratione ad Eugeniū Papam, perfectam, & omnibus numeris absolutam ideam & formam boni Episcopi, & muneris eius lector inuenire poterit. ¶ Has verò tres Epistolas integras Marcion, & Basilides repudiauerunt, testibus Tertulliano libr. 5. in Marcionem, & Hieronymo in Proœmio Epistolæ ad Titū: & hoc quidem nulla reddita ratione, sed autoritate tantùm, vt ait Hieronymus, hæretica. Vnde dæmon, qui per illos loquebatur, insinuare voluit, se odio habere eam doctrinam, ex qua totum Ecclesiæ bonū pendere solet. In his enim Epistolis tradit, quid sit, & quemadmodùm alijs præcipiendum, vt Ecclesia Episcopis credita in officio contineatur, & nemo muneris sui ignorantiam obtendere valeat. Cùm enim Apostolus Ecclesiarum omnium curam gereret, vt ipse de se testatur, earumque progressum promoueret, Timotheum Ephesiorum Episcopum creauit. Etsi enim ætate iuuenis esset, prudentia tamen, & morum maturitate maiores ætate antecellebat, & ad eum hanc direxit Epistolam, quò eum de muneris sui ratione non tantùm exemplo & verbo, vt olim fecerat, sed etiam scripto perpetuò commonefaceret, quo in vno Timotheo Episcopos, Doctores, & animarum pastores erudiret vniuersos. Nam hæc est breuis, & compendiosa methodus Ecclesiæ reformandæ, si caput eius, & princeps, qui illi præest, repurgetur priùs & reformetur.

Marcion, & Basilides qua autoritate, Pauli Apostoli ad Timotheum vtrāque, & illam ad Titū epistolas refutauerint.

Textul. par. 1. circa medium.

B. Hieronym. tom. 9.

Quid illæ epistolæ contineant.

2. Cor. 11. 1. Tim. 1.

Timothei virilis iuuētus, ad eum eur hanc scripserit epistolā.

Et primo quidem loco, vt hæreticis serpentibus se opponat, & quosdam inanium quæstionum suscitatores, & noxios veteris Legis defensores coërceat, illi præcipit. Erāt enim permulti, qui fideles Christi ad Iudaismum iam per Christum Dominum extinctum perniciosè reuocabant. Deinde de orationibus, & deprecationibus faciendis in Ecclesia, tum pro omnibus hominibus, tùm pro certis, & peculiaribus; vt pro Regibus, & Principibus, & omnibus in dignitate cōstitutis, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate erudit. Tertiò præscribit honestatem, & moderationem vestitus, & ornatus muliebri sexui, & docendi ministerium illi interdicit. Quartò, quales Episcopi sint promouendi, & quales presbyteri, & diaconi esse debeant, per totū tertiū Caput docet. Quintò prædicit, peculiares quorundam hæresum autores affuturos, quò ita admonitos iacula præuisa minùs feriant, minusque illorum aduentu perturbentur. Hortatur præterea Timotheum ad studium pietatis amplectendum, & qua ratione, & via ad singulos hominum status se habere debeat. Iuniores viduas fugiendas esse, & eos qui bene præsunt presbyteros, ampliori honore cumulandos, & ne facilè quosuis ad sacros Ordines admittat, edicit. Postremo Capite de temporalibus præscribit negotijs: vult enim, vt serui dominis suis, & infidelibus debitam reddant cum omni honore operam, & seruitutem: Auaritiam abominatur, vt omnium malorum incitamentum, & fomentum: demùm diuites ad cœlestes diuitias comparandas adhortatur.

Breuis & cōpendiaria ad Ecclesiæ reformationē via.

Primi Capitis argumentum.

Secundi.

Tertij, & quarti.

Quinti.

Sexti ac postremi argumentum Capitis.

Iam de Timotheo dicendum. Duo Timothei exercituum duces extitêre contra populum Dei, & quibus etiam pessimè accidit: de quibus primo Machabæorum quinto, & secundo Machabæorum octauo, nono, decimo, & duodecimo. Fuit & Timotheus Athenienſis Cononis filius, de quo Cicero libro primo Officiorū, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit & alius Athenienſis Comicus, & autor mediæ comœdiæ, ex cuius fabulis citat Athenæus. Fuit & alius Timotheus Milesius, qui decimā, & vndecimā chordā lyræ addidit, & duplo maiorē exigebat mercedē ab his quos alius instituisset in musica disciplina; simplicē

Timotheos sacra & profana quos cōmemoret historia.

Cicero.

Athenæ. autor.

ab ijs, qui ab alio nequaquam instituti ad eum accedebant. Fuit & alius Timotheus sculptor nobilissimus, vnus ex ijs, qui mausolæum cęlauerunt.

Ad quem Apostolus, & doctor Gentiũ scripsit, quis fuerit hic Timotheus. *1.Tim.2. Actor. 18.*

Sed his omnibus longè prestantior est Timotheus Pauli Apostoli discipulus, & martyrio clarus, præsulque Ephesinus, patria Lycaonien-sis, ciuis Lystrẽsis, siue Derbensis, vt habemus Actor.16. vir boni testimonij, & discipulus, qui iã Christũ per fidem nouerat, antequam assumeretur à B. Paulo in ministerium: Pauli autem nõ solùm auditor, & adiutor, sed etiam teste Origene in 16. caput ad Rom. cognatus.

Origenes tom. 1. An ille fuerit Ephesinꝰ Episcopus.

Sed dubium est, an Episcopus fuerit Ephesinus: nam etsi ibi prædicauerit, & ministros Ecclesiasticos ordinauerit, non efficitur quòd fuerit Episcopus eius loci. Nam etiam Paulus ibi prędicauit plusquã per biennium, & fidelium confitentium peccata absoluit, nec tamen fuit Episcopus. Adde, quòd interdum eum abducebat, & ad se Paulus reuocabat, & ex vrbe misit eum cum literis ad Hebræos; & posteriori Epistola eum ad se quam primùm venire iubet. Erat etiam Euangelista ex illorum ordine, de quo ad Ephes. 4. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos quosdã autẽ Prophetas, alios verò Euangelistas*; ita vt Dorotheus in sua Synopsi tradat quòd prędicauerit per vniuersã Hellada. Sed dimissus est Ephesi, nõ vt ibi addictus esset Episcopus, sed vt Ecclesia Ephesina constituta, opponeret se pseudapostolis. Ego, inquit, Apostolus, scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Videtur ergo, quòd fuerit plusquam Episcopus; etiamsi ad tempus in ea ciuitate vt pastor prædicauerit, & alios ad sacros ordines promouerit, vnde quidam vocant eum Episcopũ Ephesiorum, nempe in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorũ, Sophronius.

Actor.19. Ibidem.

2. Tim.4.

Ephes. 4.

Doroth. Episc. Tyri. 1.Tim. 1. Timotheus Pauli iussu cur remanserit Ephesi. *Actor.20.*

Sophronius Episc. to. 1. operum D. Hieronymi. Timotheum quãti fecerit Areopagita Dionysius.

Spectat etiam ad summam laudẽ Timothei, quòd omnia opera Dionysij Areopagitæ in lucem edita dicantur, & nuncupantur vni Timotheo pontifici, tam Græcè, quàm Latinè, & in quadam epistola ad Titum ait: *Sanctus quidem Timotheus, honestissime Tite, nescio an aliquid scripserim de theologicis signis, cuius ille ignarus abscesserit.* Idem Dionysius libro de Diuinis nominibus, Capite tertio, ad Deiparę Matris funus conuenisse cum discipulis Christi testatur, & repetit Nicephorus Callistus libro secundo Historiæ Ecclesiasticę, capite vigesimo secundo, & libro decimoquinto, Capite decimoquarto in fine. Extat eiusdẽ Dionysij ad Timotheum epistola de Martyrio Apostolorum Petri, & Pauli; sed multorum iudicio reprobata est & reiecta. Et eius epistolæ (cùm cæteras omnes enumeret) nõ meminit etiam Suidas, quamuis liber inscriptus, Viola Sãctorum, aliter sentiat.

Dionysi. Areopagita epist.9. in principio.

Idem.

Nicephorus Callistus.

De Dionysij ad Timoth. de martyrio Apostolorũ Petri & Pauli epistola quid sentiendum.

Fuerunt post Timotheum Pauli discipulum, præclari viri Timothei vocati. Est namque Timotheus autor elegans, qui ad vniuersam Ecclesiam scripsit libros quatuor, quibus docet, Christiani hominis officium esse, dum viuit, diuitias mundi pro Dei honore contemnere: cuius stylus redolet Saluianum Episcopum Massilienssem. Est & alius Timotheus, qui Antiochia Romam venit sub Melchiade, & inclytus ibidem martyr effectus, iuxta beatũ Paulum Romę sepultus est. Fuit & alius Timotheus diaconus Athanasij, qui in Concilio Patrum Tyri cõgregato, calumnię meretriciæ fuit depulsor, vt Ruffinus ait libro decimo, Capite decimoseptimo Historię Ecclesiasticæ. Sunt præterea & alij martyres, & Confessores egregij, de quibus consule, si vis, Martyrologia Venerabilis Bedę, Vsuardi, & aliorum.

Timothei in Ecclesia qui fuerint insignes, & valde memorabiles.

Ruff. apud Euseb. Cæsarien. t.2.

Iam verò noster Pauli filius & discipulus Timotheus natus fuit ex Iudæa fideli muliere, patre verò Gentili. Ipse tamen errores Gentilium & Iudæorum ex ęquo declinauit: à

Timothei Lystrensis genus.

Ibidem.

Paulo etiam, nec offenderentur Iudæi, vel Gentiles, prius circumcisus fuit, quàm in comitatum suũ assumptus esset: de quo multa habes Actor. 16.17.18.19.& 20. Paulus etiam eum commendat ab auia sua Loide, & ab Eunyce matre sua. Laudat etiam eũ, quòd ab infantia liberalibus studijs, & sacris literis vacauerit, vt habetur 2. Timoth. 1. & 3. totque inscriptionum Epistolarum Pauli communione honestatus fuit. Nam in 2. ad Corinth. ad Philippen, & Colossenses, & vtraque ad Thessalonicens. & ad Philemonem, eius fit mentio in principio Epistolæ, tanquam dictantis illam, & mittentis: ad Rom cap. 16. eius salutationem ad illos mittit: *Salutat vos*, inquit, *Timotheus, adiutor meus.* Corinthijs scribit; *Misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Iesu*, & rursus: *Si venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos. Opus enim Domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat.* Ad Philippẽ. 2. *Spero in Domino Iesu, Timotheum me cito mittere ad vos; vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. Experimentum autem cognoscite, quia sicut patri filius, mecum seruiuit in Euangelio.* Demùm. 1. Thes. 3. *Misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra.*

2. Tim. 1. Hic quam celebris apud Paulum

Rom. vlt.

1. Cor. 4.

Infra vlt. Pauli de eodẽ honorificatestimonia

Philip. 2.

1. Thes. 3.

Rectè autem Timotheus (quod Græcum est verbum) interpretatur Honor Dei, vel Honorans Deum, vel Honoratus à Deo: Non enim quis potest honorare Deum, nisi qui Dei donis, & priuilegijs honestatus sit. Debet etiam Prælatus omnis, & animarum pastor, honor esse Dei, vt ipse sua vita, & doctrina inferioribus præluceat, ad hoc, vt honorem Deo tanquam Patri per Christum debitum reddant vniuersi.

Timothens quid sonet.

Sublato autem Paulo per Neronẽ, cum Ioanne Euangelista versatus est, & in celebri quodam Ephesinæ Dianæ festo, cùm populus fureret, & sacrificare illi vellet, impium sacrificium offerendum prohibuit, ex qua causa lapidatus fuit. Etsi quidam Timotheum enumeret inter septuaginta Discipulos Domini: quod mihi incertum, & falsum videtur: quia erat Lystrẽsis, & patri Gentili natus, & incircumcisus, nec Hippolytus martyr eum inter septuaginta Discipulos collocat, & asserit in Illyricũ vsque prædicasse Euangelium per vniuersam Hellada; vbi & mortuus, & honorificè sepultus est. Vnde multo pòst Constantius Constantini filius Imperator, vt refert Simeon Metaphrastes, vel, quod potius, & verius esse videtur, Constantinus Magnus, vt in Vigilantium scripsit Hieronymus, Reliquias eius asportauit, & Cõstantinopolim transtulit. Eius hæc sunt verba: *Sacrilegus fuit Constantinus Imperator; qui sanctas Reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij illorum se sentire præsentiam confitentur?*

Timotheus cui tandem adhæserit.

Tertius propositus labor fuit disserere de loco, & tempore, quo scripta est hæc Epistola, & missa. Ad primum de loco dicimus, satis constare ex codicibus Græcis, quòd in Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianę, aut vt Oecomenius habet, Phrygiæ, & Pacatianæ. Theodoritus verò tantùm legit, Phrygiæ. Miratur autem Beza, nullum ex antiquis scriptoribus mentionem fecisse Pacatianæ Phrygiæ. Sed nos miramur de eius admiratione, quasi ipse omnes autores legerit, aut quasi lectos in memoria semper retineret, aut quasi insolitum sit Prouintias nomina sua progressu temporis mutare.

De tempore verò non satis constat, quo Timotheus constitutus est Episcopus Ephesiorum. In libro Actuum Apostol. bis tantùm legitur Paulus venisse in Macedoniam, in qua profectione cum alijs videtur Timotheus comes Pauli fuisse: dicitur

Eum de 70. non fuisse discipulis, quę ratio persuadeat. *Hippoly. in synopsi.*

Symeon Metaphrastes.

Hierony. ante med. t. 4.

Vnde scripta hæc prior ad Timoth.

Oecum. in fine. Theodorit. part. 2.

Notatur Theodorus Beza.

Quo tẽpore scripta.

Actor. 20.

enim ibidem: *Cùm in Græcia fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ a Iudæis nauigaturo in Syriam, habuitq; cõsilium vt reuerteretur per Macedoniam. Comitatus est eum Sosipater Pyrrhi, Beroensis, Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secundus, & Caius Derbeus, & Timotheus. Asiani verò Tychicus, & Trophimus.* Non videtur ergo tunc dimissus Ephesi Timotheus, ad quem amplius posset dare literas ex Laodicea: ob quas causas recens quidam autor scripsit, hanc epistolam posteriorem esse ea quę est ad Colossenses, in qua capite. 2. scripsit Apostolus, eos faciem eius in carne antea non vidisse; quam tamen epistolam certum est fuisse missam ex Vrbe, cùm esset in vinculis. Sed postquam ex vinculis à Nerone est dimissus, redijt in Asiã: & cùm præfecisset eum Ecclesiæ Ephesinę, tunc scripsit hanc priorem ad Timotheum, cùm versaretur in Laodicea.

Quibus rationibus adducti quidã recentiores, epistolam ad Colossen. & Timotheum & ista faciãt priorem, & antiquiorem *Coloss. 2.*

Verùm hæc sententia dificultatem non vulgarem habet, & voluntariè & sine ratione asserta videtur. Sequeretur enim, quòd posterior ad Timotheum sit scripta ex vrbe ante priorem ad eundem, & ita inuersus esset illarum duarum epistolarum ordo, prima enim esset secunda, & secunda rursus prima. Nec solidum est, non fuisse ab eis visam Pauli faciem: quia potuit per Laodiceam Phrygiæ transire, & ibi non prædicasse, & ex eo loco transmisisse illam epistolã: quemadmodùm etiam Actor. 6. dicitur Apostolum pertransijsse per Phrygiam, & Galatię regionem, nec Mysiã, nec tamen euangelizasse scribitur. Chrysostomus hoc loco ait: *Dignum verò inquisitione est, an modò (scilicet post quæstionem cum Demetrio argentario) illic Timotheum præsulem constituerit* Hæc ille. ¶ Huic rei fauet, quòd post illum secundum reditũ Pauli in Ephesum non legitur quicquã aliud in Actis Apost. de Timotheo. Fauẽt etiam illa verba: *Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi*, quę videtur insinuare, Paulum, & Timotheum simul fuisse Ephesi, quandiu ipse nouam, & distinctam à duabus prioribus adornaret in Macedoniam profectionem: sicut priùs antequã Romam veniisset, bis fecerat. Et illo manente Ephesi, Paulus pergens in Macedoniam, venit in Laodiceam Phrygiæ. Vbi commoditatem scribendi hanc epistolam habuit, & scripto cõsignandi quæ priùs verbo tradiderat. Etsi verũ est quod Metaphrastes de B. Ioanne Euangelista scripsit: Paulus non reliquit Timotheum Episcopum Ephesiorum, sed ad tempus cum potestate subrogauit, vt munia Episcopalia priùs à se ordinatus, & consecratus exerceret: posteà verò eum secutus est Romæ agentem, & ex Vrbe eum ad diuersas Ecclesias misit: & vt breuî ad se rediret, præcipit in secunda.

Illud tamen non dissimulabo, in vno codice Roberti Stephani haberi in fine huius Epistolæ, Ἐγράφη ἀπὸ Μακεδονίας, & expressit Frobenius in Græco argumento, quod huic Epistolæ præfixit.

B. Chrysost. hom. 1. in 1. ad. Tim. c. 1 ante med. tom. 4.

Actor. 19.

Tertia, & postrema.

1. Tim. 1.

Prima ratio cofutationis huius sententiæ.

Secunda diluens rationẽ oppositã.

Actor. 16.

Timotheum quare reliquerit Ephesi Paulus, teste Metaphraste.

1. Tim. 1.

2. Tim. 4.

DISPVTATIO II.

In illa verba primi Capitis: *Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, cùm irem in Macedoniam, vt denuntiares quibuſdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, &c.* vſque ad illud: *Gratias ago ei, qui me confortauit in Chriſto Ieſu.*

CIRCA Salutationem, qua vſus eſt Apoſtolus in hac epiſtola, non eſt nobis immorandum, cùm illam explicatam primo libro reliquerimus. Circa alia verò primum dubium eſt, quare illi aduerbio, Sicut, nõ eſt aliquid reſpõdens, quod orationem compleat: vnde & ecliptica, ſiue defectiua videtur locutio, & aliquid neceſſariò eſſe ſupplendum ad integritatem orationis. **Prima dubitatio.**

Secunda. Secundum, quando, aut vbi Macedoniam profecturus, rogauit Paulus Timotheum vt remaneret Epheſi. **Tertia.** Tertium, cur rogauerit Timotheum filium ſuũ chariſsimũ, cùm ei multis modis, cùm eſſet Apoſtolus, poſſet præcipere. **Quarta.** Quartum, quid eſt denuntiare quibuſdam ne aliter vel aliud docerent, quod vno verbo Græcè dicitur ἑτεροδιδασκαλεῖν. **Quinta.** Quintum, quæ ſunt iſtę fabulæ, & genealogiæ interminatę: videtur enim Apoſtolus à ſtudio genealogiarum, quæ ſũt in Scripturis, dehortari, cũ iſtæ ædificationem magis, quàm quæſtiones præſtent. **Sexta, & ſeptima.** Sextum, quid eſt quod aduerſatiuè ait: Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro &c. Et cui aduerſatur hæc clauſula. Septimum, quomodò lex poteſt nunc eſſe bona; quæ iam per Chriſti mortem extincta fuit, & quomodo rei mortuę poteſt eſſe vllus bonus vſus. **Octaua.** Octauũ, quomodo aſſerit legem iuſto non eſſe poſitam: cùm & Angelis, iuſtis & primis parentibus ante peccatum lex poſita fuerit? imò ipſe fons iuſtitiæ Chriſtus ſine lege, & præcepto non fuit. Et an verus ſit Hæreticorũ noſtri ſeculi ſenſus, legem non eſſe poſitam iuſtificatis, qui iam per fidẽ iuſtitiam aſſecuti ſunt. Videtur etiã cõtradicere, quòd lex ſit bona, & nõ ſit iuſto poſitã. *Geneſ. 2. Ioan. 12. Infra 14.*

Nona. Nonum, quare proponit ſuam veterem conuerſationem, qua perſecutus fuit Eccleſiá, & quid eſt Deum fidelem exiſtimaſſe; & quomodò miſericordiam ſit conſecutus ex eo quia ignorãs fecit in incredulitate. **Decima.** Decimũ, ſi Chriſtus Ieſus venit peccatores ſaluos facere; nullis ergo exiſtentibus peccatoribus, nec Adæ delicto, Chriſtus non veniſſet. Tolle morbos, & medicamine non erit opus. Sicut alibi dicit Dominus: *Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat.* *Luca 19.* **Vndecima.** Vndecimum, quomodò Apoſtolus auder ſe omnium peccatorum primum vocare, cùm tamen ipſe tunc ſanctus eſſet, & in perſequẽdo Chriſto, & Eccleſia alij eſſent deteriores, qui ex malitia, & obſtinatione veritati agnitæ repugnabant, ipſe verò ex zelo peccauerit, & per ignorantiam: vnde & miſericordiam ſe aſſerit conſecutum. Dubitatur etiam an hoc attineat ad veram humilitatis virtutẽ, cùm quiſque etſi maximè ſanctus, ac iuſtus, exiſtimet tamen, &

confiteatur se cunctis hominibus deteriorem. Duodecimum, quid est dicere, ad informationem eorum, qui credutiri sunt; cùm Græcè dicatur, πρὸσ ὑποτύπωσιν quod vetbũ multo est significãtius. Decimumtertiũ, quomodo Deꝰ est solus Rex seculorum, solus immortalis, & inuisibilis, solus sapiens, cùm etiam nostrum sit tempus, & seculum, & fructum in illis faciamus, iuxta illud: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi*, & alio loco, Seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Angeli etiam, & animi nostri sunt inmortales, & sub aspectum non cadunt. Sapientia etiam communis est Deo, & Angelis, & hominibus. Decimumquartum dubium est, quæ sint illæ præcedentes in Timotheo prophetiæ, & quales, in quibus sit militandũ Decimumquintum, quid est habere fidem, & bonam conscientiam, sine qua quidam naufragauerunt à fide. Postremum, quid est Hymenæum, & Alexandrum traditos esse Satanæ vt discant non blasphemare: videtur enim obscurum esse dictum, & potiùs traditos ad acerbiùs blasphemãdum, quàm antè fecerãt. Hęc omnia continentur primo Capite. Et ad quædam horum grauiora dubia latiùs respondebimus; ad alia leuiora & breuiora, vt par est, breuiùs responsum est dandum. Etquoniam plura sunt hæc dubia, quàm vt vno Tractatu vel Disputatione absolui possint, expediens erit in duos Tractatꝰ absolutionem harum quæstionum secare.

Primæ igitur dubitationi varijs modis quidam satisfacere tentant. Caietanus asserit non esse defectiuã locutionem, nec aliquid supplendũ, sed in fine Capitis addi ab Apostolo respondentem particulam, nempè hoc præceptum quod mando tibi. Vt sit sensus: Sicut rogaui te, ita hoc præceptum commendo tibi. Cætera omnia ait esse per parenthesim legenda, ad explicandum necessitatẽ præcepti. Sed mihi dura, & intolerabilis videtur tanta parenthesis. Nec opꝰ erat Timotheo familiari filio charissimo, & discipulo tãta explicatione præcepti, quia omnia verba Pauli tanquam amantissimi sui parentis, strictissima mandata accipiebat.

Deinde alij interpretantur καθὼσ idem esse quod ἕτωσ id est, sicut pro vita, vel in, vt sit sensus: Sic rogaui te id est, ea lege, & pacto, vt remaneres Ephesi, vt denuntiares quibusdam, &c. Et sic nihil esset supplẽdum. Sed nullum video huius rei ex Scripturis exemplum produci.

Tertiò alij putãt esse eclipsin Paulo consuetã, & familiarem: vt 2. Cor. 5. *Siue enim mẽte*, inquit, *excedimus* (vbi Græcè habetur, insanimus) *Deo* scilicet excedimus: *Siue sobrij sumus* (vbi Græca habent, sani sumus mente) *vobis*, scilicet sobrij sumus. Etcap. 1. eiusdem epistolæ; *Siue tribulamur, pro vestra exhortatione* (scilicet tribulamur) siue consolamur, pro vestra consolatione (scilicet consolamur:) siue exhortamur, pro vestra exhortatione, & salute, scilicet exhortamur. Ita hoc loco: *Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi, cùm irem in Macedoniam*, scilicet maneto. Vel: Sicut te rogaui ita nunc te rogo, ita facis.

Ad secundum, quando fuerit profectus Paulus in Macedoniam, priori Disputatione expeditum fuit. Ter enim cõstat ex Actis Apostolicis Paulum in Macedoniam venisse, primò Act. 16. secundò Act. 19. tertiò Act. 20. quando videlicet prẽmissis comitibus suis in Troadem, ipse decreuit propter insidias sibi factas in Achaia non recto itinere cum reliquis venire, sed rursus per viam Macedonię reuerti in Troada, vbi & socios consecutus est. Sed de hac refusiùs dictum est superiùs.

Tertio dubio respondemus: Verbum rogaui, Græcè est παρεκάλεσα id est, precatus sum; vel hortatꝰ sum; vtrumque enim significat, & vtrumque etiã fecit, & blandissimo sermone & humili vsus est Episcopus coepiscopo. Et verisimile est Timotheũ, vtpotè iuuenem, & aliquomodo pusillanimen, curam Episcopatus detre

Duodecima.

Decimatertia.

Lucæ 19.

Psal. 89.

Decimaquarta dubitatio.

Decimaquinta, decimasexta, ac postrema.

Ad primum dubium. Hucparticulæ aduerbiali: Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi, &c. quid respondeat. *Caietanus.*

Solutio Caietani reijcitur

Secunda.

Tertia magis solida.

2. Cor. 5.

Supra 1.

Secũdæ quęstionis solutio.

De tempore profectionis Pauli in Macedoniam.

Actor. 16.

Infra 19.

Infra 20.

Ad tertium dubium.

Cur Paulus Timotheum rogauerit vt remaneret Ephesi, non iusserit.

2. Tim. 1.

ctasse; vt tãtę prouintiæ imparem, & maluisse Paulum sequi: quod cum lacrymis eum fecisse testatur Apostolus in secunda ad eum Epistola: *Desiderans* inquit, *te videre; memor lacrymarum tuarum, vt gaudio implear.* Rogat ergo, vt doceat; Episcopis non esse statim ad præcepta recurrendũ, vbi adest prõptum, & paratum obsequium, nec ad interminationem excommunicationis: nec alijs censuris ac pœnis premebat. Rogauit autem; vt tanquam Pontifex remaneret Ephesi loco sui, quod ipse absens prę stare non poterat: & ad illud quod volebat, exigendum ab eis, non satis erat Epistola ad eos missa, quia plerũque literas absentium solent parui facere: ideò opus erat præsenti aliquo ministro, qui locum Pauli sustineret. Et illud verbum Græcum, προσμεῖναι, quod interpres Latinus vertit, remanere, residentiam Episcoporum in Ecclesijs suis, vt debitam ac necessariam ostendit, quocunque id iure exigatur ab eis. Nam sicut Diuino iure præcipitur confessio peccatorum, sumptio Eucharistiæ, & ieiunium omnibus præscribitur, & Prælati iubentur pascere Ecclesiam suam: modus tamen confitendi, & Eucharistiæ sumendi, & ieiunij tempus, & modus ab Ecclesia determinatur, ita vt fiat ius canonicum, Ecclesiasticum, siue Pontificium: ita etiam assidua residentia habet præceptum Canonicum, & Põtificium, & admittit interdum legitimas excusationes: Vt ire ad Synodum œcumenicam, venire ad Pontificem, vel ad Regem vocantem, accedere ad Episcopatum proximum à Pontifice commendatum, secedere etiam ad tẽpus ratione aëris infecti, vel infirmitatis propriæ arcendæ. Et ita modus residentiæ non potest dici iuris Diuini, sed Canonici, etsi pascere gregem, semper sit iuris Diuini. Paulus etiam Timotheum plerunque ad se accersiuit, & ad alias Ecclesias à sua illum amandauit, & ita residentiam vt ius Canonicum tractauit.

Episcopi rogent potius, quã iubeant quando.

Timotheus cur debuerit Ephesi remanere.

Quo verbo Apostolus residentiã ostẽdat iuris esse diuini.

Residentia vt iuris sit Ecclesiastici, & Canonici.

In eam qui grauiter delinquant.

Grauissimè tamen peccant, qui nulla idonea, & necessaria de causa longè absunt ab gregibus suis, vt in aulis Principum degant, & otientur, vel ad Vrbem contendunt, vt ampliores, & maiores venentur dignitates. Vnde ait Alberstatensis Episcopus ante annos quingentos, scribens in illa Apostoli verba: *Primùm posuit Deus Apostolos in Ecclesia. Qui vice Christi positi sunt in Ecclesia, sicut ait Apostolus, Obsecramus per Christũ, id est vice Christi, reconciliamini Deo. Horum vice subrogati sunt Episcopi. Sed Apostoli ex præcepto Domini compellebãtur transire de regno in regnum, Episcopi verò suis in Ecclesiis auctoritate canonica residere iubentur ob vtilitatem sibi commissorum.* Hæc ille. Manus quoq; summi Pontifices alligare non possumus, quin possit ad maiorem Ecclesię Dei vniuersalis vtilitatem insignes aliquos Episcopos ad se vocare, & illorum opera vel apud se, vel apud Principes alios, quandiu opus fuerit, vti: quemadmodum Bernardus epistol. ad Mediolanenses satis ostendit.

Haymo in cap. 12. primæ ad Cor. sub finem.

2. Cor. 5.

Romani Põtificis circa residentiam autoritas, & potestas.

B. Bernard. epist. 77.

Hæc autem Tractatio de Residentia, ponit, Timotheũ Episcopum extitisse Ephesinum: constat enim Timotheum promotum à B. Paulo, iuxta illud, *Admoneo te vt resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum mearum*, &: Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Idem etiã permulti testantur & veteres, & recentiores autores. Nam Diataxis Apostolica lib. 7. cap. 47. Timotheum Ephesi Episcopum à Paulo ordinatum docet: cui successit Ioãnes à me Ioanne ordinatus. Idem tribuit illi Dorotheus, & Sophronius Ierosolymitanus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum. Idem prorsus asserũt Theodoritus, Oecumenius, atque Theophylactus, qui postremus in procœmio huius Epistolę scribit: *Si autẽ quærant, cur non hos prius in omni sapientia perfecerit diuina, ac postea Ecclesiis prefecerit, sed committens eis docendi munus, rursus illis scribat, ac perficiat; Discas ergo primùm, quòd nemo*

Timotheum asserentium fuisse Ephesinum Episcopũ, argumenta.

2. Tim. 1.

1. Tim. 5.

Clem. Rom. Dorotheus Episc. Sophron. in lib. de viris illust. tom. 1. operum D. Hierony. Theodorit. part. 2. Oecumen. Theophyl.

perfectus

perfectus sit, etiamsi doctor fuerit, cum & ipse in multis opus habeat institutione, atque ductu a perfectioribus: maxime verò in Ecclesia primùm recèns constituta haud facile erat Episcopum omnia per verbum ipsum effomare atque perficere. Adde Chrysostomum, qui in Proœmio huius Epistolæ hoc mouet dubium: *Verùm siquis*, inquit, *curiosè perquirat, quid sit cur Tito ac Timotheo tantùm ex omni Discipulorum numero scribat, cum Silas, & Lucas probati quoque, ac mirabili virtute præditi fuerint? Ait namque ipse, cum scriberet: Lucas solus est mecum: sed & Clemens vnus ex comitibus eius fuisse colligitur, cùm de ipso scribat; Cum Clemente, & cæteris coadiutoribus meis. Non id quidem ab re, aut incongruè faciet. Cuius ergo rei gratia Tito ac Timotheo tantummodò scribit? Quòd his iã Ecclesia gubernacula, curãque tradiderat, illos verò secum adhuc circumducebat.* Ambrosius quoque in hoc verbnm, Rogauit, ait, quòd Episcopum vt coepiscopus rogauit.

B. Chrysost. tom. 4.

Tito ac Timotheo cur solis Paulus scripserit inter cæs eius discipulos.

2. Tim. 4. Philip. 4.

B. Amb. t. 5.

Præter Scripturas & Doctores possumus idem rationibus euincere, Timotheum fuisse Episcopum. Primò, buia à Paulo confertur autoritas iudicandi de doctrina Euangelica, & de illis qui eam seruant, & de ijs qui attendunt fabulis, & genealogijs interminatis; quod propium est Episcopi munus. Secũdò, traditur forma eligendi ministros Ecclesiæ, & de conditionibus eorum, qui ad Episcopatus apicem promouendi sunt: quod non nisi a maiori potestate, vel saltẽ æquali in Ecclesia vnquam factũ fuit Tertio, datur potestas consecrandi: *Manus*, inquit, *citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Quartò, causę Episcoporum qui Presbyteri dicebantur, ad Timotheum deferũtur, de quibus: Aduersus presbyterum accusationẽ noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus: at Episcoporum causæ seruatæ erant cognitioni summi Pontificis, vel Archiepiscopi: nam à tempore Concilij Tridentini moderationem quandem accepit illa potestas Archiepiscopi super Episcopos. Quintò, quia iniuria videretur illata, & quidem grauis, Episcopo proprio Ephesiorum, si vllo ante se extitisset promotus, & hæc ad alium ministrum, & non ad propriũ Episcopum scripta fuisset epistola: ergo ante Timotheum nullus extitit. Quare potuit esse ad tempus institutus Episcopus, non tamen addictus, vel affixus loco: vt Paulinus presbyteratum acceptauit ab Episcopo Barcinonensi in Hispania, non ita tamẽ, vt affigeretur loco, & ciuitati Barcinonensi. Et hoc tantum euincere possunt rationes quas in priori Disputatione produximus ad probandũ fuisse Episcopum; atque ob eam causam non potuisse Apostolum vocare Timotheum ad alias Ecclesias visitandas, & vt ad se Romam vsque veniret. Potest etiam verum esse, quòd à Iohanne Euangelista in exilium eunte relictus sit Episcopus, & in reditu ab exilio iam fuerit vita functus. Euãgelistę enim, & Doctores erãt, & Pastores, sed non ècsntrario: Sicut Apostoli erant Euangelistæ, & Prophetæ, & Pastores, & Doctores:

Prima ratio ad probandũ Timotheum fuisse Episcopum.

Secũda ratio

Tertia, & quarta.

1. Tim. 5.

Ibidem.

Causæ Episcoporũ quibus olim reseruari solitę.

Quinta ratio & postrema.

Qua lege Timotheus (vt & alij cõplures) fuerit Ephesi factus Episcopus.

Ad quartum: Denunciare, est notum facere, & indicere cum præcepto, siue iubere. Et ita insinuat autoritatem illi donatam impediendi falsos prædicatores, & doctrinam nouã serentes. Et rectè ait, quibusdam, scilicet signatis, & electis, & ab Ecclesia Catholica præcisis, partim à se ipsis, de quibus Iudas Aphstolus: Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes; partim ab Episcopis per sententiam interdicentibus docendi munus, & eos excommunicantibus, & prȩcepto facto inferioribus, ne ad eum prædicãtem audiendum confluant.

Iudas.

Solutio quartæ quęstionis.

Quid Denũtiare quibusdã ne aliter docerent.

Expende ergò Apostolicam prudentiam. Ipse rogat Timotheum, ad obediendnm alioqui alacrem, & prõptum: vult rursus vt Timotheus cum imperio & potestate arguat falsos magistros, ne aliter doceant, quod vno verbo Græcè exprimitur μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν id est, ne aliud, vel aliter doceant hoc est diuersum, & peregrinum, siue contrarium tradãt.

Quid aliter docere, primus sensus.

Galat. 1.

certè ad Gal. 1. *Si quis*, inquit, *euãgelizauerit vobis præter id quod accepistis anathema sit.* Sæpè enim, aliud, in Scripturis significat diuersum. Vt Act. 2. *Cœperunt loqui varijs linguis*, qđ Græcè dicitur ἑτέραις γλώσσαις; & 1. Cor. 14. *In alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic*, pro diuersis, & varijs. Ita hoc loco, aliter docere, est diuersum, seu contrarium tradere.

Actor. 2.

1. Cor. 14.

Esaiæ 28.

Alter sensus

Si autem referatur ad modum, sensus est: Ne aliter prædicaretur Christus quàm est prædicandus, scilicet addendo legem Moysi, & Circumcisionẽ, vt faciebant quidem Iudęi, vel adimendo, & subtrahẽdo, scilicet aliquid de doctrina Euangelica: quemadmodũ subtrahit, qui negat aliquẽ librum canonicum, aut aliquod sacramentum, aut dicit, Scripturam sufficere sine traditionibus, de quibus Apocal. 2. dicitur: Non potes sustinere malos, & tentasti eos, qui se dicũt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mẽdaces. Atque hoc faciebãt non tam conscientia ducti, quàm zelo, & liuore, de quibus infra dicitur:

Apoc. 2.

1. Tim. 1. Docere qui præterita alitervideãtur.

Volentes esse legisdoctores, non intelligẽtes neque quæ loquũtur, neque de quibus affirmant.

1. Cor. 2.

Docent etiam aliter quàm sit docendum, qui confidunt in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis, aut ad fidem nostram comprobandam detorquent Poetarum versus, & fabulas, & Philosophorum dicta trahunt densiùs, & frequentiùs quàm par sit. Nam etsi liceat ex incircumcisis interdum aliquid in tabernaculum Domini adducere pro Fide nostra confirmanda: magis tamen, quæ eiusmodi sunt, seruiunt ad reuincendos ex propijs ipsorum inuentis, & dictis aduersarios: quemadmodũ Paulus producto Arato Poeta Act. 17. contra Athenienses, & Epimenide contra Cretenses Tit. 2. & Menandro contra Corinthios, fecisse deprehenditur; quàm ad pondus aliquod autoritatis, & firmitatis nostris tribuendum. Et hoc est aliter docere. Sed sanè prestantior est prior sensus.

Seculares atque profanæ sacris atque diuinis quid tantùm conferant disciplinæ ac scientiæ.

Actor. 17.

Tit. 1.

1. Cor. 13. Tertius sensus verborũ Apostoli: Ne aliter docerent,

Poteſt & Græca vox interpretari: Ne alijs vterentur magistris, vt hoc præceptum ad populum, & inferiores pertineat, & non ad falsos doctores. Verùm hoc nõ quibusdã, sed omnibus Christianis erat denuntiandũ; etsi re ipsa in idem tendat hic sensus. Nam cùm prohibentur magistri aliter docere, prohibetur simul ne populus eos audiat.

Ad tertiam dubitationẽ.

Quintum dubium soluimus dicẽdo, hoc quod ait de fabulis, & genealogijs interminatis, referendum esse secundùm Ambrosium, ad auditores; Chrysostomus verò ad doctores tantùm refert; Thomas verò ad vtrosq;. Et si reuera magis ad doctores spectet, ne aliud, & aliter doceant. Nam sunt quidam, qui et si impiam doctrinam apertè tradere non audeant, ne se ipsos prodant; occultè tamen semi nare illam non cessant, sperantes aliquando illam recipiendam; qui tame vigilantia pastorali comprimendi sunt, de qua lege Augustini prudentem epistolam ad Sistum 104. Hinc sanctissimè per Pontifices summos cautum est, ne libri Hęreticorum legantur.

De non intẽdẽdo fabulis & genealogijs interminatis, hoc quibus præceptum conueniat.

Ambr. to. 5.

B. Chrysost. hom. 1. 1. 4.

D. Thomas lect. 2. 1. 16

Proprium hæreticorũ, prauorumq; Doctorum.

B. Aug. t. 2.

Fabulis, & genealogijs interminatis Apostolus dicit quibus minimè loquatur

2. Petri 1.

Per fabulas autem, & genealogias non puto accipiendas Poetarum, & Gentilium fabulas inmuneras, & arte compositas, vt Græci hæc interpretantur, de quibus B. Petrus dixit: *Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam.* De quibus multa tùm Græci, tùm Latini scripserũt. Ex Græcis enim est Hesiodi Theogonia, ex Latinis Pyladis, & Boccatij generationes deorum; Varro quoque scripsit de selectis dijs, teste Augustino, & Cicero libr. 3. de Natura deorum, & Ouidius in Metamorphosi; Diodori siculi fabulosa Antiquorum gesta; Fornutus, seu secundùm alios, Cornutus quidam de Dijs gentium, & Didymi Grammatici (quo nemo plura, aut vaniora scripsit) quatuor millia librorum, vt tradit Seneca Epistol. 89. ad Lucilium. *In his libris*, inquit, *quæritur de patria Homeri, in his de Aneæ matre vera, in his libidinosior fuerit Anacreon, an ebriosior: an Sapho pu*

De fabulis & genealogijs qui scripserint Ethnicorum

B. Aug. li. 7 de Ciuita. Dei, cap. 2. tom. 5.

blica

blica fuerit; quæ erant dediscenda si scires. Certè Tiberius Cæsar Imperator maximè affectus fuit ad fabulas Gentilium, vt in eius vita testatur Suetonius. Maximè, inquit, curauit notitiã historię fabularis, vsque ad ineptias, & derisum. Nam & Grammaticos (quod genus hominum præcipuè, vt dixi, appetebat) eiusmodi ferè quæstionibus experiebatur: Quæ mater Hecubę, quod Achilli nomen inter virgines fuisset: quid Syrenes cantare sint solitæ, & quo primũ die post excessum Augusti curiam intrauit; quasi pietati simul, ac religioni satisfacturus. Et Iuuenalis Saty. 7. in fine.

Nutricẽ Anchisæ, nomen, patriamque nouercæ
Archemori, dicat quot Aceſtes vixerit annos, &c.

Per genealogias autem interminatas vel infinitas, vt Ambrosius legit, vel indeterminabiles, vt vertit Tertullianus libro primo in Marcionem, Manichæi intelligebant illas scriptas in veteri Testamento. Sed occurrit Augustinus, quòd Paulus vtitur historijs veteris Testamenti. Nam ad Galatas Capite quarto ait: *Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera*, & similiter vtitur Romanorum nono, Hebræorum vndecimo, primo Corinthiorum decimo, & Actorum Capite decimotertio: & nihil anile, vel fabulosum in Scripturis continetur. Non ergo de genealogijs in veteri lege contentis loquitur, neque de ipso veteri Testamento, quod à Deo prodiuit, & præcursio quędam est, & isagoge ad Christum ducens tanquam pædagogus. Euangelistæ quoque genealogiam Christi diligẽtissimè sunt persecuti; quæ plena est doctrina, & mysterijs. Nec est verisimile, Deum contignasse Iudæis genealogias, quę magis quęstiones quam ædificationem præstarent, cùm scriptum sit: *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia.*

Sed Chrysostomus, & Augustinus de genealogijs quę extra Scripturam sunt, hunc locum accipiunt, quibus summoperè Iudæi dediti erant: partim vt nobiles, & Sanctorum filij haberentur, vt ita in carnis, & stemmatum progenie gloriarentur. Has ergo quæ extra Scripturas sunt, persequitur Paulus quasi inutiles, & non ædificantes, sed homines inflantes, & in tumorem erigentes.

Erant inter Iudæos genealogiæ duæ; vna ex Eua, ex qua homines progeniti; altera ex alia vxore, ex qua dæmones progenuit Adam, in quibus multiplicant, & texunt infinitas genealogias. Et has, & alias similes nugas persequitur, traditiones, & deuteroses, de quibus ad Titum. 1. *Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se a veritate*, & Capit. 4. huius Epistolæ, *Ineptas autem, & aniles fabulas deuita*; per quas Chrysostomus intelligit Iudaicas. ¶ Non est reijcienda expositio Nicolai Lyrensis, qui interpretatur de genealogijs, quas falsò genealogizabant Iudæi, vt probarent per illas, Christum Iesum non potuisse descendere ab Abraham, & Dauid; vt ita negarent illum non fuisse Messiam. Quæ expositio videtur a Theodorito insinuari. Et ita posset extendi ad omnem doctrinam falsam, & perniciosa Iudæorum, qui dicebant, non satis esse Christum ad iustificationem, & salutem, nisi addantur illi legis ceremonię.

Vocat illas genealogias, infinitas, siue interminatss, quia ante Christi aduentum, vt docet Rupertus Tuitiensis, ad aliquid vtiles erant, nempe ad agnoscendum de qua quisque esset tribu, ne confunderentur vnius tribus possessiones cum alterius. Deinde ad accipiendum Sacerdotes de familia Aaron, & Leuitas, & ministros de Tribu Leui ad ministerium templi: quia ex alia tribu nemo poterat esse præsto altari, vt ad Hebræos cap. septimo docet Paulus. Denique ad agnoscendam Dei fidelitatem in verbis suis, qui filium suum Messiam

Sueton. ca. 70. Quantæ curæ fuerit Tiberio notitia historiæ secularis, teste Suetonio.

Iuuenalis. Genealogiæ quid interminatæ Manichæis ineptissimè, ac falsissimè.

Tertul. inter mediũ, circiter & init. libri. t. 1. circa medium.

B. Aug. lib. 2. contra aduersariũ legis, & Prophetas. c. 1. & alibi tom. 6. à medio.

Galat. 4.

Genes. 16.

Infra 21. Vetus vnde prodierit Testamentum: finis eiusdẽ.

Galat. 3.

Esaiæ 48. Primus sensus Patrum de genealogijs interminatis quænã sint.

B. Chrysost. homil. præscripta.

D. August. ibidem.

Iudæorum genealogiæ interminatæ quo duplici ex fonte manauerint.

Tit. 1.

1. Tim. 4.

D. Chrysost. hom. 12. nõ procul à principio. Altera sentẽtia, Nicolai scilicet Lyrani, non contemnenda.

B. Theodor. part. 2.

Genealogias Apostolus cur vocet interminatas.

Rupert. in fine libri primi in Matthæum

Hebr. 7.

ex

Quã fidelis Deus in verbis suis. *Matth. 1. & seq. Luc 3. & seq.*

ex illustri Dauidis familia suo tempore oriturum promiserat; vt fidem suam liberaret, præstando, quod in se receperat: idque duo Euangelistæ duas genealogias recensentes confirmarunt. Cæterùm vbi Christus aduenit, & morte sua mortẽ legi Moysis intulit, redditæ sunt infinitæ, id est sine aliquo bono fine, quia iam cõpletæ sunt, & non adferunt vllum bonum finem discentibus, neque habẽt certam aliquam, aut infinitam Spiritus sancti significationem, qualẽ habent omnes, quæ in Scripturis continentur, sed præsertim illæ Euangelistarum Matthæi, & Lucæ. Cæteræ verò quæstiones præstant, id est contentiones, & disceptationes leuissimas, quæ ad charitatem potius soluẽdam, & superbiam hominum alendã faciũt, quàm ad ædificationem fidei, vel progressum in pietate. Neq, puto veram lectionem eorum, qui loco οἰκοδομίας, id est ædificationis, legunt οἰκονομίας, id est dispensationis: quæ significatio ad rem esse non videtur.

Iudæorum genealogiæ quomodo infinitæ.

Improbatur hæc lectio: Quæ (scilicet genealogiæ) quæstionem magis præstat, quã dispensationem, pro, ædificationẽ.

Quòd si Iudæorum fabulæ, & genealogiæ refelluntur, multò magis licebit confutare fabulas Gentilium, θεογονίας, sine deorum genealogias; de quibus Hesiodus scripsit, & Boccatius. Similiter etiam dehortari licebit ab his quæstionibus, & disputationibus, etiam in Scripturis, & Sacra Theologia contentis, quæ nihil adferunt vtilitatis, siue hoc modo, siue illo sentias. In quibusdam tamen, etiã nõdum definitis, licet interdum disceptare, quò maiorem de Scripturis lucem accipiamus. Videtur autem B. Ignatius epist. ad Magnesianos, hunc Pauli locum secutus scripsisse: *Nolite errare in aliena gloria, neque intendatis fabulis & genealogijs interminatis, & Iudaicis inflationibus.* Vocat autem genealogias τερατολογίας, id est alienas glorias. Nam vt quidã dixit, *Qui genus laudat suum, aliena laudat.* Et alter.

Fabulas & genealogias quasmaxime intelligam̃ prohibitas.

B. Ignat. epist. 3.

Ouid. lib. Metam.

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Quanquàm quidam verterit, Ne patiamini vos seduci alijs opinionibus, sed præstat prior lectio.

Illud admirandum, censorem mũdi Erasmum quæstionem de Immaculatæ Virginis conceptione reposuisse inter genealogias interminatas.

Quæstiones quas etiã vocare ausus sit impudens Erasmus genealogias interminatas.

¶ Simili modo non est admodùm cõtentiosè disputandum de incertis Sãctorum gestis, & historijs, in quibus parum est ædificationis, & multa risus occasio: vt, quis præstet alteri, Ioãnes Baptista Ioanni Euangelistæ, an è contrario.

Sextum dubium soluendum. Cum aduersatiua dixit: *Finis autem præcepti est charitas*, quæ vim habet corrigendi. Vt sensus sit: Nõ tantùm fabulæ, & genealogiæ non præstant Dei ædificationem quæ est in fide, sed etiam vel, quinimò, nec ad legis Moysis finem, vel scopum quicquam faciunt: quia finis, id est complementum præcepti, id est legis per Synecdochen, est charitas Dei, & Proximi: reliqua omnia præcepta sunt explicationes, & conclusiones inde deriuatæ. Ideò dictum est: *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.* Et; *Qui diligit Proximum, legem impleuit*; &, *Plenitudo legis est dilectio.* Augustinus etiam lib. De doctrina Christ. *Homo*, inquit, *fide, spe, & charitate subnixus, eaq; inconcussè retinens, non indiget Scripturis nisi ad alios instruendos. Itaque multi per hæc tria etiam in solitudine sine codicibus viuunt.* Idem in tract. de laudibus charitatis: *Ille tenet & quod latet, & quod patet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus.*

Ad 6. dub. De sensu huius dicti: Finis autẽ præcepti, est charitas.

Matth. 22. Rom. 13. Ibidem 10. B. August lib. 1. c. 29. tom. 3. initio.

Fides, Spes, Charitas illuminant te ste Augustino.

Idem.

Retundit ergo superstitionem, & improbitatem Iudæorũ, qui gloriabantur in lege, & mandatis, ignorantes quòd lex ad charitatem præcesserit tanquam ad verum finem, vt per legẽ facientem nos agnoscere peccatum, sub quo sumus, supplices pro medicamento Deũ imploraremus, & moueretur ipse ad sanandam naturã nostram, & perduceremur ad charitatẽ, quæ per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris. Finis autem nomen & id designat, ad quod cętera referuntur, quomodo Philosophi de fine loquuntur. Significat quoq; con-

Finis legis, siue præcepti cur charitas à Paulo nominata.

Rom. 3.

Infra 5.

Charitas, finis legis dupliciter.

summationem, siue plenitudinẽ. Et vtraq; significatio congruit charitati in hoc loco. Et in voce præcepti agnoscimus tropum, vt accipiatur pro vniuersa lege, & omnibus præceptis eius. Est enim lex præceptorum, & factorum præcipiens, sed non adiuuans ad faciendum, quia scripta in lapidibus. Charitas autem non debet esse qualiscunque, sed quæ oriatur de corde puro, conscientia bona, & fide nõ ficta. Quæ verba interpretatur Augustinus, vt cor purum sit vacuum omni cupiditate, & vitioso amore sui: vt nihil aliud diligatur, quàm quod diligendum sit. Deinde conscientia bona illa est, quæ nullius criminis sibi conscia est, quæque spem concipit æternorum bonorum. Ille enim se ad id quod diligit, & credit, se peruenturum sperat, cui malæ cõscientiæ nullus est scrupulus, cum scriptum sit: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*; &, *Conscientia mille testes*: & alius Ethnicus:

Rom. 3.

2. Cor. 3. Cor purum quodnã Augustino,

B. August. lib. 1. De doctri. Christ. c. 40. & vltim. Conscientia eidem quæ bona.

2. Cor. 1.

Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Horat. lib. 1. epistol. 1. post med. Quæ fides non ficta.

Tertiò addit: *Fide non ficta*. Id est, Quæ caret mendacio, siue hypocrisi, & qua ex animo creditur in Iesum. Atque hoc dictũ est propter Iudæos, qui fidem simulabant; vt à fide alios auerterent. Atque hoc tertium membrum proprium est reuelatæ gratiæ, reliqua duo legis sunt Naturæ, atque ob eam caussam præcedunt fidẽ non fictam.

A quibusquidam aberrantes conuersi sint in vaniloquium.

Sequitur: *A quibus quidam aberrãtes conuersi sunt in vaniloquium, volẽtes esse legis Doctores*. Id est, Declinãtes à corde puro, & conscientia bona, & fide nõ ficta; vel à Fide, Spe, & Charitate, quæ finis sunt legis. Verbum, aberrãtes, Græcè est ἀστοχήσαντες, quòd ꝓpriè significat ab scopo aberrantes, metaphora sumpta à iaculatorib⁹, hoc est, vel scopum legis nescientes, vel eum notum non curantes, cum commendant legem, & Prophetas, & eos opponunt Christo. Qui enim finem nõ coniectant, proculdubio euanescunt, & conuertuntur in vaniloquium. Vaniloquium vocat quòd prius fabulas, & genealogias dixerat. Græcè vocat ματαιολογίαν, id est inane, & futile studium. Cauendum ergo nobis consectantibus Theologiam, ne in mataeologiam incidamus, dum in lectione Sacrarum literarum non hoc primò quærimus, vt ædificemur fide, & inflammemur charitate, & transformemur in Christum, sed nomen tãtùm, & opinionem scientiæ, & famam disputandi conquirimus.

Quid sit vaniloquium: & quid primò sacrarum exigat lectio Scripturarũ.

Volentes esse legis Doctores. Id est: Vendicantes sibi legis peritiã, & ambientes titulum magisterij, cum sint legis imperiti, peccantq; cõtra Christi præceptum, Nolite vocari Rabbi. Velle enim vocari, peccatum est, cum fama, & honor proprius principaliter intenditur, maximè cum idoneæ partes, & quæ tanto Doctoratus muneri debentur, non respondent. Hieronymus in Aiodiam super, illud, *Superbia cordis tui extulit te: Quis enim*, inquit, *Hæreticorum non in superbiam extollitur, Ecclesiæ simplicitatem paruipendens; & fidem, imperitiam reputans?*

Qui nã vellẽt esse legis doctores, Apostolo.

Matth. 23.

Hierony. tomo 6.

Deinde subdit: *Non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*. Id est: Neque principia suæ doctrinæ, neque conclusiones, neque quæstiones, neque probationes. Docebant enim seruandam circumcisionem, ignorantes veram Spiritus circumcisionem. Negabant Trinitatẽ, eo quòd Dominus dixisset: *Audi Israel, Dominus Deus noster, Deus vnus est*: in quibus tamen verbis implicitè cõtinetur Trinitas Personarum in vnitate essentiæ. Negauit Christum venisse in carne, quia nondum venit Helias: Ignorantes miseri verum Heliã fuisse Ioannem præcursorem Domini, nec intelligunt vaticinia Prophetarum, quæ pro suo errore tuendo ex Scripturis depromunt, nec nouerunt legis ceremonias vsque ad Christum tantùm esse seruãdas, vt tradũt Chrysostomus, & Ambrosius, sicut & Paulus ad Galatas dixit: *Euacuati estis à Christo qui in lege iustificamini: à gratia excidistis*. Obijcit Theophylactus, *Si ex ignorantia peccarunt, non merentur condemnationem*. Et respondet: *Haud-*

Pseudoiudęi quomodonõ intelligant, neque de quibus loquuntur, neq; de quibus affirmant.

Deut. 6.

Matth. 17. Ver⁹ Helias quis Christi testimonio, legis ritus quousque duraturi.

B. Chrysost. hom. 2.
B. Ambros. hoc loco.
Gal. 5.
Theophyl.

quaquam: nam à cupiditate regnandi ea est ignorantia, tùm ex eo quòd charitatẽ non contineant. Volentes enim esse, inquit, *legislatores, legisq; doctores, ignorant: proinde ignorantiæ istius sibi sunt autores.*

Septimæ solutio dubit.

Ad septimum, quo dubitatũ fuit, quis modò legis vsus bonus esse posset, cùm iam sit impleta, imò etiã extincta atq; abrogata: Respondemus, Paulum antipophora vti, & soluere tacitam obiectionem, veluti argumẽtans in Iudæos, qui pro legis gloria, & stabilitate pugnabant. Quasi dicat Apostolus: Sint illi non intelligẽtes, neq; quæ loquũtur, neque de quibus affirm... verò scimus, & ad... timus... nonn... & vsu... damn... comm... li incu... nem, ... corde... fide n... alio lo... *legitim*... ipsius t... est omn... legitimè ea vtenti, vt cognoscat se per eam peccatorem, & egentem Dei misericordia, & pro ea efflagitanda ad Deum accurrat, & ita impetrato Spiritu charitatis, fiat eius obseruator. Estque sermo de lege Moysis, quæ iustitiam iudicabat, nõ faciebat; non autem de Euangelica, quæ illam implet. Nam quo in statu essent Iudæi, non autem in quo nunc sint Christiani, Apostolo sermo est.

Lex vt bona, quã suo Christus aduentu abrogauit, & abstulit?

2. Tim. 2. Quid legitime certare.

Bona quæ lex hîc dicitur, vetus, á noua, & Euãgelica.

Et ostendit, eos, quibus lata est lex, vt saltem timore tunc ab exteriori legis transgressione arcerentur, vt adueniente charitate etiam exterius, & interius seruaretur. Neminem enim iustum lex illa prisca reperit, noua neminem, nisi Christo fide insito ponitur. Qui enim Christi fidem nõ suscipit, extra legem ipsius est. Lege vtitur legitimè, quisquis ea vtitur ad eum finem, ad quem à Deo data est; id est, qui vtitur lege Moysis, vt pædagogo ducente ad Christũ, vt ait Theophylactus. Lex enim cùm non possit nos rectè ducere, ac iustificare, ad Christũ remittit, atque hic est ipsius scopus. Lege etiam legitimè vtitur, qui Christũ præfert legi, vt ait Theodoritus. Adde etiam verba Chrysostomi: Cũ legis, inquit, destinatio sit iustificare hominem, neq; id possit; ad eũ trãsmittere studet, qui potest. Et August. lib. De spiritu, & lit. Lex quidem hoc ipso quod iubendo, & minando, & neminẽ iustificando satis indicat, dono Dei iustificari hominem per adiutorium Spiritus. Denique lege non vtitur legitimè, qui codicem tantùm obseruat, & non id, quod intus est, re... bello vagina... nucis testam... edere vellet. ... explicandũ, ... sto non sit po... te omnia no... isse, vt legiti... òd lex præce... 3. dicitur: *Lex* ... est, vt boni & ... bseruantiam, ... sic operarctur ... impossibile. Apostolus enim requirit ad legitimũ vsum legis, vt quis nouerit quòd lex non sit necessaria iusto, sed iniusto, vt per eam intelligat se peccatorem, & sub peccato premi: quia erat in lapide scripta, sed indigebat fide, & charitate. Et hæc est differentia legis, & Euangelij, quòd illa dictat iustitiam, hoc autẽ etiam facit, iuxta illud: *Lex Domini immaculata conuertens animas.*

B. Theodor. par. 2. D. Chrysost. homil. 2. B. August. cap. 9. ante medium.

Vtatur quis lege non legitime.

Octau. dub. solut. De eo quod lex dicitur nõ esse iusto posita. *Gal. 3.*

Lege vtatur qui legitime

Gal. 3. Theophyl.

Argues; Num ergo, ex quo venit Fides, & Spiritus, lex est amplius necessaria? Dicendum, legem ipsam esse sanè superfluam. Superfluus enim est equus, cum eò quo quis tendebat; iam peruenerit, & necessarius nõ est pædagogus minis ac flagellis territans, ei, qui iam eruditus est. ¶ Et intellige propriè legem, id est ceremonias, & iudicia; quia Decalogus, & moralia ante legem fuerunt, vel etiã si quis decalogum comprehendat, & obseruet quis ex lege, & virib⁹ liberi arbitrij. Abutitur verò lege, qui per

Psal. 18.

Gal. 3. An opus lege sit Mosis Christiano.

Quæ lex iusto nõ est posita.

Rom. 3.

2. Cor. 3. Cor purum quodnã Augustino.

B. Augst. lib. 1. De doctri. Christ. c. 40. & vltim. Conscientia eidem quæ bona.

2. Cor. 1.

Horat. lib. 1. epistol. 1. post med. Quæ fides non ficta.

A quibusquidam aberrantes conuersi sint in vaniloquium.

summationem, siue plenitudinẽ. Et vtraq; significatio congruit charitati in hoc loco. Et in voce præcepti agnoscimus tropum, vt accipiatur pro vniuersa lege, & omnibus præceptis eius. Est enim lex præceptorum, & factorum præcipiens, sed non adiuuans ad faciendum, quia scripta in lapidibus. Charitas autem non debet esse qualiscunque, sed quæ oriatur de corde puro, conscientia bona, & fide nõ ficta. Quæ verba interpretatur Augustinus, vt cor purum sit vacuum omni cupiditate, & vitioso amore sui: vt nihil aliud diligatur, quàm quod diligendum sit. Deinde conscientia bona illa est, quæ nullius criminis sibi conscia est, quæque spem concipit æternorum bonorum. Ille enim se ad id quod diligit, & credit, se peruenturum sperat. cui malæ cõscientiæ nul-

[illegible]

reliqua duo legis sunt Naturæ, atque ob eam causſam præcedunt fidẽ non fictam.

Sequitur: *A quibus quidam aberrãtes conuersi sunt in vaniloquium, volẽtes esse legis Doctores.* Id est, Declinãtes à corde puro, & conscientia bona, & fide nõ ficta; vel à Fide, Spe, & Charitate, quæ finis sunt legis. Verbum, aberrãtes, Græcè est ἀστοχήσαντες, quòd ꝓpriè significat ab scopo aberrantes, metaphora sumpta à iaculatorib⁹, hoc est, vel scopum legis nescientes, vel eum notum non curantes, cum commendant legem, & Prophetas, & eos opponunt Christo. Qui enim finem nõ coniectant, proculdubio euanescunt, & conuertuntur in vaniloquium. Vaniloquium vocat quòd prius fabulas, & genealogias dixerat. Græcè vocat ματαιολογίαν, id est inane, & futile studium. Cauendum ergo nobis consectantibus Theologiam, ne in mataeologiam incidamus, dum in lectione Sacrarum literarum non hoc primò quærimus, vt ædificemur fide, & inflammemur charitate, & transformemur in Christum, sed nomen tãtùm, & opinionem scientiæ, & famam disputandi conquirimus.

Volentes esse legis Doctores. Id est: Vendicantes sibi legis peritiã, & ambientes titulum magisterij, cum sint legis imperiti, peccantq; cõtra Christi præceptum, Nolite vocari Rabbi. Velle enim vocari, peccatum est, cum fama, & honor proprius principaliter intenditur, maximè cum idoneæ partes, & quæ tanto Doctoratus muneri debentur, non respondent. Hieronymus in Abdiam super, illud, *Su-*

t te: Quis enim,
on in superbiam
licitatem parui-
ritiam reputans?
n intelligentes, ne
que de quibus af-
ie principia suæ
clusiones, neque
robationes. Do-
lam circumcisio-
ram Spiritus cir-
abant Trinitatẽ,

eò quòd Dominus dixisset: *Audi Israel, Dominus Deus noster, Deus vnus est:* in quibus tamen verbis implicitè cõtinentur Trinitas Personarum in vnitate essentiæ. Negauit Christum venisse in carne, quia nondum venit Helias: Ignorantes miseri verum Heliã fuisse Ioannem præcursorem Domini, nec intelligunt vaticinia Prophetarum, quæ pro suo errore tuendo ex Scripturis depromunt, nec nouerunt legis ceremonias vsque ad Christum tantùm esse seruãdas, vt tradũt Chrysostomus, & Ambrosius, sicut & Paulus ad Galatas dixit: *Euacuati estis à Christo qui in lege iustificamini: à gratia excidistis.* Obijcit Theophylactus, *Si ex ignorantia peccarunt, non merentur condemnationem.* Et respondet: *Haud-*

Quid sit vaniloquium: & quid primò sacrarum exigat lectio Scripturarũ.

Qui nã vellẽt esse legis doctores, Apostolo.

Matth. 23.

Hierony. tomo 6.

Pseudoiudęi quomodonõ intelligant, neque de quibus loquuntur, neq; de quibus affirmant.

Deut. 6.

Matth. 17. Ver⁹ Helias quis Christi testimonio, legis ritus quousque duraturi.

B. Chrysost. hom. 2. B. Ambros. hoc loco. Gal. 5. Theophyl.

quaquam:

quaquam: nam à cupiditate regnandi ea est ignorantia, tùm ex eo quòd charitatẽ non contineant. Volentes enim esse, inquit, *legislatores, legisq; doctores, ignorant: proinde ignorantiæ istius sibi sunt autores.*

Septimæ solutio dubit.

Ad septimum, quo dubitatũ fuit, quis modò legis vsus bonus esse posset, cùm iam sit impleta, imò etiã extincta atq; abrogata: Respondemus, Paulum antipophora vti, & soluere tacitam obiectionem, veluti argumẽtans in Iudæos, qui pro legis gloria, & stabilitate pugnabant. Quasi dicat Apostolus: Sint illi non intelligẽtes, neq; quæ loquũtur, neque de quibus affirmant: nos verò scimus, & admittimus legem Moysis à Deo profectã, nonnisi bonam esse, si tamen ad finẽ, & vsum rectum referatur. Non enim damno, quòd vacent legi, illamque commendent, sed quòd non recte illi incumbant, nec præcipuum eius finem, & scopum, qui est charitas ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, rectè coniectent. Et vt alio loco ait: *Non coronabitur quis nisi legitimè certauerit*, id est iuxta legis ipsius tenorem, & finem. Ita lex bona est omni legitimè ea vtenti, vt cognoscat se per eam peccatorem, & egentem Dei misericordia, & pro ea efflagitanda ad Deum accurrat, & ita impetrato Spiritu charitatis, fiat eius obseruator. Estque sermo de lege Moysis, quæ iustitiam iudicabat, nõ faciebat; non autem de Euangelica, quæ illam implet. Nam quo in statu essent Iudæi, non autem in quo nunc sint Christiani, Apostolo sermo est.

Lex vt bona, quã suo Christus aduentu abrogauit, & abstulit?

2. Tim. 2. Quid legitime certare.

Et ostendit, eos, quibus lata est lex, vt saltem timore tunc ab exteriori legis transgressione arcerentur, vt aduenientе charitate etiam exterius, & interius seruaretur. Neminem enim iustum lex illa prisca reperit, noua remini, nisi Christo fide insito ponitur. Qui enim Christi fidem nõ suscipit, extra legem ipsius est. Lege vtitur legitimè, quisquis ea vtitur ad eum finem, ad quem à Deo data est; id est, qui vtitur lege Moysis, vt pædagogo ducente ad Christũ, vt ait Theophylactus. Lex enim cùm non possit nos rectè ducere, ac iustificare, ad Christũ remittit, atque hic est ipsius scopus. Lege etiam legitimè vtitur, qui Christũ præfert legi, vt ait Theodoritus. Adde etiam verba Chrysostomi: Cũ legis, inquit, destinatio sit iustificare hominem, neq; id possit; ad eũ trãsmittere studet, qui potest. Et August. lib. De spiritu, & lit. Lex quidem hoc ipso quod iubendo, & minando, & neminẽ iustificando satis indicat, dono Dei iustificari hominem per adiutorium Spiritus. Denique lege non vtitur legitimè, qui codicem tantùm obseruat, & non id, quòd intus est, reconditum. Vt si quis in bello vagina pro gladio vteretur, & nucis testam pro interiori ipso nucleo edere vellet.

Bona quæ lex hîc dicitur, vetus, à noua, & Euãgelica.

Ad octauum dubium explicandũ, quomodo scilicet lex iusto non sit posita, dicẽdum est, hoc ante omnia notum esse Iudæis oportuisse, vt legitimè vti lege possent, quòd lex præcedit iustitiam. Vnde Gal. 3. dicitur: *Lex non est ex fide:* nam data est, vt boni & iusti fierent per eius obseruantiam, & nõ fuit iusto lata, vt sic operarctur ex lege, quod illi erat impossibile. Apostolus enim requirit ad legitimũ vsum legis, vt quis nouerit quòd lex non sit necessaria iusto, sed iniusto, vt per eam intelligat se peccatorem, & sub peccato premi: quia erat in lapide scripta, sed indigebat fide, & charitate. Et hæc est differentia legis, & Euangelij, quòd illa dictat iustitiam, hoc autẽ etiam facit, iuxta illud: *Lex Domini immaculata conuertens animas.*

Lege vtatur qui legitime

Gal. 3. Theophyl.

Argues; Num ergo, ex quo venit Fides, & Spiritus, lex est amplius necessaria? Dicendum, legem ipsam esse sanè superfluam. Superfluus enim est equus, cum eò quo quis tendebat; iam peruenerit, & necessarius nõ est pædagogus minis ac flagellis territans, ei, qui iam eruditus est. ¶ Et intellige propriè legem, id est ceremonias, & iudicia; quia Decalogus, & moralia ante legem fuerunt, vel etiã si quis decalogum comprehendat, & obseruet quis ex lege, & virib⁹ liberi arbitrij. Abutitur verò lege, qui per

B. Theodor. par. 2. D. Chrysost. homil. 2. B. August. cap. 9. ante medium.

Vtatur quis lege non legitime.

Octau. dub. solut. De eo quod lex dicitur nõ esse iusto posita. Gal. 3.

Lege vt quis legitime vtatur, quid op⁹ sit. 2. Cor. 3. Exod. 15.

Psal. 18.

Gal. 3. An opus lege sit Mosis Christiano.

Quæ lex iusto nõ est posita.

eam terret iustum, vel minas eius, & securitatẽ docet ad iustos pertinere. Nam dicebant Iudæi, scriptum est; *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea:* &, *Nisi circumdamini secũdum morem Moysi, non poteſtis saluari.* Et Epiphanius in Hæresim Quartadecimanorum, qui Iudaizantium erant reliquiæ, asserit, eos produxisse ex libro Moysi: *Maledictus qui non facit die decimaquarta mensis Pascha.* Et Polycrates huius hæresis defensor, respondebat Victori Põtifici Romano: *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus,* teste Eusebio Cæsariensi. ¶ Cõtra quos Apostolus assumit illud, legem nõ poni iusto. Qui per se iustus est, non operatur metu, & timore legis, sed sponte, & Spiritu sancto impulsus. Sed iniusti indigent lege minante, & extorquente legis obseruantiam. Vnde probat iam per Christũ iustificatos, & sanctificatos, & Spiritu adoptionis refertos, legis calcari non indigere. Et vt ipse Paulus alibi scripsit: *Lex Spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati, & mortis;* & ad Gal. *Ego per legem legi mortuus sum:* rursus, *Si Spiritu ducimini, nõ estis sub lege;* & infra, *Aduersus huiusmodi* (scilicet homines habentes fructus Spiritus) *non est lex.* Ita nunc ait: Iusto lex non est posita. Rectè B. Thomas interpretatur, Posita, id est imposita, sicut onus: quia habitus eorum interior inclinat eos ad hoc ad quod lex: & ideò non est onus eis. Et hoc accepit Thomas à B. Augustino, qui ad Gal. 2. vrget verbum illud, *Posita Deo,* inquit, *viuit, qui sub Deo est, legi autẽ, qui sub lege est. Sub lege autem viuit, in quantum quisque peccator est;* id est, *in quantum à vetere homine non est mutatus: sua enim vita viuit, & ideò lex supra illum est: quia qui eam non implet, infra illam est: nam iusto lex posita nõ est,* id est *imposita, vt supra illum sit: in illa est enim potius, quàm sub illa; quia non sua vita viuit, cui coercendæ lex imponitur.* Similia docet B. Bernardus in epistola ad Carthusianos & Guidonẽ Abbatẽ, cuius ne prolixior sim, verba nõ profero: tu, si vis, locum bene lector consule; laboris nõ pœnitebit. Idem Augustinus in psalm. 118. concione 11. *Lex iusto non est posita, eo scilicet modo, quo est posita populo contumaci in tabulis lapideis, sed in mẽte, & in cordibus.* Interpretatur prætereà hunc locum egregiè idem B. Augustinus cap. 10. de Spiritu, & litera: *Iusto enim,* inquit, *lex non posita, quæ tamen bona est, si quis ea legitimè vtatur. Hæc duo Apostolus velut inter se contraria connectens, monet, mouetq; lectorem ad perscrutandam quæstionem, atque soluendam. Quomodo enim bona est lex, si quis ea legitimè vtatur, si etiam quod sequitur, verum est: Sciens hoc, quia iusto lex non est posita? Nã quis legitimè vtitur lege nisi iustus? At ei non est posita, sed iniusto. An & iniustus vt iustificetur, id est, vt iustus fiat, legitimè lege vti debet, qua tanquam pædagogo perducatur ad gratiam, per quã solam quod lex iubet, possit implere: per ipsam quippè iustificatur gratis, id est nullis operum suorum præcedẽtibus meritis, Alioquin gratia iam non est gratia: quãdoquidem ideò datur, nõ quia bona opera fecimus, sed vt ea facere valeamus: id est, Non quia legem impleuimus, sed vt legẽ implere possimus: Ille etenim dixit: Non veni soluere legem, sed implere. De quo dictum est: Vidimus gloriam eius, gloriã tanquam Vnigeniti à Patre, plenum gratia, & veritate. Hæc est gloria, de qua dictum est: Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et hæc est gratia Dei, de qua continuò dicit: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Iniustus ergo legitimè lege vtitur, vt iustus fiat: quòd cum factus fuerit, ea iam non vtatur, tãquam vehiculo, cùm peruenerit: vel potius vt supradicta similitudine Apostoli vtar, tanquam pædagogo, eum eruditus fuerit. Quomodo enim iusto lex non est posita, si & iusto est necessaria, non qua iniustus ad iustificantem gratiam perducatur, sed qua legitimè iam iustus vtatur? An fortè, imò verò non fortè, sed certè sic legitimè vtatur lege iam iustus, cum eam terrẽdis ponit iniustis, vt cum & in ipsis cœperit inolitæ concupiscentiæ morbus incentiuo prohibitionis cumulo prauaricationis augeri, confugiant per fidem ad iustificãtem*

Deut. 27. Gal. 3. Act. 15.

B. Epiphan. in Hæresim 50. Tessarescædecatitarũ, in prĩcip.

Euseb. lib. 5 cap. 24. Act. 5.

Lex iusto quare nõ est posita, sed iniustis.

Rom. 8.

Gal. 2. Infra 5. Ibidem 23.

Quid legem non esse iusto positam, secundũm Thomam.

B. Thom. lectu. 3. tom. 16.

D. August. sub fin. expositionis, tom. 4. circa finem.

B. Bernar.

Idem tomo 8. Exo. 32. 2. Cor. 3. Idem tom. 3 procul à medio.

Gal. 3.

Rom. 11. Gratia Dei cur nobis necessaria, non lex Moysi. *Matth. 5.*

Ioan. 1. Rom. 3.

Ibidem 5.

Qualis lex vetus Augustino, qualis Paulo.

gratiam, & per donum Spiritus suauitate iustitiæ delectati, pœnam litera minantis euadant. Ita non erunt contraria, neque inter se duo ista pugnabunt, vt etiam iustus bona lege legitimè vtatur, & tamen iusto lex posita non sit. Non enim ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei, qua credidit nullo modo posse suæ infirmitati ad implenda ea quæ lex factorum iuberet nisi diuina gratia subueniri. Hæc magnum Ecclesiæ lumen Augustinus.

Rom. 3.

Etsi verò lex iusto non sit posita; Scriptura tamen legis Veteris, & Prophetarum oracula sunt nobis necessaria, quia testificantur de Christo, & in illis præceptis, & ceremonijs inclusum intus Euangelium reseratur ad Fidei confirmationem, quod est bene, & legitimè vti lege.

Scriptura legis Veteris, & vaticinia Prophetarũ cur nobis necessaria.

Dices; Nonne ad salutem necessaria est obseruantia Decalogi modò, & quæcunque moralia sunt in lege Mosis expressa, vt etiam docet Augustinus, & per Ieremiam prædixit Dominus: *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam:* & per Ezechielem, *Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum: & Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini?* Respondet Augustinus lib. 15. contra Faustum cap. 8. in principio: *Et quia ideò subintrauit, vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia: nec ideò tamen eandem legem peccatum vocat, quia sine gratia non viuificat: auget enim potius reatum præuaricatione addita: Vbi enim lex non est, nec præuaricatio: & ideò per seipsam cum sola litera est, sine spiritu, id est, lex sine gratia, tantummodo reos facit: sed proponit sibi, quod putare minus intelligentes possent, & aperit quid dicat, cũ ait: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione itaque accepta, peccatum per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, factum est mihi mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem.* Hæc ibi. Vbi meminit præcepti moralis in Decalogo contenti.

Si lex iusto non est posita, quid Decalogum obseruamus.

B. Augustin. lib. 3. cõtra 2. epist. Pelag. cap. 4. tom. 7.

Ierem. 31. Heb. 8. Ezech. 36. Idem tomo 6.

Rom. 5.

Supra 4.

Infra 7. & seq.

Exo. 20.

Sicut igitur apud Paulum opera legis, & iustitia quæ ex lege est, vocantur illa, quæ præstantur, & habentur ex sola scientia legis, non ex fide, & Spiritu Christi; sic hoc loco accipit legẽ prout exclusa est à lege charitatis, & à fide Mediatoris, & à Spiritu sancto, quem dat Christus. Nam ipse ad Roman. 9. ait: *Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus.* Ita 2. Corinth. 3. litera occidens opponitur Spiritui viuificanti; & 1. Corinth. 8. scientiam opponit charitati, dum ait: *Scientia inflat; charitas verò ædificat:* Non quòd scientia peccatum sit, cùm antè dixerit; *Scimus quia omnes scientiam habemus:* nunquid ergo habebat ipse quo inflaretur? Nequaquam: quia cum charitate non solùm non inflat, sed etiam firmat.

Quid opera legis, & iustitia legis Apostolo, & ipsa lex hoc loco significent.

Rom. 9.

2. Cor. 3.

1. Cor. 8.

Scientia quo modo inflet.

Dixit hoc idem Dæmonax philosophus, teste Luciano, & audiente, ad Iurisperitum, periculum esse ne leges inutiles essent, & superuacuæ, quodque nec bonis, nec malis rogentur: etenim illi legibus non egent, hi per easdem nihilo fiunt meliores. Ita Theodoritus ait, superuacaneam esse legem ijs, qui naturâ quæ legis sunt faciunt, id est iustis & Euangelicis viris.

Dæmonacis philosophi, huic Apostolico: Lex iusto nõ est posita, persimile dictum.

Rom. 2.

Theodor. par. 2.

Expende etiam, priùs Apostolum in plurali dixisse, Scimus quia bona est lex: vt comprehenderet secum omnes Iudæos. Cùm verò subdit: *Si quis ea legitimè vtatur, sciens hoc, quia iusto lex non est posita*: in singulari dixit Græcè, & in emendatis Latinis codicibus, Sciens: quia loquitur de illo, qui lege nouit legitimè vti: nam tales rari, & pauci sunt, & per Christum iam iustificati.

Quid hæc pluralis ad singularẽ numerum trãsitio sibi velit: Scimus quia bona est lex, sed si quis ea legitime vtatur.

Quòd verò Hæretici argumentantur ex hoc loco, Christianos, vtpote baptizatos, & iustificatos, ad legem

Decalogi, vel ad alia præcepta non adstringi: magnoperè hallucinantur. Nam duo sunt legis officia, alterum est, timore, & supplicijs cogere homines ad sui obseruantiam. Et quia tales sunt iniusti; propterea ait: *Lex iusto non est posita*. Alterum legis officium est instruere, & dirigere homines in viam iustitiæ, & Diuinæ voluntatis significationem præbere. Et quantum ad hoc non tantùm iniustis, sed etiam iustis latæ sunt leges Diuinæ, vt primis parentibus, & Apostolis per Christum renatis, imò etiam ipsi Christo, qui fons est totius iustitiæ: *Factum*, inquit Apostolus, *sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret*.

Exo. 20. & seq.

Duplex legis officium.

Gen. 2.

Gal. 4.

Huius igitur sententiæ Apostolicæ singulare exemplum habemus in verbis Christi apud Matthæum: Non veni, inquit, vocare iustos, sed peccatores, & supplendum est ex Luca, ad pœnitentiam: nam iusti pœnitentia non indigent. Venit tamen vocare iustos ad æternam suam gloriam, & ad remuneranda officia, & obsequia sibi à iustis impensa.

Quá consentiens illi Christi hæc Pauli doctrina dicentis legem non esse posi tam iusto. *Matth 9. Luc. 5.*

Brentius Hæreticus in confessione sua apertè contra hunc Apostoli locum docet, legem positam omnibus iustis, & iniustis, ipsamque testificari de iustitia homines, & de ira Dei aduersus transgressores, secundùm illud: *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea*: & sæpè in multis iustos offendere, & carne concupiscente contra spiritum, non perficere iustitiam. Quod est dicere, legem occidere cum spiritu, sicut sine spiritu. Sed non vidit hic homo, iustos seruare legem, iuxta illud; *Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt*. Et infrà: *Si igitur præputium iustitias legis custodiat, &c.* Rursus; *Deus misit Filium suum in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne; vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundùm spiritum*. Et pars vna Noui Testamenti est apud Prophetam; *Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini*. Non vidit etiam hic sciolus, legem seruantibus promitti vitam æternam: legem quoq; mortem non minari nisi in Præceptorum transgressores, vt hîc dicitur, sed iniustis, & non subditis, impijs, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis. Ad Roman. etiam 5. docet nos non amplius esse impios, & peccatores, ac Dei inimicos, vt anteà, sed iam reconciliatos. Et capite octauo solutos esse à lege mortis. Nec modica, & leuia peccata à iustitia deturbant: sicut nec natura habet, vt ob modicum vulnus homo moriatur. Differentia ergo eorum peccatorum quæ iusti habent, & eorum quæ damnationi obnoxios reddunt, ostendit verè iustos esse, & Dei amicos non propter leuia peccata iustitiam amittere.

In dictum Brentij, vt si vocat cũsuis, Pauli Theologi: Lex est iusto insit.

Deut. 27. Gal. 3. Iaco. 3.

Iustos seruare legem. *Rom. 2.*

Ibidem 26. Infra 8.

Ezech. 36.

Legem seruãtes, promereri vitam æternam. *Matth. 19.*

Rom. 5.

Infra 8. Iustos ob leuia peccata gratiam Dei nó amittere.

Et per non subditos, intellige non subdi volentes. Ambrosius legit, inobsequentibus, non ferentibus imperium, Græcè dicitur, ἀνυποτάκτοις Cõtaminatos, vocat profanos, qui rebus sacris aduersantur. Pelagiarij sunt Ἀνδραποδισάι, ad literam mancipifures, qui scilicet aliena mancipia furto subducunt, vt eos alibi vendant: Non autem Plagiarius significat eum, qui plagas infert alteri, vt quidam ex nostris dixerunt: sicut Abigei dicuntur, qui aliena iumenta furantur: Sacrilegi, qui sacra, vel de loco sacro surripiunt. Peculatores, qui Principis fiscum expilant.

Lex quibus est posita nõ subditis. *Ambros. tomo 5.*

Plagiarij quid propriè.

Et nota cum matricidis, & parricidis, & masculorum concubitoribus annumerari fornicarios; vt intelligas simplicem fornicationem crimen esse à Paulo positum cum grauissimis flagitijs. Estque vagus concubitus soluti cum soluta, quæ tantùm propriè in viduarum, meretricum, vel concubinarum vsu consistit. Estque peccatum, quia est contra bonum prolis procreandæ, & procreatæ educationem, & institu-

Legem Apostolus curasserat esse positam etiam fornicarijs.

tionem,

tionem, ad quæ hominis vt naturalis, ita necessaria est viri cum determinata muliere diuturna, & non ad modicum tempus commansio, & ad commanendum obligatio, quam matrimonium vocamus. Vnde venit Martini de Magistris opinio refutanda, qui libro De Temperantia 7. quæstione 2. scripsit, fateri se, fornicationem simplicem esse peccatum mortale; oppositum tamen credere, non esse hæreticum: ad cuius argumenta respondit egregiè Caietanus pro Thoma.

Martini cuiusdã de Magistris, refellitur opinio de fornicatione. *Caiet. 2.2. q.154.art. 2. tom.11. par.2.*

Et concludens ait: *Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei.* Generaliter complectitur omnia vitia, quæ hominem à regno Dei separant: vt sunt odia, inuidia, comessationes, ebrietates: quæ dicuntur aduersari malæ doctrinæ, id est impedire effectum sanæ doctrinæ, quæ est secundùm Euangelium, quod est factis fidem negare. Ambrosius intelligit vnum speciale vitium notari, quod sacræ doctrinæ aduersatur: quale erat pseudapostolorum, & Iudæorum, qui sanam doctrinam Euangelij admistione legis cõtaminabant. Et de his hactenus.

Vitia quæ excludant à regno cœlesti, aduersantia sanæ doctrinæ.

Tit. 1.

Quod sanæ doctrinæ aduersetur nobis fugiẽdũ, Ambrosio.

DISPVTATIO III.

In illa verba: *Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Jesu Domino nostro: quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio, Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini nostri, cum fide & dilectione quæ est in Christo Jesu. Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quia Christus Jesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere: quorum primus ego sum,* &c. vsque in finem capitis.

IX. quæstionis solutio. Quare Apostolus veteré suam conuersationem in Iudaismo cõmemoret. *Rom. 1.*

PRÆSENTI Disputationeabsoluendæ sunt octo aliæ dubitationes, quę in superiori tractatione continentur. Ad primam igitur dicimus, Apostolum, cum dixisset sibi à Christo creditum Euangelium, sicut ad Roman. 1. dixit: Segregatus in Euangelium Dei; ne videatur id arrogantius dixisse, & tantum ministerium non indigere peculiari Dei auxilio, prorumpere in gratiarum actionem Dei, vt ita obtineat quod desiderat; aut potius cum se tanquam exemplum alijs proponit, id facit, vt intelligatur quid sit esse sub lege, & quid esse liberum à lege. Et in prima clausula sensus est: Gratias ago

Christo

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Vt Christus Iesus Paulũ confortauerit.

Christo Domino, qui me confortauit, hoc est fortem militem constituit ad Euangelium annuntiandum, & vt vitæ pericula pro eo subeam. Et ita præpositio, in, redundat in Græcis codicibus, & apud Ambrosium. Nisi interpreteris, in Christo Iesu, id est ad gloriam Christi. ¶ Et intelligit Ambrosius, agere gratias de conuersione, & fide: nam quandiu homo est sub peccato, debilis, & imbecillus est.

Cur Paulus agat gratias Christo Iesu. *Ambros. tomo 5.*

Deinde de ministerio Apostolatus subdit: *Quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio.* Hoc enim in omni bono œconomo quæritur, vt fidelis sit domino suo. Indicat ergo, se, quandiu in lege fuit, infidelem extitisse, & indignum cui committeret ministerium vocandi alios ad fidem. ¶ Existimat autem Deus aliquẽ fidelem, dum fidelem facit. Et non dixit: Sciuit, vel præsciuit fidelem, sed, existimauit: quia in omni bono opere aliquid est Dei, aliquid est nostrum. Quod Dei est, certũ est: quod nostrum, incertum, qui possumus nostro libero arbitrio illi repugnare, nisi Deus impediat nos.

1.Cor. 4.

Fidelẽ quomodo Deus Paulum existimauerit.

Et ad exaggerandam Dei erga se misericordiam, repetit vitæ suæ prioris statum, vt quòd blasphemus fuit Christo, illum subsannans, & maledicens cum cæteris Iudæis: & non tantùm verbis, sed etiam factis est persecutus in membris suis: quia vinciebat Christianos, & mittebat in Ierusalem, & Stephanum lapidãtium vestes custodiebat. Quem tamẽ Deus seueriſsimè vindicat: *Qui vos*, inquit, *tangit, tangit pupillam oculi mei:* &, *Saule Saule, quid me persequeris?* Et contumelioſus, siue vt Græca vox sonat, violentus, ὕβριστὴς enim vim, & iniuriam inferentem significat. Vnde Lucas ait: *Spirans minas, & cædes in discipulos Domini.*

Vetus Pauli conuersatio in Iudaismo qualis fuerit.

Act. 9.

Supra 7.

Zachar. 2.

Act. 9.

Ibidem 1.

Ad illud verò, quomodo asserat Apostolus se misericordiam consecutum ex ignorantia incredulitatis, quæ nam, scilicet fuerit ista incredulitas, an negatiua, an priuatiua: Respõdemus, quosdam putare fuisse negatiuam, quia nondum in conscientia exactè erat conuictus vt crederet: sicut illi, de quibus Dominus dixit: *Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum:* &, *Qui non crediderit* (scilicet post idoneam, & efficacem veritatis Euangelicæ prædicationem) *condemnabitur.* Et iterum: *Si non venissem, & locutus fuissem eis, &c. & si opera non feciſsem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*

Incredulitas Pauli qualis fuerit: negatiua, quã vocant, an priuatiua.

Ioan. 15. Mar. vlt.

Ioã. 15.

Græci ergo Patres, atque adeò ex Latinis Ambrosius, & Augustinus tractatu in Psalmum 50. intelligunt hãc Pauli sentẽtiam, quasi extenuet peccatum suum; quasi diceret; Faciliùs veniam obtinui, quia nescius, & per ignorantiam ex infidelitate ortam hoc malum feci. Et hæc quidem ignorantia non omninò tollit peccatum, sed misericordiam à Deo faciliùs promeretur. Quantum enim ignorantia ponit de inuoluntario, tantum de pondere culpæ auferre solet. Secus est ille ignorans, qui sponte sua vult ignorare, ac de ignorantia reprehensus scire negligit: nam qui eiusmodi est, velut sciens peccat, de quibus Propheta: *Noluit intelligere vt bene ageret:* & Dominus in Cruce; *Pater dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt:* & sanctus Iob: *Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.* Ita vt non tantùm Paulus ignorans peccauerit, sed etiam ignoranter, siue per ignorantiam, non persecuturus, aut alligaturus Christum confitentes, si Dominum agnouissent, vt ait B. Thomas.

Quid significet Græcis, & alijs: Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. *Ambros. tomo 5. Auguſt.* Vnde maior, vel minor peccati grauitas, & meritum misericordiæ Dei.

Psal. 35.

Luc. 23.

Iob 21.

His tamen non obstantibus, videtur Apostolus aliud sentire: quia vt exaggeret potius Dei misericordiã, quã, non obstante ignorantia affectata, consecutus est: hoc dixit, vt nemo desperet, cùm se faciat primũ peccatorum. At si ex ignorantia communi peccasset, non se vocasset primũ peccatorum. Certè Sacerdotes Christum notum Cruci dederunt; & tamẽ Act. 6. dicitur, *Multa etiam turba Sacerdotũ obediebat fidei.* Et ita maius extitis-

Altera probabilior sententia, Paulum scilicet ex malitia asserens deliquisse.

Act. 6.

set

Secunda ratio.

Tertia ratio

Sap. 2.

Pſal 78.

Matth. 15.

Epheſ. 4.

Eſa. 6.

1. Theſſ. 1.

Rom. 10.

Tit. 3.

Gloſſa Ordin.

Petrus Lombar.

Quorſum Paulus dixerit: Ignorãs feci in incredulitate: ſed miſericordiã Dei conſecutus ſum, &c.

Rom. 11.

B. Auguſt. tom. 10.

Gen. 8.

ſet exemplum veniæ conſequendę de peccatis quibuſcunq;. Ad hæc ignorantia quæ oritur ex infidelitate, non minuit, ſed grauat peccatum. Præterea Scriptura non ad excuſationẽ peccati ſolet eiuſmodi ignorãtiam producere: vt Sap. 2. accuſantur neſcientes Sacramenta Dei: excæcauit enim eos malitia eorum, & Dauid precabatur: *Effunde iram tuam in Gẽtes quæ te non nouerunt:* & in Euangelio Phariſæos Dominus cæcos vocat: & ad Epheſios dicitur: *Gentes ambulant in vanitate ſenſus tui, tenebris obſcuratũ habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum:* quod ſanè ad accuſandum dicitur, ſicut & illud: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Incraſſatum eſt enim cor populi huius.* Rurſus Apoſtolus in priori ad Theſſalonicen. *In reuelatione,* inquit, *Domini Ieſu de cœlo cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictã ijs qui nõ nouerunt Deum,* id eſt agnoſcere noluerũt: quod ſanè ad accuſandum, non ad excuſandũ dixit. Sicut ad Roman. 10. *Ignorantes iuſtitiam Dei,* (id eſt ignorare volentes) *& ſuam quærẽtes ſtatuere; iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Et ſeipſum accuſans ad Tit. 3. ait: *Eramus aliquando & nos inſipientes, increduli, errantes.* Sicut hîc ait: *Ignorans feci in incredulitate.* Exaggerat enim, non extenuat, vt aſſerit Gloſſa Ordinaria, & Petrus Lombardus, dicentes coniunctionem illam, *quia,* poni pro, *quod.* Vt ſenſus ſit: Veniam obtinuit de eo quod ignorans feci per incredulitatem; ſiue, Veniã obtinui erroris, & infidelitatis meæ. Vel potius reddit rationem dicti ſui, cur miſericordiam conſecutus ſit ex magnitudine peccati ſui. Sicut ad Rom. 11. *Concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur.* Quaſi dicat; Deus vidit me per incredulitatem cæcatũ, vt mala mea nõ agnoſcerem; ideò mera ſua miſericordia præuenit me. Peccatum namq; cauſſa eſt ſummæ Bonitati, vt ſubueniat. Ita hunc locum tractat Auguſtinus ſerm. 8. 9. 10. de verbis Apoſtoli. Et Noë dixit Dominus: *Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines: ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Et ita dicitur bona reddere ꝓ malis. Vt Dauid ait; *Abundauit vt auerteret iram ſuam, & non accendit omnem iram ſuam: & recordatus eſt quia caro ſunt, Spiritus vadens & non rediens.* Ad hunc modum Dominus in Cruce dixit, *Pater dimitte illis; non enim ſciunt quid faciunt:* quod Leo Papa ſerm. 15. de Paſſione Domini de his intelligit, quos malitia excæcauerat. Et Auguſt. ſerm. 8. De verbis Apoſtoli: *Deſperate ægrotat, qui per inſaniam medicũ cædit. Qualis ergo eius inſania, qui medicũ occidit? Quanta verò bonitas, & potẽtia medici, qui de ſanguine ſuo, inſano interfectori ſuo medicamentum fecit. Neque enim ille, qui venerat quærere, & ſaluare quod perierat, pẽdens ſine cauſſa dicebat: Pater ignoſce illis: quia neſciunt, quid faciunt. Inſani ſunt, medicus ſum: ſæuiãt, patienter fero: cùm occiderint, tunc ſanabo.* Hæc ille.

Pſal. 77.

Luc. 23.

B. Leo Pontif.

D. Auguſt. cap. 5.

Luc. 19.

Infra 23.

Subdit: *Superabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Hoc eſt: ſupra modum profuſa eſt Dei gratia, & gratioſa Dei voluntas ſimul cum fide, & dilectione. Et ſimilis eſt hic locus alteri: *Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia.* Et ita verba ſuperiùs producta, non excuſationem peccati, ſed aggrauationem continent. Fides autem & dilectio cũ remiſſione peccatorum à Deo datur per Chriſtum, non per legem. Et rariſſimum fuit mox de acerrimo hoſte facere miniſtrum fideliſſimum, & robuſtiſſimũ fidei. Et his verbis ponit differẽtiam legis, & Euangelij, & præſtantiã nouæ ſupra veterem legem, in eo quod commune erat vtriq;, quod ad Decalogum attinet, de quo eſt ſermo. Lex enim Decalogi præcipiebat, & vetabat, vita, & morte propoſitis: quæ bona erat iubendi ratio, ſed iniuſtis, & ſceleratis. Nunc autem ſuperabundauit gratia cũ fide, & dilectione: quia eadem iubet, & contraria vetat Euangelium, non vt operans illam, aut occidens, ſed vt ait Clemens lib. 6. De

Quàm verè Paulus dixerit, Superabũdaſſe, gratiam Domini noſtri cum fide & dilectione.

Rom. 5.

Veteris, & nouæ diſcrimen legis inſinuatum à Paulo.

Clem. Roman. c. 22. initio.

con-

constitutionibus Apostolicis, reijciēs iudicium mortis in alterum seculū, & gratiam, ac veniam tribuens operanti; non secūdùm legem seruitutis, sed secundùm legem libertatis ex fide, & dilectione. Et hoc superabundauit supra legem, & iustitiam eius, de qua dixit Dominus, *Nisi abūdauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum*, &c.

Matth. 5.

Fidelis quis sermo & omni acceptione dignus Apostolo.

Ad secundam dubitationem circa illa verba: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere*, Fidelis sermo dicitur verax, certus, ac fidedignus, & secum habens multa veritatis testimonia, quibus cō firmetur. Et opponitur fabulosis sermonibus, quasi dicat, Minimè fabulosus, vt ille pseudapostolorum: qua loquendi phrasi vtitur in his ad Timotheum, & Titū scriptis Epistolis, in quibus tantùm meminit fabularū. Ambrosius legit, Humanus sermo, id est iocundus, & gratus peccatoribus. Similiter legit Augustinus, qui asserit sermonem esse humanum, & diuinū, quia agebat de Christi aduentu in carne, qui Deus est & homo. Si ergo, inquit, humanus dicitur, qui in domo sua suscipit hominē; quàm humanus est qui in seipso suscepit hominem? Sed Hieronymus ad Marcellā magis probat lectionē fidelis, quàm, humanus, ait enim: *Illis placeat, humanus sermo, & omni acceptione dignus: nos cum Græcis; id est cum Apostolo, qui Græcè locutus est, erremus: Fidelis sermo, nam si purè humanus esset, & non diuinus, non esset omni acceptione dignus.*

Huius loci var æ lectiones.

B. Ambros. tom. 5.

D. August. serm. 8. de verb. Apost. cap. 1. init.

B. Hieron. epist. 102. quæ incipit, Post priorē epist. in fin. tom. 2. in fine.

Solet autem hoc loco disputari, an Deus fuisset incarnatus, si peccatum non extitisset? Et quidem Thomas in 3. part. & B. Bonauentura in primum sentent. negant omninò fuisse incarnandum, si Adam nō peccasset. Vterque tamen asserit, vtramque sententiā esse probabilem, etiamsi hi duo incli nent, quòd probabilior sit prior sententia. Verba Bonauenturæ sunt hæc: *Opinio contraria est magis conformis rationi, & subtilior, prior tamen est cōformior Scripturis, & magis honorat Deū, magisq; exaltat mysteriū incarnationis, magisq; excitat ad deuotionem.* Ob quas causas magis in eam inclinat. Secundam sententiam tuentur Alexander de Hales præceptor vtriusq; Sanctorum illorum, & Scotus; Ambrosius quoque Catharinus in tractatu de eximia Christi prædestinatione, idē sentit. Tertia sententia est Gabrielis, & Marsilij in tertio sentent. distinct. 1. qui volunt, neutram sententiam esse certam, sed probabilem vtramq; : etsi Marsilius asserat primam esse probabiliorem.

D. Thom. 3 part. quæst. 1. art. 3. tomo 12. in princ.

Idem in 3. sent. dist. 1. q. 1. art. 5.

B. Bonauē. 2. p. q. 2.

Secunda opinio.

Alexā. Halen. 3. p. q. 2 memb. 13. Scot. in 3. dist. 1. q. 3. Ambros. Catharin.

Tertia.

Quo in loco præmittendum, non esse quæstionem de absoluta Dei potentia: omnes enim fatētur id Deum potuisse, an verò facto ipso ita nunc facta sit incarnatio propter peccatum tantùm, an ob alium finem, quærunt inter se. Quæritur etiam, an decens fuisset, nullo existente peccato incarnari, & magis decens quàm non incarnari: & in hoc secundo sensu agitatur quæstio à Theologis, an revera venerit propter peccatū, an verò ob aliud, ob quòd venisset etiam nō existente peccato, nempè vt homo exaltaretur, mereretur, & confirmaretur in gratia, & in gloria. Et de ea hanc habuisse efficacem volūtatem, etiam non posito peccato. Illo verò posito, an propter alias causas, præterquā ad redimendum à peccato, venisset.

Propria huius loci quæstio de Incarnatione proponitur discutienda.

Et cōueniunt hi duo sensus in hoc, quòd si Deus habuerit voluntatem efficacem, vtrôq; modo facta fuisset incarnatio. Differunt tamen, quòd in primo sensu, posito peccato, si incarnatus fuisset, nouam habuisset voluntatem efficacem ob alium finem distinctum à liberatione nostra; in secū do autem sensu vnica fuisset volūtas incarnationis, tùm propter peccatū, tùm ob alias causas: & ideò cessante peccato, fuisset adhuc incarnatus, siue noua voluntate efficaci, sed eâdē manente, quam habuit posito peccato.

Duæ priores illæ inter se opiniones in quo conueniant, & in quo differāt.

Quod hoc exemplo illustrari potest: Sit medicus visitaturus omninò amicum, quia amicus est, & charus: accidat eundem amicū infirmari: hoc audito, intendit simul visitare illum

Deum incarnandum, nullo etiam existēte peccato, quonam exēplo quispiam persuaderi posset.

qui

qui ægrotus est, etiamsi visitatus omninò fuisset, eo posito quod non ægrotaret. Hic vnica est, & efficax voluntas visitandi ægrotum, & vt ægrotum, & vt amicum. Si tamen illum inuenisset sanũ, adhuc dicere potuit se illum visitare absque noua deliberatione inuisendi amicum. Ita in p̃posito, vna, & eãdem voluntate Filius Dei incarnatus fuisset posito peccato, & eo semoto: nõ enim solùm propter peccatum venit, sed etiam ob alios fines, ob quos venisset etiam non posito peccatõ. Et in primo sensu nõ est hæc difficultas excutienda, quia leuem quandam habet curiositatem diuinam scrutandi voluntatem absque fructu vllo spirituali, neque de ea re Theologi disputant, sed tãtùm de secundo sensu.

Altera quæstio discutiẽda.

Deinde præmittendum: eo posito, quòd vna, & efficaci voluntate Deus humanam naturam assumpserit, tàm ob peccatum, quàm ob alios fines; iá quęstio exurgit, ob quod potissimũ carnem sumpserit, an ob peccatum, an ob alios fines. Si enim ob alios fines, à fortiori venisset, si peccatum non fuisset.

Vtramq; illam de Incarnatione Domini sententiã posse de fẽdi. absque Fidei præiudicio. *B. Thom. superiùs citatus.*

Tertiò præmittendum, nullam harum opinionum esse de fide, & liberum esse cuique tenere quod velit. Nam Thomas iudicat, eum, qui oppositum teneret, contra Scripturam, & Fidem non facere. Et ipse scribens in hunc locum Pauli, primò ait non esse magnæ autoritatis hanc quæstionem: quia Deus ordinauit res fiẽdas, vt fiendæ erant: ideò nescimus quid tunc non existente peccato Deus ordinasset. Et si quis secus sentiret, non malè sentiret. Inclinare tamen se potius ait in contrariam partem, quòd ablato peccato non venisset: & rationes, quæ pro vtrâque parte faciunt, rem euidenter non conuincere asserit. Quare temerè illi locuti sunt, qui hanc, vel illam partem esse hæreticã, vel temerariam ausi sunt dicere. Inter quos fuit quidam Vldericus, qui teste Dionysio Carthusiano, sententiã Thomæ contrariam vocabat temerariam, & blasphemam.

Idem lect. 4 tom. 16.

His positis, per assertiones quasdã conabimur hunc nodum explicare. Sit ergo prima assertio: *Reipsa, & potissimum assumpsit Filius Dei carnem, vt liberaret mundum à peccato:* atque hæc assertio fide temenda est, quia habemus Luc. 19. *Venit Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat:* &, *Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel:* &, *Non misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum:* & Apostolus, *Misit Deus Filium suum factum ex muliere, vt eos qui sub lege erant redimeret.* Et hanc causam videntur frequenter Christus, & Apostoli inculcare aduentus Christi; & ideò principaliter ob hoc venit, quod certũ est, & indubitatum apud omnes.

Primò & per se ob redemptionem generis humani fuisse Dei Filium incarnatum. *Luc. 19. Matth. 15. Ioan. 3.* *Gal. 4.*

Secunda assertio: *Verbum Dei venit propter alios etiam fines quàm vt nos à peccato redimeret:* quod etiam certa fide recipiẽdum est. Habetur enim in Concilio Tridentino: *Si quis dixerit, Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse, vt redemptorem cui fidant, nõ autem vt legislatorem cui obediãt; anathema sit.* Non ergo tantùm ad redimendum, sed etiam ad ferendam legem venit. Deinde, vt doceret nos multas veritates, tàm theoricas, quàm practicas. Nam ipsemet Christus apud Ioannem: *Ego,* inquit, *in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniũ perhibeam veritati.* Venit etiam vt esset nostrum exemplum, quòd aspiciẽtes viam salutis cõsequeremur. Ideò dixit: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Et iterum: *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis:* &, *Si vis perfectus esse, vade, vende, omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me.* Venit etiã ad confirmandos Angelos bonos in gratia, vt graues Patres testantur, & nonnulli Theologi. Nam etsi ipsi Angeli ante Christi aduentũ confirmati fuerint: quia tamen in fide venturi Messiç, qui in caput eorum, & hominẽ electus fuerat; ideò non sine Christi meritò confirmati sunt, etiãsi sanguine, & morte Christi minimè indiguerint.

Alijs etiã de causis Verbum Dei incarnatum fuisse. *Concil. Trident sess. 6. can. 21.*

Secunda causa, & finis incarnationis. *Ioan. 18.*

Tertia. *Matth. 11. Ioan. 13.* *Matth. 19.*

Quartus Incarnationis Dominicæ finis.

Dei, Filium suum mittēdi, siue posito, siue non posito peccato, efficacē voluntatem fuisse vnam & eandē, minimè diuersam.

Tertia assertio: *Probabile est, Deum, si homo non peccasset, non habuisse efficacem voluntatem mittendi Filium, distinctam ab ea, qua modò misit Filium in mūdū, posito peccato.* Potuit siquidē Deus duplicem habere efficacem voluntatem incarnationis Christi, alteram propter placitum sibi finem aliquē, distinctam à voluntate mittēdi Filiū propter peccatum, quæ est altera voluntas. Et hoc assero, probabile esse, non habiturum talem volūtatem secundam distinctam à voluntate efficaci, qua posito peccato illum ad nos misit, de qua, sequenti assertione dicetur. Iam primū probabile esse cōfirmatur, nullam scilicet talem habiturum voluntatem ablato peccato; ergo probabile est non habiturum distinctam. Quæ illatio ostēditur: quia plus est habere distinctam à volūtate efficaci, qua voluit posito peccato Filium mittere propter peccatū, quàm non habere. Deinde voluntas efficax Dei non potest impediri; ergo si habuisset voluntatem efficacem distinctam à voluntate mittendi, ratione peccati nō potuisset impediri. Quare Adam nō peccasset: & si peccasset, non habuisset Redemptorem: & si habuisset, debebat Deus nouum proposito facere mittendi Filium ꝓpter peccatum quàm anteà. Hoc autem cū nobis non constet aut ex Scripturis, aut ex diuina reuelatione, temerarium esset asserere. Tertiò, frustra hæc voluntas ponitur distincta; ergo etiam & antecedens: nam sufficere posset illa vna & eadem, qua misit ad liberandum à peccato genus humanum: sicut supra de medico visitante amicum suum, & quia amicū, & quia ægrotum, explicatum reliquimus.

Primū arg.

Secund. arg.

Tertium argum. & vltimum.

Probabiliter Deū nō fuisse incarnandum, si Adam non peccasset, multis ostenditur.

Quarta assertio: *Probabile est, Deum non habuisse voluntatem efficacem mittendi Christum, nō posito peccato, siue illa ponatur distincta, siue non.* Hæc assertio confirmat doctrinam B. Thomæ, & aliorum Theologorum, ex qua sequitur, propter solum peccatum principaliter venisse. Alij verò fines sunt accessorij, & secundarij, & ex se inefficaces ad efficiendum, vt omninò veniret Filius Dei. Hæc sententia multipliciter probatur. Primò ex signis aduentus Messiæ. Nam Genes. 6. arca non fuisset fabricata, nisi præcessisset missio diluuij, vt in eo seruarētur homines, & iumenta, vt ait Dauid: ita de aduentu Christi dicendū, qui non factus fuisset, nisi præcessisset origine, & natura cognitio peccati. Exod. etiam 3. apparuit Dominus Moysi in rubo, & dixit ei: *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, &c. Et sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorum:* ergo non veniſſer, nisi præcessisset visio afflictionis populi. Et 4. Reg. 4. descendit Helisæus de mōte Carmeli, & prius miserat Giezi puerum cum baculo, vt suscitaret filium viduæ, aliàs non descēdisset. Ita Dominus nō veniſſet, nisi mortuum fuisset genus humanum propter peccatum. Et Genes. 45. dixit Ioseph fratribus suis: *Pro salute nostra misit me Deus ante vos in Aegyptum.* Vtique Ioseph non misisset, nisi præuidisset famem futuram, vt liberaretur pater, & fratres eius. Matth. quoque 21. de vinitoribus, quibus vineam dominus locauerat, ostendit. Nam si illi soluissent debitum pretium seruis patris familiàs exigentibus, non misisset Filiū suum, ac dixisset, *Verebuntur fortè Filium meum.* Et Luc. 15. nisi errasset illa ouis, non reliquisset pastor nonagintanouem in deserto: & nisi amisisset mulier drachmam, nō accendisset lucernam. ¶ Deinde in Scripturis non adfertur alia causa aduentus, quàm salus, & redemptio à peccato. Vnde etiam Iesus vocatus est, vt saluum faceret populum suum à peccatis eorū. In Symbolo quoq; habetur: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto.* Ex quibus colligitur, si Christus futurus erat non existente peccato, ergo per accidens venit, quia accidens fuit, vt homo peccaret; ac proinde non ad liberandum Adam veniſſet Christus. At quî fieri potuit, vt Christus ad nos veniret per accidens, cū clament Scripturæ, propter nos, & nostram salutem veniſſe?

Primum argum à signis & figuris. *Gen. 6. Psal. 35.*

Exo. 3.

4. Reg. 4.

Gen. 45.

Matth. 21.

Luc. 15.

Idem Scripturis euincitur. *Matth. 1.*

Secun-

Secundum argumentũ à multiplici traditione & autoritate.

Secundum argumentum colligitur ex Concilijs, & Patribus, & Ecclesiæ definitionibus. Hoc enim ipsum testatur Anacletus Epistola secunda, & Eutychianus Epistola prima, & Concilium Ephesinum epist. ad Nestorium, & Flauianus Constantinopolitanus epistola ad Theodosium; Concilium Toletanum VI. Capite decimotertio; adhæc beatus Athanasius libro de Incarnatione Verbi, Basilius homilia De humana Christi generatione, Gregorius Nazianzenus oratione trigesimaoctaua de Natali Domini, Ambrosius libro de Dominicæ incarnationis Sacramento, & idem in Psalmum sexagesimumoctauum, in illa verba: *Infixus sum in limo profundi*; Leo Papa sermone tertio de Pentecoste; Damascenus libro quarto de Fide orthodoxa Capite quarto; Augustinus libro primo de peccatorum meritis, & remiss. Capite vigesimosexto & vigesimoseptimo; Gregorius libro 3. Moralium in Iob, Capite vndecimo, & libro vigesimoprimo Capite tertio; rursus libro quarto expositionis in librum primum Regum, Capite octauo; Cyrillus libro primo Thesaurorum, Capite octauo, & Anselmus libro de Conceptu Virginis, Capite duodecimo, & decimoseptimo; & libro primo & secundo, Cur Deus homo, per multa Capita idem contendit ostendere. Præterea Ecclesia in benedictione Cerei canit: *O necessarium peccatum*: at quomodò necessarium peccatũ, si etiã, nõ existente peccato venisset? Canit etiam ibidem: *O felix culpa, quæ talẽ ac tantum meruit habere Redemptorem.* Vnde enim potest dici felix culpa, nisi quia occasio extitit tanti boni, vt Pater vnigenitum suum Filium suum daret?

Tom. 1. init. ferè.
Homil. 25. tom. 1.
Orat. 38. part. 2.
Ambr. to. 4.
Ibidem.
Psal. 68.
August. t. 7.
Greg. to. 1. & 2.
Cyrill. to. 2.
Ansel. to. 3.

Quare necessarium peccatum & felix culpa.

Tertiò accedunt rationes permultæ, & solidæ. Prima sit: Incarnatio est opus Diuinæ misericordiæ, iuxta illud: *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto:* & illud Dauidis: *Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi*, in opere scilicet incarnationis. Sed non est misericordia nisi ex aliena miseria: ergo cùm incarnatio sit opus Diuinæ misericordiç, opus est poni peccatum, quod verè miseros populos facit, & quo maior nulla est hominis miseria, qua non posita, non esset incarnatio. Deinde nunquam Deus aliquod malum permittit in mundo fieri, ex quo non aliquod maius bonum eliciat; sed Deus permisit peccatum totius generis humani, cùm potuisset impedire; ergo ex illo maius aliquod bonum elicuit, quod nõ videtur aliud quàm incarnatio Filij Dei: nam ad Romanos cap. vndecimo scriptum est: *Conclusit Deus omnia in incredulitate* (ad Galatas Cap. tertio dicitur, Sub peccato) *vt omnium misereatur.* Tertiò, si Christus suscepisset carnem, Adam non peccante, ex eo esset, quia indecens, & indignum videretur liberalitate Diuina, quòd Deus homo non fieret: sed hoc non est absurdum: nam Angeli multo homine perfectiores sũt; & tamen Deus nusquam Angelos apprehendit. Quartò, si assumeret carnem, ob id esset, quòd videretur indignum, Christum à Deo prædestinatum, & electum propter peccatum; cùm tamen ipse sit omnibus hominibus perfectior, vnde per se debebat esse à Patre, vt sic dicam, volitus, & cæteris per se antelatus: sed hoc non impedit; nã eadẽ ratione neque propter gloriam hominis, neque propter perfectionem vniuersi veniisset, siquidem ipse maior est, & perfectior gloria omnium hominũ, & toto vniuerso; imò perfectior est omnibus Sanctis simul. Quare si Christum debuit Deus velle per se esse, hoc non debebat propter gloriam hominum, aut gratiam. Non ergo huius contrarium asserit oppositа opinio; quare non valet, quòd ex eo digniorem nõ debeat Deus velle propter peccatum.

Tertium argumentum à rationibus.

Luca 1.

Psal. 84.

Secunda ratio, quod scilicet remoto peccato, Incarnatio nõ fuisset.

Rom. 11.

Galat. 3.

Tertia ratio

Hebr. 2.

Quarta ratio

Quàm perfectus homo, Christus, & integer.

Quòd si quis dicat, bonum esse Filium Dei esse hominem, & Deum: sed hoc non est solidum: nam Deus posset alios cõdere mundos, & per-

Ad illud in contrarium: Bonum erat, Dei Filium esse hominẽ; ideò fieri decebat.

fectiores creaturas, & sanctiores homines quàm nunc sunt. Posset etiam Pater & Spiritus sanctus assumere naturam humanam, & hæc sunt bona per se, nec tamen illa facit. Sic nec valet: Bonum est Filium Dei fieri hominem & Deum; & hęc sunt bona per se, ergo Deus illa facit.

Quinta ratio.

Quintò, quidam recentiores in hunc modum argumentantur: Rationes aduersariorum, qui oppositũ tenent, vel demonstrant incarnationem, vel non. Si demonstrant, ergo necessarium est Deum incarnari; nã demonstrationes sunt de necessarijs. Si non demonstrant, nihil valent eorum argumenta, nempè, Deus ostendit suam potentiam, sapientiã, bonitatem, prouidentiam, si incarnaretur; ergo illud facturus esset. Nam in rebus Dei ratio conuenientiæ non sumitur ex re ex se absolutè, sed ex re iam facta. Et si Deus modò non venisset, vt venit, plurimas huius facti conuenientias adinueniremus, sicut plurimas inuenimus, quòd conueniens erat venire. Sextò, nomen Iesu indicat, illum non debuisse venire, si Adam non peccasset. Iesus enim significat Saluatorẽ. Hinc Augustinus dixit: *Si non esset infirmitas, quid opus esset medico?* & Dominus: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.* Septimò: Maximum, & perfectissimum opus fieri non debet, nisi maxima causa subsistat, & maxima necessitas; ergo incarnatio, non existente peccato, à quo homo liberaretur, perfici non debebat. In quo ostenditur summus amor misericordiæ & iustitiæ.

In operibus Dei vnde sumenda ratio conueniẽtiæ

Sexta ratio.

B. Aug. ser. 3. de Diuersis, cap. 3. & 5. & alibi passim, t. 10

Matth. 9.

Septima ratio.

Et quò hæc sententia faciliùs defendi possit, & aduersariorum argumenta dissolui, in primis annotandum est, incarnationis finem non esse solam reparationem hominis, sed potissimùm Dei gloriam. Homo enim peccator Deum iniuria affecerat; venit proinde Christus, vt sublatum honorem Deo restitueret: quod faciendo, restituit hominem ad pristinum statum. Vnde Ioannis septimo dixit: *Ego non quæro gloriam meam, sed eius qui misit me.* Subordinati ergo inuicem sunt hi fines: vt primus, & præcipuus, sit gloria Dei; secundus & consequens, liberatio à peccato existat. Hinc est, vt cùm dicimus Deum venisse vt redimeret hominem, hic finis est causa minùs principalis, & secundaria, tametsi esse posset occasionalis, & causa, quæ à Philosophis dicitur, Sine qua non.

Dominicæ incarnationis primariꝰ finis quinam sit.

Ioan. 7.

Pro quo expende, Deum quicquid extra se operatur, ob suum honorem & gloriam operari. Vniuersa, inquit Salomon, propter semetipsum operatus est Dominus: quò fit, vt bonitas, & sapientia quæ in creaturis sunt, non sint à Deo intenta in ratione finis, sed in ratione medij ostendentis bonitatem, & sapientiam suam. Et propterea cùm dicitur: Deus venit propter nos, & propter nostram salutem; præpositio *Propter*, significat causam finalem secundariam, & accessoriam ad gloriam Dei, & ad manifestationem Diuinæ bonitatis. Hinc sequitur, quòd non ex eo quod aliquid est magis bonum propter se, ideò debeat illud Deus magis velle: non enim Deus illa vult absolutè vt finem, sed vt media. Quia autem non est impossibile, Deum efficere id quod non est conueniens, & ex quo non appareat eius infinita bonitas; hinc est, quòd in omni bono opere possimus assignare eiusmodi conuenientias. Nam si Deus, posito peccato originali, voluisset ampliorem dare gratiam, multa eius facta esset reperire, quæ decet, & conuenit fieri. Cuius ratio est, quia omne quod vult Deus, bonum est, & diuinæ bonitatis ostensiuum. Hinc homo distinguitur à Deo: non enim omne quod vult homo, est bonum: quia sua voluntas non est causa bonitatis creaturarum: at omne quod vult Deus, bonum est, quia sua voluntas est causa bonitatis cuiuscunque; sicut & esse Dei, causa est cuiuscũque rei. Vnde non valet, Hoc conuenit bonitati, & sapientiæ Dei; ergo debet

Omnium operum Dei extra se, finis quis.

Prouerb. 16

Verbũ Dei quomodo propter nos homines, & propter nostram saluté descenderit de cœlis.

Ratio diuinorũ operũ conuenientię quęnam assignari possit.

à Deo

à Deo fieri : nam contrarium etiam à Deo conuenientissimè fieri potest. Et ex hoc multa possunt solui argumenta.

Prædestinationé hominis ad gloriá priorem esse peccati præscientia. *Genes. 1.*

Deinde notandũ, quòd homo ante peccatũ in statu innocentiæ accepit gratiam à Deo, in primo instanti, quo creatus est, per quam si in suo gradu permansisset, vitam sempiternam promereri potuisset: hoc autem in mente diuina ab æterno præuisũ, præordinatumque fuit. Ideò necessum est concedere aliquam præordinationem, seu prædestinationem hominis ad gloriam, quæ præcedat ex parte obiecti præscientiam cuiuscunque peccati. Quod quidem ex eo fit liquidum, quia Deus creauit hominem perfectum, & absque peccato; & in eo priori instanti antequam videret illum peccaturum, ordinauit illum ad gloriam: nam gratia in illo priori intelligebatur hominem ex natura sua ad gloriam eleuare, gratia enim participatio est gloriæ. Certũ enim est, quòd homo ante peccatum prædestinatus est in mente Dei ad gloriam. Deinde gratia Dei præcedit peccatum: nam per illud amissa est gratia. In quo lapsus est Caietanus, existimás peccatum præcedere gratiam: quî enim potest præcedere, si ideò peccatum est, quia gratiam tollit? Si ergo gratia præcedit, & gratia est ad gloriam ante peccatum, homo respexit vltimum finem ipsá gloriam. Veruntamen ista prædestinatio, qua ordinabatur homo ante peccatum ad gloriam, non erat infallibilis, vt constat ex effectu. Et in hac prædestinatione ante peccatum explicitè non erant nisi Adam & Eua protoplastæ, implicitè omnes homines, quia in lumbis eorum, vt in radice latebant. Hæc autẽ prędestinatio ex parte Dei fuit tantùm in voluntate antecedenti, non in consequenti. Vnde ex parte hominum nõ est assecuta finem, & efficaciam suã, quia nullus per eam saluus factus est. Siquidem homines in primis parentibus sub hac conditione tanquam in prima radice creati sunt, vt si parentes peccarent, ius omne posteri eorum amitterent, & obnoxij peccato per totam vitam nascerentur. Propterea factum est, vt vix doctrinæ huius præordinationis meminerint, neque prædestinationis satis cognitum nomen habuerint. Augustinus tamen libro de Correptione, & gratia, Capite decimo, inter cæteras hanc ponit, similemque eam esse dicit prædestinationi Angelorum, quæ easdem ferè habuit conditiones, præter illam vltimam de peccato originali. Cùm enim nullus Angelus oriatur ex altero, vnus non poterit ex peccato alterius infici, sicut accidit in hominibus. Ex Angelis verò, qui peccauerunt, condemnati sunt, frustratique prædestinatione, qua Deus creauerat eos ad gloriam: qui verò non peccarunt, gloriam consecuti sunt.

Angelorum prędestinatio in quo conueniat cum illa hominũ, in quo discrepet secundũ Aug. *B. Aug. lib. de corrept. & grat. c. 10. tom. 8. circa finem.*

Ecclesi. 7.

Rom. 6.

Secunda ratio contra Caietanum. *Caietan. in tertiã par. D. Tho. q. 1. art. 3. tom. 10. initio.*

Tertio loco notandum, post peccatum originale, quod gratia & gloria priuauit humanum genus vniuersum, opus fuisse ad salutem hominis alia præordinatione, qua in mente diuina destrueretur peccatũ, & restitueretur gratia, & gloria. Alioquin omnes iustè damnati fuissent. Et hęc fuit prædestinatio per Christum, de qua omnes Sancti loquuntur: in qua primus est Christus, in quo, & per quem cæteri omnes prædestinati sunt, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: & hæc est infallibilis, & certa prædestinatio, & certum habet numerum electorum, & nullam habet causam ex parte hominis: quæ sententia est Augustini: sed omne bonum meritum, gratiæ gratis datæ est effectus, & non ex operibus. Nam si ex operibus, iam non est gratia, vt argumentatur Apostolus. Etsi per gratiam iure promereamur gloriam. Nam etsi totius prædestinationis non sit causa, potest tamen meritum ex gratia causa esse gloriæ, seu vitæ æternæ. ¶ Ex quo fit, vt in mente Diuina statuere possimus hunc rerum ordinem, & actuum,

Præscientiã peccati Adæ cum sua posteritate, noua ad gloria indiguisse prędestinatione diuina

Rom. 8.

Hominis ad gloriam prædestinatio qualis fuerit in mente Diuina.

Certa quæ & absoluta prædestinatio.

B. Augst. innumeris in locis. Infra 11.

qui respiciunt obiecta. Non enim varietatem actuum habet Deus, sed vno simplici omnia ordinat: sed ille actus quatenus respicit obiecta ordinata, habet diuersitatem, & vnus est prior, alter posterior. Primò, igitur constituit Deus homines gratiæ, & gloriæ capaces condere. Deinde dare illis remedia supernaturalia ad gratiam, & gloriam consequendam. Tertiò, præuidit hominem peccaturum, & in omnibus peccatum originale impediturum gratiæ consecutionem. Quartò, voluntate efficaci constituit assumere naturam humanam in vnionem hypostaticam, & tantam gratiam huic homini assumpto tribuere, vt per merita Crucis, & mortis omnibus electis conferat gratiã, & gloriam. Quintò, elegit quosdam in destinato numero, quos efficaciter destinauit ad gloriam; alijs verò gratiam sufficientem suppeditat, vt si velint, saluari queant.

Locus Scripturæ Christũ indicans ex Adæ peccato præuiso prædestinatum â Deo. *Psal. 39. Hebr. 10.*

Quòd autem Christus prædestinatus fuerit post peccatum, potest confirmari ex illo Psalmi triceſimino: *Sacrificium, & oblationem noluisti, corpus* (siue aures) *autem perfeciſti mihi. Holocaustum, & pro peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio,* id est, Carnem assumo. Loquitur enim Filius Messias ad Patrem.

Caietani de prædestinatione sententia. *Caiet. in 3. part. D. Thomæ, q. 1. artic. 3.*

Ex quo recto ordine actuum respectu obiecti posito multa argumenta facilè resoluuntur. Caietanus tamen, qui alium statuit ordinem prædestinationis, haud facilè se extricare potest ab argumentis Scoti. Vult enim Caietanus, prædestinationem Christi post peccatum fuisse, & oblatam Adæ gratiam ante peccatum: & cum hoc tamen asserit, non existente peccato, Verbum Diuinum non assumpturum carnem.

Duo prædestinationis effectus.

Effectus prædestinationis duplices sunt: nam aliqui sunt non solùm ordinati per prædestinationem, sed etiam constituti: vt sunt gratia, & gloria, finis & media ad finem vltimum. Quidam verò effectus sunt tantùm ordinati in prædestinatione, sed non constituti, vt sunt opera naturæ. Verbi gratia, Anima Diui Petri præordinatione, & prædestinatione Diuina ab æterno ordinata est ad gloriam media gratia. Vnde reb⁹ naturę positis, prædestinatio diuina superuenit.

Ordo rerum triplex inter se.

Distinguit deinde Caietanus, ordinem rerum triplicem esse: primũ naturæ, secundum gratiæ, tertium vnionis hypostaticæ. Quæ res sic se habent: vt prima hominum ponatur, & requiratur ab alijs, secunda à tertia. In primo autem ordine non solùm requiritur natura, & & actiones naturæ perfectæ, sed etiam defectus naturæ, vt sunt monstra, & actiones imperfectæ. Contraria enim semper sunt sub eodem genere. Ex quo infert, quòd cùm inter hæc tria sit ordo iam explicatus, prædestinatio ponit præscientiam hominis, nempè rerum, quæ spectant ad naturam. Et quoniam inter hæc est etiam peccatum (nam peccatum est defectus naturæ) ideò prædestinatio ponit peccatum. Vnde prædestinatio ipsius Adæ, antequam peccaret, requirebat peccatum ipsius. Et idem est iudicium cuiuscunque alterius hominis. Et quia gratia est in secundo ordine, qui ponit primum, gratia Adami etiam ante peccatum requirebat peccatum. Et sic de prædestinatione.

Cur Adã prædestinatus secundùm Caietanum.

Cõcludit itaque Caietanus, quòd Deus primò ordinauit vniuersum secundùm ordinem naturæ, quòd quidem vniuersum in ordine naturæ non attingit fruitionem Dei: ideò superaddidit ordinem gratię: & quia ordo gratiæ non peruenit ad vnionem summam, quę potest esse cum Deo, præordinauit ordinem vnionis hypostaticę. Quocirca cùm peccata pertineant ad ordinem naturæ, quatenus naturæ defectus sunt, & ad ordinem gratiæ, quatenus gratiæ aduersantur: ergo consequens est vt prædestinatio Christi, sicut Filius Dei, supponat præuisio-

Conclusio sententiæ Caietani de prędestinatione.

nem

nem peccatorum futurorum, vtpotè spectans ad prædictos ordines in genere causæ materialis. Cæterùm quicquid sit de isto ordine quem statuit Caietanus, qui facilè impugnari posset: addit tamẽ, eo posito, nõ posse se liberare ab Scoti rationibus. Nam sic ille agit: Prædestinatio per te supponit præscientiam peccati, sicut & gratia Adami ante peccatum eam præscientiam peccati ponit: at si potuit Adamus non peccare, non sequitur inconueniẽs non peccasse; quia præordinatus erat ad gloriam, & consecutus fuisset gratiam: at per te sequitur gloria ex prædestinatione Christi, quia per Christum omnes glorificabuntur; ergo si Adam non peccasset, Verbum fuisset incarnatũ. Deinde falsus est ille ordo, q videlicet præscientia peccati Adæ ponatur ad prçordinationem gloriç ante peccatum. Nam peccatum Adæ primò & per se est ante gratiam, ergo gratia ex ordine obiecti est ante peccatum. Tertiò ex sententia Caietani sequitur, vt priùs præuideantur peccata omnia, antequam Christus & gratia eius prædestinentur: quod est vehementer falsum. Nam tantùm peccatum Adæ præuisum fuit ante prædestinationẽ Christi, reliqua verò post illam. Ex sententia verò sequitur contrariũ: quia omnia peccata sunt in eodem ordine, vtpotè defectus naturæ, & gratiæ aduersantia: sed natura Christi prædestinationi supponitur. Omnia ergo peccata prçuisa sunt, antequam Christus prædestinaretur, quod est falsum: nam peccata reliquorum hominum aduersantur naturæ Christi: Christus ergo, & eius prædestinatio priùs est præuisa cum gratia, quàm peccata aliorum hominum. Quartò vrget Scotus: Per te Christus præuisus est post peccatum Adam; Adã ante peccatum est ordinatus in gloriam; ergo Adam sine Christo, & ante Christum fuit prædestinatus; quare Christus absolutè non erit caput totius Ecclesiæ, quia non est caput Adæ.

Impugnatur ille ordo prç destinationis quadrupliciter.

Secundum argumentũ.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Ephes. 1. Colos. 1.

Rectiùs ergo videntur theologizare illi, qui volentes defendere, Christum non venturum in carnem, si Adam non peccasset, statuunt ordinem illum, quem superiùs assignauimus: nam illo posito, facilè ab vniuersis argumentis Scoti se liberabunt. Negant enim principium illud Caietani, Adam ante peccatum fuisse ordinatum per Christum ad gloriam.

Quarto loco notandum diserimẽ inter velle Dei liberum, & velle hominis, vel Angeli. Primò quidem, quia etsi voluntas creata sit principium eliciens suas operationes, multa tamen extrinsecus concurrunt. Nam inclinatur sæpè à bonitate obiecti, & secundùm quosdam mouet vt efficiens; secundùm verò veriorem sententiam, mouet vt finis: mouetur quoque à passionibus, & affectionibus, quarum nulla est in Deo.

Secundò, voluntas Diuina potest velle hoc, & illud; agere, & non agere, & libertas est contradictionis: quodcunque tamen quod agat, bonum est: & quia habet perfectam libertatem, colliges, de ratione libertatis non esse, posse malum operari, alioquin Deus non esset perfectè liber: at voluntas creata, & ad contradictoria, & ad contraria est: vnde potest velle malum, & hoc est imperfectio in illa.

Tertiò, cùm actio libera sit propter bonum, quicquid enim vult voluntas, sub ratione boni vult: voluntas Diuina sub boni veri ratione vult omnia, creata verò interdum sub boni apparentis ratione; & ideò plerunque fallitur.

Quartò, voluntas Diuina, cùm velit omnia propter bonum, non sumit aliquod bonum ex obiecto, sed potiùs causa est boni in ipso obiecto: at voluntas hominis vult bonum propter bonum quod est in ipso obiecto, vnde mouetur à bono, tanquam à fine principali: voluntas Dei verò mouetur à bono quidem quod est in creatura, vt à medio.

Prædestinationis ordo congruentior magnorum Theologorũ

Voluntas Dei, Angeli, & hominis in quibus differat.

Secundum diserimen.

Tertium diserimen.

Quartum, & vltimum.

Deum incarnari minimè debuisse, ostenditur quadruplici ratione.

Ex quibus deducimus quatuor, quæ inseruire possunt huic materiæ. Primum est, non posse vlla ratione probari, debuisse reipsa fieri à Deo incarnationem, quia voluntas merè libera est. Secundũ, Quæcunque facit Deus, rationem habent conuenientis, & boni: vnde si mundum non creasset, bonum, & conueniens fuisset: & idem si hominem saluaret. Tertium, Ex maiori bonitate, vel minori, quæ posset esse in creatura, Deum non teneri facere aliquid, vel non facere. Quartum, non ex eo q̃ aliquid est magis bonum, quàm alterum, ideò magis mouet Diuinam voluntatem: quia non ab extrinseco mouetur Deus ad volendum, sed à seipso: neque fertur semper voluntas Dei (quamuis bonum semper operetur) in id quod magis mouet in creatura: quia nõ mouet sub ratione finis, sed sub ratione medij. Ex quo fit, vt omnes rationes Scoti, quod Deus debeat facere incarnationem, quia hoc magis manifestat bonitatem, iustitiam, & prouidentiam Dei, nihil concludant: quia ista non sunt media necessariò volita à Deo. Quòd si quicquam probarent, quòd necessariò debuit incarnari quod tamen est impium asserere, à fortiori probarent, quòd debuit Angelum assumere, siquidem Angelus præstantior natura est quàm homo. Vt ergo de Angelo non concludunt, ita nec de homine. Hæc sunt fundamenta notãda, quæ sententiam Thomę confirmant, & aduersariorum argumenta eliduntur.

Scoti, ad probandum debitum incarnationis, rationes quàm debiles & infirmæ.

Quinta sit assertio: Probabile est, & mihi etiã probabilius, Deum, Adamo non peccante, voluntatem efficacem habiturum mittẽdi Verbum suum incarne: & hoc magis decens, & conueniens fuisset, etiamsi Adam non peccasset. Quod multis rationibus, & solidis argumentis comprobare, & confirmare conabor. Et primò quidem argumentamur ex parte Diuinæ potentię, & fortitudinis. Decuit enim in aliquo opere ostẽdi omnifariã Dei potentiam: nihil autem esse, & cogitari potest omnipotentius Dei Verbo incarnato: vnde & Brachium Dei in Scripturis vocatur. Vniuntur enim duæ naturæ, vt magis dissitæ reperiri non valeant: & tanta cum connexione, vt quæ de vna ratione vnius naturæ dicuntur, conueniant alteri, & è contrario. Et ita in hoc opere est funiculus ille triplex, qui difficilè rumpitur, quo tamen fortior est funiculus triplex sacræ Triadis, quem rumpi omninò est impossibile: quod opus si defuisset in vniuerso, in quo manifestari potuit Dei potentia, tùm Angelis, tùm hominibus, permultum defuisset. ¶ Nec benè soluitur hæc ratio, dicendo, summam fortitudinem in creatione mundi fuisse ostensam: nã operari aliquid ex non ente, infinitã indicat fortitudinem: non, inquam, bene soluitur: nam illo ex modo tantùm operandi, nõ ex reipsa facta ostenderetur summa Dei potentia, quæ tamen ostenditur posita incarnatione Verbi Dei, quod infinitum est opus.

Deũ, tametsi Adam non peccasset, fore incarnandum.

Primus locus ab omnipotentia Dei.

Luc. 1.

Eccles. 4.

Funiculus triplex quinã difficilè rũpitur, qui verò difficillimè.

Diluitur hęc ratio aduersariorum: Diuina in mundi creatione vis atque potentia satis enituerat.

Deinde sapientia Dei, cuius est attingere à fine in finem fortiter, & ad perfectionem, & pulchritudinẽ, omnia reducere per Incarnationem probatur: at hoc non fuisset, si opus incarnationis defuisset. Cùm ergò in natura, inter factibilia quoddam sit corporeum, & quoddam incorporeum, hoc est, spirituale, noluit Deus in gradibus rerum deesse, & voluit vt inueniretur: & quia creabile erat quoddam medium compositum ex vtroque, condidit hominẽ. Et cùm esse posset vt corpus Spiritus, & Deus vnirentur, hoc etiã fieri decuit.

Secundus locus a diuina sapientia.

Nec sat est quòd ordinetur creatura rationalis in Deum: quia non potest homo eum naturaliter adipisci. Et loquimur de existentia creaturarum, vt omnia inueniantur, & maximè illa pulcherrima, sine qua reliquum est mutilum, & imperfectum. Hinc Augustinus libro quarto de libero arbitrio: *Quicquid*, inquit, *tibi vera ratione melius occurrerit, scias*

Ad illud obiectum: Deus licèt incarnatus non fuisset, homo ordinari ad Deũ poterat *B. Aug. cap. 5. prope init. tom 1. post med.*

Quęnã recta ratione cogitemus Deũ fecisse, teste Augustino.

fecisse Deum tanquam bonorum omnium conditorem. Non est autem vera ratio, sed inuidiæ infirmitas, cùm aliquid melius faciendum esse cogitaueris, iam nihil aliud inferius velle fieri, tanquam si perspecto cœlo nolles terram factam esse, imquè omnino. Rectè enim reprehenderes, si prætermisso cœlo terram factã videres, quoniam diceres ita eam fieri debuisse, sicut posses cogitare cœlum. Hæc ille. Ergo si cogitare possem hoc opus singulare, & cœlis omnib⁹ excelsius fieri potuisse, & non factũ esse, non reprehenderem conditorẽ, sed mirum in modum desiderarem, & piè lamentarer. Adhæc, bonitatis propriæ manifestatio mouit Deum ad creandum; ergo eadem moueret ad confirmandum opus quod creauerat: hoc autem nõ posset perfectè fieri nisi incarnaretur. Et si manifestatur bonitas, quòd peccatores velit assumere, quantò magis iustos, & bonos assumpsisset? Ita enim ad Romanos quinto arguit Apostolus: *Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius; multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius.* Ita nos argumentamur: Si cùm inimici essemus, Deus per bonitatẽ suam dedit nobis Filiũ suum; quantò magis cùm amici essemus, & sine peccato, ad confirmationem, & gloriam nostrã illum dedisset ante Adæ lapsum? Præterea, si naturâ, quoniã à Deo dirigitur, teste Philosopho, facit homo ex his, quæ condi possunt, melius quod esse potest: Deus qui est naturæ autor, quare nõ idem faciet ex his quæ condi possunt melius, & perfectius, præsertim si nullum sequitur inconueniens, multa verò conuenientia, & exornantia sequantur? an dicet aliquis non esse simpliciter melius Christum esse, quàm non esse?

Secũda ratio

Rom. 5.

Tertia ratio

Arist. lib. de communi animalium gressu, circa finem. to. 2. circa med.

Tertius locus a Dei bonitate.

Item ex parte diuinæ bonitatis eũ decet, quod maximè ei competit secundùm propiam naturæ conditionem. Ita enim conuenit homini intelligere: Magistratui, ius suum vnicuique tribuere: sic diuinam naturam decet, quæ est ipsa bonitas, se cõmunicare, ac diffundere. Et quia summa bonitas est, summè se diffundit.

Nec obstat, quòd vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia; & illud: *O felix culpa, quæ tantum, ac talem meruit habere Redemptorem:* Nã fateor, posito peccato opus fuisse remedio abundantiore, nõ quia hoc meruerit, sed quia absque peccato non esset opus illo. Hinc Dominus dixit: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.* Ostendit ergo Christus maiorem dilectionem in opere medelæ, quo egüit peccatum: sed non sequitur, quòd si peccatum non fuisset, gratia Dei exhibita non fuisset. Ergo in hoc felix culpa, & in hoc superabundauit gratia, quòd cùm venire decreuisset frater, & dominus; venit medicus, seruus, & redemptor.

Quomodo accipiendũ: Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. *Rom. 9.*

Matth. 9. In quo felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem.

Ex parte quoque Diuinæ prouidentiæ. Et primò respectu Patris: quia contra prouidẽtiam Patris esse videtur, si pater, qui potest habere Filium naturalem, & in quo sibi summè complaceret, & cuius delicię essent cum hoc Filio hominis, voluerit tamen propter se illũ habere, vt tantùm seruum peccantem reconciliaret, & adoptaret: præsertim quia peccator nõ potest magis per occasionẽ inducere bonũ, quàm iustitia, quæ per se id præstaret. Vnde rectè argumentatur Apostolus ad Rom. 11. Quòd si delictum aliorum (scilicet Iudæorum) diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitię Gentiũ; quantò magis plenitudo eorum? & apud Esaiam loquitur Pater: *Nũquid ego qui alios parere facio, ipse nõ pariã? si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero?* faciendo scilicet per vnionem hypostaticam, quòd homo ille sit Filius Dei. ¶ Quẽ locum etsi quidam de æterna Christi generatione explicent, alij verò de conuersione Gentium ad Fidem Messiæ; tamen si præcedentia & sequẽtia rectè inspicias, aptissimè conueniunt generationi Christi secundùm carnem, quæ peculiariter tribuitur Spiritui sancto. Et ita interpretatur Beatus

Quartus locus a diuina prouidentia.

Rom. 11.

Esaiæ vlt. Illud Esaiæ: Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, de qua intelligi possit paterna generatione.

D. Thomas cap.46.to.9 Duplex Christi generatio atque processio à Patre.

Thomas libr.4. contra Gentes.

Et dicitur genitus, non tantùm quòd à Patre æterno processit, sed ꝙ etiam incarnationis autor extiterit: quẽadmodùm etiã eius à morte resurrectio dicitur generatio: *Ego*, inquit, *hodie genui te*: declarat autem Apostolus Actor. 13. intelligendum de resurrectione. Hæc autem ratio, quòd Pater non sit sterilis, ita vrget ante peccatum, sicut post illud.

Psal. 2. Actor. 13.

Secũda ratio incarnationis Christi a Dei prouidẽtia.

Secundò id exigit prouidentia ex parte Christi: náChristus Dñs secundus est Adam, & cœlestis; alter verò primus, & terrenus: ergo eius etiam prædestinatio erit stabilior, & absolutior; quod non est, si à peccato Adæ dependet. Nam si non venisset non existente peccato, stabilior fuisset Adę prædestinatio: potuisset enim, si voluisset, Adam non peccare, & sic Christus non habuisset vllam prædestinationem: vnde Christus inueniretur potiùs prædestinatus ob gratiam nostram, quàm nos ob ipsius gratiam; quod est absurdum sentire. Tunc etiam Christus non esset primogenitus in multis fratribus. Hoc autem non dicitur de ęterna generatione, in qua Christus fratres non habet: nec de generatione tẽporali secundùm carnem: quia vt dicitur Hebr. 1. *Nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio*. Ergo supereſt, vt de generatione in Dei prædestinatione, in qua illum principium, & fundamẽtum omnium posuit electorum, de quo: *Qui est imago Dei inuisibilis, & primogenitus omnis creaturæ*, ille locus sit accipiendus.

1.Cor.15.

Filij Dei incarnatio si a solo Dei peccato penderet, quidinde

Rom. 8.

Hebr. 1. Quo sensu dicatur ab Apostolo primogenitus in multis fratribus, Christus.

Coloß. 1.

Secundo loco colligenda sunt argumenta ex parte Christi. Nam in primis Deum hominem esse, naturaliter melius est, quàm non esse; ergo si peccatum non esset, quî fuisset? Ita enim B. Thomas probat Angelos existere, quia melius est esse ens spirituale, quàm non esse. Adhæc si hoc fuisset non existente peccato, magis exaltaret, & laudaret Deum, quàm omnes Angeli, & sancti, & iusti viri. Si ergo decens fuit vt essent iusti, vt essent qui Deo laudes canerẽt; quantò magis vt esset Christus, in quo Pater sibi complacuit, & velut artifex in perfectissimo opere quieuit? quẽadmodùm in creatione, formato homine, qui typus erat Christi, dicitur Deus quieuisse ab omni opere suo. Item Christus perfectior est toto vniuerso, & omnibus Angelis, siue hominibus simul; ergo ex natura sua magis optabilis. Sicut ergo Deus voluit propter se res, & bonitate earum vsus est vt medio ad manifestandam gloriam, & bonitatẽ suam; quantò magis vsus fuisset hoc admirabili, & perfectissimo opere, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & bonitatis diuinæ. Prætereà Christus perfectior est simpliciter quàm Adam; ergo sicut Adã non fuit creatus per occasionem ex peccato alterius, nec etiam Christus simpliciter esse debuit ex occasione peccati Adam. Item si Christus semoto peccato non fuisset, sequeretur alterum horum, vel Christum non debuisse amare suam existẽtiam, vel debuisse amare peccatum. Quòd si suam existentiam summè amat post Deum, debuit etiam velle ea omnia, quæ sunt necessaria causa, vel occasio suæ existentiæ: debuit igitur velle peccatum Adæ, sine quo non fuisset: ꝙ si culpam non amat, nec amare potest, nollet omnino se esse. Adhęc Christus nobis magis videretur adstrictus, quàm nos illi: plusque deberet nobis, quàm nos illi deberemus: nos enim causa extitimus peccandi; vnde & ille simpliciter consecutus est existentiam. Ille autem nobis causa fuit vt benè essemus. Neque refert, quòd ipse sit causa per se efficiens, nos autem tantùm occasio: nam sufficit quòd in potestate Adę erat existentia Christi, siue vt in causa, siue vt in occasione. Denique si sic data esset nobis gratia & gloria in Adam non peccante, & Christus solùm ob peccatum remittendum venit, solùm deberemus ei remotionem obstaculi, id est, peccati: gratiã verò, & gloriam non feciſſet, contra illud: *Lex per Moysen data est, gratia*

Matth.3. Infra 17.

Geneſ. 2.

Tertia ratio

Coloß. 2.

Quarta ratio

Quinta.

Sexta.

Septima. & postrema.

Ioan. 1.

&

Hebr. 2.

& veritas per Iesum Christum facta est. Et ad Hebr. dicitur, multos filios in gloriam adduxisse.

Tertium argumentorũ genus ex parte Adę.

Tertio loco accedunt argumenta ex parte prædestinationis Christi. Nam vel Christus est prædestinatus ad gloriam ante Adamum, vel post. Si ante Adæ peccatum; ponatur vt posſibile quòd Adam non peccauit, ſicut potuiſſet, ſi voluiſſet; Adam tunc ſaluaretur, & nonniſi ratione Chriſti, in quo eſt prædeſtinatus: ergo Chriſtus fuiſſet, etiamſi Adam non pecaret. Dices ante prædeſtinatum fuiſſe Chriſtum, ſed ex præuiſione peccati. Sic enim reſpondet Caietanus. Sed hoc ſolidum non eſt. Nam ſi ex præuiſione peccati Chriſtus eſt prædeſtinatus, & peccatum non eſt niſi quia auertit à Deo, & tollit gratiam; ergo ante præuiſionẽ peccati fuit præuiſio gratiæ, quæ eſt ſeminarium glorię: ante peccatum ergo Adam ordinatus fuit ad gloriam; ergo Chriſtus, in quo prædeſtinatus eſt Adam, ante peccatum prædeſtinatus eſt. Deinde ex natura ſua præuiſio boni præcedit præuiſionem mali: nam omne malum eſt peccatum, & non poteſt intelligi niſi ratione boni: ergo priùs præuiſum eſt Adam in Chriſto ad gloriam ordinari, quàm peccatum Adę. Tertiò, ſi ex præuiſione peccati Chriſtus eſſet, & Adam prędeſtinatus fuiſſet, ſequeretur gratiam eſſe datam antequam daretur: quod implicat. Quod ita probatur, quia gratia datur ex præuiſione peccati, & eſt ſermo de prima gratia Adæ: ſed peccatum nõ eſt aliud quàm auerſio à Deo, & gratiæ priuatio, ergo antequam prędeatur peccatum, prędetur gratia quę per peccatum tollitur: ergo antequã gratia daretur, intelligeretur iam data. Adhęc malum culpę ſimpliciter præcederet bonum gratiæ: nam ex præuiſione mali culpę omne bonum gratiæ eius occaſione profectum eſt. Non enim fuiſſet prædeſtinatus Chriſtus, in quo, & per quem omnes gratiæ in nos promanarunt. Et ita probatum reliquimus, Chriſtũ fuiſſe ad gloriam prædeſtinatũ ante peccatum. Si verò poſt Adę peccatũ; ergo ipſe non eſt primogenitus omnis creaturę: nam primogenitura reſpectu Dei habetur per prædeſtinationem; ergo Eccleſia, quæ ex Adamo fuiſſet ante peccatum, & quæ in Adamo erat, non habebat caput.

In illud: Ante Adã prædeſtinatus eſt Chriſtus, ſed ex pręuiſione peccati

Secũda ratio

Tertia.

Quarta.

Ioan. 1.

¶ Nec valet, dicere quòd voluntate antecedenti Adam ſit prædeſtinatus ante Chriſtum, non autẽ conſequẽti: nam vt ſe habet Adam in voluntate conſequenti, & efficaci, ita ſe habere debuit in voluntate antecedẽti, quæ efficax non eſt: ergo ſi in hac eſt poſterior, eſt quoque & in illa. Secũdò prædeſtinatio Chriſti eſt optabilior quàm ſit omnium hominum, ac ſtabilior; ſed hæc ponitur facta ex ſe, ſine præuiſione peccati; cur non etiã & illa? Quòd autem facta ſit ante pręuiſionẽ peccati, ſupra fuit oſtenſum contra Caietanum. Tertiò, in Chriſto prædeſtinati ſunt nõ modò homines, ſed etiam Angeli: quod oſtendunt illa verba ad Hebrẽos: *Decebat enim eum, per quem omnia, & propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, &c.* & illa ad Romanos 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui:* pręſciuit autem nõ modò homines, ſed & Angelos. Si igitur Chriſtus prędeſtinatus fuit ex pręuiſione peccati hominis, (quod neceſſariò dicere habent aduerſarij) ſequeretur, Angelos ad gloriam non fuiſſe ex ſe ordinatos: imò etiamſi non peccarent, potuiſſent nõ aſſequi gloriam; nam contingens erat Adam nõ peccare: quo poſito, Chriſtus non incarnaretur. Angeli igitur etſi non cooperarentur Dei gratiæ, non conſequerentur vitam æternam, quia hãc conſecuturi erant ratione Chriſti. Qui enim Diuinę prouidentię ordo fuiſſet, dicere Angelis non conſequendam vitam æternam, niſi creatura ignobilior peccauerit, ob cuius peccatum mittam Verbum meum incarnandum, à quo prædeſtinationem ad gloriam conſequetur? Quarò, quid magis rationi conſentaneũ,

Non eſſe primogenitum omnis creaturę Chriſtũ, ſi poſt peccatum prædeſtinatus fuiſſet.

Coloſ. 1.

Refellitur hæc obiectio multipliciter: Voluntate antecedẽti Adam prædeſtinatus fuit ante Chriſtũ, non autem conſequenti.

Tertia ratio

Hebr. 2.

Rom. 8.

Angelos per ſe ad gloriã deſtinatos non fuiſſe, ſi ab Adæ peccato Chriſtus eſſet prædeſtinatus.

Quarta ratio

cœlestem Parentẽ Filium suum propter se prędestinare, quàm Adamum proculdubiò seruum: præsertim cũ propter Christum efficaciter prędestinari deberet. Demùm in vnoquoque genere semper est aliquod principium cæterorum causa, idem ergo erit in prædestinatione: quare hoc non solũ habebit locũ in prędestinatione antecedente, sed etiá in consequente. Nõ enim verisimile est, Adã in prædestinatione antecedenti futurũ causam aliorũ prædestinatorum.

Quinta & vltima.

Quarto loco ex parte naturæ humanæ hæc cõficimus argumenta. Nã si, vt hinc incipiã, Adę ostẽsa fuit gloria, & magnificẽtia Christi, dictumq; illi fuisset: Nõ potest esse hoc tã excellẽs mysteriũ, nisi tu pecces, peccatũ tamẽ deinde remittetur, & saluus eris; proculdubio anceps animi redderetur, si sibi esset peccandũ, & protãta gloria Deo reddenda facilè ad peccandũ inclinaretur. Deinde Adamo reuelatũ fuit mysteriũ Incarnationis ante peccatũ. Nã cũ dixit, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*: hæc verba spiritu prophetico pronuntiauit, vt Christus Dominus declarauit Mat. 19. & Paulus Ephes. 5. dixit: *Sacramentũ hoc magnum est; ego autẽ dico in Christo, & in Ecclesia*, id est, de Christo, & hoc asserit Thomas tũ cũ in 3. p. q. 1. art. 2. de hac re disserit, tũ in 2. 2. q. 2. art. 7. Aut ergo errauit Adã, quod nõ est cõcedendũ, aut benè credidit, & ita nouit incarnationẽ. ¶ Nec valet quod quidam dicũt, reuelatũ fuisse tunc mysteriũ, nõ tamen causam eius, hoc est, peccatũ: quoniam possibile erat, tunc Adam sapientissimũ putasse, quòd si Christum Deus absolutè voluit, ita etiam decretũ fuisse, vt veniret etiá nullo existente peccato: imò existimasse: quòd propter ipsum impedimentũ peccati potiùs non esset venturus, quàm venturus. ¶ Secundò non valet, significasse eiusmodi cõiũctionẽ Filij Dei ad Ecclesiá, nõ per vnionẽ hypostaticam, sed per charitatẽ: quia etiam Pater, & Spiritus sanctus habent eandẽ charitatẽ, & coniunctionẽ ad Ecclesiam, nec tamen illi dici consueuerunt Sponsus Ecclesiæ, nisi filius Dei. Adhęc, absurdum quoque videtur, quòd tunc sub illa figura præsignauerit Christũ omnino venturũ, qui tamen poterat non venire: quia poterat Adam non peccare, & ita falsum significare potuisset. Vides igitur, quàm antiqua sit hæc opinio, & cuius hominis, nempè sapientissimi Adæ, qui per Spiritum locutus est. Sic enim magis honoratur natura humana, & magis commendatur benignitas Dei erga Filiũ, declaraturque, quàm sit grata nostra natura Deo. Præterea, si non peccasset homo, maiori vinculo adstrictus fuisset Deo gratias agere pro acceptis beneficijs, quàm si non fuisset incarnatus: imò simpliciter maius ostenditur debitum hominis erga Deum, siue peccasset, siue non. Qui enim asserit hãc sententiam, obligat hominẽ ad gratias agẽdũ, & ante & post peccatũ: at qui sentit oppositũ, obligat hominem Deo post peccatũ tantùm. Et mirum est, B. Bonauenturam asseruisse, per suè oppositam sententiã magis ostendi Dei amorẽ erga homines, quàm per cõtrariam: quod videtur falsum. Nã per hãc sententiã, quã tuemur, ostendit amorẽ erga hominẽ, siue peccãtem, siue nõ peccãtẽ: per suam verò opinionem, tantũ peccantẽ. ¶ Neq; profectò videtur æquitati cõsentaneũ, Deũ fuisse magis liberalẽ ad hominẽ suæ legis transgressorẽ, quã ad eũdẽ iustũ, & obedientẽ: alioqui deterioris cõditionis fuisset innocẽtia, quã pœnitẽtia, & præcepti obseruãtia, quã culpa, & præuaricatio. Postremò ex hominibus, & Angelis debuit constari vna Ecclesia militãs, & in cœlo triũphãs: homines siquidẽ debent ad sedes Angelorũ, qui ceciderũt, restaurari: at non videtur iustũ, & æquum, homines Angelis æquari in illis sedibus. Nã sapientia Dei debet superiori naturæ maiorem gratiam tribuere: vt docet Thomas de Angelis, qui quò nobiliores sunt in natura, eò ampliorem consecuti sunt gratiam

Tertia ratio.

Quarta ratio

B. Bonauẽ. 1. sent.

Dei maiorẽ erga hominẽ ex absoluta, quàm conditionata, vt sic dicã, incarnatione, amorem declarari.

Quinta & vltima ratio.

Psalm. 109.

B. Thom. 1. par. quæst. 62. ar. 6.

Quartum genus argumẽtorum ab humana natura

Secunda ratio. Et vnde Adam mysterium Incarnationis cognouerit. *Gen. 2. Matth. 19. Ephes. 5.*

D. hom. to. 12. Tomi 11. par. 2.

Soluitur illud: Etsi cognouit Adã mysteriũ Incarnationis, nõ tamẽ causam eius, scilicet futurum peccatum: Et hæc ratio diluitur: Adę cum Eua coniugalis vnio, Dei cũ Ecclesia per charitatẽ, non autem per Incarnationẽ cõiunctionẽ significauit.

tiam. Vt ergo hominis euectio ad sedes Angelorum iustè fiat, debuit natura humana cum hypostasi Verbi iungi, & vniri, vt sic iustè posset supra naturam Angelicam eleuari ratione gratiæ, vel illi saltem æquari.

Quinta demóstratio futuræ incarnationis Christi absolutæ, ex parte peccati. *Rom. 3.*

Quintò, producimus rationes ex parte peccati. Nam primò si comparemus malum culpę cum iustitia, inueniemus, inobedientiam adduxisse Deum ad nos: cur ergo non præstabit hoc summa obedientia? Vnde si iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quantò magis nostra iustitia ipsius summam bonitatem commendasset? Sic enim Richardus argumentatur: *Debet puniri peccatum, ne plus tribuatur iniustitiæ, quàm iustitiæ: eodẽ ergo modo debet incarnari Deus sine peccato, ne plus tribuatur peccato, quàm gratiæ, & iustitiæ.* Et cõfirmatur, quia misericordia Dei commota est, cùm maxima iniuria afficeretur ab homine; quantò magis commoueretur, cũ debito honore, & cultu ab homine coleretur? Exemplum est patrisfamiliàs, qui propter filium amissum recuperatum gauisus fuit: de primogenito verò, qui domi mansit, dixit: *Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Si omnia bona sunt eius qui non peccauit, bonum autem peccantis filij est incarnatio, quantò magis ergo incarnatio, quæ in omnibus bonis continetur, erit non peccantis, & iusti? Deinde, si peccatum occasio fuisset incarnationis, & non aliquid aliud, planè consequeretur, malum plus displicere Deo ex natura sua, ratione cuius displicentiæ afferatur remediũ, quàm placeret bonum nostrum, cuius complacentiæ intuitu daret præmium, & aliquid quod honoraret operantem: at hoc est contra rectam rationem. Tertiò, non propter peccatũ venit Christus, sed propter gloriam Patris: at hæc gloria manifestari posset absque vllo peccato. Quartò, peccandi occasio Adæ non fuisset data: si enim nouisset, quòd reuelatum ei fuisset, quòd tãtum bonum, id est, Christus, non fuisset in vniuerso, nisi ipse peccasset, occasionem habuisset dicendi, Volo peccare, ne aut Deus tãta gloria, aut natura mea tanto bono defraudetur. Vt omittam, quòd alij potuissent dicere, Deum tunc posuisse Adæ offendiculum, vt peccaret. Alij etiam homines de peccato Adę gaudere possent, siquidem congaudere debent de Christo, & de omni occasione, quæ fuit, & est: quod aliud nõ fuit, quàm peccatum. Quinimò ipsi Christo, qui natura impeccabilis est, in tali occasione data gratulari, & cõplacere sibi possent, vtpote de re necessaria, vt ipse existeret. Ex alia parte daretur occasio dolendi, quòd tãtum bonum, quantum erat Christus gloriosus, sine passione fuisset per nostrũ peccatum impeditũ. ¶ Quintò, idẽ colligitur ex præuisione peccati. Nam peccatum præuideri non potuit ante prædestinationem Christi: ergo fuisset etiam sine peccato. Et probatur ex eo, quia peccatum est auersio à Deo interueniente Christo; ergo priùs fuit Christus. Minor verò ostenditur: quia monarchia est optima omnium gubernatio, & hæc seruata fuisset in statu gratiæ; ergo per vnum caput semper gratia venisset. Sextò, non est magis graue, si intensionem attendas, peccatum originale, quàm peccatum actuale: at debebat dari hominibus, Adam non peccante, pro peccatis eorum actualib⁹; poterant enim posteri Adæ peccare actu, & lethaliter delinquere: debebat ergo illis prospicere de mediatore. Et patet ista illatio: quia non sunt deterioris conditionis filij hominum iniustorum, quàm iustorum: sed nos habemus Redemptorem nõ solùm pro originalibus, sed etiã pro actualibus; ergo etiam illi habuissẽt. Denique si ob remissionem peccati, quod minus est, egemus mediatore; quid ob gratiã innocentiæ, quod maius est? Et si modò gratia omnis etiã iniusto datur per Christũ, iũxta illud: *Accepimus gratiã pro gratia*; ergo & tunc illã gratiam innocentiæ non nisi per mediatorem consequeremur: & si gratia pœnitentiæ per

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima, & postrema.

Ioan. 1.

Quo ex ẽplò intelligi possit, hominẽ antequã post peccatũ, magis beneficio incarnationis dignum extitisse! *Luc. 15.*

Secunda ratio ab absurdo.

Tertia.

Quarta item ab absurdis.

mediatorem habetur: ergo illa innocentiæ, quæ multò maior est sine cõtrouersia. Et confirmatur, constat enim ex Bernardo, nouisse diabolum Christi aduentum: *Putas ne*, inquit, *Lucifer, ille, qui mane oriebatur, sed præpropere eleuabatur, antequã verteretur in tenebras, generi nostro inuiderit & ipse olei effusionem, vt per seipsum iam tunc indignabundus musitaret, dicens intra se quodãmodo: Vt quid perditio hæc? Hoc ego non aſsero dicere spiritũ, sed nec contradicere dico. Nescio enim. Potuit enim contingere (si tamen incredibile non putetur) plenum sapientia, & perfectum decore, homines præscire potuisse futuros, etiam & profecturos in parem gloriam. Sed si præsciuit, in Dei Verbo absque dubio vidit, & molitus est habere subiectos, socios dedignatus. Infirmiores sunt, inquit, inferioresque natura: non decet esse conciues, nec æquales in gloria.* Hæc ille. Quòd si ille prænouit Christum vẽturum, & causam non ignorauit, ob peccatum scilicet remittendum, & Deum placandum nobis, debebat vtiq; à primo homine tentando abstinere, vt ablata tentatione, peccatũ quoque tolleretur, & ita mundus incarnationis medicina non indigeret. Dixit enim: *Vidit, & in liuore suo inuidit, & molitus est habere subiectos, socios dedignatus.* Alioqui astutissimum, & à sciẽdi facultate denominatum dæmonẽ: stolidũ, & imperitum in tentando redderemus. Debebat ergo potiùs suis artibus, & machinis peccatum impedire, quominus Dominus per incarnationem veniret.

B. Bernard. serm. 17. super Cãtica.

Matth. 26.

Sexta ostensio, ab Ecclesia, Deũ scilicet incarnandum, etiam non posito peccato.

Sextò fiunt argumenta ex parte Ecclesiæ: siquidem omnes sancti vno ore docent, Angelos, & homines vnam Ecclesiam facere: at vna Ecclesia non est nisi ratione vnius capitis: ergo vt sit vna Ecclesia ex hominibus & Angelis, etiamsi Adam non peccasset, Verbum sumpsisset carnẽ, alioquin homines caput non haberent. ¶ Neque valet, si quis dicat, caput futurum ipsum Deum: quia caput eiusdem esse ordinis debet cũ membris: sed Deus cùm sit merè spiritualis, non potest esse caput Ecclesiæ, quæ non modò ex spiritu, sed etiam ex corpore constat. ¶ Neq; dicendum est, hoc caput futurum Deũ Angelum: tùm quia nusquã Angelos apprehendit: tùm quia vniuersum in natura Angelica non fuisset eiusdẽ ordinis cum homine corporeo: tùm quia etiam vniuersum in natura Angelica non fuisset exaltatum, neque fuissent tot modi existendi, neq; illa vnitas, & perfectio: & homine non assumpto, omnes gradus possibiles non inuenirentur.

Huic obiectioni respondetur: Ecclesia in statu innocentiæ pro capite Deũ habuisset.

Infirmatur & ista: Deus Angelus caput Ecclesiæ fuisset.

Hebr. 2.

Quib⁹ de causis fit, vt natura Angelica cõtẽta sit, vt potiùs exaltetur homo, quã Angelus. Cũq; ex Angelis, & hominib⁹ fiat vnũ corpus mysticũ, & in omnia corporis membra gratia diuina ꝓmanet, & in beatitudinẽ cõfirmẽtur, & prædestinentur, hoc nõ esset, nisi Verbum assumeret carnẽ, etiã Adamo nõ peccãte: siquidẽ Angeli erant per Christũ mediatorẽ in gloria cõfirmati. Nã quæro, an habere mediatorem, sit dignitas vlla, vel nõ. Si est, cur negabimus illũ Ecclesiæ sanctę, & à peccato liberæ? Si autẽ nõ est, quorsum ita celebrat Scriptura mediatorẽ Dei & hominũ, tãquã summã gloriã humanæ naturæ? Adhęc Ecclesia nõ potest esse, nec vnquã fuit sine fide: hãc enim docet necessariã fuisse etiã in Adam ante peccatũ: nõ potuit autẽ esse sine Christo ratione peccati, quia nondũ erat Christus; erat ergo in Christum absolutè, quare etiam sine peccato fuisset. ¶ Nec probãdũ est, quòd fuerit fides absoluta in Messiã absque cognitione causæ: ná tunc intelligebat homo, propter aliquam causam fieri vnionem. Illa igitur vniuersi fides, ne falso fundamento niteretur, sufficiẽs erat, vt efficeret Christum carnẽ sumere. Et corroboratur hæc ratio: nã illius fidei vel Adã habebat aliquã conuenientiã, qua intellectus ipsius quiesceret, vel nõ habebat. Si habebat, quare nos nõ poterimus habere? An erat fortè tã hebes, vt non intelligeret id fieri à Deo, propter exaltationem naturæ humanæ?

Filio Dei nõ non incarnato quod bonũ Ecclesiæ defuisset.

Ecclesiæ melius esse simpliciter habere mediatorem, quã nõ habere. *1.Tim.2.* Secundr ratio.

Quòd Adam antequam peccaret, fidei in Christum causam nouerit, & quæ fuerit illa.

Primum argumentum.

Deinde

Secundum argum.

Heb. 11.

Deinde erat impossibile vt non haberet: nam credere oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Debebat ergo Adã credere Christũ remuneratorem, & tunc Deus assumpsisset naturam humanam.

Septimus loc⁹ à Scripturis, pro futura incarnatione, etiam Adam non peccante. *1. Cor. 2. Rom. 1.*

Septimò idem colligimus satis probabiliter deduci ex Scripturis. Ait enim Apostolus: *Loquimur Dei sapientiã in mysterio quæ abscondita est* (id est Christum Filium Dei definitum absolutè venturum) *quã prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram:* non autem in medicinam, aut redẽptionẽ, quia hoc fuit post multa secula, sed primò & principaliter ob glorificationem nostram. Hinc autor lib. De anima, & spiritu cap. 9. *Propterea Deus homo factus est, vt totum hominem in se beatificaret, & tota conuersio hominis esset ad ipsum, & tota dilectio hominis esset in ipso, cum à sensu carnis videretur per carnem, & à sensu mentis videretur per diuinitatis contemplationem. Hoc autem erat totum bonum hominis: vt siue homo ingrederetur, siue egrederetur, pascua in factore suo inueniret. Pascua foris in carne Saluatoris, & pascua intus in diuinitate Creatoris.* Hæc ille, alludens ad illud: Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

Hugo de S. Victo. secũdũ aliquos, apud Augustin. tom. 3. sub finem. Cur Deus homo.

Ioan. 10. Quid illud: Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.

Deinde Ioan. 17. ait Dominus: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solũ, verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Si ergo nunc gloria confertur, quæ animum beat, & corpus glorificat, cur non etiam tunc contulisset, & beatificaret corpus, & animũ? ¶ Ibidem dicitur: *Clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret, apud te.* Id est: Da gloriam corporis mihi prædestinatã, etiam non respecto peccato, quã ego ad tempus abieci, vt hominem redimerem. Illo igitur iam redempto, eã peto quam habui apud te (id est in prædestinatione tua, nã reipsa aliter non habuit) nec est sermo hic de gloria essentiali animę quã Christus semper habebat. ¶ Ioan. item 12. *Nisi granum, inquit, frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solũ manet:* ergo esto quòd Christus passus nõ fuisset, adhuc clarificatus, ac per hoc incarnatus fuisset, nam ob peccatum tantùm passus est. Item Prou. 8. habetur: *Dns possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio.* Verba sunt Sapientiæ loquentis de se ipsa. Et primùm enarrat generationẽ æternam: In initio, inquit, viarũ suarum, vel. vt Hebræa habent, principiũ viæ suæ, hoc est primum à Deo procedens. Viæ enim Domini sunt generatio, & processio, quæ sunt actiones immanẽtes, & æternæ, & creatio, quæ est transiens in materiam, & in tempore. Vnde subdit: antequã quicquã faceret à principio, & ab æterno ordinata sum. Quod autem præordinatur in finem aliquem, ab æterno, & ante omnia alia est. Ordinatũ est autem vt homo fieret, & esset omnium caput, & fundamentum, in quo etiam consisterẽt siue in suis naturis, siue in suis donis. Et vt præcipuæ suæ deliciæ forent cum Filio hominis: quia plus diligit illum hominem, quàm omnia alia. Deniq; vt esset primogenita ante omnem creaturam. Neque verisimile est tot verba profudisse Sapientiam diuinam ad significandum, suam existentiam præcedere alia omnia creata: quod satis est obuium intelligenti, si semel Christum esse Filium Dei naturalem, & consubstãtialem meminerimus; sed magis, ad significandam assumptionem humanæ naturæ, quæ facta est in Verbo, finem esse potissimum in prædestinatione Dei, ad quem ordinauit creationem Angelorum, & hominum, & totius vniuersi. Ideò ait: Ante omnes colles ego parturiebar, id est homines præclaros, aut Angelos, qui nomine mõtium, & collium in Scripturis sæpè venire solent.

Tertium.

V. locus. *Prou. 8.*

Viæ Domini quæ sint.

Causæ incarnationis Filij Dei.

Ecclesiastici 24.

Idẽ colligitur ex illo alio loco Ecclesiastici 24. *Abinitio, & ante secula creata sum.* Id est: Voluit me naturam humanam assumere. Ideò subiungit velut explicans, *Et in habitatione sancta coram ipso ministraui.* Dicitur enim Verbum Dei in natura humana ministrasse Patri, & fecisse redemptionem

Illud, Dominus possedit me in initio viarum suarum, &c. in primis quò tendat.

Prou. 8.

Quartum testimonium. *Ioan. 12.*

Sextus locus *Ecclesiastici 24.*

Septimus locus. *Esai.66.* Octauus. *Gen. 1.*

humani generis. Vnde subdit: *Et sic in Sion firmata sum.* ¶ Locus ille Esai. vlt. *Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariã?* fuit superiùs ad hoc mysterium accõmodatus. ¶ Ad hæc Gen. 1. legimus: *Creauit Deus hominẽ ad imaginem, & similitudinem suam:* & subdit: *ad imaginẽ Dei creauit illũ*, id est Chri filij Dei. Sic enim declarat hunc locũ

B. Hilar.

Hilar. lib. 3. đ Trinit. Alioqui sat erat dixisse, ad imaginem suam: nisi enim voluisset aliam personam significari, non dixisset, Dei. Et Sapiẽ. 2. dicitur:

Imago & similitudo Dei Christus, *Sap. 2.*

Deus creauit hominem inexterminabilẽ, & ad imaginẽ similitudinis suæ fecit illũ: hæc autẽ similitudo Dei Christus est,

Coloss. 1.

qui est imago Dei expressa, Coloss. 1. Vt ergo beatitudo nostra est, vt simus similes imaginis Filij Dei, id est, prima nostra conditio debebat esse ad imaginem Filij Dei: quia tamẽ peccauit homo, & imaginẽ Dei destruxit, & fœdauit, ad imaginem nostrã Chri stus factus est, carnẽ peccatricẽ, atque damnatam assumendo. Audi verba

In quo beatitudo nostra sita sit. *Rom. 8.* *1. Ioann. 3.*

B. Irenæ.

Irenæi lib. 5. c. 16. contra Valentinum, qui loquens de Dei Verbo: *Tũc autẽ*, inquit, *hoc Verbum ostensum est, quando homo Verbum Dei factũ est, semetipsum homini, & hominem sibimetipsi assimilãs, vt per eã quæ est ad Filium similitudinẽ, pretiosus homo fiat Patri. In præteritis enim temporibus, dicebatur quidem secũdum imaginem Dei factum esse hominem, non autem ostendebatur. Adhuc enim inuisibile erat Verbum, cuius secũdum imaginem homo (factus) fuerat: propter hoc autẽ, & similitudinẽ facilè amisit. Quãdo autem caro Verbum Dei factum est, vtraque confirmauit: & imaginem enim ostendit verã, ipse hoc fiẽs, qđ erat imago eius, & similitudinem firmans restituit, consimilem faciens hominẽ, inuisibili Patri per visibile Verbum.* Prætereà Ioan.

Ioan. 1.

3. *Nemo*, inquit, *ascendit in cœlũ* (nimirum suo iure, & marte) *nisi qui descendit de cœlo* (id est, qui à gloria sibi debita, ac destinata, se demittendo propter opus redemptionis nostræ, dicitur descendisse; nã aliôqui secundum diuinitatẽ nõ propriè descẽdit, quia ibi erat, vt subdit, *Filius hominis qui est in cœlo:* neq; secũdum humanitatem,

Nonus locus *Ioann. 3.*

secundũ quã in cœlo fuit nunquam. Dicitur ergo descẽdisse de cœlo, quia qui vẽturus erat glorioſus, & immortalis, ac planè cœlestis, propter redẽptionis opus venit humilis, & passibilis, vt canit Ecclesia: *Qui propter nos homines, & propter nostrã salutẽ descẽdit de cœlis.* Propter nos quidẽ exaltãdos, & propter nostram salutẽ morte sua operandã. Idem Apostol. ad Hebr. 2. loquẽs de Christo dixit; *Decebat enim eũ per quẽ omnia, & propter quẽ omnia,* &c. Nõ ergo ipse ꝓpter nos, sed nos propter ipsum sumus, vt serui ꝓpter dñm suum, non dñs propter seruos. ¶ *Qui multos filios in gloriã adduxerat.*

Christus vt dixit, Filius hominis quẽadmodum de cœlo descenderit.

Decimus locus. *Hebr. 2.*

Hebr. 1. *Luc. 2.*

Id est: Angelos merito suæ incarnationis ab Angelis adoratæ glorificauerat, *Per passionem cõsummari.* Vt homines à peccato redemptos in gloriã introduceret. Rursus ad Philip. 2. ait: *Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens:* hæc autem exinanitio Christi nõ fuit quatenus Deus erat, quia hoc modo exinaniri nõ potuit, sed quate nus prædestinatꝰ Filius Dei in virtute secundũ Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, virtutẽ illam immortalitatis, & decorem abæterno prædestinatũ ad tẽpus demisit: & cũ esset in forma Dei secundũ definitionem Dei, formã serui accepit: quousq; in Cruce immolatus ingressus est in gloriã suã sibi debitã, iuxta illud: *Dominus regnauit, decorẽ indutus est: indutus est Dñs fortitudinem, & præcinxit se.* Hos, & similes locos ꝓducunt, qui hanc partem tuentur: nec videntur facilè contemnendi, quia etsi Patres illos non attingant, possunt tñ Scripturarum testimonia nouas semper recipere expositiones, modò Patribus nõ repugnẽt, aut cõtradicãt, & alicui probabili, & piæ sententiæ accõmodentur. Regula etiam est, Scripturarum sententias non vnũ tãtùm sensum literalem posse recipere, sed plures, & præsertim regula ab Augustino tradita; Qui loci de Christo dicuntur, si commodè applicari possint humanitati, ac diuinitati, acceptandi sunt ambo, & nullus est respuendus. Octauum caput sit ex parte vniuersi.

Vndecimus locus. *Philip. 2.*

Rom. 1.

Luc. vlt.

Psal. 92.

Scripturæ sẽsus Patribus incogniti, quã tamen minime reijciendi, nec asperandi.

Canon intelligentiæ Scripturarum ab Augustino traditus. *B. August. lib. 2. de Trinit. cap. 2. & seq. tom. 3.*

Octaua demonstratio futuræ incarnationis Christi absolutæ, ab vniuerso.

Ordo siquidē vniuersi cōsistit in hoc, q̄ ab vno principio trahit esse suum, & ad idem principiū reuocari debet. Sed ista perfecta reuocatio nō fieret, nisi totū vniuersū Deo cōiungeretur præstātiori modo quo cōiūgi potest: at hic est mod⁹ vnionis hypostaticæ.

Secunda ratio.

Deinde vnitas est maxima perfectio in vniuerso, tū ratione propriæ vnitatis, quæ melior est, vt ita dicā, pluralitate: tū quia autor vniuersi vnus est, & quoad fieri potest, vnū ꝓducit, & vnū Filium, vnū Spiritum sanctū, vnum mundū, quāuis creaturæ ab eo progrediētes propter imperfectionē ipsarū in multitudinē veniant. Quoniā tamen est summè vnus, quantum fieri potest, reducit rerū multitudinē ad vnū: sicut videmus, omnes creaturas vniuersi reduxisse ad vnū hominē, in quo sūt actu, aut virtute: adhuc tñ remanebat dualitas, nimirū Deus, & homo. Vt ergo ista dualitas ꝓpter perfectionem vniuersi tolleretur, decētissimū fuit vt vna persona diuina fieret simul Deus & homo per vnionem hypostaticā.

Quàm amās vnitatis Deus.

Tertia ratio

Tertiò vniuersū nō debuit esse perfectū antequam esset, sed postquā factum est; sed antequam esset, erat in Deo, & ipsemet Deus erat; ergo postquā factum est, & in proprio esse cōsistit, debet esse Deus: at hoc decēs nō erat in omnibus partibus suis, vt ex se patet; ergo in ipsa parte vniuersi, quæ epilogus est ipsi⁹. Ita ergo homini cōueniebat Deū fieri.

Quarta ratio, & vnde dicitur vniuersum.

Quartò, vniuersum ꝓpriè dicitur, quia perfectū, & omnia cōprehendit. Certè vniuersum hoc perfectum non esset, si tā admirabile opus illi deesset, qđ lōgè superat omnes alias vniuersi partes. Esset enim ac si quis imaginem hominis pulcherrimā depingere vellet, & tñ caput illi, in quo magis eminet pulchritudo, & decor, nō apponeret, sed corp⁹ remaneret acephalū. Sicut em̄ diuinæ Sapientiæ nō satis fuit ad perfectionē vniuersi, naturā Angelicā condere, nisi & corpoream crearet: & quia videbat adhuc has duas naturas in vnū iūgi posse, & hoc spectare ad pulchritudinem mūdi, hominē creauit, fecitq; tres entiū gradus. Cū igitur prēter hos tres gradus sit quartus, putà Deus & homo, qui perfectissim⁹ est, & vincit omnes alios gradus, imò ipsum totū vniuersū; qua solida ratione negabimus hoc Deum fecisse?

Vniuersum sine Deo homine quale videri posset.

Quintò, in vniuerso debent esse omnes modi existendi possibiles, & qui spectāt ad ei⁹ perfectionē, & integritatem: vt v. g. est subsistentia, inhærentia, &c. nā substantia per suā subsistit subsistentiā, & accidens per inhærentiā existit: esse tamē poterat substantia sine subsistentia, & accidens sine inhærentia. Illud autem inuenitur in assumptione carnis, & hoc in mysterio Eucharistiæ. Adhæc natura vna inuenitur in tribus suppositis, vt in Trinitate; ergo debebat esse alia excellentia trium naturarū in vno supposito, quę inuenitur in incarnatione, quia vnitas naturę in vna persona, vt in vno homine, vel Angelo, & plures naturæ in plurib⁹ personis, vt in duobus hominib⁹, vel Angelis, iā inueniebantur; nō debuit ergo abesse ab vniuerso hic pulcherrimus cōbinationū quaternarius. Hac ratione vtitur Alexander de Hales & Bonauentura ad probandū, cōueniens esse post peccatum incarnari Deum: quod profectò nō minus, imò magis militat ante peccatū. Item cōplendus etiā erat alter productionis diuersæ quaternarius. Nā homines omnes ex patre & matre producuntur; Adā sine patre & matre; Eua fuit tanquam ex patre sine matre: deerat ergo vt aliquis esset ex matre sine patre, & hic fuit Chr̄us. Prætereà inuenitur filius ex solo patre, vt Verbū: Filius ex patre, & matre vt nos: debet esse aliquis filius ex matre sine patre, vt Christus.

Quintà ratio à varijs existēdi modis.

Qualis sacro sanctæ Trinitatis, qualisverò incarnationis sit existentia.

Alexan. de Hales 3. p. q. 2. memb. 13. Bonauen. in 3. distin. 1. q. 1. De incarnatione quātum ad dignitatē. Gen. 2.

Quibus rationibus nō cōcludimus necessariò hoc opus fieri debere, ita vt in ordine rerum naturalium nō esset esse perfectum, si nō fieret: sed volumus ostendere, q̄ magis perficeretur vniuersum in suo esse naturali, si fieret, quā si nō fieret: etsi maior propositio nō adstringat Deū ad hoc, vel illud magis perficiēdū. Magis quoq; pia est hæc sententia, quia magis exaltat Deum, & hominem. Fides etiam

Alijsquoque rationib⁹ & argumentis hæc sentētia futurę incarnationis absolutæ multis & magnis confirmatur.

Gen. 1.

magis roboratur: nã credere Deo loquenti, & reuelãti, opus maximæ humilitatis est, & obediẽtiæ. Magis erigitur spes nostra: nã qui non rogatus dedit Filiũ proprium, quid non dabit rogatus? Magis etiã accenditur charitas erga Deũ, qui nõ cõtentus esse largitor, seipsum etiam voluit nobis dare. Magis etiã instituimur exemplo: nã si in patria debemus fieri conformes imaginis Filij Dei, quidni etiã in via? Et si illud est bonum, quid ni sit hoc etiam bonum? Instructiores quoq; fuissent homines ad bonum sequẽdum, & ad malũ fugiendũ, præsertim idololatræ: nã ad idololatriam facilè conátur dæmones homines trahere. Per incarnationẽ etiã in cognitionẽ inuidiæ dæmonis, quã habuit aduersus nos, faciliùs peruenieremus. Maior quoq; cognitio fuisset mysteriorum Dei, vt sacræ Trinitatis: vt ex eo quòd Pater mittit Filium, intelligeremus Verbũ à Patre generari: ex eo verò, ꝙ charismatibus vngit, vtrũq; spirare amorem diuinũ, & cõsubstantialem, nempè Spiritũ sanctum: & quæ tãdẽ vita ęterna esset, magis cognoscerẽt, iuxta illud; *Vt cognoscant te solũ, verũ Deũ, & quem misisti Iesum Christum.*

Rom. 8.

Ioan. 17.

Nonus locꝰ, à communi voto & desiderio omnis creaturæ rationalis totius vniuersi.

Argumentamur etiam ex communibus hominum votis, & desiderijs. Nã in primis ipsemet Christus, vt homo est sic subsistens in natura diuina, potius vellet esse quàm nõ esse, etiã nõ existente peccato: & proculdubio si ab eo id percõtaremur, nescio quid aliud posset respondere. Beatissima Virgo quoq; peculiari affectu desiderauit nõ priuari tanto priuilegio, & excellẽtia Matris Dei. Omnes quoq; electi voluissent habere tã excelsum ducẽ, & glorioſum; tã speciosum forma præ filijs hominũ, in cuius vultũ desiderãt Angeli prospicere. Et quid esset cœlũ sine Christo? id quod mundus sine Sole. Si tollas de medio Solẽ, omnia concident. Tolle ab vniuerso Christũ, & euacuata est plenitudo gratiarum. Adã, & Eua, & reliqui homines magnopere expetissent Christum esse: quis enim nõ velit ex familia sua aliquem in Regem, & Dñm exaltari? Voluissent quoq; Angeli habere Christum, tũ ob vniuersi perfectionem, tũ propter exaltationem propriam: nec enim æquũ erat ipsos solos exaltari, & nõ homines; neq; iustum, vt quem minorauerat natura, imminueret etiã in gratia. Si autẽ Angelus fuisset assũptus, nulla via homo fuisset exaltatꝰ: at exaltato Christo, exaltatur natura Angelica, sicut & natura corporea. Deniq; damnati etiã voluissent Christũ habere, vt si saltem ipsi non sunt exaltati, natura tamẽ ipsorũ esset super omnes alias exaltata. Tantùm dæmones fuerunt, qui liuidis oculis hũc honorem humanæ naturæ exhibitum semper cõspexerunt: & vt ait Bernardus, Diabolus vidit, & inuidit: vnde de cœlo deturbatus est cũ suis satellitibus, & semper aduersatus est, ac se opposuit tãto mysterio ne fieret: & vbi factum est, homines ab eius fide, ac professione auocare conatur.

Psal. 44.

1.Pet.1.

Deus si Angelum, non hominẽ assumpsisset, quid inde.

Heb.2.

Quibus tantummodo ingratũ, & inuisum extiterit mysteriũ incarnationis.

B.Bernard. serm. 17.in Cantica, circa med.

Apoc. 12.

Esa. 14.

X. Ostensio ab aduersariorũ doctrina.

Postremũ caput sit ex dictis aduersariorum, & ex solutionibus solidis, quæ omnes nodos argumentorũ suorũ dissoluunt. Nã in primis Thomas in tertio sententiarũ, & in 3. parte, nõ alia ratione probat conueniens fuisse Deũ incarnari, quã ex ratione boni, per quã Deus Pater se cõmunicat per generationem, & processionẽ in duas alias psonas, & in creaturas vniuersi per eius creationem. At hæc ratio æquè viget ante peccatũ, ac post peccatum. Deinde Thom. 2.2. docet, hominem ante peccatum explicatã de incarnatione fidem habuisse ꝙ humanę gloriæ cõsummatione: at hæc cõsummatio futura erat nõ posito peccato: venissent ergo ad nos etiam illo sublato. Adde ꝙ in 1.part. reprehẽdit eos, qui dicebant; Si nõ fuisset peccatum, nõ fuisse in statu innocentiæ generationẽ, aut filiorum propagationẽ. Et respõdet Thomas, absurdũ esse, quia nõ est cõueniens ꝙ tantum bonũ impediatur: & inconueniens, vt per peccatum cõsecutũ sit tale bonũ: aliôqui videretur peccatum necessarium propter illud bonum: sed incomparabiliter maius bonum est incarnatio, quàm filiorum propagatio.

B. Thom. in 3. dist. 1. q. 2. tom. 7. initio.

Idem in 3. p.q. 1. art. 1 tom. 12.

Idem Thom. 2.2. quæst. 2. art. 7.

Homo ante peccatũ quã fidem habuerit incarnationis, secundũm Thomã

Idem 1.par. q. 98. artic. 1.

Idem, Vnde probet ante peccatum futuram etiam in statu innocentiæ generationem.

Sed

Obiectio Caietani, leuissima.

Incarnationem nõ esse bonũ per accidens, contra Caietanũ

Sed huic argumento occurrit Caietanus, dicens: Duplex bonũ est, vnũ simpliciter, vt charitas; aliud ex suppositione mali, vt pœnitentia. Generatio autem filiorum est bonũ simpliciter, incarnatio autẽ tantùm ex suppositione. Vnde ratio Thomæ valet in hoc, non autem in incarnatione. Sed videtur reprehendendum in hac solutione dicti Caietani, quòd asserat incarnationem esse bonum non simpliciter; cũ tamen illa sit incomparabiliter, & infinitis partib⁹ melior generatione filiorum. Deinde hoc asserere, nihil aliud videtur nisi petitio prin[illegible] tio [illegible] carn[illegible] vnic[illegible] quit[illegible] bus [illegible] sten[illegible] tate[illegible] vim h[illegible] quàm illo posito.

B. Bonau. in 3. distin. 1. q. 1.

Ratio B. Bonauenturæ pro cõueniẽtia incarnationis.

Adhæc Bonauentura in [illegible]

Considera, come andando Giesv attorno per le Città, e Castella della Galilea predicando, e facendo miracoli co' suoi Apostoli, mẽtre passaua da Cafarnao alla Città di Naino, incontrò nella porta di essa il cadauero d'vn figlio vnigenito d'vna pouera vedoua, il quale essendo morto nel fiore della giouentù sua, era in quel pũto portato fuori della Cit[illegible] quei po[illegible]

Aduersariorũ de figuris ac typis sumpta tantùm argumenta quid valeant.

Ad argumenta verò aduersariorũ facilè responderi potest. Et primò ad Scripturas illas primo loco allatas, nã figuræ fuerunt de eo, quod debebat esse posito peccato, & qđ efficaciter cõsecutũ est: neq; oportebat in eis cõscribi figuras rerũ quæ fieri nõ debebãt, sed earum quæ futuræ erant. Ad alias verò autoritates, quæ testantur venisse propter peccatũ, respondemus, nullibi dixisse, propter solum peccatum; cũ alibi ipse Christus explicet alias causas aduentus sui, vt sũt glorificatio, doctrina, exemplum, & similia. Qui em̃ dicit: Venit liberare à peccato, non excludit istas alias causas prædictas, & maximè institutionẽ Sacramentorum, ordinationem, & agnitionem Dei, & doctrinam diuinitus traditã, in quibus est diuinæ gloriæ, & honoris restitutio. Adhæc Scriptura non magnifacit has causas, propter quas venit: quia in animo erat sacris scriptoribus Spiritu sancto inspirante, inculcare animis hominũ quãta passus est Filius Dei pro peccato nostro abolendo, vt homo contenderet se à peccato liberare, & peccatũ in futurum fugere. ¶ Ad autoritates autem Ecclesiæ, & Conciliorũ dicendum, illas huic sententiæ nihil detrahere: hoc enim asserũt, & illud nõ negant. Quòd si aliqui sancti, & Cõcilia dicere vidẽtur, ꝙ nõ venisset ob aliã causam: interpretandæ sunt, quòd nõ venisset vt medicus, & vt redemptor passibilis, & vt Saluator per crucem, & sanguinem suũ. Quòd si obstinatè quisquam velit, sanctos ita causam facere peccatum, vt præter hãc causam nulla alia sit aduentus Christi; facies illos falsum dicere, & secũ pugnare. Nam quomodò verum erit quod Au[illegible] *Veniẽdi causa nulla alia* [illegible] *s facere*, cum [illegible] nt? Ait enim [illegible] *, & ad hoc ve-* [illegible] *um perhibeam* [illegible] *o veni vt vitã* [illegible] *beant*. Et rur[illegible] *ilium suum in* [illegible] *m, sed vt saluetur mundus per ipsum*. Salus autẽ est per cõsecutionem æternæ vitæ. Et ita quadrat homini nõ posito peccato Adæ, siue posito, illa sententia: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; vt omnis qui credit in eũ, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Quid de Scripturis Christum ob peccatum venisse testantib⁹ sentiendum.

Ioan. 17. Infra 18. Supra 13.

De hac causa Domini aduentus cur passim Scripturæ loquãtur.

August. sermo. 8. de verbis Aposto. c. 7. & sermo. seq. cap. 1. & alibi passim, tom. 10

1. Tim. 1. Ioan. 18. Supra 10. Supra 3.

Quomodo saluetur mũdus per Christum.

Ioann. 3.

Quòd verò symbolum Nicænum ait: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descẽdit de cœlis*: rectã interpretationem admittit, cùm ait, propter nos homines, scilicet exaltãdos in gloria ante peccatum: & propter nostram salutẽ, post peccatum. Duas enim causas posuisse videtur. Descensus etiam de cœlo, vt superiùs diximus, nihil aliud denotare videtur, nisi quòd prius venisset Christus ad nos gloriosus, & immortalis; & causa peccati nostri venit passibilis, & mortalis, vt in carne sua lueret nostrorum peccatorum debita.

Illud: Qui propter nos homines, & propter nostram salutẽ descendit de cœlis, quomodo accipiendum.

Ibidem.

Argumenta verò proposita facilè diluuntur. Nam illud: Incarnatio est opus misericordiæ: misericordia est de malo peccati: ergo nõ venisset nisi posito peccato: Respondeo, misericordiam nõ solùm esse post peccatũ, sed etiam ante: miseratio enim non

Ad illud: Incarnatio est opus misericordiæ, miseriæ scilicet peccati, respondetur.

magis roboratur: nã credere Deo loquenti, & reuelãti, opus maximæ humilitatis est, & obediẽtiæ. Magis erigitur spes nostra: nã qui non rogatus dedit Filiũ proprium, quid non dabit rogatus? Magis etiã accenditur charitas erga Deũ, qui nõ cõtentus esse largitor, seipsum etiam voluit nobis dare. *Rom.8.* Magis etiã instituimur exemplo: nã si in patria debemus fieri conformes imaginis Filij Dei, quidni etiã in via? Et si illud est bonum, quid ni sit hoc etiam bonum? Instructiores quoq; fuissent homines ad bonum sequẽdum, & ad malũ fugiendũ, præsertim idololatræ: nã ad idololatriam facilè conátur dæmones homines trahere. Per incarnationẽ etiã in cognitionẽ inuidiæ dæmonis, quã habuit aduersus nos, faciliùs perueniremus. Maior quoq; cogni[illegible] Dei, vt sac[illegible] Pater mit[illegible] Verbũ à P[illegible] charismat[illegible] amorem d[illegible] nempè Sp[illegible] vita ęter[illegible] *Ioan. 17.* iuxta illud; [illegible] *Deũ, & quem misisti Iesum Christum.*

Nonus locꝰ, à communi voto & desiderio omnis creaturæ rationalis totius vniuersi.

Argumentamur etiam ex communibus hominum votis, & desiderijs. Nã in primis ipsemet Christus, vt homo est sic subsistens in natura diuina, potius vellet esse quàm nõ esse, etiã nõ existente peccato: & proculdubio si ab eo id percõtaremur, nescio quid aliud posset respondere. Beatissima Virgo quoq; peculiari affectu desiderauit nõ priuari tanto priuilegio, & excellẽtia Matris Dei. Omnes quoq; electi voluissent habere tã excelsum ducẽ, & glorioſum, tã speciosum forma præ filijs hominũ, in cuius vultũ desiderãt Angeli prospicere. *Psal. 44.* Et quid esset cœlũ sine Christo? id quod mundus sine Sole. Si tollas de medio Solẽ, omnia concident. Tolle ab vniuerso Christũ, & euacuata est plenitudo gratiarum. Adã, & Eua, & reliqui homines magnopere expetissent Christum esse: quis enim nõ velit ex familia sua aliquem in Regem, & Dñm exaltari? *1.Pet.1.* Voluissent quoq; Angeli habere Christum, tũ ob vniuersi perfectionem, tũ propter exaltationem propriam: nec enim æquũ erat ipsos solos exaltari, & nõ homines; neq; iustum, vt quem minorauerat natura, imminueret etiã in gratia. Si autẽ Angelus fuisset assũptus, nulla via homo fuisset exaltatꝰ: at exaltato Christo, exaltatur natura Angelica, sicut & natura corporea. Deniq; damnati etiã voluissent Christũ habere, vt si saltem ipsi non sunt exaltati, natura tamẽ ipsorũ esset super omnes alias exaltata. Tantùm dæmones fuerunt, qui liuidis oculis hũc honorem humanæ naturæ exhibitum semper cõspexerunt: & vt ait Bernardus, Diabolus vidit, & inuidit: vnde de cœlo deturbatus est cũ suis satellitibus, & semper aduersu[illegible]t, ac se[illegible]ret: & [illegible]s fide, [illegible]r. [illegible] aduer[illegible]olidis, [illegible]rũ suo[illegible]homas [illegible]arte, nõ alia ratione probat conueniens fuisse Deũ incarnari, quã ex ratione boni, per quã Deus Pater se cõmunicat per generationem, & processionẽ in duas alias psonas, & in creaturas vniuersi per eius creationem. At hæc ratio æquè viget ante peccatũ, ac post peccatum. Deinde Thom. 2.2. docet, hominem ante peccatum explicatã de incarnatione fidem habuisse ꝓ humanę gloriæ cõsummatione: at hæc cõsummatio futura erat nõ posito peccato: veniſſet ergo ad nos etiam illo sublato. Adde ꝙ in 1.part. reprehẽdit eos, qui dicebant, Si nõ fuisset peccatum, nõ fuisse in statu innocentiæ generationẽ, aut filiorum propagationẽ. Et respõdet Thomas, absurdũ esse, quia nõ est cõueniens ꝙ tantum bonũ impediatur: & inconueniens, vt per peccatum cõsecutũ sit tale bonũ: aliôqui videretur peccatum necessarium propter illud bonum: sed incomparabiliter maius bonum est incarnatio, quàm filiorum propagatio.

Deus si Angelum, non homine assumpsisset, quid inde. *Heb.2.*

Quibus tantummodo ingratũ, & inuisum extiterit mysteriũ incarnationis. *B.Bernard. serm. 17. in Cantica, circa med.* *Apoc. 12.* *Esa. 14.*

X. Ostensio ab aduersariorũ doctrina. *B. Thom. in 3. dist. 1. q. 2. tom. 7. initio.* *Idem in 3. p.q. 1. art. 1 tom. 12.* *Idem Thom. 2.2. quæst. 2. art. 7.*

Homo ante peccatũ quã fidem habuerit incarnationis, secundũm Thomã *Idem 1.par. q.98. artic. 1.*

Idem, Vnde probet ante peccatum futuram etiam in statu innocentiæ generationem.

Solleua potendo co' tatti le altrui miſerie, e maſſime delle pouere vedoue, e non ti baſtino conſolatorie parole.

Obiectio Caietani, leuissima.

Sed huic argumento occurrit Caietanus, dicens: Duplex bonũ est, vnũ simpliciter, vt charitas; aliud ex suppositione mali, vt pœnitentia. Generatio autem filiorum est bonũ simpliciter, incarnatio autẽ tantùm ex suppositione. Vnde ratio Thomæ valet in hoc, non autem in incarnatione.

Incarnationem nõ esse bonũ per accidens, contra Caietanũ

Sed videtur reprehendendum in hac solutione dicti Caietani, quòd asserat incarnationem esse bonum non simpliciter; cũ tamen illa sit incomparabiliter, & infinitis partib⁹ melior generatione filiorum. Deinde hoc asserere, nihil aliud videtur nisi petitio principij. Adhæc Bonauentura in tertio volens probare conuenientiã incarnationis, probat illam ex perfecta vnione rerum cũ Deo: Vt fieret, inquit, perfectus circulus ex possibilibus modis existendi ad infinitatẽ ostendendam, ad pietatem, ad liberalitatem. Quæ rationes omnes maiorẽ vim habent non posito Adæ peccato, quàm illo posito.

B. Bonau. in 3. distin. 1. q. 1.

Ratio B. Bonauenturæ pro cõueniẽtia incarnationis.

Ad argumenta verò aduersariorũ facilè responderi potest. Et primò ad Scripturas illas primo loco allatas, ná figuræ fuerunt de eo, quòd debebat esse posito peccato, & qđ efficaciter cõsecutũ est: neq; oportebat in eis cõscribi figuras rerũ quæ fieri nõ debebãt, sed earum quæ futuræ erant. Ad alias verò autoritates, quæ testantur venisse propter peccatũ, respondemus, nullibi dixisse, propter solum peccatum; cũ alibi ipse Christus explicet alias causas aduentus sui, vt sũt glorificatio, doctrina, exemplum, & similia. Qui eñ dicit: Venit liberare à peccato, non excludit istas alias causas prædictas, & maximè institutionẽ Sacramentorum, ordinationem, & agnitionem Dei, & doctrinam diuinitus traditã, in quibus est diuinæ gloriæ, & honoris restitutio. Adhæc Scriptura non magnificat has causas, propter quas venit: quia in animo erat sacris scriptoribus Spiritu sancto inspirante, inculcare animis hominũ quãta passus est Filius Dei pro peccato nostro abolendo, vt homo contenderet se à peccato liberare, & peccatũ in futurum fugere. ¶ Ad autoritates autem Ecclesiæ, & Conciliorũ dicendum, illas huic sententiæ nihil detrahere: hoc enim asserũt, & illud nõ negant. Quòd si aliqui sancti, & Cõcilia dicere videtur, q̃ nõ venisset ob aliã causam: interpretandæ sunt, quòd nõ venisset vt medicus, & vt redemptor passibilis, & vt Saluator per crucem, & sanguinem suũ. Quòd si obstinatè quisquam velit, sanctos ita causam facere peccatum, vt præter hãc causam nulla alia sit aduentus Christi; facies illos falsum dicere, & secũ pugnare. Nam quomodò verum erit quod Augustinus dixit: *Veniẽdi causa nulla alia fuit, quàm peccatores saluos facere*, cum Scripturæ aliam assignent? Ait enim Dñs, *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati.* Et alio loco: *Ego veni vt vitã habeant, & abundantius habeant.* Et rursus, *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.* Salus autẽ est per cõsecutionem æternæ vitæ. Et ita quadrat homini nõ posito peccato Adæ, siue posito, illa sententia: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; vt omnis qui credit in eũ, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Augusti. sermo. 8. de verbis Apostol. c. 7. & sermo. seq. cap. 1. & alibi passim, tom. 10

1. Tim. 1. Ioan. 18. Supra 10. Supra 3.

Quomodo saluetur mũdus per Christum. *Ioann. 3.*

Aduersariorũ de figuris ac typis sumpta tantùm argumenta quid valeant.

Quid de Scripturis Christum ob peccatum venisse testantib⁹ sentiendum. *Ioan. 17. Infra 18. Supra 13.*

Quòd verò symbolum Nicænum ait: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descẽdit de cœlis*: rectã interpretationem admittit, cùm ait, propter nos homines, scilicet exaltãdos in gloria ante peccatum: & propter nostram salutẽ, post peccatum. Duas enim causas posuisse videtur. Descensus etiam de cœlo, vt superiùs diximus, nihil aliud denotare videtur, nisi quòd prius venisset Christus ad nos gloriosus, & immortalis; & causa peccati nostri venit passibilis, & mortalis, vt in carne sua lueret nostrorum peccatorum debita.

Illud: Qui propter nos homines, & propter nostram salutẽ descendit de cœlis, quomodo accipiendum.

Argumenta verò proposita facilè diluuntur. Nam illud: Incarnatio est opus misericordiæ: misericordia est de malo peccati: ergo nõ venisset nisi posito peccato: Respondeo, misericordiam nõ solùm esse post peccatũ, sed etiam ante: miseratio enim non

Ibidem.

De hac causa Domini aduentus cur passim Scripturæ loquãtur.

Ad illud: Incarnatio est opus misericordiæ, miseriæ scilicet peccati, respondetur.

solũ est de malo quòd est, sed etiã de eo quod potest esse. Et quia poterant esse etiam in statu innocentiæ aliorũ peccata, quę diuina indigebant misericordia. Deinde miseratio non solũ est ꝺ malo, sed de minori bono quod quis habet: & quia homo post peccatũ minus bonum habuisset, quàm si Christus promissus fuisset.

In id: Deus peccatum fieri permisit, vt maius bonum incarnationis eliceret.

Ad alterum, quòd non permittit Deus malũ fieri, nisi vt eliciat bonũ, & quidem maius: dicendum, bene cõcludere, sed nõ esse necesse, vt eliciatur ex malo tantũ bonum, cum aliter Deꝰ posset malo peccati mederi, quã incarnatione. ¶ Ad tertium dicendũ, quòd etsi Angeli sint homine perfectiores, vellent tamen se esse apprehensos propter bonũ quod impletur in solo homine, nõ autem in vlla alia creatura. ¶ Ad quartũ, quòd videtur indignum, Christum esse à Deo volitum propter peccatum, cùm ipse sit perfectior hominibus: quod idẽ etiã sequeretur, si incarnatus fuisset propter gloriam hominis, aut perfectionem vniuersi: nam & his quoq; incõparabiliter perfectior est Christus. Dicendum est, quòd Deus primò & principaliter voluit Filium suũ incarnari, etiamsi Adam nõ peccasset: quia manifestatur in eo bonitas eius, & ꝓuidentia, &c. secundariò autem propter causas tactas in argumẽto: vnde nihil concludit. ¶ Ad quintum: rationes nostræ non demõstrant, sicut nec oppositæ sententiæ argumẽta: sed satis est quòd ostendant magis esse cõueniens diuinæ bonitati. ¶ Ad sextũ, nomen Iesu est ex ꝓdestinatione post peccatum, non autem absolutè positum ante peccatum. Adde quòd glorificare est saluare; ideò adhuc Iesus poterat appellari. ¶ Ad septimũ: Etsi maxima causa incarnationis extiterit peccatum: tamen vrgentissimæ sunt illæ, quas nos attulimus, etiã sine peccato; quare nec necessum fuit hominem primũ peccare, ad hoc vt Filius Dei incarnaretur. Certè in hanc sententiam multi ex Scholasticis propẽdent, vt Alexander de Hales, Scotus, Gabriel Biel, Nicolaus de Cussa lib. 3. de docta ignorantia, cap. 3. & 4. Ambrosius Catharinus proprio tractatu, Clithoueus lib. de duabus propositionibꝰ Cerei Paschalis, vbi explicat illam sententiam: *O necessarium peccatum,* & illam alteram; *O felix culpa, quæ tantum ac talem meruit habere Redemptorem.* Atque de hac tota dubitatione satis sit dictum.

Adhæc quoque obiecta: huius sententiæ rationes non sunt ostensiuæ. Et: Nomen Iesu â præuisione peccati ortũ accepit. *Matth.1.* Soluitur & istud: Christꝰ propter peccatum maxime fuit incarnatus.

Hæc sententia quos habeat autores ac defensores.

Diluitur etiã hæc ratio: Cũ Christus sit rebus omnibus perfectior; quomodo est propter peccatũ rẽ vilissimã, incarnatus.

DISPVTATIO IIII.

In verba illa: *Quorum primus ego sum. Sed ideò misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnẽ patientiã, ad informationẽ eorũ qui crediturí sunt illi in vitã æternã. Regi autẽ, &c.*

Priores qui fuerit peccatores Paulo. *Gen.3. Infra 4.*

HÆc verba peculiarẽ habẽt difficultatẽ, quomodo Paulus se primum peccatorum vocet, cum si tempus spectes, Adam, & Eua, & Cain, atq; alij innumeri in Deũ peccauerint: si verò magnitudinẽ sceleris, alij Iudæi, qui ex malitia peccauerunt in Christũ, & non ex ignorantia, deteriores fuerũt: præsertim cùm certum sit, Paulũ vixisse irreprehensibilem, & sine querela, vt ipse ait ad Philippen. 3. cũ alij non sine querela, & reprehensione vixerint: Cain quoq;, ac similes, qui de diuina misericordia desperarunt, & reprobi fuerũt, grauiùs deliquisse videntur. Item vrgendũ est, quomodò de præsenti ait: *Quorũ primus ego sum,*

Philip.3.

Gen.4.

Act.9.

cùm

Ad 11. quæstionem propositam. Paulus vt fuerit peccatorum primus.

cũ iam esset iustus, & vas electionis.

Respondeo ante omnia, non se vocare primũ peccatorũ, q̃ ante omnes tempore peccauerit, vel quia anima Adæ peccatrix esset in Paulo, vt quidã hæretici docebãt, vt refert B. Thomas hoc loco: quia fabula est Pythagorica doctrina illa de trãsmigratione animarum, & quã Iudæi sequebãtur, maximè Herodes, qui dicebat de Iesu: Ipse est Ioãnes Baptista: ipse surrexit à mortuis; & ideò virtutes operantur in eo. Primus ergo accipitur pro p̃cipuo, & potissimo, iuxta illud: *Primus Simon, qui dicitur Petrus:* &, *Primũ quidem, quia credita sunt illis* (scilicet Iudæis) *eloquia Dei.* Nec enim hoc primũ beneficium fuit à Deo Iudæis exhibitũ: & infrà: *Vt in me primò ostẽderet omnem patiẽtiam.* Et cap. 2. huius epistolæ: *Obsecro igitur primùm omniũ fieri obsecrationes, orationes,* &c. & Dominus, *Qui voluerit inter vos primus ẽsse, erit vester seruus.* Augustin. serm. 9. de verbis Apostoli: *Quid est ergo, Quorũ primus ego sum? Quia omnibus peior sũ. Ergo peiorem voluit intelligi primũ. Quomodo in artificibus, quicũq; vult ædificare, quid dicit? Quis est hic primus structor? Quis est primus faber? Aut si curari vult, quis est hic primus medicus? Non vtiq; interrogat quis prior sit ætate, aut quis prior sit professione; sed quis prior sit arte. Quomodo illi in arte primi, sic iste in iniquitate primus.* Et sermo. 10. *Peccatores,* inquit, *saluos facere, quorum primus ego sum. Ante Paulum non erant peccatores? Certè vel ipse Adam ante omnes, & plena peccatoribus terra deleta diluuio, & deinceps quàm multi? Vnde verũ est: Ego primus sum? Primũ se dixit, non peccatorũ ordine, sed peccati magnitudine. Magnitudine peccati sui, vnde se primũ dixit peccatorũ: quomodo dicũtur inter aduocatos, verbi gratia, primi: primus est iste, non quia plures annos habet, ex quo causas agit; sed quia ex quo cœpit, cæteros superauit. Dicat ergo Apostolus alio loco, vnde primus sit peccatorũ: Ego, inquit, sum nouissimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiã Dei. Nemo acrior inter persecutores: ergo nemo prior inter peccatores.* Hæc ille. Et certè maxima erat Pauli iniquitas, si rẽ ipsã spectes: siquidem erat infidelis circa primum articulũ Fidei, qui erat de Messiæ aduẽtu: putabat hominẽ iustificari sine gratia Saluatoris: errabat, & excusationẽ nõ habebat de hac infidelitate propter innumera Christi miracula, & Apostolorũ, & multitudinem credẽtiũ, etiam Sacerdotũ, maximè quia eruditus erat in lege, & Prophetis, quibus si credidisset, vtiq; & Christũ agnouisset, & in eũ credidisset, iuxta verbũ Dñi: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.* Ad hæc obstinatus esse videbatur in incredulitate, vt superstitiosè existimaret per eã se placere Deo: ideò in eã absq; remorsu cõscientiæ totus ferebatur. Adde violentiam, & cõtumelias, quibus omnes p̃fitentes Chri nomen persequebatur, & existimabat se posse illos extinguere, & assistebat eorum neci, vt adfuit lapidationi Stephani, & per omnium manus, quorũ vestimenta custodiebat, lapidauit. Quæ omnia euincunt, serio se existimasse primum peccatorum. Alij verò intelligunt, vt B. Thomas, Apostolũ dici omnium primũ, nõ simpliciter, sed inter conuersos Iudæos, & saluatos ex illis, qui olim Crucis Chri supplicium postularunt à Pilato. Quem sensum innuit Ambrosius his verbis: *Cũ ante Apostolum multi vtiq; credidissent Iudæorum ex ijs qui Dñm occiderũt; Apostolus tamen vt se humiliet, adhuc dolens de sua incredulitate, primum se omnium peccantium vocat. Quoniã præ cæteris Sacramento se imbuit Saluatoris, propiùs ad cognoscendam magnificẽtiam eius accedens, accusat se magis, qui tantũ boni tardè agnouit, nec vltro, sed misericordia eius, quem prius vt hominem mortuum æstimabat.* Hæc ille.

Non ergo se comparat absolutè cũ omnibus peccatoribus, sed cũ ijs qui misericordiam erant consecuti post peccatum persecutionis Christi, & Ecclesiæ: & de ijs qui in Spiritum sanctum malitiosè peccauerant, nullus fuerat cõuersus: quia huiusmodi peccatum non dimittitur, neque in hoc

Prima ratio, quamobrem Apostol⁹ Paulus fuerit peccatorum primus, & maximus.

Act. 6.

Ioan. 5.

Secunda ratio.

Tertia. *Act. 9.*

Supra 7.

Alter sensus huius loci: Quorum primus ego sũ, scilicet, peccatorum. *D. Thom. lectu. 4. B. Ambros. tom. 5.*

Pauli Apostoli modestia.

Matth. 12.

Matth. 20. B. Augst. c. 6. tom. 10.

Exemplum Augustini de locutione Apostolica: Quorum primus ego sũ.

Idem cap. 3.

Gen. 3.

Infra 7. & 8.

1. Cor. 15.

Supra 10. Rom. 3.

Thom. lect. 4. in 1. caput prioris ad Timoth. tom. 16. Matth. 14.

seculo, neque in futuro, nisi ægrè, ac vix. Ideò in Cruce Dominus dixit: *Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt*, excludens eos qui sciebant, & qui in agnitam veritatem peccabãt, vt Augustinus notauit. Vt proinde non sequatur, quòd inter persecutores conuersos aliquis maior sit Paulo. B. Thomas 2. 2. de modestia disserẽs: *Quilibet homo*, inquit, *secundum id quod suum est, debet se cuilibet proximo subijcere, quantum ad id quod est Dei in ipso.* Multò magis boni aliquid in proximo, quod ipse vel non habeat, vel aliquid in se mali, qđ alius non habeat, recognoscens. Et sicut omnium mortalium sapientissimus non minus verè, quàm humiliter dixit: *Stultissimus sum virorum*: sic humiliat se Paulus, cũ se omnium Sanctorum minimum, & peccatorum primũ vocat. Vnde Philippẽ. 2. dicitur: *In humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes.* In quæ verba salubriter Augustinus scripsit: *Nõ ait, existimate fingentes, sed verè existimantes, quia in quouis alio quid occultũ esse potest, quo superior nobis sit, etiamsi bonum nostrum, quo illo videmur superiores esse, non sit occultum.* Hinc Tertull. lib. de Baptismo in fine, se peccatorẽ vocat. Et Ambrosius altera ad Missã præparatione ita precatur: *Te deprecor humilitatis magister, vt hanc cordi meo inferas, & insertam custodias, quæ dum cunctis inferiorem se attendit, subiectionẽ protinus gignit, iactantiã extinguit.*

Luc. 23.

Auguſt. lib. quæſt. Vete. & Noui Teſtam. q. 67. tom. 4.

B. Thom. 2. 2. q. 161. artic. 3. tom. 11. par. 2.

Prou. 30.

Epheſ. 3.

Philip. 2.

B. Auguſ. in lib. 83. q. q. 71. à medio, tom. 4.

Tertul. par. 2. poſt medium.

B. Ambroſ. ſub initiũ, tom. 4.

Primus peccatorũ quomodo Paul⁹; qui tamen ſi ne querela fuit in lege conuerſatus?

Philip. 3.

Act. 9.

Nec obstat, quòd se vocet in lege irreprehensibilẽ, & sine querela: quia illam iustitiã legalem reputabat stercora præ illa Christi, eo quòd esset superba, & Pharisaica, vt ibidem dixit. Tamen si Pauli conuersionem mirabilem, ac diuinam consideremus, per lucis circumfulgorationem, & vocẽ Christi de cœlo, & Apostolatus dignitatem, ad quam est assumptus, de qua dixit Ananiæ, *Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filijs Israel*; facilè agnoscemus illũ meritò maximum se vocare inter peccatores; & ideò nullum tantùm exemplar peccatorum ad Christum cõuersorum fuit atq; Paulus, quia plurimũ distabat à tali conuersione, cùm actu Christũ, & eius Ecclesiã psequeretur.

Cæterùm illud vltimo loco dubitatum, magnoperè admirandum est, quia de præsenti dixit: *Quorũ primus ego sum*, non, fui, vel eram: nõ tam ea tempora considerans, cum sub lege esset, & Ecclesiam Dei persequeretur, sed pro eo tempore, quo iustus erat, & Apostolus, & Doctor Gentium in fide, & veritate. Quidam putant dictum, sum pro, eram, vel fui, vt Matthæus etiam iam Apostolus vocatur à seipso Publicanus, & Simon leprosus, qui olim fuit. ¶ Hunc nodũ quidam ita dissoluunt: vt ob id primum, & maximũ omnium se appellet peccatorem, quia negligenter gratia Dei vteretur, ita vt in alio posita maiorẽ fructum edidisset. Hoc quidẽ de nobis verè dici potest, qui negligentiùs Dei talenta tractamus; & gratiã Dei vitio nostro in vacuũ recipimus; non eam colentes, & augentes vt deberemus. Verùm hoc in Paulo locum habere non potest: quia hic Apostolus teste Ecclesia, vniuersum mũdũ prædicatione sua docuit, & ab Ierusalem vsque ad Illyricum, vt ipse ait, repleuit Euangelium Christi: imò etiam Italiam, & Romam, & deniq; vltimas Occidentis regiones, vt Galliam, & Hispaniam, Euangelio illustrauit. Et ipse de se testatur: *Gratia Dei sum id qđ sum, & gratia eius in me vacua nõ fuit.* Et ostendens quomodo nõ fuerit gratia Dei in eo vacua, subdit: *Abũdãtius illis omnibus laboraui: non ego autem* (solùm scilicet) *sed gratia Dei mecũ.* Quis ergo gratiæ colẽdæ defectus, aut quæ negligentia in multiplicando talẽto, tali ac tãto Apostolo, & qui se cæteris imitandũ proponit, impingi potest?

Quàm verè Paulus, se esse, non fuisse, dicat omniũ peccatorum primum.

1. Tim. 2.

Matth. 10.

Contra hanc solutionẽ: Ex consideratione negligentis ministerij sui se primũ peccatorum Paulus appellauit.

Matth. 25.

2. Cor. 6.

Rom. 15.

Quàm præclarè de se, & honorificè sẽtiret Apostolus.

1. Cor. 15.

Supra 11.

Tertia solutio veritati, pietatiq; congruentior.

Dicendũ ergo, quòd non se vocat peccatorũ maximum, q̃ magna peccata tunc admitteret, quia præterita peccata enarrat, cũ ait: *Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & cõtumeliosus*; sed quia considerabat qualis tunc etiã esset suapte natura, si abesset gratia Dei: & pro cõmisso peccato habebat, qđ ex gratia tunc nõ faciebat; qđ

est

est Sanctorum proprium. Audi quid de hac re senserit magnus Augustin. in lib. Confess. suarum: *Domine, gratiæ tuæ deputo & quæcunq; non feci mala.* Et infrà: *Omnia mihi dimissa esse fateor, & quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci.* Planè dissimilis Paulus in hoc est illi Pharisæo, qui cunctis se præferebat, & ab aliorum flagitijs cõcludebat se iustum esse, & hunc penè omnes homines imitantur, ita vt si quis non imitetur, iam homo nõ sit, id est filius Adæ, sed filius Dei, qui veteri homine exuto, ineptis folijs verenda sua frustra conatur primorum instar parẽtum obtegere. Rarissimos enim licet inuenire, qui, si quid virtutis habẽt, illã cõparatione deteriorũ nõ habeant. Nam ita quidam dixit:

Nam vitijs nemo sine nascitur. Optimus ille est
Qui minimis vrgetur.

Vera autẽ virtus à seipsa vna pendet: & peccata sua palàm prodere, hoc est humillimę, & modestissimæ, hoc est, Paulinæ mentis. Hæc aliquo exẽplo illuminẽtur, Socrates à physionomo quodam iudicatus est fur, & incontinens. Et cũ adstantes mirarẽtur, dixit Socrates; Non est mentitus: sum equidem naturâ talis, sed contineo. Apostolus etiam, cum versatur in materia gratiæ & legis, spiritus & literæ, fidei & operum, legem & literam & opera, distinguit à gratia, & spiritu, & fide. Nã per prima significatur natura hominis destituta donis Dei: secũdis verò denotatur natura illis adiuta. Et cùm disputat de gratia, intelligit hominem in viribus suis seiunctis à gratia: *Ignorantes*, inquit, *iustitiam Dei, & suam quærentes statuere; iustitiæ Dei nõ sunt subiecti:* & ad Philippen. *Vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Iesu.* Alibi rursus, *Non sum*, inquit, *dignus vocari Apostolus*; cũ tamen se ex gratia Dei accepta metiretur, sæpè seipsum nominaret Apostolum, quia subdit: *Gratia autem Dei sum id quod sum.* Et in hoc eòdẽ spiritu Matthæus vocauit se Publicanum, considerans quòd olim erat ante Christũ, & quòd ipse in Christo existens ex se fuisset, nisi Dominus eum ad gratiã, & Apostolatum euexisset.

B. Augustin. lib. 2. Confess. cap. 7. tom. 1.

Paulus Apostol⁹ cui quã dissimilis Pharisæo. *Luc. 18.*

Gen. 3.

Quãm rara virtus, humilitas.

Horat. lib. 1. serm. satyr. 3. circa med.

Veræ humilis mentis indicium.

Socratis magni illius, à quodã furis, & incontinẽtis iudicati, responsum.

Erat igitur Paulus vero iudicio mẽtis suæ peccatorum præcipuus: sicut & princeps eorũ latronũ, quorũ crimina pro tribunali conuicta sunt. Recte dicit se esse pessimũ inter omnes subditos suos, qui aliorum peccata præsumit non esse tanta, cum eum lateant. Ita quisq; se debet omniũ peccatorum maximũ reputare, quia sua peccata præ oculis habere debet: alios autem, quorum peccata se latẽt, meliores debet præsumere. Non eñ fallit nos, vt inquit Augustinus, aut adulatione potius, vti Apostolus iubet, cum dicit: *Nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam, sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem sibi.* Non hoc ita debemus existimare, vt non existimemus, sed nos existimare fingamus: sed verè existimemus aliquid occultũ esse posse in alio, quo nobis superior sit, etiãsi bonum nostrum, quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Idem docẽt omnes Patres, vt scilicet quisq; alterum seipso iudicet meliorem: & sua peccata debet grauiora existimare quàm alterius; sua etiam ante oculos habere, & ponderare, at aliena extenuare, vel non attendere.

Pauli exemplo qui se omnium peccatorum primos arbitrẽtur.

B. Augustin. lib. 83. q. q. 71. parum à med. tom. 4.

Philip. 2.

In humilitate, quomodo vt Augustin⁹ dixit, Alios nobis superiores arbitremur.

An autem ad verã humilitatis virtutem spectet, vt quisq; iustus, ac sanctus existimet se esse peiorem cũctis hominibus, meritò cõsiderãdum est: sunt enim quidã ex sanctis qui hoc asserunt. Et recens quidã nostri seculi scriptor asseruit, neminẽ posse superbiæ vitiũ penitus à se eradicare, nisi credat se nõ solùm super omnes homines grauiorem peccatorẽ, sed etiã se causam esse verã (& nõ occasionẽ) omnium delictorum, & scelerũ quæ cõmissa sunt à primo homine, & omnibus hominibus, & etiã à dæmonibus: nec eorũ tantùm quæ cõmissa sunt, verũ etiam eorum omnium quę cõmittentur ad diem vsq; iudicij. Et quia nemo potest hãc existimationẽ habere de seipso, nisi reuelationem specialẽ habeat; oportet vt homo tã-

Veræ humilitatis fallax nota quorũdam, & impia *Baptistæ de Crema.*

tùm

tũ ꝓficiat, vt eam mereatur habere.

Verã in mẽdacio humilitatis virtutem nõ posse consistere.

Ad quæ verba planè insolentia respõdemus cũ Augustino, humilitatẽ in falsitate, & mendacio ponendã nõ esse. Quòd si quis adstringatur credere se cæteris esse deteriorem, in pluribus cõtinget opinari mendacium. Impossibile enim est de omnib⁹ opinari, ꝙ sit cæteris hominib⁹ deterior. Si enim vnus est peior cæteris, impossibile est reliquos omnes peiores esse illo peccatores. Nec huic opinioni patrocinantur verba Apostoli, *Quorum primus ego sum*: nã hoc dixit cogitãdo tempus, quo Ecclesiã persequebatur, nõ id tempus quo loquebatur. Vnde apertè mentionem fecit peccatorum præteritorũ: *Qui prius*, inquit, *blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus.* Et ait se misericordiam consecutũ ob ignorantiam incredulitatis, qua præceps ferebatur in illa flagitia, putans se obsequium præstare Deo: in quib⁹ etiã tunc sepultus iacuisset, nisi præuentus Dei misericordia fuisset. Et ideò nõ absolutè se primũ dicit inter peccatores, sed inter peccatores qui erant misericordiam consecuti.

Nequaquam Apostolum hanc tradere humilitatis notam.

Quòd si producantur exempla Sãctorum, B. Francisci, & Catherinæ Senensis, qui se cæteris hominibus graviores peccatores prædicabant; percõtarer exempla ista producẽtem, an illi sancti tales se prædicando verum dixerint, an falsum? Si verũ nõ erat, nonne asserere mendacium, est peccatũ? nonne absurdum est sanctos docuisse nos mentiri? Si autem verè illi loquebantur, & verè cæteris hominibus erant iniquiores, quomodo illi sancti esse potuissent, & innocentes, & sine peccato? Ideò recurrẽdum est ad doctrinã superiùs traditã, qua sancti seipsos ex natura sua, & viribus ꝓprijs metiebãtur: hinc se peccatores verè dicebãt, & se cæteris magis peccasse existimabant. Illud verò intolerabile est, ꝙ quisq; debeat existimare se veram causam omnium peccatorũ præteritorum, etiam à dæmonib⁹ admissorum existere, cum ignota sit & Scripturæ, & Patribus hæc doctrina: & cum vix dæmõ tentans, & ad peccatum solicitans, sit causa peccati ab homine admissi, cum tantùm possit suggerere, & suadere ad vitium, non cogere, ob liberũ arbitrium, quo solo peccare possumus. Quare cum homo quidam obmurmuraret, & querulam vocem emitteret inter alios, ꝙ à dæmone tractus esset ad peccatũ; fertur ingentem alapam accepisse à dæmone dicente ei, Mentiris: tu em̃ es caussa tui ipsius peccati, non autem ego. Et hæc sint satis de hoc loco.

Quid de ijs sentiẽdum, qui ex humilitate omniũ se peccatorũ maximos & agnouerũt, & prædicarunt.

Non omniũ cacodæmonem peccatorum caussam existere.

Adijcit secundò Paulus aliam causam, quæ finis ratione habet, scilicet consequendæ misericordiç, dicendo: *Vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationẽ eorũ qui crediturí sunt illi in vitam æternam.* Nomen est, Primo, nõ aduerbiũ. Sed, in me primo, id est præcipuo, & maximo peccatore ostendat Christus omnem patientiam, id est integram, & perfectam lõganimitatem. ¶ Et loco informationis Græcè habetur, ὑποτύπωσις, quæ est cũ res ad viuũ expressa oculis subijcitur. Siquidem ratio, quã attulit de ignorãtia incredulitatis, & zelo non secundũ scientiam, Deũ mouit ad lenitatem, & misericordiã: hęc autẽ est quasi finis mouens, & plures possunt conducere fines ad eundẽ effectum: vnus tamen summus, & vltimus est ipse Deus, & gloria eius, qui omnia in omnib⁹ ꝓpter semetipsum operatur. Et rectè dixit, *Omnẽ patientiam*: nam omnium peccatorum illud maximum, quod in Deum directè tẽdit. Bene ait Scriptura de Sacerdote: *Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* ¶ Rectè etiam ait, ad informationem eorum, qui crediturí sunt illi in vitam æternam. Nam vt auceps in vna auicula comprehensa, & in cauea proposita omnes alias cãtando excitat, vt ad se veniant, vt & ipsæ quoque capiantur; ita bonus auceps Deus ad Iudæos peculiariter ad fidem trahendos, vsus est auicula capta, hoc est Paulo, qua prædicante, & alios excitante, admirarentur de tãta Dei longanimitate, & patientia, & nemo etiam ex maxi-

Exemplũ huius rei.

Ad duodecim dub.

Prou. 16. In Paulo Deus ostenderit cur omnẽ patientiam.

1. Reg. 2.

Quemadmodum cũ Paulo ad Fidem conuerso ad cõuersionẽ aliorũ Deus, egerit.

mis

mis peccatoribus, desperaret de Dei misericordia, quâ communiter in omnes effundit volẽtes acceptare: etsi non ita copiosè vt in Paulo, qui rarũ est exemplum eorum, qui grandia dona diuinæ liberalitatis, quæ per paucorum sunt, accepit. Videturq; perinde loqui peccatori Paulus, Vade ad illum medicum: sanauit etenim me: quòd pateris, patientem ipse sanauit: clama desperatis, Christus venit peccatores sanare. Solùm cauendum est, ne prætextu misericordiæ quisquam peccet: quia Maledictus omnis qui peccat in spe diuinæ indulgentiæ. Non solùm ergo Paulus constitutus fuit à Christo, vt verbo, & scripto mysterium gratiæ lõgè, ac latè propagaret, sed etiam vt opere Dei misericordiæ in se ostenso, testis esset maximæ gratiæ Christi. Vnde Ecclesia præ omnibus sanctis eius cõuersionẽ celebrat. Pro quo beneficio accepto prorũpit more suo in gratiarum actionem, dũ ait: *Regi seculorum immortali, inuisibili,* &c. scilicet sit pro tanto dono.

Maledictus qui peccans.

Dies conuersionis Pauli, quare sacra & solẽnis in Ecclesia.

Et vt ad propositũ dubium respõdeamus, dicendum est, Deum dici Regem seculorum, quia ipse condidit secula, & pro sua voluntate distribuit quibusq; rebus, & quibuscunque negotijs illa accommodat. Et Rex dicitur omnium seculorũ, quia in omnibus seculis, siue æui sint, siue tẽporis, semper regnauit, & in futurũ regnaturus est. Et hoc ad differentiã eorum Regum, qui vix cẽtum annorũ spatio regnare potuerunt, quia mortales, & corruptibiles, ac perinde visibiles extiterunt. At hic est Rex omniũ seculorum, & inuisibilis, & immortalis: nam quæ videntur, temporalia sunt; quæ autem non videtur, æterna sunt. Et vt fides est quidem Dei dantis; nostra autem, quatenus in vtilitatẽ propriam accepimus: ita secula Dei sunt vt conditoris, & cõseruatoris, nostra verò, quia illa sortimur ad vitam hãc temporalem, & spiritualem agendã. Dionysius Areopag. lib. De diuinis nomin. cap. 5. multa egregiè philosophatur de hac re, & de hoc Apostoli loco: quem si volet prudens lector, cõsulere poterit. Immortalitas verò Deo tribuitur, quia solus per se habet illam, quam nulla creatura, etiam Angelica verè habet, quia solus neq; ex principijs intrinsecis deficere potest, vt possunt deficere elemẽta, mixta, & cœlum ipsum: quia cum sint cõposita ex contrarijs, dissoluuntur. Neque rursus ex principijs extrinsecis Deus solui potest; quomodò Angeli, & animi immortales nõ sũt, quia possunt Dei voluntate dissolui, & in nihilum redigi. Vnde Plato in Timæo sermonem habens ad Angelos, vt illius studiosi interpretantur: *Vos quidem,* inquit, *opera mea natura dissolubilia,* &c. quia Angeli ex se non sunt qđ sunt, sed participatione, & munere Dei, & ex se in nihilum redigerẽtur, Deus illos manu teneret, etiamsi non esset dissolutio in materia.

Decimatertiæ quæstionis solutio. Deus cur Rex dicitur omniũ seculorum.

2. Cor. 4.

Secula quomodo nostra

Deus cur solus etiam immortalis.

De Angelis quid senserit diuinus Plato.

Dionysius verò lib. De diuinis nominib. de vita Angelorum scribit: καὶ ἀθάνατοι λέγονται, καὶ οὐκ ἀθάνατοι πάλιν. Et reddit rationem: Quoniam nõ habẽt ex seipsis quòd immortales sint, & sempiternè viuant. Nec solũ immortales, sed etiam incõmutabiles, quod Angeli, & animæ non sint. Idem tractat Eusebius in Præparatione Euangelica lib. 11. c. 7. ex Plutarchi opusculo: In quo sensu ii verbi Græci, qđ in Delphici templi Propyleis scriptum erat, quodq; aut sis, aut es Latinè significare potest, conuenienter exponit. Et contra ex Heraclito omni nos momento mutari, moueri, mori ridiculos; ergo nos mortales homines esse, qui toties mortui sumus, & sæpius moriemur, & nullus idem est, ac permanet, sed à semine Embryo, deinde infans, puer, adolescens, vir, senex, decrepitus, corruptisq; ætatibus ad nouas veniet, is tandem moritur. Corrumpitur enim iuuenis in virũ, vir in senem, puer in iuuenem, infans in puerum: & qui heri fuit, in eũ, qui est hodie: quiq; hodie est, in crastinũ: manet autem nullus idem. Nullus em est idem; sed in vno momento circa phantasmata circa vnam, & communem materiam influentem, ac refluentem omni momento commutantur.

Angelorum qualis vita Dionysio. *Cap. 6 in princip.*

Euseb. tom. 1.

Heraclitii de Humanæ vitæ, vt sic dicam mutabilitate, & varietate sententia.

Quomodo enim si sumus ijdem, alijs nunc quàm antea gaudemus? Alia modò amamus, atq; odimus, alia laudamus atq; vituperamus, alijs verbis vtimur, alijs passionibus mouemur, non eandem figuram, non eandem de rebus sententiam habentes?

Deus quare etiam solus inuisibilis.

Deinde vocat Deum, inuisibilem, non ex se, & sui ipsius natura, cũ nihil sit illo lucidius, & consequẽter nihil visibilius: sed nobis dicitur inuisibilis, quorum acies oculorum ad tãtam lucem cõtuendam est debilissima, & admodùm imbecilla: sicut excellens obiectum corrumpit infirmũ sẽsum. ¶ Quòd autem Angeli, dæmones, & animi nostri sub aspectũ non cadant, inde est quia non sunt lucidi, & colorati, quia spiritus sũt materiæ omnis, & coloris expertes; non autẽ vt Deus, qui per se omnẽ fugit aciem oculorũ nostrorum, etiam intellectualium. Et subdit: *Soli Deo honor, & gloria.* Græca litera habet: *Soli sapienti Deo honor, & gloria.* Ita legunt Theophylactus, & Cyrill. lib. 12. Thesauror. cap. 10. Et potest esse duplex sensus: alter, quòd soli Deo sit honor, & gloria exhibenda, qui est Rex seculorum, id est æternus, & immortalis, & inuisibilis. Et potest aptè de tota Trinitate accipi hoc dictum, sicut Patres quidam intelligunt, vt August. lib. 2. de Trinit. cap. 8. & 17. & Oecumenius hoc loco. Quæ intelligentia dubitationem habet, quomodò Deo soli honor, & gloria sit, cũ Scriptura dicat: Gloria hæc est omnibus sanctis eius; & Apostolus, *Gloria, & honor, & pax omni operãti bonum?* Respondeo, summam, & primariam gloriam Deo soli deberi propter seipsum; cæteris autem, siue viuant, siue regnent in cœlis, propter illum, & post illum, & in illo. Et ita Deus in sanctis honoratur. Quando enim duo sunt, & vnum est propter aliud, verius vnum est, vt tradit Philosophus.

Angelici spiritus, & humani vt sint inuisibiles.

Theophyl. D. Cyrill. tomo 2.

Huius dicti: Soli Deo honor & gloria prior intelligentia.

B. August. tom. 3. Oecum. c. 2. in fine.

Si solo Deo honor, & gloria debetur, cur etiã sanctis eius?

Psal. 149. Rom. 2.

Arist. lib. 2. Post. cap. 2. in fin. & alib. tom. 1.

Altera.

Alius verò sensus est, vt etiã Deum solũ immortalem, & inuisibilem, & sapientem intelligamus. Nam de immortalitate, & inuisibilitate inferiùs dicitur: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. De sapientia verò ait Apostolus Rom. vlt. Soli sapienti Deo, &c. Sed & in hoc sensu dubium occurrit, si de Patre sit sermo, vt vult Ambrosius in hoc loco, quomodò soli ipsi sit honor & gloria, & non cæteris personis: nã sic esse accipiendũ, Ambrosius, Chrysostomus, & Theophylactus interpretantur. Sed responsio in promptu est: in diuinis enim si quid de vna quauis persona dicitur, quod & alijs conueniat Personis, etsi per particulam taxatiuam, & per dictionẽ Soli, videãtur excludi, non excluduntur tamen aliæ eiusdem consortij personæ, sed tãtùm res alterius naturæ. Vt in illo loco: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum*, non excluditur à solo Deo, aut Christus, aut Spiritus sanctus, qui sunt eiusdẽ naturæ, aut substantiæ. Et cùm de Christo dixit Petrus: *Et non est in alio aliquo salus*, non excluditur aut Pater, aut Spiritus sanctus. ¶ B. August. lib. 3. in Maximinũ, c. 9. illud, *Soli*, refert ad id: *Sit honor, & gloria.* Et alium adfert intellectum: illi qui solus est inuisibilis, sit honor. Sunt enim & aliæ creaturæ inuisibiles, sicut ait Apostolus; *In ipso condita sunt vniuersa, visibilia, & inuisibilia.* Sed vnus Deus est inuisibilis maximè. Et ita hæc tria præcipuè Patri tribuuntur propter originem, quia ipse solus est à seipso, id est à nullo alio productus. Sed non propterea cæteræ personæ minus habent. Ideò per Regem seculorum Cyrillus loco paullò ante citato, intelligit Christum, de quo dixit Gabriel Angelus, *Regnabit in domo Iacob in æternum*, id est per omnia secula. ¶ Rectè autem de quauis persona dicitur quòd solus sit Deus; vt cæteræ personæ à cõsortio diuinitatis nõ excludantur, sed vt innuatur, quòd solitariè etiam cõsiderata quælibet persona, Deus est; quod est verissimum. Ita enim de Christo cantat Ecclesia: *Tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus:* à quibus titulis, & attributis non excluduntur cæteræ personæ, Pater, & Spiritus sanctus.

1. Tim. vlt.

Ambros. tomo 5.

Ibidem. Chrysost. homil. 4. Theophyl.

Cui soli Deo honor, & gloria debeatur, Patri, an Filio, an sancto Spiritui.

Ioan. 17.

Act. 4.

Tertius sensus loci pdicti, Soli Deo honor, &c.

D. August. tom. 6. Coloss. 1.

Deus Pater qua ratione solus sit Rex seculorũ, immortalis, & inuisibilis.

Luc. 1.

Hæc tria etiam soli vt competant Trinitati sanctissimæ.

Timotheum Paulus cur filium nominauerit.

Ad sequẽs dubium de prophetijs præcedentibus Timotheum, exponendum est priùs id quod præcedit, nimirùm: *Hoc præceptũ commendo tibi fili Timothee.* Vocauit filium, ne imperiosè videretur præcipere, sed ex paterno affectu. Et præceptum interpretantur quidam referendum ad superiora de resistendo pseudoprophetis, & de prædicatione fidelis sermonis, quòd Dominus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et ipse quidem id fecit quod in se fuit, si modè peccatores faciant qđ in ipsis est, & suæ saluti pertinaciter non repugnent. At Ambrosius, & Chrysostomus hoc referunt ad sequentia: *Vt milites in illis bonam militiam.* Et apertè ait, Commendo, id est, Trado custodiendum, & seruandum tanquam depositum. Et addit, de quo dubitatum fuit: *Secundùm præcedentes in te prophetias.* Quas quidã interpretantur bona de Timotheo testimonia à Paulo reddita, quando eum secum assumpsit Actor. 16. aut sanè, vt alij volunt, intelligit Scripturarum scientiam, quam iamdiu à matre, & auia didicerat; & prophetia dicitur: sic enim sentiunt Primasius, Anselmus, & Thomas hoc loco.

Alter sensus. *Ambr. hoc loco. Chrys. ho. 4.*

Ad decimũquartum dubium.

Quænã illæ fuerint præcedentes in Timothæo Prophetiæ. *Actor. 16. 2. Tim. 1. Primasius. Ansel. to. 1. B. Thomas lect. 4.*

Alter sensus Chrysostomi nempe probabilior. *Chrys. ho. 5. Actor. 13. Euseb. to. 1.*

Sed mihi videtur præstare quod docet Chrysostomus, electiones Sacerdotum in primitiua Ecclesia sæpè per reuelationẽ Spiritus sancti fieri solitas, vt habes Actor. 13. de Paulo, & Barnaba ordinatis, & missis ad prædicandum Gentibus. Et sicut sanctus Zepherinus, vel, vt alij volunt, Papa Fabianus, de quo Eusebius lib. 6. Historiæ Eccles. cap. 21. & sanctus Nicolaus, & Ambrosius, & Gregor. Primus leguntur fuisse electi: ita Timotheus multis precedentibus prophetijs fuerat ordinatus Episcopus. Quæ reuelationes, prophetiæ vocantur ab Apostolo, quia Prophetarum est dicere occulta, etiam præsentia: sicut Saulum domi delitescere, patefactũ fuit à Domino. Et 1. Cor. 14. infidelis, vel idiota ingrediẽs in conuentum fidelium, conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt. Et de hac gratia inferiùs dicitur: *Noli negligere gratiam quæ in te est; quæ data est tibi per prophetiam, cũ impositione manuum presbyterij.* Estque sensus: Ita te geras, sicut idoneum te fore Deus mihi reuelauit.

Ordinationes ex reuelatione factę cur dicantur prophetiæ. *1. Reg. 10. 1. Cor. 14.*

1. Tim. 4.

Hortatur ergo, vt in illis prophetijs bonam militet militiam, respondendo actione, & solicitudine in curanda, & administranda Ecclesia sua. Si enim vita hominis super terram, quædam lucta & militia est, quantò magis hoc locũ habebit in ducibus, & præsidentibus Dei, qui sunt Episcopi? Nam & ipsum nomẽ Episcopi, castrense est verbum, vt periti nouerunt: vnde & ab Homero Nestor vocatur Episcopus. Nam si Episcopi ignaui sunt, & pusillanimes, profligatur mox eorum exercitus. Hi ergo maximè adstringuntur militare in dæmones, & in vitia, siue peccata, à quibus ante omnes impugnantur. Nam si lupi possint pastores simul, & canes strangulare, quid de ouibus sperandum erit? Tunc autem in primitiuam Ecclesiam tanquã in cunis vagientem insurgebant dæmones, Iudæi, Gentiles, & hæretici.

Quid. Militare bonam militiam.

Iob 7.

Homer. lib. 1. Iliados.

Qui maximè militare habeant bonã militiam.

Subdit: *Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.* Id est: Proferens siue exercens præclaras Fidei actiones, & recta atque orthodoxa dogmata. Qui verò habet bonã conscientiam, rectam vitæ conuersationem profitetur, quam pastor, & doctor prius sui, quàm aliorum habere debet, vt quam ab alijs exigit, ipse prior præstet. Nemo bene alterius imperiũ gerere potest, qui nõ prius imperiũ tulerit, vt Aristoteles rectè dixit. Eum etiam, qui non seruierit, dominum non fore bonũ, nec laude dignum, scripsit Plato: & in Politicis Plutarchus in Ducem, & imperitũ: Nõ est lapsi partes erigere, nec inscij docere, nec incompositi cõponere, nec inordinati ordinare, nec debere imperare, qui sub imperio nõ fuerit.

Ad decimũquintũ dub.

Habere fidẽ, & bonã conscientiam, quid sit.

Philosophi lib. 3. Polit. cap. 2. & li. 7. cap. 14. ante med. tom. 3. Plato lib. 6. de Legibus, multò ante med. tom. 2.

Cùm enim conscientia ob prauos affectus tenebris respergitur, ipsa fi-

Fidem & bonam conscientiam repellentes, cur à fide naufragauerint.

des periclitatur, & fit naufragium: nam bona conscientia repulsa, naufragium passi sunt nonnulli, & defecerunt à Fide, nihil habentes, vbi se recipiant, sed huc atq; illuc ab vndis circumferuntur, &, sicut naufragus, omnibus nudantur virtutum indumentis, & prout ventus fluxerit, iactantur, ac merguntur. Estque apta metaphora, qua fides naui comparatur; & bona conscientia, siue spes, anchora est nauis. Et vt nauis in procelloso mari spem portus hominib⁹ præbet, & ducit ad portum; ita fides ad salutem æternam. Et sicut homo extra nauim in mari absque spe salutis est; ita etiam homo in hoc mundo sine fide, qui brachijs rationis humanæ nititur, & naturæ viribus natando euadere contẽdit, sed frustra. Si verò in naui quis infirmetur, adhuc est spes salutis per pœnitentiã.

Quã elegãs & pulchra hæc translatio.

Sæpè verò Apostolus hac similitudine vtitur, vt ad Ephes. 4. *Vt non simus*, inquit, *paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ:* & ad Hebr. 6. Spem vocat anchoram firmam. Nouerat enim Apostolus, Ecclesiam per arcam Noë designari, & per nauiculam Euangelicam, in qua regnum Dei docebat, tempestates sedabat, & sua præsentia Apostoli pisces multos capiebant.

Cur ea frequens Apostolo.
Ephes. 4.
Hebr. 6.
Genes. 6.
Matth. 14.
Lucæ 5.
Ibidem.

Ex hoc loco accipimus, vitã multis esse causam hęreseos, & defectionis à Fide. Cuius rei rationem assignat hic Chrysostomus, dicens: *Malè viuentes, ne futurorum metu & expectatione cruciẽtur, persuadere sibi omni studio curãt, falsa esse omnia, quæ nostra religio continet (nempè, de peccatis & supplicijs eorũ, resurrectione, & iudicio futuro, & similibus) atque à Fide quidẽ peruertuntur, dum rationibus omnia colligere quærunt.* Hæc ille; cui assentiuntur Theodoretus & Theophylactus. Nã tales homines conscientiæ morsum, & accusationem non ferentes, ne metu futuri iudicij torqueantur, in blasphemiam negandi prouidentiam Dei ob iudicium futurũ incidunt.

Quare multi malè viuentes, hæretici teste Chrys. *Homil. 5. in priorem ad Timo. to. 4.*
Theodoret. part. 2.
Theophyl.

Quæ quidem multis exemplis illustrari possunt. Nicolaus Diaconus cùm exemplo Apostolorũ à propria vxore se cõtinuisset, & posteà à proposito dilapsus fuisset (vt testatur Epiphanius) ac propterea redargui ac reprehendi vereretur; negabat quen quam posse saluum reddi, nisi venerem quotidie exerceret. Marciõ quo que cùm ob corruptã virginẽ acriter obiurgaretur; tria excogitauit baptismata in remissionem peccatorũ, vt idem narrat Epiphanius. Theodotion cùm bis in persecutione Christum abnegasset; docuit, Christum tantùm esse hominem, ne Deum abnegasse videretur. Qualis extiterit Montanus cum suis prophetissis, ac Nouatus, lege Eusebiũ lib. 5. cap. 18. & lib. 6. cap. 33. Nostro quoq; seculo hæretici vota castitatis, & vitam cœlibem, ac religiosam impia esse asserunt, ne cogantur de sua libidine erubescere.

Mala vita quos fecerit non hæreticos solùm, sed & hæresiarchas.
Epiphan. in hæres. 24.
Idem ibidẽ.
Euseb. Cæs. tom. 1.

Est item alia ratio, cur neglectus bonæ vitę sit causa hæreseos: nimirũ quia Deus in pœnam peccati hominem excæcat, & sibi derelinquit, vt Apostolus posteriori epist. ad Thessalonicenses expressit: *Eò φ*, inquit, *charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent. Ideò mittit illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.*

Mali etiam hominum mores cur hæresim pariant.
2. Thess. 2.

Ad postremum dubiũ, expressit hos duos hæreticos, Hymençum, & Alexandrum, quos tradidit Satanæ: Primùm, vt vitentur à fidelibus: quemadmodùm in posteriori ad Timotheũ expressit Alexandrum Aerarium: *Quem & tu*, inquit, *deuita.* Deinde, vt magis cõfusi testimonio Apostoli resipiscant, vel minùs lædãt. Alibi apostatas vult nos fugere, vt 2. Tim. 1. Phygellum, & Hermogenem: & cap. 2. de Hymenæo ait, & Phileto, quòd subuerterunt quorundam fidem, qui etiã erant hęretici, dogmatizantes resurrectionem iam factam. Et cap. vlt. eiusdem epistolę: *Demas me reliquit, diligens hoc seculũ.*

Decimęquintæ dubitationis solutio.
De eo quod nominatim Apostolus Hymenæum & Alexandrũ Satanę trãdidit, vt discant nõ blasphemare.
2. Tim. 4.
Supra 1.
Infra 2.

Nec vacat mysterio, hos duos primos naufragium à Fide fecisse. Et primus ponitur Hymenæus, in quo concupiscentiæ carnis studiũ design-

Infra 4.
Quid sonent Hymenæus, & Phyletus.

natur.

natur. Est enim Hymenæus carmen nuptiale, aut deus nuptiarũ, vt Poëtę fabulantur. Et rectè illi cõuenit, qui dicebat resurrectionem iam factam, & dicebat: *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.* ¶ Et datus est illi socius Philetus, id est, Amatrix, hoc est, Qui amat, & vicissim à mundo amatur; & qui resurrectionem ignorat cum ipso mundo, qui ei arridet, & applaudit.

1. Cor. 15.

Alexander verò quid denotet.

Alter, est Alexander, qui Bellatorem significat, id est, virum ad conflictus, & contentiones natum, quiq; studio aduersandi, & contradicendi inflammatur; propter gloriam, de quo dixit: *Valde enim restitit verbis nostris.* Et sunt hodie multi refractarij, & pertinacissimi, qui sese alijs opponunt, vt aliquid esse videantur.

2. Cor. 4.

Vt tradãtur Satanæ excõmunicati.

Porrò tradi dicuntur Satanę, tanquam lictori, & carnifici, qui excommunicationis mucrone percellũtur, ne alij inquinentur, vt per eũ puniti & castigati, etiam sensibiliter, liberentur. Tradunt hoc loco Chrysostomus, & Oecumenius, in primitiua Ecclesia excõmunicatos corporaliter à Satana fuisse vexatos, vt discerent posteriora secula, quàm timẽda & perhorrescenda esse debeat excõmunicationis censura, vt idẽ Satanas autor peccati, esset quoque vindex, & tortor, & vexator, Deo id ordinante ad eorum correctionem, vt opus Satanę, id est, peccatum, excludatur opera Satanæ, & non minùs dæmon seruiat Deo, tentando, & ad hæresim solicitando, quàm ad emendandum, & corrigẽdum. Et vt priùs opus est proprium dæmonis in id intendens ex officio, ita secundũ ex bonitate, & sapientia Dei est, qui tortores illos, & seruos infideles ad suæ voluntatis perfectionem adigit: quod in illorum magnam cedit confusionem, quia illudũtur à Domino, putantes se aliud agere in his, qui correcti resipiscunt. Certè Chrysostomus homil. 3. in Iob, hunc Apostolorum de diabolo triumphum celebrat: *Miraris*, ait, *Deum præcipere dæmonijs. Apostoli veluti carnifice vtuntur dæmonio* Et posteà exemplum adfert de Paulo.

Chryſ. præscripta homilia. Oecum. ca. 3.

Corporalem Satanæ vexationem excõmunicati cur paterentur olim.

Chryſ. ante med. homiliæ, tom. 1. circa finem.

Augustinus quoque ad Vincentium: *Quolibet*, inquit, *carceris custode peior est vtique Satanas, cui tamen ipse Paulus tradidit hominem in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Ecce mitiori tradidit crudelis traditor, crudeliori tradidit misericors traditor.* Et infrà: *Item cùm ait idem Apostolus, tradidisse se quosdam Satanæ, vt discerent non blasphemare, malum pro malo reddidit, an potiùs malos etiam per malum emendare, bonum opus esse iudicauit?* Hæc illi Patres.

Apostoli quomodo vterentur dæmonio Aug. epist. 48. non procul à princ. tom. 2.

Et dicuntur tradi Satanæ, nõ sicut dicuntur tradi in passiones ignominiæ, aut tradi in reprobum sensum: nam traduntur in reprobum sensum permissiuè, quia est culpa quædam, & peccatum, cuius Deus autor non est: traduntur verò Satanæ à Deo impulsiuè, quia pœna & supplicium est. Et sicut olim per subitam Ananiæ, & Sapphiræ mortem ostensum est quantum Deo displiceat violatio voti paupertatis: & per infirmitates & mortes Corinthiorum indignè Eucharistiam percipientium, declaratum est quòd iudicium sibi manducant, & bibunt; & per aduentum Spiritus sancti prophetabant, & linguis loquebantur fideles: ita per hoc quòd excommunicati tradebantur Satanæ, qui corpora vexabat, explicatur quàm sit fugienda, & contremiscenda excommunicatio. De qua re pulchrè ait Chrysostomus: *Eiciebant à communi fidelium cœtu, abscindebatur à grege, fiebat nudus, atque ita destitutus, atque ita lupi patebat, & & prodebatur incursibus: sicuti enim dudũ nubes Hebræorum castra tegebat, ita & Ecclesiam protegebat Spiritus sancti gratia. Si quis igitur extra Ecclesiam fieret, comburebatur: fiebat autem extra Ecclesiam Apostolorum iudicio: ita & Dominus Iudam tradidit Satanæ, continuò enim post buccellam introiuit in illum Satanas.* Hæc ille.

Tradi in reprobum sensum, & tradi Satanæ, differunt. *Rom. 1. Ibidem.*

Actor. 5.

Quã grauis ac perhorrescenda excõmunicationis pœna. *Actor. 2. Infra 19.*

B. Chryſoſ. homil. 5. in hæc verba. Diuina vti Ecclesiã primitiuã protegebat Spiritus sancti gratia.

Ioan. 13.

Traditur autem excommunicatus

Quemadmodum nunc excommunicati tradãtur Satanæ à Deo.

Satanæ secundùm quandam inchoationem: nam in die iudicij perfectè tradentur impij diabolo: de qua traditione legimus Matth. 18. *Iratus dominus serui illius, tradidit eum tortoribus.* Quemadmodùm homo à peccatis rediens, & per Sacerdotes absolutus, traditur Angelis consolandus, & protegendus, vt particeps fiat omnium bonorũ Ecclesiæ, iuxta illud: *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.*

Matth. 18.

Luca 15.

Psal. 118.

Excommunicationis cuiuscunque finis qualis tantùm esse debeat.

Vltimò dubitatum fuit, quomodo discunt non blasphemare traditi dæmoni, cùm ille fuerit primus blasphemus, & pater blasphemantium: nam dæmones incentores sunt ad omnia scelera. Respondetur, Apostolum esse vsum hoc dicendi charactere, vt ostendat, per supplicium, ac cruciatũ dæmonis retrahi quemuis peccatorem à peccato, & discere bene agere: homo enim malus cùm subit pœnam blasphemiæ, dicitur discere non peccare. ¶ Atque ex hoc verbo, & altero 1. Cor. 5. de excommunicato, & tradito Satanæ in interitũ carnis, vt spiritus saluus fieret, colligimus, omnem excommunicationem ex fine esse infligendam, vt videlicet excommunicatus ad pœnitentiam conuersus resipiscat. Et in posteriori epistola docet vt excommunicatus ille incestuosus benignè tractetur. Et 2. Thess. 3. vt pudore reuocetur qui errauerat, iuxta prouerbium Græcũ, Ἐὰρ ἔπαθες ἔμαθες: nõ absimile dicto Esaiæ: *Tantũmodò sola vexatio intellectum dabit auditui.* Vt discant igitur non blasphemare, id est, nõ Deũ maledicere, & falsa dogmata tueri, vel docente, vel impellente ad hoc diabolo ipso autore blasphemiæ. Iuxta quem locutionis modum dictum est de Christo, quòd didicit ex ijs quæ passus est obedientiam; & Dauid dixit: *Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas;* & Sapiens: *Qui tentatus non est, quid scit?* & Propheta: *Tantummodò vexatio intellectum dabit auditui.* Et de primo Capite hæc sint satis.

1. Cor. 5.

2 Thess. vlt.

Esaiæ 28.

Hebr. 5.

Psal. 118.

Eccli. 34.

Esaiæ 28.

Hymenæus, & Alexãder ac similes traditi Satanæ, vt discãt nõ blasphemare

DISPVTATIO V.

In illa verba, cap. 2. *Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum corã Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, &c.*

Prima dubitatio.

CIRCA Hoc primum in primis dubium est, quomodò connectantur hæc verba cum superioribus, à quibus illa deducere videtur Apostolus, & quò tendat per hanc exhortationem. Deinde quomodò distinguantur illæ quatuor voces, Obsecrationes, Orationes, Postulationes, & Gratiarum actiones; quæ etiam à vocibus Græcis differentes sunt. Tertiò, quare orandum pro

Secunda.

Tertia.

omnibus hominibus, cùm multos excipiat Scriptura, pro quibus orari non vult: & vbi Ecclesia se hoc præceptum obseruare ostendat, & quæ sint rationes Apostoli, vt preces fundamus pro omnibus hominibus, & pro Regibus. Quartò magnum dubiũ est, quomodo asserit, Deũ velle omnes homines saluos fieri, cùm non omnes, imò vix pauci salui fiant; & certũ sit, q̃ omne quod omnipotẽs Deus vult fieri, semper fiat. Et cùm multæ explicationes illi loco exhibeantur, quænam est præstantior, & magis Apostolico sensui congruens, ac germana. Hæc quatuor dubia sunt præsenti disputatione expedienda: quæ sequuntur, in sequenti absoluentur. Quintò, quomodò vnus est Deus, & vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus; an scilicet istæ solidæ sint rationes ad probandum pro omnibus esse orandum. Præterea, quomodò dicitur vnus mediator, cùm beatam Virginem, & Sanctos omnes mediatores, & interpellatores habeamus, per quos petimus à Deo exaudiri, & à malis liberari: & vtrùm in natura Diuina, an in humana Christus sit mediator noster. Sextò ambigitur, cur Paulus se vocet Apostolum, & doctorem Gentium, videtur enim peccare in verba Christi dicentis: *Vos autem nolite vocari Rabbi*; & eodem in loco: *Ne vocemini magistri.* Videtur etiam, cũ ait: *Veritatem dico, non mentior, doctor Gentium in fide, & veritate*, iusurandum interponere, contra Euangelium: *Ego autem dico vobis, non iurare omninò.* Septimò dubitatur, quid est dicere: *In omni loco leuantes puras manus, sine ira & disceptatione*, cùm Dominus dixerit: *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio ora Patrem tuum.* Et Esaias: *Domus mea domus orationis vocabitur.* Et quomodò exigit puras manus in oratione ad Deũ, cùm peccatores, etsi maximè orare possint, non possint puras manus habere? Et quomodò sine ira, & disceptatione, quæ non videntur prima facie ad orationem pertinere.

Quarta dubitatio.

Quinta.

Sexta dubitatio.

Matth. 23.

Ibidem.

Iacobi 5.

Matth. 5.

Septima.

Infra 6.

Esaiæ 56.

Matth. 12.

Ad primum igitur dicimus, quòd cùm paullò antè Apostolus dixisset Timotheo: *Secundùm præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam*; idcircò subdit: *Obsecro*, siue adhortor, vt Græca vox sonat, vt deprecationis studium in Ecclesia Dei ante omnia colas. Hæc enim bona pars est militiæ Christianæ aduersus hostes spirituales, & ad seruanda, & confirmanda Dei dona.

Solutio primæ quæstionis. De cõnexione huius capitis cum superioris.

Vel dici potest, hoc scriptum esse ob id quod dixerat: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere; declarat ita nos saluos facere Deum per Christum, vt non tollat nobis mutuum iuuandi nos ipsos studium, quos voluit ex mutuo veluti pẽdere auxilio, vt vehementius nos veluti eiusdẽ corporis membra amaremus, & nobis inuicẽ suffragaremur, iuxta illud: *Orate pro inuicem vt saluemini*, tam orantes, scilicèt, quàm illi, pro quibus oratio funditur.

Alia ratio connexionis

Iacobi vlt.

Ad secundum, illę quatuor voces, etsi pro eodem sumantur à quibusdam, Epithasi Hebræa ad affectum tantùm exprimendum: tamen inter se distinguuntur & in Græco textu, & in Latino. Prima Græca vox est Δεήσεις, id est, deprecationes (& ita vertit Ambrosius.) Est autem deprecatio interdum idemquod precatio. Sed propriè est precatio pro amoliendo, siue pro amouendo malo futuro, vt ab eo liberemur. Vnde quidam dixit:

Secundę dubitationis solutio. De obsecratione, oratione, postulatione, gratiarũ actione, quomodo distinguãtur *Ambr. to. 5.* Obsecratio, seu deprecatio.

Sæpè precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

Ouid. li. de Ponto. eleg. 2. in fine.

Secũdo loco habetur προσευχὰς, id est, orationes, quibus precamur nobis bonum aliquod contingere. Tertio loco habemus ἐντεύξεις, hoc est, interpellationes, quibus de ijs qui nos lædunt, conquerimur. Ita exponit Theophylactus: sed adiungit, hanc tertiam vocem pertinere posse

Oratio, postulatio.

Theophyl.

ad preces siue intercessiones, quas pro persecutoribus facimus, vt ad viam redeant. Et ita intercessores sunt aliorũ, qui maiori gratia apud Deum pollent, vt pro alijs non solũ orare, sed etiam intercedere queant: quẽadmodùm Moses, Samuel, Iob, Daniel, Stephanus, & alij glorioſi viri fecerunt. Quartò, gratiarum actiones sunt, pro iam acceptis beneficijs gratum, & memorem animum Deo ostendere. De tribus prioribus ita Theophylactus ex Chrysostomo scribit: Hæc tria, ceu idem significantia, ab Apostolo sunt assumpta ob perspicuitatem, quippe qui tot vocum congerie ineuitabiliter citra recusationem facere efflagitet eum, quod postulat, & ad quod hortatur.

Intercessores qui.

Exod. 32.

Gratiarum actio.

Idem. Chrysost. homil. 6.

Alij autem distinguere conantur, ne in Apostolo admittamus aliquid superfluere, aut battologiam sonare, etsi ferè tot sint sententiæ quot Doctores. Aliter enim Hilarius in Psalmum 140. aliter Ambrosius lib. 5. de Sacramentis capite 5. aliter eiusdem interpretatio huius loci, aliter Augustinus epist. 59. ad Paulinum, dicens: *Cùm igitur & qui precatur, oret, & qui oret, precetur, & qui interpellat Deum, ad hoc interpellet, vt oret, & precetur: quid sibi vult, quòd ista ita posuit Apostolus, vt non sit eorum negligenda distinctio? Excepto itaque nomine generali, & salua loquendi consuetudine, quam siue dicas precationem, siue orationem, siue interpellationem, vel postulationem; vna eademq; res intelligitur; aliqua etiam singulorum istorum proprietas inquirenda est, sed ad eam liquidò peruenire difficile est. Multa quippe hinc dici possunt, quæ improbanda non sint.* Hæc ille, ostendens se Græcorum sensum legisse, nec tamẽ omninò sibi probari.

Has voces multi Patres cur faciant diuersas.

Amb. to. 4.

Aug. in solut. 5. quæst. circa med. to. 2.

Quod ad voces Latinas attinet, non sunt obscuræ. Est enim obsecrare, per sacra obtestari: vt, *Per incarnationem tuam libera nos Domine: Per crucem, & passionem tuam, &c.* & Paulus: *Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei.* Per huiusmodi autem obsecrationes à nobis mala depelli postulamus; ideò parum differt à deprecatione. ¶ Vox autem orationis, generalis quædam precatio est, & ad omnes precandi species extenditur. ¶ Postulare verò, teste Vlpiano tit. de Postulando, est, desiderium suum, aut amicorũ in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel aliorum desiderio cõtradicere: qua quidem ratione postulatio cum interpellatione incideret.

Obsecratio Latinè quid

Quid item oratio, & postulatio Latinis.

Ad tertium dubium: vult Apostolus preces fundi pro omnibus Regibus, etiam Gentilibus, & incredulis: nec tantùm dixit, pro omnibus hominibus viuentibus, sed simpliciter pro omnibus hominibus, vt complecteretur etiam mortuos, pro quibus preces fundit Ecclesia in Missæ sacrificio, & Christus pro Lazaro mortuo orasse legitur.

Tertiæ solutio dubitationis.

Quare Apostolus velit nos orare pro omnibus hominibus.

Addit: *Et pro Regibus, & pro omnibus qui in sublimitate constituti sunt.* Quod speciatim dixit, vt etiam nomine omnium hominum intelligamus non tantùm venire fideles: neque tunc Reges Deum colebant, imò persequebãtur Ecclesiam Dei. Quod ponderat Augustinus: *Ne quisquam,* inquit, *sicut se habet humana cogitationis infirmitas, existimaret non esse ista facienda pro his à quibus persecutionem patiebatur Ecclesia, cùm membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda.*

Cur etiã pro Regibus, & omnibus in sublimitate constitutis.

Aug. loco prædicto.

Verùm quòd non sit pro omnibꝰ hominibus orandum, videtur Scriptura insinuare. Nam Ierem. 7. *Tu ergo,* inquit Dominus, *noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.* Et cap. 15. in principio: *Si steterint Moyses & Samuel corã me, non est anima mea ad populum istum: eijce illos à facie mea, & egrediantur.* Ioãnes quoque in Catholica sua: *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis*: & Christus ait esse peccatum, quod non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro: idẽ pro ijs qui nesciebant quid facent, in cruce orauit, vt ponderat Augustinus.

Non esse orandum pro omnibus hominibus, quę Scriptura nobis insinuet.

Ierem. 7.

1. Ioan. vlt. Matth. 12. Lucæ 23. August lib. Quæstionũ vet. & noui Testa. q. 67. tom. 4.

Et

2. Tim. 4.

Ibidem.

1. Reg. 12.

Act. 8.

Et Paulus pro Alexandro Ærario nõ orat, sed ait: *Reddat illi Dominus secũdum opera eius.* De alijs autẽ suis desertoribus ait: *Non illis imputetur.* Et regula est Scripturæ: *Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Petrus etiam dixit Simoni Mago: *Roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Vbi oranti nõ audet promittere indulgentiam.

Eæ autoritates quo modo accipiendæ sint.

Dicendum tamen est, ad nos, qui pondus peccatorum, & illud Dei iudicium ignoramus, quod iam quosdam despexisse dicitur, attinere, vt omnium salutem optemus, & pro omnibus precemur, quousque pateant nobis, quæ in contrarium sunt producta. Pro omnibus ergo etiam inimicis, precandum est. Est namque duplex inimicitiæ species considerãda; altera, qua parte nos tangit, & tunc dimittere iubemur, quia dimisit nobis Christus, cùm inimici essemus: & scriptum est; *Dimittite, & dimittemini.* Oramus quoque: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Altera est inimicitiæ species, qua parte Deum tangit: & cùm in genere sit Deus dimittere paratus, nisi fortè quibusdam, quos ignoramus, vt dictum est; ideò vult etiam pro cunctis generatim orari, vt possit congruentiùs dimittere, quia iussit: *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Non enim vult Deus mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat.

Matth. 5. Duplex genus inimicitiæ, seu iniuriæ, vtriusq; scilicet condonandæ.

Rom. 5.

Luc. 6.

Matth. 6.

Supra. 5.

Ezech. 33.

& supra. 18.

Si pro omnibus hominibus est orandum, cur tot in Scripturis, ac tantæ malorũ imprecationes fiunt.

Psalm. 6.

Nec obstant in contrarium loci Scripturarum, quibus terribiles precationes, siue imprecationes aduersus Dei inimicos fiunt: vt illæ: *Erubescant, & conturbẽtur vehemẽter omnes inimici mei,* & similes: quia tãquã propheticè dictæ intelligendæ sunt, & denũtiant ipsi Propheræ id, quod vident futurum. Vel etiam ex zelo iustitiæ appetunt, quod iustum esse conspiciunt, & in decretis iustis Dei sancitum. Pro excommunicatis autem, nominatim, seu priuatas preces fundere licet, verumtamen à communibus, & publicis abstinendũ est.

Arguunt secundò, non esse orandum pro omnibus: quoniam vt habet ordo prædestinationis, nõ sunt omnes prędestinati, sed plurimi dãnantur, vt quidam volunt. Quid ergo? orabit pro illis, qui sunt ad salutem ordinati? Nec magnopere curãdum de ijs, qui dicunt, non prędestinatos, ac reprobos posse salutem adipisci: quia scilicet posset, aut potuisset Deus non reprobasse. Sed certè ponimus Deum illos iam reprobasse, & de sic reprobatis quærimus, an possint simpliciter salui fieri? alioqui iam de damnatis, & in inferno existentibus verum simpliciter esset, quòd posset Deus, aut potiùs potuisset non damnasse illos.

Respondetur & huic argumẽto: Quid opus est orare pro omnibus hominibus, si tã multi pereunt?

Alij verò affirmant, pro non prædestinatis orandum esse ea ratione, cùm prorsus simus nescij, quinam prædestinati sint, & qui reprobati: nec vana futura est nostra oratio: quandoquidem etsi eis non prosit, ad nos tamen reuertetur, vt de pace dixit Dominus. Verùm hæc meditatio repugnat subsequentibus Apostoli verbis. Ait enim: *Hoc enim bonum est, & acceptum corã Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri.* Ecce ad quem finẽ vult Apostolus preces fundi pro omnibus hominibus, nimirum quia Deus vult omnes homines saluos fieri, vt sic omnibus prodesse possit oratio. Non autem ait: Si non omnes poterunt saluari, oratio vestra reuertetur ad vos. Et nostrum est, pro quibusuis etiam infidelibus preces fundere, non autem iudicare abiectos à Deo eos, qui nondum ad Ecclesiam sunt ingressi.

Quàm leue hoc etiam, & infirmũ: Pro non prædestinatis orandũ est, quatenus sunt nobis occulti.

Matth. 10.

Luc. 10.

Ad primum igitur, orandum pro omnibus hominibus, & Regibus, & omnibus in eminenti, & excelso gradu constitutis, Ducibus, Cõsulibus, & Magistratibus; quia innumera bona bonis Principibus regnantibus nobis proueniunt, & tranquillitas magna in populis, vt pietas possit obseruari, & exerceri Dei cultus, & vita tranquilla ab hominibus duci. Quòd si Reges impij sint, id in capita

Prima ratio Apostoli, cur iubeat, nos orare pro omnibus hominibus.

popu-

populum cedit, iuxta illud Horatij: *Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui.*

Horat. lib. 1. epist. 2. in princ.

Vt docet exemplum Dauidis iubentis numerari populum, & quotidiana exempla huius rei ante oculos posita videre licet. Certè in bello nullus est locus religioni, aut pudicitiæ, aut honestati. Nam vt ait Cicero, in officio excolendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligẽdo turpitudo. ¶ Altera ratio Apostoli est. *Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo.* Quæ sola ratio deberet nos ad hoc precandi studium excitare.

Tullius in præmio libri Offic.

Secunda ratio.

Quæsitum etiam fuit, vbinam Ecclesia hanc precandi rationẽ obseruet. Dicimus, id nõ esse difficile expedire. Id enim videntur continere orationes, quæ in Parasceue in conuentu Ecclesiæ celebrantur, & maximè in publicis precibus, quas fundit Sacerdos in diuino Missæ sacrificio. Ita intelligunt Patres, Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, & Prosper lib. 1. de Vocat. Gentium, cap. 4. *Nouerunt* (ait Chrysostomus) *fideles, quomodò diebus singulis mane, & vespere fundantur ad Dominum, quomodò pro omni mundo, & Regibus, & omnibus, qui in sublimate sunt positi, obsecrationes ab Ecclesia fiant.* Discant igitur non deplorare suam cõditionem, quibus officium psallẽdi in Ecclesia iniunctum est. Constituuntur enim ad id, quod tanquàm primum commendat Apostolus. Augustinus verò ad Paulinum: *Multa hinc dici possunt, quæ improbanda nõ sint; sed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis frequentat Ecclesia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequam illud, quod est in Domini mensa, incipiat benedici: orationes, cùm benedicitur, & sanctificatur, & ad distribuendum comminuitur, quam totã petitionem ferè omnis Ecclesia Dominica oratione concludit. Ad quem intellectum etiam verbi Græci origo nos adiuuat. Nã eam quam dicunt εὐχήν, rarò ita Scriptura ponit, vt intelligatur oratio, sed plerùmque, & multò vsitatiùs vocẽ votum appellat εὐχήν, προσευχὴν verò, quod verbum ita positum est vnde tractamus, semper orationem vocat. Vnde hanc verbi originem, sicut superiùs dixi, nonnulli minùs eruditè intuentes, προσευχὴν non orationem, sed adorationẽ dicere voluerunt, quæ potiùs προσκύνησις dicitur. Sed quia oratio interdum dicitur, quæ vocatur εὐχὴ, adoratio putata est προσευχή. Porrò si vsitatiùs, vt dixi, in Scripturis votum appellatur εὐχὴ, excepto nomine generali orationis, ea propriè intelligenda est oratio, quam facimus ad votum, id est πρὸς εὐχήν. Vouentur autem omnia, quæ offeruntur Deo, maximè sancti altaris oblatio, quo Sacramento prædicatur nostrum aliud votum maximum, quo nos vouimus in Christo esse mansuros, vtiq; in compage corporis Christi.* Et infrà: *Interpellationes autem, siue, vt vestri codices habent, postulationes fiunt, cùm populus benedicitur. Tunc enim antistites velut aduocati, susceptos suos per manus impositionem misericordissimæ offerunt potestati. Quibus peractis, & participato tanto Sacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiã verbis vltimam cõmendauit Apostolus. Hæc autem causa præcipua fuit ista dicendi, vt his breuiter perstrictis, atque significatis, non putaretur, negligendum esse quod sequitur: Pro omnibus hominibus, pro Regib⁹, & his, qui in sublimate sunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & charitate; ne quisquam, sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas, existimaret non esse ita facienda pro his, à quibus persecutionem patiebatur Ecclesia, cùm membra Christi ex omni essent hominum genere colligẽda.* Hęc ille in solutione quintæ quæstionis: qui primo verbo intelligit quamlibet petitionem, vel precationem. Secundo, cũ ad quicquam faciliùs impetrandum aliquid Deo offerimus, vel vouemus, vt cùm dicimus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Tertio nomine significatur, cũ in oratione causas cur exaudiri debeamus, proponimus, sicut aduocati

Chrys. hom. 6. in princ. Ambros. hoc hoc loco, tomo 5. Aug. infra citandus. Prosper to. 2. operũ Ambrosij, init.

Quando, & vbi Ecclesia orat pro omnibus hominibus.

Quę vouentur, secundũ Augustinũ.

Quare etiam pro infidelibus, & tyrannis orandũ, teste Augustino.

B. August. epist. 59. in solut. 5. quæstionis, circa med. tomo 2.

Missæ partes clarè proponuntur.

Matth. 6.

faciunt.

faciunt. Ita faciebat Dauid, cùm dicebat: *Tuus sum ego, saluũ me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.*

Psal. 118.

Emergit autem ex dictis Augustini dubiũ, quomodò asserat, offerẽdũ esse corpus Christi pro Regibus infidelibus, qui persequebantur Ecclesiam: & idem confirmant Chrysostomus, Theophylactus, & Oecumenius, dicentes, quòd pro Gentilibus Sacramentũ Eucharistiæ oportet offerre, cũ tamẽ Augustinus li. 2. de origine animę ad Renatũ, c. 11. in principio, oppositum doceat, & dicat, Catholicam, & Ecclesiasticã regulã nulla ratione concedere, vt pro nõ baptizatis cuiuslibet ætatis hominib⁹ offeratur sacrificium corporis & sanguinis Christi, tanquàm per huiusmodi pietatem suorum ad regnum cœlorum, quò perueniant, adiuuentur. Et cap. 9. eiusdem libri ait: *Quis enim offerat corpus Christi pro his, qui non sunt membra Christi?* Adhæc vt olim de agno Paschæ non licebat vlli incircumciso comedere, nisi priùs per circumcisionem incorporaretur Synagogæ: ita nec modò licet infidelibus in Ecclesia accedere ad Sacramentum Eucharistiæ, aut eius sacrificij fructũ participare. Præterea, ijs, qui adhuc in veteri Adamo, vel lege perseuerãt, vt sunt omnes infideles, & Iudæi, nõ valet sacrificiũ Noui Testamenti, quod non nisi pro hominibus Noui Testamenti institutum est. Hanc solidam doctrinam sequitur beatus Thomas in tertia parte.

Pro infidelibus, vt scilicet infideles fiant, nõ esse sacrificiadũ. *Chryſ. loco iam dicto. Theophyl. Oecum. cap. 4. init. Aug. to. 4.*

Secundũ argumentum. *Exod. 12.*

Tertium argumentum.

D. Thom. 3. par. q. 79. ar. 7. ad 2. tom. 12.

Respondent quidam, offerre pro aliquo, esse illum diligere: diligitur verò quis dupliciter, vel quia bonus est, vel vt bonus fiat: ita dupliciter pro aliquo offertur, vel agendo gratias, quia iã Christianus est, & orãdo vt proficiat, & perseueret, vel orãdo vt Christianus fiat. Pro bonis autem Christianis ita sacrificatur, vt ipsos Canõ dicat simul offerre. Ait enim: *Pro quib⁹ tibi offerimus, vel qui tibi offerunt:* & de huiusmodi intelligũt dictum Augustini ad Renatum. Pro impijs verò, & infidelib⁹ offertur quidem corpus Christi ab ipsis fidelib⁹, sed ipsi non dicuntur offerre, vtpote non approbantes sacrificiũ, nec eius fructum petentes. ¶ Sed in hanc solutionem facit dictum Augustini aiẽtis, nulla ratione id concedere Catholicam regulam, vt offeratur pro infidelibus. Id etiam declarat sacrosanctus Missæ Canon: *In primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, &c. vnà cum famulo tuo Papa nostro, & antistite nostro, & omnibus orthodoxis, atque Catholicæ, & Apostolicæ fidei cultoribus.* Cùm oratur etiã pro mortuis, non pro omnibus, sed pro ijs tantùm oratur, qui nos præcesserunt in signo fidei, & dormiunt in signo pacis: nullibi ergo offerri pro infidelibus indicatur. Vnde nullum Missę sacrificium institutum est ad offerendum Eucharistiam pro infidelibus, vt conuertantur.

Impugnatur hic sensus ex eodem.

Veriùs ergo dici posset, quòd vt Ecclesia precatur pro cõuersione infidelium, siue Iudæorum, siue hæreticorum, præsertim autem in die Parasceues, non tamen pro illis offert: ita & nos orare quidem possumus, ac debemus pro infidelium, siue Iudæorum, siue hæreticorum conuersione, tum in celebratione sacrosancti mysterij, tũ extra illud; quia hoc scrupulum non habet vllum. Ita etiã olim in lege orabant Iudæi prò infidelibus: nã 1. Machab. 12. *Nos*, inquit, *memores sumus vestri in sacrificijs, quæ offerimus, &c.* & Baruch. 1. dicitur: *Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri: & orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius.* Vide quomodò distinguit oblationes, & petit, vt oretur pro vita Nabuchodonosor, non autem vt offeratur.

Preces pro infidelibus licere quidem in Missę sacrificio, non tamen oblationes, & sacrificia.

1. Mach. 12

Baruch. 1.

Legimus tamen, plerosque Reges infideles sumptus præbuisse necessarios ad cultum, & sacrificia tẽpli: quales fuêre Cyrus, Darius, Artaxerxes, & Seleucus Asiæ Rex, de quo 2. Machab. 3. & 1. Machab. 7. *Exierũt*, inquit, *de Sacerdotibus populi saluare eum in pace, & demonstrare ei holo-*

Regũ Ethnicorum in Hierosolymitanũ olim tẽplum munificentia *1. Esdr. 1. Infra 6. 1. Mach. 7.*

Philo.part. 2.circa fin.

cauſtomata, quæ offerebantur pro Rege, ſcilicet Demetrio. Et vt refert Philo lib.2. de legatione ad Caiũ, idem fecerunt Auguſtus & Tiberius Imperatores. Traditur enim ibi, quòd, Iſidoro quodam Sycophanta calumniante Iudæos, quòd cùm omnes votiuas hoſtias cęderent, ſoli noluiſsẽt ſacra facere pro Caio, vnanimiter exclamarunt Iudæi: *Domine Cai, calũnijs petimur: immolamus hecotãbas, libatoq; ad arã ſanguine, carnes domũ, vt quorũdã mos eſt, nõ retulimus, ſed integras victimas igni exurendas tradidimus: idq; ter primò, quãdo ſucceſsiſti in imperiũ; iterũ, quando grauẽ illũ morbũ euaſiſti; tertiò, quando votũ pro Germanica victoria feciſti.* Hæc illi. Et Chryſoſtomus, & Theophylactus aſſerũt, orandum quidẽ pro infidelibus Regibus, nullibi tamen affirmant, pro illis corpus Chriſti offerri in altari.

Iudæi quoties, pro Caio Imperatore ſacrificauerint.

Chryſ.hom. 6. ſub init. Theophyl.

Quarto loco in illis verbis: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, grandis, & acris mota fuit difficultas. Si enim Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & veritatem illam agnoſcere, de qua Chriſtus Iudæis dixit: *Cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos, ſine qua nemo ſaluatur*: quis ergo hoc poterit intelligere? Nam Dei voluntas omnipotens eſt, & faciens quæcunque vult in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſsis: & alio loco: *Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.* Quòd ſi dicas, homines illam poſſe impedire. Sed hoc certè abſurdum, vt ab infirma voluntate illa firmiſsima, & primaria voluntas vincatur. Quare quidã hoc vt certum ſtatuentes, Deum, ſcilicet nolle omnes homines ſaluos fieri, conantur hæc Apoſtoli verba varijs gloſsis, & interpretationibus ab eorũ vera intelligentia abducere.

Ad quartum dubium. Si vult Deus omnes homines ſaluos fieri, vnde tot homines cõdemnantur?

Ioan.8.

Pſalm. 34. Eſai. 46.

Reſpõdetur dicẽtibus, diuinam poſſe ab humana impediri, & vinci voluntate.

Primus ergo ſenſus eſt, velle Deũ omnes homines ſaluos fieri, id eſt, neminẽ aſſequi ſalutẽ, niſi quẽ ipſe velit miſericorditer ſaluũ fieri, hoc eſt, omnẽ prædeſtinatũ, ſiue ſaluandum. Simili enim loquendi tropo vtimur, cùm dicimus, Magiſter ſcholæ omnes huius ciuitatis pueros docet. Sed certè gloſſa violẽta videtur, & additio potiùs ad textum. Et quid illuſtre habet dicere; Non ſaluatur niſi ſaluandus, & prędeſtinatus? quaſi de hoc vnquam aliquando dubitatum fuerit. Neque quadrat præcedentibus: Orate pro omnibus hominibus, quia Deus vult perpaucos ſaluari. Neque vllo exemplo fulcitur hæc expoſitio. Nam illud Ioann.1. *Illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum*, id eſt, Nemo illuminatur, niſi qui ab ipſo lumen percipiat: verum quidem hoc eſt, ſed verba illa plus dicunt: ſignificant enim, vniuerſos, & ſingulos homines, quod ad ſe attinet, illuminari à Deo, etſi ſuo vitio non omnes illuminentur, iuxta illud: *Hoc eſt iudicium (mundi* ſcilicet) *quia venit lux in mũdũ, & dilexerũt homines magis tenebras, quã lucẽ.* Hoc notiſsimũ erat Timotheo, nec opus erat de hoc illũ admoneri à tãto Apoſtolo. ¶ Producunt deinde illud Pauli: *Sicut in Adã omnes peccauerũt, ita & in Chriſto omnes viuificabũtur*: intelligentes de vita animæ, & propterea exponẽtes; Nemo viuificatur niſi per Chriſtum. Sed falſum eſt, ibi ſermonem eſſe de vita animæ, cũ manifeſtè de corporis reſurrectione ſit ſermo, & in vniuerſum verũ erit, q̃ omnes reſurgẽt. Et ille ſenſus ſtare nõ poteſt cũ litera, & ſimilitudine, quã producit Paulus: Sicut in Adam, inquit, omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabũtur. Vt ergo ſtet lanx comparationis æqua ex parte Chriſti, opus eſt in illo omnes ad vitã reſtitui. Æquãtur enim Chriſtus & Adã in illis cõtrarijs, morte, & vita. ¶ Exẽplũ magiſtri, qui docet omnes pueros ciuitatis, nõ eſt ad rẽ: quia non dicitur omnes docere, qui vix mediã partẽ puerorum docet: at qui ſalui fiunt, pauciſsimi ſunt, ſi cõferantur cum innumerabilibus, qui pereũt. ¶ Alter ſenſus eſt: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, hoc eſt, de quolibet genere hominũ, id eſt, Iudęis, Græcis, Barbaris, fœminis, adultis, pueris, liberis, & ſeruis, &c. vt ſit

Exploditur hæc ſententia: Deꝰ vult omnes homines ſaluos fieri, ſcilicet tãtùm prædeſtinatos.

Ioan. 1. Quomodò accipiendum illud, Deus illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mũdũ.

Infra 3.

His verbis: Sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur, de vita animæ non eſſe ſermonem Apoſtolo.

1.Cor.15. In quo peccet exemplũ allatum: Vt ludi magiſter omnes huius ciuitatis pueros docet: ita Deus vult omnes homines ſaluos fieri.

Ineptũ eſſe etiã iſtũ ſenſum: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, id eſt, de quolibet genere hominum.

distributio accommoda, nõ pro singulis generum, sed pro generibus singulorum, sicut illud; *Decimatis mẽtam, & rutam, & omne olus*, id est, de omni genere olerũ: licèt posit dici, φ hæc est hyperbolica locutio.

Luc. 11.
Matth. 23.

Alterum exemplum producitur: Omne animal conclusum fuit in arca Noe, id est, omnis species animalis. Sed & hoc infirmum est. Nam in his exemplis nomen genericum distribuitur per vniuersalem notã cõgruè per species suas, genus autem primùm in species diuiditur, deinde in indiuidua: nam in proposito sermo est de hominibus, in quibus cadit distributio hæc in species. Alioqui diceret Pelagius: Peccatũ in omnes homines pertransijt, id est, in quosdam ex hominibus; & Christus est Saluator omnium hominum, id est, quorundam. Sed cùm dicimus, omnes homines, iuxta proprietatẽ, & rigorem, nullum excludimus hominem. Et cùm Paulus ait, vt oremus pro omnibus hominibus, non intelligimus præceptum, quòd oremus pro quibusdam hominibus, sed pro omnibus indiuiduis speciei humanæ, quia omnes iubemur speciatim diligere vt proximos: aut saltẽ si figuratam accipimus locutionem, per synecdochem, vel per hyperbolem deberemus intelligere maiorem partem, sicut illud: *Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis*; & aliud: *Herodes Rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo.* Modò verò tam pauci proponũtur, vt non possint dici homines, quia multò plures sunt qui damnantur, quàm qui salui fiunt; ac proinde non possunt dici omnes homines. Adhæc si vult omne genus hominũ saluari, quomodò infantes, qui in vteris maternis moriuntur, vult saluos fieri? Et cùm ait Apostolus: *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus*, non est interpretandum de quolibet genere hominũ. Postremò videtur, quòd hæc sentẽtia sit generalis, quia est illi Petri similis; *Nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti*: hæc autem generalis sentẽtia est, quia distinguit inter aliquos, quos nõ vult perire, & inter omnes, quos vult ad pœnitentiam reuerti.

Gen. 7.
Rom. 5.
1. Tim. 4.
Quid orare pro omnibus hominibus, iuxta Apostolum.
Matth. 22.
Rom. 13.
Luc. 2.
Matth. 2.
Secundũ argumentum.
1. Tim. 2.
Tertium, & vltimum.
2. Petri 3.

Accedit tertia interpretatio huius loci: *Deus vult omnes homines saluos fieri*, quia facit nos velle, vt omnes salui fiant. Et hęc confirmatur per alium locum, nimirum: Spiritus postulat pro nobis, & clamat pro nobis, id est, postulantes, & clamantes nos facit: ita vult, id est, facit nos velle, & optare hominum salutem. Sed sanè si seriò agamus, non facit Deus velle, vt omnes homines salui fiant, nisi verum sit, & exploratum, quòd ipse non velit omnes homines saluos fieri. Non enim vult Deus, nos velle aliquid cõtra voluntatem suam, & determinationem suã notam. Prætereà tanta bonitatis diuinæ significatio erga homines Deo tolleretur, & nobis tribueretur contra omnes Scripturas, quæ vbique nobis prædicant diuinæ bonitatis, & misericordiæ magnitudinem.

Impugnatur hæc quoque intelligẽtia, Deus vult omnes homines saluos fieri, id est, Facit nos velle, vt omnes homines salui fiant.

Secunda ratio.

Quartò alij hunc locum explicãt non de voluntate beneplaciti diuini, sed de voluntate signi: quia videlicet omnes facit salutis capaces, & dedit mediatorẽ Christum idoneũ, & paratum omnibus ad eum accedẽtibus succurrere. Dedit etiam præcepta, & gratiam, qua quisq; valeat se erigere, & salutem consequi: sicut dicimus v. g. per figuram Metonymiæ, quòd literæ principis sint voluntas principis, id est, signum voluntatis eius. Medicus quoque præparans medicamẽtũ omnibus morbis propellendis idoneum, dicitur omnes saluare velle præparatione medicamenti: sed propriè illos tantùm saluat, quibus peculiariter medicamentum applicatur. Vnde Augustinus art. 1. libri responsionis ad articulos sibi falsò impositos: *Poculum quidem*, ait, *immortalitatis, quod consecutum est de infirmitate nostra virtute diuina, habet quidem in se, vt omnibus prosit, sed si non bibatur, non medetur.*

Quid est, Deũ omnes velle saluos fieri voluntate signi, non voluntate beneplaciti, vt quidam meditantur.

Exemplũ eorundem.

B. August. tom. 5.

Sed in hanc expositionem facit,

quòd

Probatur nõ tantũ volũtate signi, sed etiam beneplaciti Deũ omnes homines velle fieri saluos. *Rom. 12.*

quòd ista non est tantùm signi volũtas; sed etiam beneplaciti, de qua paulò antè dixerat Apostolus: *Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo:* & ad Romanos: *Reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.* Ecce voluntatem beneplaciti vocat eam, qua nobis gratiam Deus confert, & Christi lumen ad salutem. Deinde probatur, quòd hæc sit voluntas beneplaciti: quia velle omnes saluare, nõ est vlla species voluntatis signi, non enim est prohibitio, vel permissio, quia est de malis: rursus non est consilium, vel præceptum: quia si omnes non saluabuntur, quomodò consulitur, aut præcipitur quod nunquã fiet? Non est etiã operatio Dei, quia hoc non operatur in nobis, nisi volẽtibus nobis: cùm enim Deus liberi nos constituat arbitrij, nihil vult nos velle nisi volentibus nobis. Adhęc si est voluntas signi, non tamen falsi, sed etiam veri signi erit. Vult ergo quicquid signo aliquo suam voluntatem declarante, ostendit se velle; alioqui Deus esset hypocrita, quia ostendit se velle quod non vult. Accedit quòd Bonauentura in secundo sententiarum, istam conditionatam voluntatem refert ad voluntatẽ beneplaciti. Nec propterea, quia præcipit bona, per quæ possit homo peruenire ad vitam æternam, si nihil ei adijcias, cõsequitur, Deũ velle omnium salutem: quia præceptũ nihil propriè ad reparationem hominis spectat, vt constat in lege, in qua etiam dabat præcepta, per quæ tamen non iustificabantur, & Apostolus sentẽtiam suam probat ex Christo reparatore, nõ ex præceptis solis.

Secundũ argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum. *B. Bonauẽt. in. 1. sent. dist. 65. q. 1. à medio.*

Galat. 3. & alibi passim ad Rom.

Hæc quoq; sententia: Nõ est voluntas Dei absoluta, vt omnes homines salui fiãt, sed velleitas quædam, quã leuis, & absurda.

Prætereà audiui quosdam hęc intelligere non de voluntate Dei absoluta, sed de velleitate, quæ est impossibilium. Sed ista voluntas non cadit in virum sapientissimum, nedum in Deum. Deinde non ait optatiuè, Vellet omnes homines saluos fieri; sed, vult, de præsenti. Tertiò, quia si Dei potentiam spectes, & voluntatem, non est impossibile, omnes homines saluari ante præscięt iam damnationis ipsorum, sed maximè est possibile. Et in vniuersum contra has omnes expositiones facit primò tanta solutionum varietas, ex qua facilè potest colligi falsitas: nam qui has glossas inuexere, in ijs diu conquiescere non potuerunt. Nam beatus Augustinus in epistola ad Vitalem, quasdam ex prędictis expositiones cùm attuliisset, subiunxit: Vel si quo, inquit, alio modo potest intelligi, dũmodò non obesset Scripturæ veritati. Deinde, quia leui, ac futili argumento ad has glossas excogitandas promouentur. Ex eo enim quòd minimè salui fiãt omnes, colligũt Deũ non velle omnes homines saluos fieri, eoquòd frustrari eius voluntas non possit; cùm tamen aliter atque aliter voluntas Dei accipiatur in Scripturis. Nam definiens idem Augustinus, peccatum esse factum, vel dictum, vel concupitum aliquid contra æternam legem, necessum est, vt concedat esse contra voluntatem Dei: non enim essent peccata, nisi essent contra voluntatem Dei. Multa quoque indies fiunt ab hominibus, quæ aduersantur voluntati Dei, quibus prouocatus, vltionẽ contra illa perpetrantes exercet. Nã Adam peccando, & Cain, & cæteri, in Dei voluntatem egerunt.

Prima ratio, cur prędicti sensus dicti Apostolici sint meritò deserendi. *B. August. epist. 107.*

Secunda ratio.

Idẽ lib. 22. contra Faustũ, cap. 28. tom. 7.

Quid peccatum Augustino.

Gen. 3.

Infra 4.

Est ergo quędam voluntas Dei efficax, & deliberata, & contra hanc nulla vis, aut potentia esse potest, quia non pendet ex voluntate humana. Est etiam alia voluntas beneplaciti, quã precamur in oratione Dominica fieri à nobis, & quæ impediri potest à nobis ipsis, & sine nostra voluntate cooperante non perficitur, quia nos libero arbitrio præditos condidit, quo sibi voluit nos cooperari. Et hac voluntate vult nos non peccare; & ideò mandat ne peccemus, & hac vult nos saluos fieri, si nos ipsi (quod nostrum est) assensum præstemus, & cum diuina voluntate concurramus. Priori certè voluntati efficaci, & immobili voluntati

Vltima sententia proponitur, veritati, pietatique maximè conformis. *Matth. 6.*

nemo

Cui nos possimus diuinę resistere voluntati.

nemo potest resistere; posteriori verò possumus resistere, & frequenter malo nostro resistimus. Cuius rei testimonia sunt: *Act. 7.* *Vos semper Spiritui sancto restitistis;* &, *Iob. 9.* *Quis restitit ei, & pacē habuit?* significans quosdam quidem resistere, sed amissa ad Deum gratia, & pace. Ita etiam Dominus clamabat: *Matth. 23.* *Ierusalem, Ierusalem, quoties volui congregare filios tuos, & noluisti.* Et sequitur de pace amissa: *Rom. 2.* *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta:* & Paulus: *Ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autē duritiam tuam, & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ, & iusti iudicij Dei.* Quæ causa nostræ perditionis. Ostēdit se ergo nolle peccatum, sicut alibi ait, *Ezech. 33. & supra 18.* *Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat.* Et iterum: *Infra 24.* *Mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis.* Vides igitur, quàm crebrò, ac densè Scripturæ proponant nos resistere Dei voluntati, & contra eam facere peccando, & nostris cupiditatibus seruiendo.

In hunc ergo sensum de voluntate beneplaciti benigna erga nos, siue de hac voluntate antecedenti, & cōditionata, multi Patres hunc locum explicarunt, sicut explicandus est. Ecce Chrysostomus homil. 7. in hāc epistolam scribit: *B. Chrysost.* *Imitare Deum tuū; si omnes ille vult saluos fieri, meritò pro omnibus oportet orare. Si omnes saluos fieri cupit, illius & tu concorda volūtati: quod si & ipse vis, ora, quippe volentium est orare. Vides vt omni ex parte animam inducat ad orandum etiam pro Gentilibus ipsis?* Et infrà: *Si ergo, inquies, Deus ipse dare vult, quid hoc me orare necesse est? Multū hoc omnimodis confert. Nam per huiusmodi orationis studium te ad diligendum trahit, neque sinit efferari, sufficiunt & hæc illos attrahere ad fidem.* Ambrosius etiam in hunc locum: *Si Deus vtique, qui omnipotens dicitur, omnes homines saluos vult fieri; cur non impletur eius voluntas? Sed in omni locutione sensus est, conditio latet. Vnde dicit Petrus Apostolus: Omnis Scriptura indiget interpretatione. Vult enim Deus omnes omnes saluos fieri, sed si accedant ad eū. Non enim sic vult vt nolentes saluentur; sed vult illos saluari, si & ipsi velint. Nā vtique qui legem omnibus dedit, nullum excepit à salute. Nūquid & medicus idcircò proponit in publico, vt omnes se ostendat velle saluare, si tamen ab ægris requiratur?* Hæc ille, eleganter annotans, Deum in Scripturis, cū aliquid vult, velle hac conditione, si ipsi velimus. Item Augustinus lib. de spiritu & litera, explicans hæc Apostoli verba: *B. Aug. ca. 21. sub init. tom. 3.* *Vult autē Deus omnes homines saluos fieri, & in agnitionē veritatis venire: nō sic tamē, vt eis adimat liberum arbitriū, quo vel benè, vel malè vtentes iustissimè iudicentur. Quod cùm fit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cùm eius Euangelio nō credunt: nec ideò tamen eam vincunt, verū seipsos fraudant magno, & summo bono, malisque pœnalibus implicant, expectaturi in supplicijs potestatem eius, cuius in donis misericordiam contempserunt. Ita voluntas Dei semper inuicta est; vinceretur autem, si non inueniret, quid de cōtemptoribus faceret, aut vllo modo p ſ sent euadere, quod de talibus ille constituit. Qui enim dicit, verbi gratia, Volo vt hi omnes serui mei operētur in vinea, & post laborem requiescentes epulētur, ita vt quisquis eorū hoc noluerit, in pistrino semper molat: videtur quidē quicunque contempserit, contra voluntatem domini sui facere: sed tunc eam vincet, si & pistrinum contemnens effugerit: quod nullo modo fieri potest sub Dei potestate.* Accedat Hieronymus, qui libro primo in epistolam ad Ephesios, scribens super illud: *B. Hier. tomo 1.* *Secundùm propositum eius, qui vniuersa operatur secundùm consilium voluntatis suæ,* &cætera. *Vult autem* (Deus) *ea quæcunque sunt plena rationis, atq; consilij: vult saluari omnes, & in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus absque propria voluntate saluatur, liberi enim arbitrij sumus: vult nos bonum velle; vt cùm voluerimus, velit in nobis & ipse suum implere consilium.* Et idem Hieronymus in caput 18. Ezechielis, circa finē: *Domini*

Quo modo imitari debeamus Deū in eo quòd vult omnes homines saluos fieri.

Mali Deū vincentes, quomodò vincatur ab eo.

Diluitur hoc: Si Deus vult omnes homines saluos fieri, quid mea opus est ad hoc voluntate? *Ambros. to. 5. circa fin.*

2. Petri. 1.

Idem lib.6. in Ezech. tom.5.

Oecum.cap. 3.ante medium.

Aug. to.7. li.2.respõs. obiectio.2.

1.Tim.2.

B. Damascenus.

Cur nos plasmauerit Deus.

Volũtas Dei subsequẽs duplex, iuxta Damascenũ, & quid antecedens.

volũtatis est, omnes saluos fieri, & ad notitiam veritatis venire. Vbicũque autem Dei videtur seuera, & truculenta sententia, non homines, sed peccata condemnat. Oecumenius in præsentem locum: *Si Deus vult, quare non fit quod vult? Non fit, quia illi nolunt. Nihil enim ex necessitate facit in nobis Deus.* Augustinus quoque ad articulos sibi falsò impositos, art. 1. *Quî fieri potest*, inquit, *vt Deus, qui etiam illos saluat, de quibus dici non potest, quòd saluari velint, nolit aliquos saluari, etiamsi saluari velint, nisi aliquæ causæ existant, de quibus, quãuis sint nobis agnoscibiles, ita tamen benè iudicat, de quo dici non potest, aliter eum quicquam facere debuisse, quàm fecit? Remota ergo hac discretione, quam diuina scientia intra secretum iustitiæ suæ continet, synceriſsimè credendum, atque profitendũ est, Deum velle, vt omnes homines salui fiant. Siquidem Apostolus, cuius ista sententia est, solicitiſsimè præcipit, quod in omnibus Ecclesijs pijſsimè custoditur, vt Deo pro omnibus hominibus supplicetur.* Hæc ille, quicunque est, siue Augustinus, siue Prosper, vt alij volunt. Adhæc producẽdus est Damascenus lib. 2. de Fide Orthodox. cap. 29. in fine: *Neque latendum est*, inquit, *Deũ præsertim, præcedenterque velle omnes saluari, & regnum eius consequi. Non enim ad puniendos nos plasmauit, sed vt efficiat nos bonitatis suæ participes, vt bonus: peccantes autem puniri vult, vt iustus. Dicitur igitur prima, præcedens volũtas, & acceptatio, ex ipsa existens. Secunda verò, voluntas sequens, & permissio ex nostra causa existẽs. Et hæc duplex est: hæc quidem dispensatoria, & eruditiua ad salutem, illa verò desperatoria ad finalem punitionem, ceu iam diximus. Eorũ autẽ, quæ in nobis sunt, si bona quidẽ, præsertim, antecedẽterq; vult, & acceptat. Sin mala, & re vera mala, neq; præsertim vult, neque consequẽter vult; sinit tamen arbitrium ad illa liberum.* Hæc ille, docens, antecedentem Dei voluntatem esse eam, quæ omnia nostra merita, & demerita antecedit in oculo Dei, secundùm quam primò omnibus, antequam videat eorum peccatum, vult gloriam: & quia non congruit dare sine merito, cùm sit sapiens, proponit legem, qua impleta, gloria æternæ vitæ eos coronat. Et quia nemo potest ex se legem seruare, largitur gratiam, qua seruare illam possit, & illam omnibus offert. Et hactenus est voluntas antecedens, præparans finem, & media illius comparandæ, & vires, siue fortitudinem suppeditãs ad præstanda media. Sed quia posteà videt, aliquos nolle acceptare gratiam, neque seruare legem; illis voluntate cõsequenti præmium gloriæ decreuit non tribuere. Hæc autem voluntas antecedens, siue conditionis sub voluntate beneplaciti contenta, duplex est: altera, qua quosdam vult Deus absolutè saluare, alios verò nõ nisi sub conditione, de qua Apostolus hoc loco agit; alia verò consequens, qua non decreuit cõferre gloriam nisi acceptãtibus lumen suum: refutantes verò lumen gratiæ, noluit salutem æternam adipisci, & in hac voluntate salutis sub conditione danda, benè nouit Deus aliquot perituros suo vitio, & culpa: quemadmodùm seminans frumentum intendit vt fructificet, non autem vt pereat, etiamsi nouerit aliquot grana peritura per volucres cœli, & propter spinas, & petras, in quibus aliquid fuit seminatum.

Deus omnes saluos esse volens, & tamẽ multos condemnãs, qualis videri possit.

Matth. 13.

Quòd verò non omnes æquali voluntatis efficacia elegerit, id nõ probat Deum velle omnes saluos fieri, cùm id sapientia, & iustitia magna fiat: dat enim vnicuique talenta, & vni quidem quinque, alteri autem duo, alij verò vnum. Et plerumq; illi, qui plura talenta acceperunt, pereunt, qui verò pauciora, saluantur: quanquã ex prædestinatis nemo tandem perire possit.

Quorundam electionẽ absque aliorum fieri præiudicio.

Infrà. 25.

Qui verò asserere audent, Deum velle quosdam saluare non propter peccata præuisa, sed ob Dei ipsius decretum, & voluntatem, & gratiam, à nullo duro corde respui posse, & noluisse miracula edere in Tyro, vbi tamen credidissent, si edi-

Contra hanc doctrinam: Quosdã Deum nolle saluare, sed perdere.

B. Aug. epistola 10. ad Vitalẽ. t. 2.

disse-

Et lib. 1. de prædest. sancto. cap. 7. tom. 7. Et in libro Enchirid. c. 97. & 102.

Matth. 11. Luc. 10. Oseæ 13. 2. Petri 3. Ezech. 33. Eccli. 15.

Ibidem.

Iacob. 1.

Ioan. 1.

1. Tim. 4.

Rom. 5.

Esai. 1.

Clem. Rom. Connumeratio varię prouidentiæ, & quemadmodùm Deus à principio per quālibet generationem vocauit omnes ad pœnitentiā, ex Apostolica doctrina.

Gen. 4. Ibidem. Infra 5. Infra 6. 2. Petri 2. Gen. 14.

disset; huic mihi sententiæ Apostolicæ videntur apertè contradicere, & innumeris alijs Scripturis, è quibus sunt quæ sequūtur: *Perditio tua, Israel* (ex te scilicet) *tantummodò in me auxilium tuum: nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Et sub iuramento dicit, & inculcat: *Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem impij, sed vt cōuertatur impius à via sua, & viuat.* Et infrà: *Quare moriemini domus Israel?* rursus: *Nō dicas, Ille me implanauit; non enim necessarij sunt et homines impij:* & iterum: *Non dixeris, Per Deum abest: quæ enim odit, ne feceris: Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est:* &, *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Speramus in Deum viuum, qui est Saluator omnium hominum, maximè fidelium:* & *retractat quomodò anima non pereat.* Item: *Sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem; sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ.* Et puniturus conqueritur: *Heu consolabor super hostib⁹ meis, & vindicabor de inimicis meis.* Et est dolentis, & punire volentis, quasi cogatur ad flagellandos, & punien dos peccatores. Quæ omnia apertè testantur, Deum ex se velle, omnes homines saluos fieri. Denique, quòd hæc sententia sit perpetuæ veritatis, & omni tempore voluerit Deus omnes homines saluos facere; ostendit Clemens lib. 2. Apostol. Constitut. cap. 59. *Deus enim,* inquit, *cùm misericordiæ Deus sit, à principio singulas generationes ad pœnitētiā vocauit per iustos, ac Prophetas, atque illos quidē, qui ante diluuium fuerunt, per Abel, & Sem, & Seth, præterea per Enos, & per Enoch, qui fuit translatus, instituit, eos, qui in diluuio reperti sunt, per Noe; qui erāt Sodomis, per Lot; eos, qui post diluuiū nati sunt, per Melchisedec, per Patriarchas, per sanctū Iob; qui in Ægypto fuerūt, per Mosem; Israelitas, per eundem Mosem, & per Iesum, Caleb, Phinees, & reliquos; eos, qui post legem fuerunt, per Angelos, & per Prophetas; eosdem per propriam incarnationem ex Virgine factā; illos, qui fuerunt paulò ante eius corporalem manifestationem, per Præcursorem Ioannem: eosdem per eundem, etiam post natiuitatem ipsius* (*Dicebat enim, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.*) *eos, qui post eius passionem fuerunt, per nos duodecim, & per vas electionis Paulum. Nos ergo, qui digni facti sumus, vt essemus testes aduentus ipsius, cum Iacobo fratre Domini, & alijs, septuaginta duobus, & septem Diaconis eius ex ore Domini nostri Iesu Christi audiuimus, & perfectè scientes dicimus, quæ sit voluntas Dei bona, placens, & perfecta per Iesum Christum nobis demonstrata, vt nullas interent, sed vniuersi homines vnanimi sententia credentes ei, & vnanimē lædē ferentes in eū, viuant in æternum.* Hæc Clemēs.

Matth. 13.

Act. 9.

Infra 6.

Admiratus sum autem insignē Bezæ stultitiam, qui hoc dictum tam planum, & perspicuum, & tam Deo, & Christo gloriosum detorquet, & singulis hominibus applicandū non esse censet: *Frustra,* inquit, *prædicatur iustificatio ex fide, nisi substernatur certa, & constans electio: electio verò sine opposito membro cōstitui non potest.* Sed hæc falsa sunt. Est enim in Tridentino Concilio damnatum, gratiam nō dari nisi prædestinato, seu electo. Et quia semel prædestinatus non potest perire, cùm certa fide agnoscamus, omnes infantes baptizatos gratiam Dei recipere, agnosceremus multos prædestinatos.

Bezæ Theodori dictū Apostoli: Qui omnes homines vult saluos fieri, de electis tantū modò intelligentis, diluitur primū ar argumentū. *Trid. Synod. sess. 6. Canon. 13. Ioan. 10. 2. Tim. 2.*

Secundò arguit Beza: *Qui hoc dictum Pauli ad singulos homines pertinere concedunt, vel liberum arbitriū, quod est in vtramque partem, statuunt, vel Pelagiani sunt, si naturalem faciunt gratiam, vel semipelagiani, si cum natura faciunt concurrere gratiam, quæ infirmam naturam adiuuat.* Sed planè futile est argumentum, quia & liberum arbitrium statuimus cum gratia posse flecti in ea, quę salutis ęternæ sunt, & gratiam Dei vniuersalem ad omnes, & singulos homines extendi: sicut etiam delictum in omnes, & singulos extensum est; vnde omnes propterea gratia Dei egent. Deinde gratiam non facimus

Secundū argumentū Bezæ.

Rom. 5.

Liberũ hominis arbitrium simul operari cum gratia.

naturalem, sed supernaturalem, & naturæ nostræ accedentem. Et cum gratia cooperari liberum arbitriũ, non est aut Pelagianum, aut semipelagianũ, sed Catholicum, & Orthodoxum, atque adeò Paulinũ dogma, qui dixit: *Abundantiùs illis omnibus laboraui; non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Hinc Augustinus serm. 15. de verbis Apostoli: *Sine voluntate tua nõ erit in te iustitia Dei. Voluntas quidem non est nisi tua, iustitia non est nisi Dei. Esse potest iustitia Dei sine volũtate tua: sed in te esse non potest, nisi per voluntatem tuam. Qui ergo fecit te sine te, non te iustificabit sine te: ergo fecit nescientem, iustificat volentem.* Et Chrysostomus quodam loco: *Nec gratia sine voluntate, nec voluntas sine gratia potest. Nam & terra non germinat sine pluuia, nec pluuia fructificat sine terra.*

1. Cor. 15.

B. Aug. cap. 11. init. tomo 10.

B. Chrysost.

Tertium argumentum.

Tertiò argumentatur Beza: *Aut parem facimus illum primæ gratiæ gustũ, aut imparem: Si imparem, iam ab vniuersali gratia recedis: si parem, vnde tam impar effectus?* Respondeo: quia gratia recipitur per modum recipientis: & non est par conatus omnium, qui accipiunt gratiam, & maiorem sæpe respuunt multi, cùm alij parẽ, aut minorem accipiant, qui illã excolunt, & vberiores fructus producunt. Non ergo firmum est: Parem duo accipiunt gratiam in Baptismo, ergo in vtroque gratia eandem sanitatem efficiet, aut non fuit par naturæ corruptio. Nam asserimus, cum pari naturæ corruptione parem esse sanitatis effectum: sed vnus in illa non stetit, sed retrocesit, alter verò perseuerauit, & per Sacramentorũ vsum, & per orationis, & bonorum operum studium auxit gratiam. Et hactenus sit disputatũ de hoc loco.

Parem gratiam recipiẽtes cur impa rem fructum ferant.

DISPVTATIO VI.

In qua reliquis tribus propositis dubitationibus respondetur.

Ad quintam dubitationẽ. Quãm idonea ratio sit Apostoli, orandum esse pro omnib⁹, quia vnus Deus, & vn⁹ mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus.

QVINTO loco dubitatũ fuit in illis verbis: *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus, Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus*, an videlicet hæ solidę essent rationes ad inferendũ esse pro omnibus precandum. Respondemus, firmas esse, & bonas rationes. Prima ex vnitate Dei accipitur: nam ille omnes condidit, & peculiarem prouidentiam omnium hominum gerit, vt ad eum, ad quem sunt conditæ finem, peruenire possint. Et vt ait liber Sapientiæ: *Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus*: & Apostolus, *An Iudæorum Deus tantùm? nonne & Gentium? imò & Gentium.* Et rursus: *Non enim est distinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum*; & Petrus, *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.* Quod non potest commodè de temporalibus bonis intelligi, cùm inæqualiter illa distribuat: nec rursus de priuilegijs quibusdam concessis, & non alijs ad faciliùs consequendam æternæ vitæ salutem. Cõstat enim, populo Iudæorũ datã circumcisionẽ, promissam terram Chanaam, latã legẽ Moysis, & Prophetas illi populo peculiariter attributos: quia in his, & huiusmodi excellebãt, cõmuniter olim Gentilibus. Sed sermo est de bonis spiritualibus, & ad vitam æternam spectantibus. In

Sap. 6.

Rom. 3.

Infra 10.

Act. 10.

Qua ratione nõ possit dici acceptor personarum Deus.

Gen. 17. Leuit. 12. Luc. 2.

his

his enim neminē sua gratia, & prouidentia deserit Deus. Vnde Sap. 1. dicit: *Sanabiles fecit nationes orbis terrarum.*

Sap. 1.

Ex eoquòd vnus est Deus, quare orādū pro omnibus hominibus. *Act. 17.*

Est autem solida ratio orandi pro omnibus, nosse quòd vnus sit Deus, à quo sumus, & pēdemus, & cui omnino in omnibus parendum est. Nā si plures dij essent, qui sibi inuicem dissentirent, quisque hominum cogeretur preces fundere tantùm pro illis, qui sunt à Deo suo conditi, & nō pro alijs, & ita dissolueretur charitas, & amicitia ad proximum.

Mediator Dei & hominū cur homo Christus Iesus.

Alteram rationē adiungit, acceptam ex ratione Mediatoris: *Vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.* Hominum, inquit, nō horum, aut illorum, sed absolutè hominum, vt indefinito nomine vniuersos intelligeres. Et apertiùs exprimens; subdit: *Homo Christus Iesus*; ac si diceret: Quia homo fuit, ideò cōmunem susceptit causam tuendam, vt nemo hominum Mediatore recōciliante, & saluare volente destituatur, qui eius causam apud Deum, etiam ad victoriam agere valeat. Vnde Dilectus dixit; *Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.*

1. Ioan. 2.

Et subdit opus præclarum, & eximium, quod hic Mediator præstitit, cùm ait: *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* Quæ verba expendunt Theophylactus, & Oecumenius: Qui dedit semetipsum: Nō, inquiunt, inuitus, vt Arriani dicebant, cùm posset passionē à se propulsare: nec pecuniam, aut vlla munera abtulit, sed semetipsum agnum Deo gratissimum, & acceptissimū.

Voluntariā, & spontaneā Christi fuisse oblationem ad mortē, cōtra Arrianos *Theophyl. Oecumen. cap. 4.*

Addit, *Redemptionem.* Græca habent ἀντίλυτρον, hoc est, redēptionis pretium. Græca vox non est nomen verbale, quod est cap. 3. ad Roman. Iustificati gratis per gratiā ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu. Vbi Græcè est ἀπολύτρωσις: nec rursus, quod in Psal. 110. habetur: *Redemptionem misit Dominus populo suo*, vbi simplex vox habetur, λύτρωσις, vt & in Psalm. 129. *Et copiosa*, inquit, *apud eum redemptio*: & Matth. 22. *Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro multis*, vbi Græcè est alia vox, sed eiusdem significationis, λύτρον ἀντὶ πολλῶν. Et non tantùm Græca vox pretium, sed etiam cō mutationem denotat, qua caput capite, & vita redimitur vita: sicut Damon pro Pythia in causa capitali vadem se constituit, vt testis est Cicero in libro de Officijs. Et ita Christus dedit semetipsum pretiū: quia suam vitam pro nostra tradidit, & mortuus est, ne nos moreremur: quemadmodùm interdum captiuus Christianus apud Turcas nō solet redimi, nisi reddatur Turca aliquis apud Christianos detētus, & ita fit commutatio. Subdit: *Dedit semetipsum pro omnibus.* Quia non pro vna gente, aut populo, nec tantùm pro quibusdam, sed pro omnibus Deo Patri, pro nostra liberatione à peccato, ac dæmone, & inferno ipso, & concupiscentiæ, & mortis dominio seipsum dedit.

Rom. 3.

Quid est Christū dedisse redemptionem semetipsū pro omnibus. *Psal. 110.*

Psal. 129.

Cic. lib. 3. Offic.

Christi redēptio qualis fit.

Quare pro omnibus redemptionem se Christus dederit.

Quantum attinet ad vocem mediatoris, dicendum est Græcè dici μεσίτης, vel μεσίτης, & in vniuersa Scriptura tantùm hoc loco, & Gal. 3. & Hebr. 9. inuenitur Tertullianus li. de resurrectione carnis, vocat sequestrum; Erasmus vertit Conciliatorem, vel intercessorem: quę voces apud profanos autores eum significant, qui medium se præstat inter dissidētes. Iuxta quam significationem non est impiū dicere, esse alios mediatores præter Christum. Nā ad Hebr. 5. dicitur: *Omnis quidem Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur in ijs quæ sunt ad Deū.* Augustinus tamē cùm admittat plures aduocatos, interpellatores, intercessores, & pacificatores, nō vult agnoscere nisi vnum mediatorem, lib. 2. contra epistolam Parmeniani, capite septimo, paulò ante dimidium: *Pro quo*, inquit, *nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic vnus, verusque mediator est.* Et paulò inferiùs: *Si esset mediator Paulus, essent vtiq; & cateri coapostoli eius, ac sic multi*

Quid sit mediator.

Gal. 3. Hebr. 9. Tertul. pro cul. à med. par. 1.

Hebr. 5.

B. Aug. t. 7. in princ.

Ratio Augustini, cur vnus, & solus sit mediator hominū homo Christus Iesus.

mediatores essent, nec ipsi Paulo constaret ratio, qua dixerat: Vnus Deus enim est, vnus mediator hominum homo Christus Iesus. ¶ Sed profectò si aliæ voces, vt Aduocati, Saluatoris, Interpellatoris, Cõciliatoris, & Pacificatoris, alijs à Christo communicãtur, cur non etiam vox Mediatoris? etsi alia ratione constet significatus: vt Christus sit ille eximius mediator, qui non tantùm precibus, sed pretio mortis suæ totum humanum genus reconciliauit. Et si mediator est, pro quo non mediat alius; ergo intercessor est, pro quo alius non intercedit; & aduocatus, pro quo alius non aduocat; nec interpellator, pro quo alius non interpellat; neque pacificator, pro quo alius non pacificatur. Nisi fortè respexerit Augustinus ad naturam diuinam, quam cõiunctam habet cum humanitate sua, vt lib. 9. de Ciuit. cap. 15. idem docet.

Sanctos etiã præter Christum & esse, & dici posse mediatores aliorũ apud Deũ, & quo modo.

Qua ratione dictũ sit Augustini verũ

Hoc autem verbo mediatoris cõfutantur iudaizantes: hoc enim nomen ab Apostolo sumptum est ex historia Exod. 20. & 23. & Deut. 5. & 18. descripta. Nam cùm populus Israel terribilibus diuinæ præsentiæ signis in monte Sinai territus esset, dixit ad Moysen, *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Tunc dixit Dominus: *Audiui vocem verborum populi huius, quæ locuti sunt tibi: benè omnia sunt locuti. Quis det talem eos habere mentem,* (siue, vt habẽt Septuaginta, *Quis dabit esse sic cor illorum in ipsis?*) *vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore?* Ac si diceret, Maiestatem meam non ferũt, te medium inter se & me cupiunt, & promittunt quòd faciẽt omnia, quæ tu illis nomine meo nuntiabis. Benè quidem loquũtur, bona, & speciosa sunt verba, sed cor non respondet. Nullus siquidem est, aut Angelus, aut homo, qui possit inter homines mediare, vt det illis talem mentem, qua faciant mandata mea. Tunc adiecit Dominus promissionẽ talis mediatoris, dicens: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponã verba mea in ore eius* (hoc est, Sic ad eos loquetur, vt timeant me, & obseruent præcepta mea.) Vbi apertè Christus promittitur mediator inter Deum & homines, qui & reluctantes faciat obedientes, & subiectos Deo, & Deũ ex irato reddat propitium; quod nullus homo, vel Angelus possit. Quanquàm illi nescientes quid orando peterent, intellexit Deus, & interpretatus est, quòd peterent Messiam Deum & hominem. Fuit etiam tacitè promissũ Nouum Testamentum in monte Sinai simul cum eius mediatore. Porrò ea, quæ Moyses in monte audierat à Domino, ceremonia quadam explicuit. Nam populo dicente; *Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes,* Moyses sumptum sanguinem vituli respersit in populum, dicens: *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus nobiscum super cunctis sermonibus his.* Illa enim ceremonia explicuit promissionem illorum, quam fecerant: *Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus*, irritã fore: nam sanguis vituli non potuit auferre cor lapideum, vt statim patuit. Nam Moyse existente in monte, obliti promissi sui, sanguine vitulino confirmati, per vitulum peccauerũt contra primum mandatum, & summo eorum Sacerdote, id est, Aarone, potiùs cooperante ex ipsorum malitia, quàm impediente, & Moyse, qui legem designat, & quem mediatorẽ postulauerunt, acriter vindicãte hoc peccatum, & Leuitis, qui legis Doctores erant, adiuuantibus. Propheticè autem sanguine illo designatus est sanguis Christi, qui confirmat, & implet Nouum Testamentum.

Vnde Apostolus sumpserit vocẽ mediatoris.

Cyrillus lib. 1. Dialogorũ de Trinitate aliam figurã Mediatoris producit, nempè Aaronis orãtis pro populo peccãte Num. 16. & ideò ad Heb. 9. Christus mediator vocatur Noui Testamẽti, in redẽptionem earũ præuaricationũ (id est peccatorũ) qui erãt sub priori Testamẽto: vt Aaron fuerit figura Christi remittentis peccata commissa per mediationem suam;

Contra Iudæos Christũ negãtes Dei atque hominum mediatorem.

Nouum vbi fuerit promissum Testamẽtum à Deo.

Gal. 4.

Exod. 24. & supra 3.

Hebr. 9.

Quid aspersus vituli sanguis super populum significauerit.

Deut. 5.

Exod. 32.

Sanguis ille quid mysticè.

Deut. 18.

Cyril. to. 2. Num. 16.

Aarõ elegãs Christi typus, in quo.

Hebr. 9.

Moyſes autem typus Chriſti, prout ſe medium interponit ad hoc, vt legem impleamus, de qua ad Gal. 3. *Lex ordinata per Angelos in manu mediatoris*, hoc eſt, data, vt auxilio mediatoris impleatur, non auxilio Angelorũ. Ita hoc loco mediator dicitur Chriſtus inter Deum, & homines, quia homines Deo reconciliat, placando eum ſuper peccatis admiſsis; & promeretur hominibus Spiritum, quo deinceps Deo obediant.

Galat. 3.

Chriſtum appellans mediatorem Dei & hominum, quos excludat mediatores.

Reprehẽdit ergo eos, qui propria peccata, & infirmitatem ignorantes, audent Deum accedere ſine vllo mediatore, confiſi ceremonijs quibuſdã externis, quibus putabant Deũ placari. Reprehendit deinde eos, qui legis ſcientia confiſi, putant ſe poſſe viribus proprijs eã ſeruare. Rurſus confutat magica ſectantes, qui dicebãt Angelos eſſe mediatores ad Deũ, non autem Chriſtum; de quibus ad Coloſs. 2. dixit Apoſtolus: *Nemo vos ſeducat in humilitate, & religione Angelorum.* Vbi Chryſoſtomus ſcribit: *Sunt nonnulli, qui dicunt non oportere per Chriſtum reconciliari, & ad Patrem accedere, ſed per Angelos.* Hæc ille. Et hæc eadem eſt cauſa, cur Apoſtolus in epiſt. ad Epheſios tam frequenter ac densè inculcet acceſſum ad Patrẽ per Chriſtum; ne videlicet id tribuerent Angelis. Epiphanius etiam in Simonem Magum inquit: *Simon etiã nomina quædam ſupponit principatuũ, & poteſtatuũ, cœlosq; diuerſos tradit, & in vnoquoq; firmamẽto, ac cœlo virtutes quaſdã exponit, & nomina barbarica his indit. Non poſſe verò aliter ſeruari aliquem, niſi hunc myſticũ ductũ didicerit, & talia ſacrificia Patri vniuerſorũ per eos principatus, ac poteſtates offerre.* Hęc ille. Sumpſit autẽ Simõ Magus hoc dogma à Platonicis tradẽtibus dęmones eſſe colẽdos tanquam mediatores ad Deum. De qua re lege Aug. lib. 9. & 10. de Ciuitate Dei. Ex his omnibus colligimus, fãctos oẽs, atq; Angelos pro alijs orãtes, & intercedẽtes, quo modo loquitur Scriptura, nõ eſſe per omnia mediatores, quia nec ſatisfaciunt pro peccatis, nec placãt Deũ, nec pmerẽtur nobis Spiritũ obedientiæ ad ſeruanda Dei mãdata; ſed impropriè ſunt dicendi mediatores, quia pro nobis intercedunt, & nobis fauẽt. Quicquid enim Angelus, & ſanctus homo à Deo petunt, nonniſi in virtute Chriſti mediatoris petunt. Ipſi verò per ſe immediatè non audent Deũ accedere. Hinc Bernardus ſerm. de B. Virgine Maria, in verba Apocalypſis: *Signum magnum apparuit*, &c. *Opus eſt*, inquit, *mediatore ad mediatorem iſtũ* (ſcilicèt, Chriſtum) *nec alter vtilior nobis quàm Maria.* Ita etiam vocat Cyrillus mediatores lib. 12. Theſaurorũ, cap. 10. Deinde nemo eſt præter vnũ Chriſtum, qui pro omnibus Deo reconciliandis mediator extiterit: Qui eſt, inquit, mediator Dei, & hominum, ſcilicet omnium, de quo ſubdit: *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.* Et ex his duabus poſtremis cõditionibus, id eſt, accedere per ſe immediatè ad Deũ, & pro omnibus intercedere, docet Aug. libr. 2. contra epiſt. Parmeniani cap. 8. ſolũ Chriſtũ mediatorẽ eſſe: *Pro quo*, inquit, *nullus interpellat, ſed ipſe pro omnibus, hic vnꝰ verusq; mediator eſt.* Et infrà: *Oratio pro inuicem membrorum omnium adhuc in terra laborantium, aſcendat ad caput quod præceſſit in cœlum, in quo eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Nam ſi eſſet mediator Paulus, eſſent vtique & cæteri coapoſtoli eius, ac ſic multi mediatores eſſent, nec ipſi Paulo conſtaret ratio qua dixerat: Vnus enim Deus, vnus mediator Dei, & hominum.*

Coloſ. 2.

B. Chryſoſ. homil. 7. in epiſt. ad Coloſ. ſub init. tom. 4.

B. Bernar. prope ſermonis init.

Cyrill. Alexand. to. 2. Secũda ratio

D. Aug. to. 7. in princ.

Simõ Magus magnus ille nebulo, quos ſomniarit atque cõfinxerit mediatores.

D. Epiph. in hæreſ. 21. Simonianorũ, à medio.

1. Ioan. 2. Si eſſet mediator Paulꝰ, quid ſequeretur, teſte Auguſtino.

Iã illud in dubitationẽ venit, quã ratione mediator ſit Chriſtus, anne ſecundùm humanã naturã, an ſecundùm diuinam, an potiùs ſecundùm vtrãque ſimul. Sed quia ait: *Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus*, ſatis oſtẽdit, quòd ſecundũ humanã naturam mediator ſit. Si enim rectè inſpicias, duo ſunt cõciliatoris, ſiue interceſſoris officia: alterum, reconciliare diſcordes; iuſti autẽ mediatoris eſt ita cõciliare diſcordes, vt iuſtã cauſam fouens à iure ſuo non cadat; quæ autem iniuſta eſt, ad iuſtitiam

Vnde hãc ille hauſerit ſuperſtitionẽ *B. Aug. to. 5.* Prima ratio, cur Angeli ſancti, veri, atque perfecti non ſint mediatores, ſed tantùm Chriſtus.

Vt homo, an vt Deus, ſit Chriſtus mediator Dei & hominum.

Interceſſor duo præſtat.

deducatur.

deducatur. Alterum cõuenit mediatori, vt proximus sit vtrique parti dissentienti, atque adeò similis sit vtrique, & amicus, & quod ab vtroq; aliquantulũ distet: si enim vnum sit cũ altero illorum, tenet se tantùm ex parte illius, nec iam medius est. Si omninò ab vtroque distet, non poterit coniungere discordes.

Quæ prima sit conditio Christi mediatoris, intercessorisve

Primum igitur competit Christo secundùm humanam naturam, nam secundùm eam Diuinę iustitiæ satisfacit, & meretur, ac impetrat nobis iustitiam: secundùm diuinam autem naturam, ipse est pars placanda, vt Pater, & Spiritus sanctus: quãquam passio humanæ naturæ non placat Deum, nisi in persona diuina esset, & inde valorem haberet. Ita Augustin. in Enchiridio cap. 108. & Cyrillus lib. de Fide ad Reginas, hunc locũ edisserens, docet. Secundum verò, nẽpè medium esse, partim similẽ, partim dissimilem, & distãtem ab vtroque, competit etiã Christo secundùm humanam naturam. Deo enim similis est Christus per iustitiam, per quam distat ab hominibus peccatoribus: nobis verò est similis per miseriam, per quam distat à Deo. Atque hæc similitudo & distãtia valdè cõgruit: quia per miseriam, quam ipse iustus sustinuit, Dei iustitiæ bonã causam fouẽtis satisfecit, & homines iniquã causam fouẽtes, id est, nolẽtes subdi Deo, ad iustitiam reduxit. Ita explicauit Augustinus mediationẽ istã in Præfatione Psalmi 29. qui incipit: *Exaltabo te, Dñe, quoniã suscepisti me*; & lib. 10. Confessionum, cap. 42. & 43. & lib. 1. de Consensu Euang. c. 25. & li. 9. de Ciuit. Dei, c. 17. Quanquã cap. 15. eiusdẽ libri adiecerit aliquid prædictæ mediationi', nempè quòd Christus priùs fuit mortalis, & miser ad tempus, posteà in æternũ beatus. Primum nobiscũ cõmune habet, secundũ verò cum Deo. Primũ congruit morituris, secundũ in æternũ victuris: & vtroque nos recõciliauit, quia mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrã. Nobiscũ ergo habet vnum commune, nempè, miseriam; cum Deo duo, iustitiam, & beatitudinem æternam.

Augu. to. 3. sub init.

Cyrill. t. 3. Secunda conditio.

Christi per humanitatẽ suam passibilem mediationis congruentia.

Aug. tom. 8.

Idem to. 1.

Idem to. 4.

Idem to. 5.

Christus mediator quid commune habeat cũ Deo, quid verò nobiscum.

Rom. 4.

Quòd si obijcias: Miseria temporalis tantùm si attendatur in Christo, vt secundùm eam dicatur nobis similis, videbitur nunc non esse similis, nec medius inter Deum & hominem, vtpotè per iustitiam, & miseriam distans à nobis iniustis, & miseris, cùm tamen nunc dicat esse mediatorem Apostolus, vt etiam Hebr. 9. testatur. Dicendum, q̃ etsi ipse non mediat nunc interpellando pro nobis, nisi allegando, & proponendo Deo merita præteritæ passionis, attamen nũc quoque medius inuenitur inter Deũ, & homines. Quia vt Aug. ait lib. de peccato originali contra Celestium, attenditur in Christo, quòd nunc sit similis nobis in natura humana, Deo autẽ in iustitia: *Apostolus*, inquit, *non ait: Vnus mediator Dei & hominum Christus Iesus; sed, homo Christus Iesus. Per hoc ergo mediator, per quod homo: inferior Patre, per quod nobis propinquior; superior nobis, per quod Patri propinquior. Quod apertius ita dicitur: Inferior Patre, quia in forma serui: superior nobis, quia sine labe peccati.* Atque hanc mediationis rationẽ sequitur Thomas in tertia parte.

Christus iam immortalis & dissimilis nobis, vt sit mediator noster.

Hebr. 9.

B. Aug. cap. 28. tom. 7.

Illud: Mediator Dei & hominũ, homo Christus, nõ autẽ simpliciter. Christus Iesus, expendit Augustin.

B. Thom. in tertia par. q. 26. art. 2. to. 12.

Rursus si quis obijciat: Si in Christi persona attendatur humana natura, per quã sit nobis similis, cur nõ attẽditur quoque diuina, vt secundũ eã Patri dicatur similis, & sic medius inter Deum Patrem, & homines inueniatur? quia enim duas habet naturas, videtur natura cum natura comparanda, & qualitas cum qualitate.

Quare Christus quomodo vt homo nobis similis, est mediator etiam, ita vt Deus Patri similis non sit mediator.

Respõsio est: Secundùm humanã naturam, simul & diuinam, non esset medius inter Trinitatẽ, & homines, vtpotè qui à seipso secundùm vtramque naturam non differt. Ipsũ tamẽ rectè dicit medium inter Patrẽ, siue Spiritum, & homines, quatenus duas naturas coniunctas habet, humanã, per quam cõuenit cum hominibus, & distat à Patre, & Spiritu sancto, & Diuinam, secundùm quam distat

Duplex Christi mediatio, iuxta Bonauenturam, & vtra perfectior.

B. Bonauentura quæst. 2. de persona mediatoris per quã facta est reconciliatio.

Esaiæ 7. Matth. 1. Rom. 8. Aug. tom. 9. à medio.

Ad mediationem vtraq; natura, Diuina, & humana, requiritur necessariò.

Explicatur illud: Cuius testimoniũ temporibus suis confirmatum est.

Haymo. Glossa ordinaria. Ambr. to. 5.

Secundus sensus. *Chrys. ho. 7. Theophyl.*

ab hominibus, & vnum est cũ Patre, & Spiritu sancto: etsi mediatoris officium non exerceat nisi in humana natura, & secundùm suam qualitatẽ. Imò hæc mediatio secundùm conuenientiam, & substantiam naturarum perfectior est quàm ea quæ ex qualitatibus cõsideratur, teste Bonauentura in tertio senten. dist. 19. natura siquidem præstantior est qualitate, licèt qualitas sit officio, & mediationis actioni vicinior. Quia igitur veteres Patres in voce mediatoris perfectam mediationem intellexerunt; ideò putant per eam, coniunctionem vtriusque naturę designari: sicut cùm Christus vocatur Emmanuel, & Primogenitus in multis fratribus, in quo vtraque natura designatur. Vnde Augustinus lib. de ouibus, cap. 12. *Mediator Dei, & hominum,* inquit, *quia Deus cum Patre, quia homo cum hominibus. Nõ mediator homo præter Deitatem: non mediator Deus, præter humanitatem. Ecce mediator. Diuinitas sine Humanitate non est mediatrix: Humanitas sine Diuinitate non est mediatrix: sed inter Diuinitatem solam, & Humanitatem solam mediatrix est humana Diuinitas, & diuina Humanitas Christi.* Et hactenus de hac quęstione dictum sit nobis.

Ad sextum dubium explicãdum, enarranda sunt priùs pauca quę precedunt, nempè: *Cuius* (scilicet rei) *testimonium temporibus suis confirmatũ est.* In Græcis non est, Cuius, &, Confirmatum est, sed tantùm Τὸ μαρτυρίῳ τοῖς ἰδίοις καιροῖς, id est, Testimonium tẽporibus suis, nec Haymo plus legit, & Glossa ordinaria admonet, quosdam codices istis verbis carere. Ex quo cõijcitur, ab aliquo fuisse adiecta explicandi gratia. Ambrosius hoc loco habet: Redemptionis pro omnibus solutæ satis apertum documentum datũ est in Christi resurrectione, Ascensione, Apostolorũ prædicatione, atque miraculis.

At Chrysostomus, atq; Theophylactus intelligere videntur, tanquam dicat Christũ dedisse se testimonium veracitatis Dei in promissis, & hoc cùm pateretur pro nobis, vbi hoc dixit Pilato: *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* *Ioan. 18.*

Tertius sensus. *Oecu. cap. 4. ex Clem. in sexto informationũ libro.*

Oecumenius verò citans Clementem Alexandrinum, sic intelligit: *Dedit semetipsum per martyrium, siue testimonium, hoc est, per paßionem quam subijt, propterea quia testimonium veritati perhibuit, dicens se esse Filium Dei, Saluatorem mundi à Deo promissum.*

¶ Porrò nomen martyrij, siue testimonij in Scripturis, & apud veteres Patres, vox est Ecclesiastica, designãs testimonium, quod veritati perhibetur, nempè, per mortem pro veritate, quo nullum est præstantius testimonium, de quo Matth. 10. & Lucæ 21. *Ad præsides & ad Reges ducemini propter me, in testimonium illis & Gentibus.* Et hodie pro vera doctrina interfectos, vocamus Testes, siue Martyres.

Martyrium quid sonet: qui Martyres appellentur.

Matth. 10. Lucæ 21.

Sequitur: *Temporibus suis.* Vel proprijs, id est, congruis, & à Prophetis prædictis, & à Deo præfixis, & ita legendum est: *Dedit redemptionem semetipsum pro omnibus,* & appositiuè, *Martyrium temporibus suis.*

Quibus testimoniũ Christus confirmauerit temporibus suis.

Et sequitur: *In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus*; vel, Ad quod positus sum ego præco, vt vox Græca sonat. Est autem præconis officium publicare. Et, *In quo:* hoc est, Ad hoc testimonium euulgandũ, & euangelizandũ positus sum ego nõ tantùm præco, vt in vno loco tantũ prędicẽ, sed etiam Apostolus, vt per vniuersũ orbem illud testimoniũ euangelizẽ tanquam Apostolus ad hoc ipsum à Deo ordinatus, & missus.

Præconis officium.

Subdit: *(Veritatẽ dico, non mẽtior) doctor Gentium in fide, & veritate.* De duobus hîc dubitatum fuit, alterum est, quomodo Apostolus hos titulos iactare videatur, cũ Christus dixerit. *Nolite vocari Rabbi*; & : *Ne vocemini magistri: quia magister vester vnus est, Christus*; & Iacobus frater Domini: *Nolite plures magistri fieri.* Dicendum est, hoc ambitionis spiritu modestissimum, & humillimum Apostolum nõ dixisse, cũ paullò antè se vocasset

Ad quartum dubium.

Cur Paulus se doctorem & Apostolũ nominet. *Matth. 23. Ibidem. Iacobi 3.* Prima ratio.

peccatorum

peccatorum omnium primum, & blasphemũ, & persecutorẽ Ecclesiæ, & contumeliosum: sed hoc dixisse videtur statuendæ autoritatis suę Apostolicę gratia, & ne ei pseudapostoli repugnarent, negantes Paulum, Apostolum, ex eo ꝙ cũ Christo versatus non fuisset. Deinde in vtilitatẽ auditorũ hoc dicebat Apostolus, vt doctrinas pseudapostolorũ fugerẽt, & maiorẽ sibi fidem apud eos conciliaret. Nã vbi de Dei gloria agitur, & vera doctrina, oẽs titulos & priuilegia sua potest, ac debet quis pferre? Et in hoc spiritu alio loco dixit: *Non sum liber? non sum Apostolus? nónne Christũ Iesum Dñm nostrũ vidi? Nónne opus meum vos estis in Domino, &c.*

1.Tim.2.

Secũda ratio

1. Cor. 9.

Quibus imperetur à Domino: Ne vocemini magistri, & â Iacobo: Nolite plures magistri fieri.

Quod verò Christus prohibuit, & frater Dñi: de his est intelligendũ, qui principaliter sibi magisterium arrogant, & nouam doctrinam inuehunt. Plures verò fiũt doctores, quando diuersa à Christo docẽt: qui verò quæ nonnisi Christi sunt, docẽt, etsi infiniti numero sint, non censentur esse nisi vn⁹ doctor, qui est Christus, qui idẽ per oẽs illos quasi per organa sua docet. Quod præsertim dici potest de Paulo, qui dixit: *An experimẽtum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?*

2.Cor. 13.

Alterum est, de quo similiter hæsitatũ fuit: quia dicendo, *Veritatem dico, nõ mentior*, iusiurandũ à Christo prohibitum Paulus vsurpauit: *Ego autẽ*, inquit Dñs, *dico vobis, nõ iurare omninò, &c.* Respondemus, iusiurandum esse religiosum, & pium, quia iurauit ad commendandã suã autoritatem propter pseudapostolos, qui vbique eum deprimebant, & eius Apostolatui inuidebant; & quia rem mirabilẽ dicturus erat, nempè ꝙ ad Gẽtes idololatras miss⁹ esset doctor. Et quia Gentiũ erat Apostolus, ostendit se eos diligere, & tacitè rogare, vt pro earum conuersione Deum deprecentur.

Quomodo Paulus, quod Dñs prohibuit, iuramẽtum vsurpat? Matth. 5. Iacobi vlt.

Et pulchrè dixit: *In fide, & veritate*, præponendo fidem veritati: quia cognitio veritatis merces est fidei, iuxta illud: *Nisi credideritis, non intelligetis*; & Christus: *Si manseritis in sermone meo* (per fidẽ scilicet) *cognoscetis veritatẽ, & veritas liberabit vos.* Imò in secularibus disciplinis oportet addiscentem credere. Et Plato in Timæo, vt producitur ab Augustino libr. de Consensu Euangelistarum: *Quantum*, inquit, *ad id quod ortũ est, æternitas valet, tantùm ad fidẽ veritas. Duo illa sursum sunt, æternitas, & veritas: duo ista deorsum, quod ortum est, & fides. Vt ergo ab imis ad summa reuocemur, atque id quod ortum est, recipiat æternitatem, per fidem veniendum est ad veritatem.* Hæc ille.

Paulus se doctorẽ Gentiũ cur docet in fide & veritate. Esaiæ 7.

Ioan. 8.

Aug. libr. 2. de Consensu Euang. cap. 25. paullò ante med. tom. 4.

Septimam dubitationẽ diluamus. Cùm Apostolus doctrinam traderet precãdi; meritò redit ad priora præcepta orationis cũ aduerbio illatiuo: Volo ergo, hoc est, Mando & iubeo sic fieri. Ita enim accipi solet hoc verbũ, vt alibi, cùm ait: *Volo iuniores nubere*; & Ethnicus quidam:

Hoc volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas.

Solutio septimæ quæstionis, Quorsum id: Volo viros orare in omni loco, & quę sequuntur.

1. Tim. 5. Iuuen. sat. 6. remotiùs à principio.

Vult autẽ, Christianũ preces fũdere in omni loco, siue in agro, siue domi, siue in syluis, siue in officina, siue in nauĩ, siue in itinere, denique vbicunque Deus est, locus est orationi accõmodus. Deus autẽ vbique est, vbiq; ergo precibus incumbendũ. Et tamẽ decõrum seruandum esse, nemo infitiabitur. Sunt enim quædã profana loca, quorũ impuritas prohibet ibi orationẽ, præsertim publicam celebrare. Reddit autem locũ profanũ, si sit idolis, & falsis dijs dicatus, aut peccato, & turpitudini addictus, vt caupona, & prostibulum, & theatrũ, & plateę, in quibus ludis, scenis, & nundinis vacatur. Ná etsi B. Agnes in lupanari precibus vacauerit, non obest, quia eò pertracta fuerat, & sua sanctitate, & martyrij iam inchoati merito infamẽ locũ sanctificauerat. Cum hac tamen veritate omnibus compertũ & exploratum est, Deũ ab initio certum sanctũ locum ad cultũ elegisse, ac deputasse, nẽpè Ierusalẽ, quę ob id dicta est Ciuitas sancta. Nã eo tẽpore mũdus totus idolorũ cultura profanatus erat, non solùm ob

Orandũ cur nobis in omni loco.

Quibus in locis minimè orandũ.

An ita orandum in omni loco est, vt alicubi præsertim orare sit nefas.

Ierusalem ciuitatis sanctæ vnde sortita sit nomẽ

prædictam

prædictam causam, sed etiã ob futurorum significationẽ: quia in Ecclesia tantùm futurus erat locus orationi, quæ per Ierusalem adumbrata erat. At postquã venit Christus, qui extra ciuitatem sanguinem fudit, omnia penitus sunt mundata, de quo Dñs ad Samaritanam: *Mulier, crede mihi, veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.* Ideò in omni loco orandum.

Daniel. 9.
Matth. 27.

Hebr. 13.
Ioan. 4.

Basilius in Regulis breuioribus quærẽs nunquid in communi domo Dominica cœna debeat celebrari, sic respondet: *Quẽadmodùm ratio non permittit, vt vas vllum cõmune in sancta transferatur, eodem modo etiam vetat sancta in domo communi celebrari; cùm ex iussu Dei in veteri Testamento nihil isto modo fieri permittatur. Cùm autem Dñs dicat, Plusquam templum est hîc; & Apostolus item, Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? Quid dicam vobis? Laudo vos in hoc? Non laudo. Ego enim accepi à Dño, quod & tradidi vobis, & quæ sequuntur, sanè admonetur, non debere nos, neque communem cœnã in Ecclesia manducare, aut bibere, neque Dominicam in priuatã domo in contumelia habere: extra quam si quis, cùm necessitas poscat, locũ, ademve elegantiorem deligat in tempore opportuno.* Et idem plenius serm. 2. de Baptismo, cap. 8. sub initiũ: *Nobis quoque periculũ est*, inquit, *malè obiti mandati si loci rationem neglexerimus, maximè si Sacerdotij mysteria in locis profanis celebrauerimus, propterea quòd ea res indicium haberet contemptus in celebrante; offendiculum quoque generaret pro varietate affectionum multifariam, propter variam multorum in rerum diuinarum scientia infirmitatẽ.* Hęc ille.

B. Basil. Interrog. 310 tom. 2.
Basilij Magni, an in cõmuni domo Dominica cœna debere celebrari, responsio.
Matth. 12.
1. Cor. 11.

Idem to. 2.
Communi absque loci, & temporis discrimine duo orationis incommoda.

Intrare autem in cubiculum, non præcipitur propter locum, sed vt fugiamus aspectum vulgi, & strepitũ, & attentę orationis impedimenta, & ad vitandam inanem gloriã: quæ omnia in priuatis precibus locum habent.

Ad illud: Si orandum in omni loco est, cur intra cubiculum, Domino iubente, orare debemus?
Matth. 6.
Hæc Apostoli, orandi in omni loco doctrina, iudæis quàm repugnet.

Dixit ergo Paulus, In omni loco, ad Iudaicam superstitionẽ extirpandam, qui nullã vim orationi tribuebant, nisi ei tantùm, quæ in Ierusalẽ funderetur. Iudæi enim cùm tantùm Ierosolymis sacrificare possent, putabant similiter ibidem esse orandũ tantummodò. Sic tamen hanc facultatem laxat orbi Apostolus, vt cùm cõmodè fieri possit, sit Deo gratius, & nobis fructuosius in templis Deo dicatis precari, quàm in alijs locis. Nam ibi homo aliorum exemplo, & Eucharistiæ præsentia prouocatus magis accenditur ad orandum, & facilius à Deo exauditur. Nã Apostoli Petrus & Ioannes Act. 3. ad templum orandi gratia confluebant, & nedum loca, sed etiam ipsas horas orationi deputatas obseruabant: vnde ascenderunt, ait Lucas, in templũ, ad horã orationis nonam.

Actor. 3.

Ibidem.

Et quia est sermo de cõmuni oratione, bene ait, In omni loco, scilicèt ad orandum deputato. Dixit etiam Apostolus, In omni loco, teste Chrysost. ne Christianus putet in sola Ecclesia orandum, in qua fideles maximè orationis gratia cõueniunt. Quã Ecclesiam idem Chrysost. hom. 36. in priorem ad Corinthios, locum dicit esse Angelorum, & Archangelorum, Regiam cœli, & cœlum ipsum. Et id probat ex præsentia corporis Dñi in Eucharistia. Hoc etiam erat legi conforme, vbi captiuis præcipitur vt Iudæi in terra captiuitatis Deũ inuocent: hinc Daniel in Chaldæa, conuersus ad Ierusalẽ ter in die orabat. Quando verò priuata incidunt pericula, in omni loco est orãdũ. Hinc Basilius in exhortatione ad Baptismum: *Non locus, sed propositi initium requiritur. Ieremias enim in luto erat, & Deum attraxit: Daniel in leonũ lacu Deũ placauit. Tres pueri in camino Deũ promeruêre. Latro non cruce prohibitus quin paradisum assecutus fuerit. Iob in stercore (vt etiam Petrus atque Paulus in carcere) Deum ad misericordiã prouocauit. Igitur vbicunque fueris, ora: vel si ante iudicem, ora.* Hæc ille.

In omni loco quid orare; & cur hoc teste Chrys. Apostolus dixit.
Chrys. ho. 8. sub init.

Idem circa finem.
Qualis locus ad orandum destinatus, Ecclesia, Chrysostomo

Daniel. 6.

Quando priuatim orandum, idque vnde cõstet,
Basil. post med. to. 1.
Ierem. 38.
Daniel. 6.
Lucæ 23.
Iob 3.
Actor. 12.

Leuare verò manus, habitus est & forma orantis, & sperantis auxilium ex alto: sicut qui submerguntur, extendunt manus in altum, tanquam

Quid leuare puras manus in omni loco

petentes

Theodorit. part. 2.

petentes auxilium. Theodoritus interpretatur: Manus extollere, & orare, erat proprium Sacerdotũ veteris Testamenti, sed diuinus Apostolus præcipit hoc facere omnibus hominibus, quoniam omnes facti sunt populus acquisitionis, Regale Sacerdotium, gens sancta. Ponit ergo eleuationem manuũ pro inuocatione, id est, signum pro reipsa, vt Esaiæ 1. *Cùm extenderitis manus vestras, auertã oculos meos à vobis.* Tali habitu orabat Moyses Exod. 17. & exaudiebatur à Deo; & si paululum intermitteret, subtrahebatur diuinum auxilium: & Ieremias in Threnis: *Leuemus*, ait, *corda nostra, cum manibus ad Dominum ad cœlos*; Dauid quoque: *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* In quæ verba Origenes: *Non puto q̃ si quis eleuauerit, vel extenderit manus ad cœlum (vt habitus orantiũ esse solet) continuò sacrificium obtulerit Deo. Sed videamus, ne fortè hoc sit, quod ibi indicat sermo Dei, quia per manus opera intelligũtur. Eleuat manus ille, qui eleuat actus suos à terra, & conuersatio eius adhuc in terra ambulantis in cœlis est. Et proposito Mosis exemplo, quo eleuãte manus, populus Dei vincebat, & illo deijciente, vincebat Amalech, subdit: Nunquidnam putandum est, quòd omnipotẽs Deus ad manus respiceret Moysi, & si quidem videret eas sursum eleuatas, Israel victoriam daret; si verò deorsum derectas, Amalechitis? Siccíne dignũ est de sancti Spiritus sentire sermonibus.* Idem Origenes id factum in futuræ crucis Sacramentum, & præmonstrationẽ, ac præformãdá manuũ Christi Saluatoris affixionem asserẽs, statim subiungit: Quin & eundẽ manus eleuandi ritũ, & ceremoniam tacito naturę instinctu obseruãt Gẽtiles: nam Poëta inducens AEneã in periculo imminenti orantẽ ad Deum, dixit: *Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas, Talia voce refert.* Leuare porrò puras manus, non est, lotas & aqua mũdatas manus eleuare, sed mũdas à rapinis, à libidine, à pugnis & cędibus, & sanguine: nam tales manus se non exauditurũ cõminatur Esa. 1. *Cùm multiplicaueritis, inquit, orationẽ, nõ exaudiã: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Et subdit: *Lauamini, mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, &c.* Deniq; habere puras manus, est habere innocentiam comitẽ precationis. Hinc Aug. in Psal. 62. interpretans illud: *In nomine tuo leuabo manus meas*, ait: *Quia manus istæ leuantur vt impetres quod vis, ipsas manus cogitas in bonis operibus exercere, ne erubescant leuari ad Deum.*

Exod. 19. 1. Petri 2.

Esaiæ 1.

Exod. 17.

Threnor. 3.

Psal. 140.

Orig. post dimid. to. 1.

Eleuet qui manus secũdũ Origenẽ.

Exod. 17. Ibidem.

Moysi in mõte manus eleuantis cõtra Amalechitas mysterium.

Virg. lib. 1. Aeneid. circa princip.

Mystica purarũ manuũ eleuatio.

Addit Apostolus: *Sine ira, & disceptatione.* Nã precatio pacatum animũ exigit erga proximũ, id est, absque profana iniuriarum memoria & appetitu vindictę. Quod declarauit Dñs, dũ dixit: *Cùm stabitis ad orandũ, dimittite si quid habetis aduersus aliquẽ.* Nec enim iustum est dimitti sibi velle peccata, & ipsũ nolle proximo suo dimittere. Et continetur hæc cõditio in prece Dominica, cũ dicitur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

Esaiæ 1.

Aug. tom. 8. Psal. 62.

Quid leuare puras manus sine ira & disceptatione.

Marci 11.

Matth. 6.

Disceptationem porrò Græcè vocat διαλογισμὸν, aut illam animi acerbitatem, quam facit qui iniuriã ponderat alterũ accusans, & se iustificãs. Chrysost. verò accipit pro hæsitatione, & ambiguitate, siue dubitatione, cui opponitur fides: nam ita vertit eam vocem interpres noster Rom. 4. cùm dixit de Abraham: *Non hæsitauit diffidentia: Non licet*, inquit ille, *prorsus ambigere, si puras ad Deum leuemus preces, nos exauditum iri. Quæcunque enim petieritis, inquit, credẽtes accipietis.* Ambrosius verò libr. 6. de Sacramentis, per disceptationẽ intelligit cogitationem ad alia diuagantem: *Nunc*, inquit, *de disceptatione videamus. Plerunque negotiator venit ad orationẽ, aut auarus de pecunia cogitat, alter de lucro, alter de honore, alter de cupiditate, & putat quòd eũ Deus posit audire. Et ideò quando oras, diuina humanis præferre te conuenit.* Hactenus ille. Vbi habes varias huius vocis interpretationes, pias quidem, sed duę priores videntur mihi magis facere ad rem.

Triplicitèr vox Disceptationis accipitur.

Chryf. ho. 8. in priorem ad Timoth. prope init. Rom. 4.

Sensus Ambrosij.

B. Ambros. lib. 6. de Sacramentis, ca. 5. in princip. tom. 4.

DISPVTATIO VII.

In qua agitur peculiariter in Hæreticos, negantes esse vllos alios mediatores ad Deũ, qui pro nobis precibus intercedant, præter Christum; non Sanctos, non Angelos, neque Virginem Deiparam.

De inuocatione Sãctorum causa disserendi.

QVoniam nostri seculi Hæretici occasione huius verbi Apostolici; Vnus est mediator, & similiũ, dogmatizãt, Sanctos pro nobis preces non fundere, neque à nobis esse inuocandos; locus ipse postulare videtur, vt eorum conatibus nos opponamus, & pugnemus contra Agiomastigos, qui more gigãtum cœlicolis bellum indixêre: & ostendamus, tam exSacris, & diuinis literis, quàm ex Orthodoxorum Patrum traditione, id semper fuisse in Ecclesia vt indubitatum, & certissimum dogma receptum, Sanctos & pro nobis precari, & à nobis esse cũ omni humilitate, ac veneratione implorandos, vt faciliùs quæ votis nostris concipimus impetrare valeam⁹.

Huius tractationis partes

Et quò dilucidior ꝓcedat nostra disputatio, distinctè primò tractandum est, Sanctos pro nobis interpellare, & non tantùm in genere, sed etiam in particulari, id est ꝓ personis quibusdam, aut pro peculiaribus beneficijs. Deinde à nobis esse inuocandos, & quomodo debeamus eos inuocare. Postremò eorum argumenta, & obiectiones, quas faciunt, diluemus.

Ordo eiusdẽ

Primùm igitur, Sanctos pro nobis preces fundere, probabimus Scripturis, rationibus, Patrum traditione, & solutione eorum, quæ in oppositum obijciuntur. Prima ergo via à testimonijs Scripturæ accepta, producimus Ieremiam cap. 15. *Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istũ*, scilicet ob magna crimina, quæ admiserat: quasi diceret, Si minora essent scelera, à me audirentur. Vnde Gregorius tractans hæc verba, ait: *Non illos modò pro inimicis audit, quos magnæ virtutis meritò ꝓ inimicis orare sinit.* Hæc ille in sensu. Hi autem Sancti enumerantur, quia precari, & impetrare solebant. ¶Nec ponit conditionem aliquam impossibilem, vt malè Zuinglius dixit, vt si diceret; Si oraret Sol, aut Luna. Simile quid & in Ezechiele cap. 14. inuenitur de Noë, Daniel, & Iob. Dicẽdo ergo: Si steterint, sequitur quòd poterant stare, & soliti erãt assistere, & iuuare populum Dei suis orationib⁹, quemadmodum Onias, & Ieremias, vt habetur in lib. 2. Machab. cap. vlt. ¶Pondera iam verbum Standi: quid enim est Stare, nisi supplices preces fundere, & more aduocati, & intercessoris causſam agere? nam frequenter stare id significat. *Cum stabitis*, inquit Dominus, *ad orandum*: & Dauid, *Nisi stetisset Moyses in confractione*, id est humili oratione pro eis interpellans. Et Ieremias, *Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuã ab eis*; & de Gabriele dicitur: *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum*, scilicet ad orandum; quia alibi dicitur, quòd vident Angeli faciem Patris qui in cœlis est. Adde quòd habetur 2. Macha. 15. de Onia, quòd oraret pro omni populo Iudæorũ; & de Ieremia dicitur, *Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est qui multum orat pro populo, &*

Primus locꝰ ab Scriptura veteri.

Gregor. lib. 9. Moral. c. 12. in fin. tomo 1.

Contra Zuinglium.

Ezech. 14.

2. Machab. vlt.

Moses & Samuel vt steterint coram Domino.

Marc. 11. Psal. 105. Exo. 32.

Ierem. 18.

Luc. 1.

Matth. 18.

Secundus locus

2. Machab. vlt.

Ierem. 15.

vniuersa sancta Ciuitate, Ieremias propheta Dei. Hic Hæretici nullũ habent subterfugium, nisi negando librum esse Canonicum, vt impudẽter faciũt cõtra autoritatẽ Ecclesiæ Catholicæ, & Conciliorum Generalium, Florentini, & Tridentini. Adde, quòd apud Baruch cap. 3. legimus: *Domine omnipotens, Deus Israel, audi nunc orationẽ mortuorum Israel, & filiorum ipsorũ, qui peccauerunt ante te.* Ex quo loco colligimus, solitum fuisse exaudire preces mortuorum Patrum pro viuentibus filijs. Sed & hũc locum simili techna conabuntur effugere Hæretici, qui tamẽ ab vniuersis Patrib⁹ receptus fuit in Ecclesia in Canonem. Et de huiusmodi precibus videtur intelligẽdum illud Esai. 63. vbi Propheta alloquens Deum, ait: *Tu enim Pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos.* Id est: cũ olim Abraham, & Israël cõsueuissent nobis suis precibus opitulari, & pro nobis intercedere, nũc videntur esse nostri ipsorum obliti, & nos ꝓ suis non agnoscere. Dauid quoque Psal. 31. ait: *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno.* Et loquitur ɗ remissione iniustitiæ, & peccati: & de Sanctis, qui mundi sunt à peccatis, non potest intelligi ꝙ pro sua iniustitia remittenda orent, sed ꝓ aliena. Et nõ tantùm omnis Sanctus viuens, sed etiam omnis Sanctus iam defunctus, vt Abrahã, & reliqui, qui in sinu eius erant. Et hoc, in tempore opportuno, id est, nõ tantùm dum viuerent, sed etiam post mortem, dũ in gloria constiterint eis nostra iniquitas, & notum quòd eorũ intercessiones expetimus. Hæc ex Veteri Testamento possent produci.

Sed cùm ante Christi aduẽtum introitus non pateret in cœlum, omnes pij, & fideles in limbo detinebantur, nec erant perfecti in sanctitate, sicut nec beati: ideò pauca huius veritatis inuenimus testimonia. Euãgelia quoq; vitam, & passionem Christi describunt, eiusq; gesta, & dicta. Et quia eo tempore nondũ erant beati, nihil de hac re habetur expressũ: sicut nec inuenitur in epistolis Pauli, vel Canonicis, vel Catholicis Apostolorũ, quæ ob alias speciales materias fuerũt cõscriptæ. In reliquis verò mittunt nos ad traditionẽ, in qua est thesaurus totius doctrinæ Noui Testamẽti. In Apocalypsi verò, vbi erat locus scribẽdi futuros successus Ecclesiæ per modum prophetiæ, & præsertim status gloriæ iam inchoatus, expresse habetur. Nã Apocal. 6. animæ interfectorum propter verbum Dei orant pro vindicta, & petunt stolam primã, hoc est essentialẽ animæ gloriã: *Vsquequo Domine,* inquiunt, *(Sanctus, & verus) nõ iudicas, & nõ vindicas sanguinem nostrũ de ijs qui habitant in terra?* Si ergo pro vindicta orant interfectorum, multò magis pro bono nostro, quia imitantur Deum, qui pronior est ad misericordiam, quàm ad iustitiam. Deinde Apocal. 5. & 8. fit ter mẽtio orationis Sanctorũ omnium, quæ vocat Ioãnes incensa multa: item viginti quatuor seniores, qui Beati dicuntur à Doctoribus, quia coronas habent, & cũ Angelis Deum laudant, ac dicũt: *Dignus est Agnus, qui occisus est, &c. Et isti phialas habent plenas odoramẽtorũ, quæ sunt orationes Sanctorũ.* Vel ergo isti Sancti sunt beati, & sic habemus, quòd pro nobis orant; vel sunt viatores, quia sancti iam beati à sanctitate excidere non queunt, & pro seipsis orare non indigẽt, & sic Beati, hoc est seniores, eas Deo præsentant, quòd est precari, & interpellare pro eis: alioquin eũ non offeruntur Deo, vt ipse noueris quid illi petant, cùm scriptũ sit: *Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.* Tertiò, Petrus in 2. cap. 1. Orationem post mortem polliceri videtur, cum ait: *Dabo operam, & frequẽter habere vos post obitum meum, vt horum omnium memoriam faciatis:* at quomodo dabit operam, nisi orando & precando? Vbi Græca scholia annotant: Τίνες βούλονται παρίστᾶν ἀπὸ τούτου ὅτι μετὰ θάνατον οἱ ἅγιοι μιμνήσκονται τῶν τῦδε καὶ προσεύχονται ὑπὲρ τῶν ζώντων, hoc est: Quidã hinc volũt colligere, quod Sancti post mortem meminerint eorũ quæ hìc sunt; & ideò intercedũt ꝓ viuentibus: quę directè autoritates probare videntur

Concil. Florent. in Instruct. Armenorum.
Concil. Triden. sess. 4.
Tertius locus.
Baruch 3.

Quartus locus.

Esa. 63.

Quid illud Esaiæ: Tu enim Pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos.
Psal. 31.
Quintus locus & vltimus.

Luc. 16.

Vetus, Nouumque Testamentum cur vix Sanctorum inuocationis meminerit.

Quanta Ecclesiasticæ traditionis autoritas.

Primus locus ex noua Scriptura, pro inuocatione Sanctorum.
Apoc. 6.

Secundus locus.
Apoc. 5.
Infra 8.

Viginti quatuor Seniores qui mysticè.

Matth. 6.
Tertius locus.
2.Petr. 1.

Prima ratio, quod Sancti orent pro nobis.

Psal. 83.

Ephes. 2.

Heb. 11.

Secunda ratio.

Ioan. 14.

Rom. 8.

Heb. 7.

1. Ioan. 2.

Christus vt oret pro nobis, in cœlo.

Rectè consequi: Christus orat pro nobis, ergo etiam Sancti.

Apoc. 14.

Secunda ratio ab Angelorum patrocinijs.

Zachar. 1.

intentũ. ¶ Ratio etiam apertè id probat. Primò, quia Beati laudãt in cœlo Deum, iuxta illud: *Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Sed quædam species laudis est Deum inuocare, & patrociniũ pro conseruis, & fratribus postulare; id ergo efficient, & nihil illis denegabitur à Deo, cũ sint Patris cœlestis filij, Christi fratres, Spiritus sancti tẽpla, & membra eiusdem corporis nobiscum, conciues & condomestici Angelorum, & non sine nobis consummentur. ¶ Deinde certissimũ est, Christum pro nobis interpellare, iuxta illud; *Rogabo Patrem, & alium Paracletũ dabit vobis*, qui interpellare dicitur Rom. 8. sicut & Christus Hebr. 7. & aduocatus dicitur 1. Ioan. 2. & mediator hoc loco. Orat autem Christus, non vt Dei Filius, quia non est distinctꝰ in natura diuina à Patre, nec eget, nec alteri seruit: Orare autem Deum, actus est latriæ. Ideò nõ dicitur, Christe, ora pro nobis, quia Christus est nomẽ suppositi. Si ergo non vt Deus orat, precabitur quatenus homo est: quòd si vt homo orat, ergo etiam sancti orãt. Et probatur hæc illatio: quia Christus Sanctos sibi assimilat etiam in maioribus priuilegijs quàm in orando: facit enim vt sint lux, iudices, dij, regnantes, assidentes vt iudici, magistos, & pastores: ergo etiam in orando, & interpellando conformes sibi reddet, in quo etiá viatores facit sibi similes. Nec hoc est facere Christo æquales, quod est blasphemũ, sed imitatores, qui sequuntur Agnũ, quocũque ierit: quod negare, perinde est blasphemum, atq; asserere eos Christo pares. Membra etiam inseparabiliter capiti oportet esse cõformia: Si ergo Christus orat, & Sancti orãt. Vt enim beatitudo summa, qua Christus perfruitur, nõ tollit illi, quin pro nobis possit interpellare, ità etiam nec Sancti beatitudine absorbentur sic, quin valeant pro nobis intercedere. Idẽ colligitur, quòd Angeli pro nobis deprecantur. Nam Zachar. 1. legimus, Angelum dixisse, *Domine exercituum, vsquequo tu non misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es, iste iam septuagesimus annus est?* & ibi subiungit Propheta, quomodo fuerit exauditus à Deo Angelus: & Tob. 12. Raphel Angelus dixit, *Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuũ, & mortuos abscondebas per diẽ in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Et Matth. 18. ait Dominus; *Angeli eorum* (puerorum scilicet) *semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est*, scilicet ad interpellãdum, vt familiares, & noti. Et Iob 33. *Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus* (vel vt habetur in Hebræo, mediator vnus de millibus) *vt annuntiet hominis æquitatem, miserebitur eius, & dicet, Libera eũ, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei ꝑpitier:* & Dan. 10. Orat Princeps regni Persarũ. Cùm enim præcipuum bonum nostrum ex effectibꝰ solius Dei in animo pendeat: principalis custodia, quã Angeli exhibent, quibus dictum est, vt custodiãt nos in omnibus vijs nostris, est, precari Deũ vt operetur. Si ergo Angeli orant, ergo & homines iã beati, quia erũt homines sicut Angeli Dei in cœlo. Imò multò magis Sancti, quàm Angeli: tũ quia natura nobis viciniores, tũ quia experti sũt mala nostra. Vnde Paulus ad Hebræos excitat fiduciam ex eo, ꝙ non habemus Pontificem, qui nõ possit compati infirmitatibus nostris: tẽtatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

Tob. 12.

Supra 2.

Matth. 18.

Iob 33.

Dan. 10. Præcipua Angelorum quę sit cura de nobis, atque custodia.

Psalm. 90.

Matth. 22. Sanctos esse ad orandum pro nobis, Angelis propenhores dupliciter.

Hebr. 4.

Teste autem sancto quodam: Sãcti etsi sint extra omnem passionem; nõ tamen exuerũt erga nos compassionem. Origenes lib. 8. contra Celsum circa finem, docet, Angelos etiam nõ precatos à nobis, intercedere tamen pro nobis, & sæpè pro nobis contra dæmones pugnam suscipere. Cuius hæc sunt verba: *Sicut moto corpore vmbra quoque ipsius mouetur; ità cũ aliquis Deũ habet propitium, sequitur vt amicos habeat omnes eius Angelos, animas, & Spiritus. Sentiunt enim qui sint digni fauore cœlestis numinis, quibus non solùm ipsi bene volunt, verum etiam dant operam, vt Deum ei seruire volentibus concilient, &*

Magni cuiusdam viri de Sanctorum charitate iudicium.

Origen. tom. 2.

Angeli & Sancti quibus patrocinentur, secundùm Origenem.

vnà nobiscum precantur; vt quotquot eũ colimus, audeamus dicere, hominibus bonæ voluntatis precantibus vltro se adiungere innumera Sanctorum Angelorũ millia, & intercedere pro mortali nostro genere, & (vt ita loquar) laborare nobiscum in hoc certamine, dum vident aduersarios dæmonas impugnatores salutis eorum maxime qui se Deo dedicant. Hæc ille, satis piè.

Tertia ratio.

Luc. 15.

Tertiò, quia Sancti charitate multos Angelos vincunt, & charitati tam repugnat esse otiosam, quàm igni nõ esse calidum. Si ergo gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agẽte, multò magis erit gaudium Sanctis. Et si Angeli curãt nos, & nostra, curabunt & Sancti, vt pro se inuicem solicita sint membra, solida pro infirmis, beata pro miseris. Neque obstat, Sanctos esse extra viã: quia obstaret quominus Angeli orarent, & quo minus etiam pro nobis Christus interpellaret.

Ad illud: Sãcti cum sint extra viam, pro nobis quomodo precantur?

Quarta ratio.

2. Machab. 15.

Exo. 32.

Quartò, animæ Sanctorum in sinu Abrahæ orabant pro populo Dei, vt dicitur de Ieremia 2. Machabæorum vlt. & Moyses orabat; *Recordare Abraham, Isaac, & Israel*, &c. quorum merita, siue preces proponebat Deo, vt exaudiretur; & de Dauide ipse Dominus dixit Regi Ezechiæ; *Protegam ciuitatem istam* (Ieruſalem) *propter me, & propter Dauid seruum meum.*

Esa. 37.

Contra hoc: Deus Sãctos non quia precantur, sed quia ipse promisit, exaudit.

Gen. 22.

Nec obstat dicere, quòd quia promisit, propterea exaudit: quia etiam promisit ob bona, quæ dedit, & ordinauit ad promissionem consequendam. Abrahæ enim dixit: *Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli.* Adhæc Dauidi non promisit liberare tempore Ezechiæ ciuitatem, & tamen propter eum liberauit: nec ob eum minus destructa sub Nabuzardan Principe militiæ Nabuchodonosor. Epulo ille diues in Euangelio opem flagitat Abrahæ; ergo illam præstare posse inuocatos Sanctos nouerat; aliôquin non imploraſſet: non est autem auditus, quia erat in inferno; & quia fratres eius habebãt Moysen, & Prophetas, quos audirent, si vellent. Sancti ergo non solùm audiunt preces, & possunt orare pro nobis; sed etiam possunt opitulari. Ideò iste petebat, vt mitteret ad eum Lazarum: & non dixit, Ora pro me, ò Abraham. Eratque illa, historia, nõ parabola, vt aliàs dixi. Si ergo Abraham in limbo exaudiebat, quidni exaudiat beatissima Virgo in cœlo?

4. Reg. vlt. & seq.

Luc. 16.

Pater Abraham cur non audierit diuitem epulonem eranté. *Ibidem.*

Lib. 4. enarrationum Euangel.

Quinta ratio ab amore proprio.

Luc. 16.

Supra 8.

Quintò, idem probatur ab amore proprio, qui animam damnati Epulonis compulit orare Abraham, p quinque fratribus suis, ne descenderent in locum illum tormentorum, & ne in eis acriùs puniretur: & dæmones compellebat, vt orarent ne mitterentur in abyssum, & vnus ex eis expetebat à Deo potestatem lædendi Iob; quid ni ergo magis charitatis ignis incendet beatos, vt pro nostra deprecentur salute?

Iob 1. & seq.

Sexta.

Iaco. vlt.

Sextò, viatores preces fundunt pro viatoribus, vnde dixit Iacobus, *Orate pro inuicem vt saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua:* ergo Beati magis pro viatoribus preces fundunt. Et hoc non est difficile probare: quia magna esset iniuria, Christum magis admittere viatores, quàm beatos. Etsi quando erant in terra peccatores, & incerti de sua salute, necdum confirmati in gratia, orantes exaudiebantur: ergo nũc cum peccare amplius non possint, & magis sint Deo familiares, & amici, maiorem proculdubio vim impetrandi habebunt. Tertiò quia nunc non habent quod pro seipsis orent, nisi pro corporis tantùm resurrectione, & restitutione. Vnde in Apocalypsi precantur sibi dari stolam primam. Ad hæc magis sunt Christo conformes interpellanti pro nobis, & Angelis gaudentibus de peccatorum conuersione. Adde, quòd Beati nouerũt meliùs pericula, & quantum nobis referat illa declinare: & corpus non habent, quo animus orans grauetur: nec promeruisse impedit, imò iuuat, vt in Christo est videre, qui dixit: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis:* qui vsque ad perfectam glo-

Quanto digniores nũc Sancti quam olim exaudit ione diuina, multis ostenditur.

Apoc. 6.

Hebr. 7.

Luc. 15.

Sãctos, quia tam incorporei sũt, nihil impedire precantes.

Ioan. 14.

1. Cor. 12. riam distribuit plena dona Spiritus. Hinc sancti proximi morti plus se opitulaturos alijs promittebant: imò cœlum ipsum ingredientes Deũ precabãtur pro alijs, vt legimus de Stephano, *Quem lapidabant Iudæi inuocãtem, & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum: & cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino.* Et Iacobo Minori, de quo sic refert Eusebius: *Et quoniam deiectus in præceps non statim mortem obijt; sed vultu sursum sublato, genibusq; flexis, dixit, Obsecro Domine Deus Pater da illis veniam, nesciũt enim, quid faciunt: cœperunt saxa in eum conijcere. Cumque lapidibus illum obterere pergerent, vnus de Sacerdotibus ex filijs Rechab, filij Rechabim, qui sunt Ieremiæ testimonio commendati, voce emissa contentiùs dixit: Quid agitis, iustus pro vobis Deum precatur.* Et sancto Laurentio & alijs. Nec rursus impedit corporis defectus, quo minus orare possint spiritu, & veritate; cum orent ex charitate viua, quæ nũquam excidit. Sancti quoque quò viciniores statui gloriæ fuerunt, eò plus precabantur; vt Abraham, qui cum staret corã Domino statuente perdere Sodomã, appropinquans illi ait, *Nunquid per des iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul, & non parces loco illi propter quinquaginta iustos si fuerint in ea? Absit à te, vt rem hãc facias, & occidas iustum cum impio, fiatq; iustus sicut impius: non est hoc tuum, qui iudicas omnem terrã, nequaquam facies iudicium hoc:* atq; idem ipsum precatus est, si inuenirentur quadraginta quinque, & si quadraginta, & triginta, & viginti, imò si decem tantùm in ciuitate illa reperirentur iusti, obtinuisset quidem precibus suis, vt illi parceret Deus. Et Moses in monte, orabat Dominum, dicens: *Cur Domine irascitur furor tuus super populum tuũ, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robusta: Ne quæso dicant Aegyptij, Callidè eduxit eos, vt interficeret in mõtibus, & deleret de terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum dicẽs: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli, & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eã semper. Placatusq; est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum.* Et Dauid, cùm in spiritu psalmos canebat; & Prophetæ in visione, & raptu magis viuunt in Christo, quàm dum hanc vitam, quæ mors est, viuerent.

Exo. 32.

Septimò, Diuinæ prouidentiæ ordo habet, vt inferiora per superiora regat, quia in hoc eius bonitas magis effunditur, & spectatur: ergo in his quæ pertinent ad salutem, nobis per preces Sanctorum prospicit, quorum minimus maior est in regno cœlorũ, quàm quiuis magnus in via: maximè cùm Deus omnia sua cõmunicet maioribus.

Septima ratio ab ordine diuinæ prouidentiæ.

Matth. 11.

Octauò magis etiam in hoc commendantur Sanctorum scientia, charitas, potentia, humilitas, vita, & gloria, & omnia quæ à Christo habent. Nam si nollent pro nobis intercedere, cùm non sit prohibitum, deesset illis charitas: Si autem nõ possunt, aut ignorãt, deesset illis gloria, quæ omnem impotentiam, & ignorantiã absorbet. Ergo dicendum est eos velle, & posse, & nosse, & efficere: ex quibus eorum gloria augetur magis, & illustratur.

Octaua ratio

Nonò, id quod Deus attestatus est signis, & prodigijs, nõ est in dubium reuocandum: sicut ergo edẽdo signa, probabat Christus res Fidei: quæ rationem longè excedunt, iuxta illud, Illi profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et ad inuocationem Sanctorum, & preces edita sunt propè innumera, & admiranda signa; non ergo de illorum interpellatione pro nobis dubitandum est: at hæc signa, clarissima Ecclesiæ lumina testantur. Nã Augustinus lib. 22. de ciuitate Dei, capite 8. recenset quinq; mortuos suscitatos ad corpus B. Stephani; & Ambrosius, & ibidem

Nona ratio, à virtute signorũ, qui à Sanctis fiunt.

Marc. vlt.

B. August. om. 5. t

D. Ambros. epist. 85. tomo 3. iuxta finem.

Augustinus, ad corpora Sanctorum martyrum Geruasij, & Protasij suo tempore referunt plurima facta miracula: sicut olim ad contactum ossiũ Helisei suscitatus est mortuus ob orationem eius, vt est credibile, & nõ ob ipsorum ossium virtutem. Hieronymus etiam contra Vigilantiũ multa huiusmodi egregiè scribit. Et quotidie etiam multa ad orationes Sanctorum fiunt signa à Deo: quæ diligenter probantur ab Ecclesia, antequam illi in catalogum Sanctorũ referantur. Cùm ergo Deus non attestetur falsitati, certum est, illos orandi pro alijs officium exercere.

4. Reg. 13.

B. Hieronym. tom. 2.

Decima ratio ab Ecclesiæ perpetua traditione.

Decima ac postrema via est: Ecclesia vniuersalis ab initio id semp tradidit, & obseruauit ipsa, vt per Sãctorũ merita, & preces adiret Deum: cuius rei testimonia innumera habemus apud Patres, & in Ecclesiastico officio, & in sacrificio Missæ, & in Sacris litanijs. Orant autem Sancti, vel vbi deuotiùs inuocantur; vel pro ijs, quibus doctrina, & exemplo profuerũt, vel pro quibus sanguinem suum fuderunt, vel in loco, vbi eorum asseruantur reliquiæ, vel pro ijs qui sunt in loco, vbi nati sunt. Quæ omnia quò magis confirmentur, attendenda est Patrum veterum traditio, quæ hãc huius rei antiquitatem docet.

Vbi & pro quibus Sãcti preces maxime fundant.

Sed quia dæmon ægrè fert se expelli ab anima, plusquam à corpore; per Hæreticos, tanquam per organa sua, tradit, Sanctos quidem in vniuersum orare pro Ecclesia, sed non pro peculiaribus personis, & caussis, vel prouincijs: quos operæpretium est multis, & grauibus testimonijs reuincere. Primò, quia in Scripturis multos legimus peculiariter preces fudisse: nam Sanctorum animæ interfectorũ contra interfectores suos precantur. *Nam clamabant voce magna dicentes: Vsquequo Domine, sanctus & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrũ de ijs, qui habitãt in terra.* Ieremias, & Onias aduocati sunt, & protectores ciuitatis Ierosolymitanæ: siquidẽ per visum Iudas Machabæus vidit Oniã, qui fuerat summus Pontifex, manus protendentẽ orare pro omni populo Iudæorum: & alium virum ætate, & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum, de quo Onias dixit: *Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei.* Apud Esaiam conqueruntur Iudæi, quòd Abraham nesciret eos; quasi dicerent, Olim opitulabatur, & curabat nostra, nũc ad modum nescietis se habet. Petrus etiam in epistola sua pollicetur peculiarem fauorem quibusdam, vt post obitum suum eorum recordari valeat, vt suprà admonuimus. Ciuitas etiam Ierusalem potissimùm defensa est propter Dauid; & Patres omnes Noui Testamenti Sanctorum, familiariũ precibus se commendabant, ac nitebantur: ait enim Gregor. Naziãz. in orat. 14. de obitu Gregorij Patris: *Nũc magis proficit nobis precibus, quàm antea doctrina, quanto etiam Deo propinquior est, postquã vincula deposuit corporalia.* Hierony. in epist. ad Paulam de obitu Blesillæ: *Pro te Dũm rogat*, inquit, *mihiq; veniam impetrat peccatorum.* Augustinus quoque lib. 7. de Baptismo: *Adiuuet nos Cyprianus orationibus suis in istius carnis mortalitate tanquam in caliginosa nube laborantes, vt donante Domino, quãtum possumus, bona eius imitemur.* Idipsum in multis alijs Patribus frequenter inuenitur, vt in Cypriano lib. 1. epist. 1. Chrysosto. serm. de sancto Iuuenco, & Maximo, Leone 3. sermo. de Anniuersario suæ assumptionis, & serm. 1. de S. Petro, & Paulo: imò Hieronym. ex instituto hanc veritatem probat lib. contra Vigilantium: quos iterũ inferiùs referemus.

2. Esai. 63.

2. Pet. 1.

Esai. 37.

Gregor. Nazianz.

Hieronym.

Augusti. de Bapt. c. 1.

Cypriani Chrysost. Leo. Hieron.

Sanctos pro Ecclesia non solùm in genere, sed in specie etiam orare Deum, contra Lutheranos. Primum argum. ab Scripturis.

Apoc. 6.

2. Machab. 15.

Deinde Deus, & Christus qua homo est, nõ æqualiter diligit omnes, qd̃ ad effectum attinet, nec æqualiter omnibus opitulatur; ergo nec Sancti. Nam sunt aliqui, qui in quibusdam necessitatibus peculiariter opem ferunt: & alij etiam, quibus in hac vita ob accepta beneficia particulari ratione auxiliandi tenebantur. Aliter charitas nõ esset bene ordinata. Hinc Hispani peculiariter colunt B. Iacõ-

Secundum argum.

bum,

bum, Sebastianum Lusitani, Romani Petrum & Paulum, Florentini Ioānē Baptistam, Veneti Marcum, Senenses B. Virginem, Galli Dionysiū, Germani Barbaram, Angli Georgiū, & Thomam Cantuariensem, Parisienses Geneuefam virginem, Mediolanenses Ambrosium, Siculi Agatham, & Luciam, Neapolitani Ianuarium: deniq; quodlibet religiosum institutum suū peculiare caput piè veneratur; vt Dominicum, Franciscum, Augustinum, Hieronymum, Benedictum, & Carmelitæ Heliā, Bernardū Bernarditæ.

Tertia ratio.

Tertiò, homines sunt sicut Angeli Dei in cœlo: porrò Angeli varia munera, & officia exercēt: nam Michaël præest Synagogæ, Gabriel Verbi mysterijs annuntiandis, Raphael sanitatibus præstandis, & peregrinis deducendis; & apud Danielē est Princeps regni Persarum, & Græcorum, & ita erunt alij varijs prouincijs deputati: denique quiuis habet suum Angelum custodem. Si ergo homines in cœlo sunt sicut Angeli, non dedecet eos diuersis prouincijs, & muneribus esse honestatos. Sancti quoq; in cœlo sūt sicut stellæ, vt dixit Apostolus 1. Corinth. 15. at illæ diuersas virtutes, & influxus habent; & quædam quibusdam, & aliæ his prouincijs apparent, aliæ in alijs; & apud Lucam vni seruo fideli dicitur: *Eris potestatem habens super decem ciuitates*: alteri, *Super quinq; ciuitates*. Quartò, auxilium quod sancti alijs præstant, effectus est diuinæ prædestinationis, & ordinatus ad gloriam consequendam. Si ergo gloria inæqualis est prædestinata, ergo & inæqualia erunt auxilia quæ præstāt. Varia em̄ nobis auxilia postulare eos à Deo, facilè inde colligitur, quòd nō solū ab Angelis, sed à spiritibus beatorum hominum constet regi, ac gubernari fideles viuentes, nostrisq; rebus continuò prospicere, Ecclesiāq; pascere, ac res eius curare. Vnde in præfatione illa de Apostolis, quā testatur antiquissimam Pelagius II. in epist. 4. decretali, ita dicitur, *Gregem tuū pastor æterne nō deseras, sed p B. Apostolos tuos, cōtinua protectione custodias, vt ijsdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem constituisti præesse pastores.* Quin & multi ex Patrib⁹ id diserte docēt: ait enim Hilarius, *Neq; desunt stare volentibus Sanctorum custodia, neque Angelorum munitiones*: & Ambrosius, *Sicut Angeli præsunt, ita & hi, qui vitam meruerint Angelorum*: & Maximus, *Cum his*, ait, *nobis familiaritas est: semper enim nobiscum sant, nobiscum morantur, hoc est, & in corpore nos viuētes custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt.* Ita etiam Basilius orat. de 40. Martyrib. Leo serm. 2. de anniuersario suæ assumpt. Theodoretus lib. 8. ad Græc. Quintò, signa multa edita sunt ad inuocationem Sanctorum, & ad altaria, & reliquias eorum, vel in loco, vbi martyrium perpessi sunt.

Matth. 22.
Dan. 10.
Luc. 1.
Tob. 5.
Dan. 10.
1. Cor. 15.
Luc. 19.
Quartum argum.
Pelagius II. Papa.
Hilar. sermo 124.
Ambros. lib. 8. in Lucā.
Maxim. in ser. de martyr. Tauricis.
Basilius.
Leo.
Theodor.
Quintum.

Sextò, fauet ratio: nam sicut anima totum corpus informat; per diuersa tamē membra varios explicat actus: nam oculis videt, auribus audit, ore loquitur, manibus tāgit, pedibus ingreditur: ad eum modū Christus Dominus, qui est velut anima quædam corporis sui mystici, per diuersos Sāctos, vt per accōmodata membra, diuersa gratiarum genera exercēt, & in alia inferiora membra distribuit: qua metaphora vsus est Paulus Roma. 12. *Sicut enim*, inquit, *in vno corpore multa membra habemus, omnia autem mēbra nō eundem actū habēt; ita multi vnū corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes donationes, secundū gratiam quæ data est nobis, differētes.* Et sicut de Christo dicitur: *Virtus de illo exibat, & sanabat omnes*; ita modò Christus per varios Sāctos multa operatur: & alij quidē per Spiritū datur sermo sapiētiæ, alij autē sermo scientiæ secundū eundē Spiritum. Alteri fides in eodem Spiritu, alij gratia sanitatū: alij operatio virtutum; non mirum igitur si Ecclesia triūphās Sanctorum hac pulcherrima varietate illustretur, qua nūc militās decoratur. Hæc autem multiformis munerum distributio, partim à Deo inspirata, partim reuelata est per Angelos, partim pijs coniecturis deprehensa; & præcipuè in illis rebus succurrunt,

Sextum.
Anima Ecclesiæ quomodo Christus sit.
Rom. 12.
Luc. 6.
1. Cor. 12.
Variæ Sanctorum in Ecclesia fūctiones, ac Spiritⁱ sancti charismata.

quas

quas ipsi experti sunt, & in ipsis versati, iuxta illud Apostoli de Christo: *In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari.* Ita inuocamus Petrum in vinculis, Paulum in conuersione, vtrumque in periculo maris, Ioannem Baptistam in natiuitate, Euãgelistam in colenda virginitate, Sebastianum, & Rochum in peste depellenda, Antonium in igne abarcendo, & rebus amissis inueniendis, & similibus alijs plerisque. Et rectè dictum est: *Vnusquisque proprium donum habet ex Deo:* quasi dicat, Non omnibus omnia concessa sunt; ac proinde implorare debemus varios Sanctos pro diuersis necessitatibus.

Heb. 2.

Sanctorum quorundam peculiaria quædam in homines beneficia.

Illud Apostoli: Vnusquisque propriũ donũ habet ex Deo, quid significet.

1. Cor. 7.

Nec obstat quod obijciunt, Sãctos nescire particulares nostras indigentias, aut morbos, essèque perinde, acsi quis Romæ agens, & laborans rogaret amicum existentem Parisijs, qui minimè eum posset audire, etsi intẽta voce clamaret. Sed mirum profectò est, quòd tu noueris ea, quæ apud eos sunt in cœlis, & eos nescire quæ apud nos sunt. Quare facis teipsum animal terrestre, quod oculatius videat quàm cœleste? Dicendum ergo, quòd cognoscunt non naturali notitia, quia ea ratione nec Angeli sciunt, nec Christus cognitione naturali. Sciunt ergo per reuelationem internam, quæ omnia necessaria sciunt, quia amici Dei sunt, de quibus; *Iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis;* & Propheta dicit; *Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas;* & Deus ipse; *Num celare potero Abraham quod gesturus sum?* Spiritus quoque defunctorum possunt nobis interesse, vt Moses, & Helias in trãsfiguratione, & nosse quæ apud nos sunt. Si ergo Christus Dominus videt, ergo Sancti; quia membra sequuntur caput. Et si Angeli, etiam sancti illis similes. Et si Abraham nondũ gloriam adeptus vidit diuitem Epulonẽ, eiusque preces audiuit; quanto magis Sancti in cœlo, qui videntem omnia vident? Etsi Heliseus absens vidit in spiritum Giezi, & Paulus dum viueret, erat corpore absens, sed spiritu præsens; quanto magis de cœlo videbit?

Primũ argumentum Hereticorum ad probandum, Sanctos non orare pro nobis, diluitur.

Res nostræ, quomodo Sãctis innotescant.

Ioan. 15.

Amos 3.

Gen. 18.

Matth. 17.

Luc. 16.

Deinde argumentantur ex gestis profanis: nam Apollo fauebat Troianis, Iuno Carthaginensibus, Minerua Athenienſibus, Diana Ephesijs, Venus Romanis, adhæc Neptunus præerat aquis, Vulcanus igni, Iupiter cœlo, Ceres frugibus, vitibus Bacchus, Mars bello, Æsculapius medicinę, Apollo, & Musæ poëtis, & Minerua scientiæ. Dicendum est; Gentiles non peccasse in eo, quòd diuersos beneficiorum autores colerent, sed in eo, quòd honorem non meritum exhibebant illis qui dij non erant, nec natura, nec participatione. Nam si veros Sanctos Dei administros nouissent, eisq; honorem cultus illis debitum præstitissent, proculdubio non reprehendendi, imò potius laudãdi essent, quia quod Dei est, bonum est in omnibus, & Ecclesia imitatur Vetus Testamẽtum in quibusdam ceremonijs ad cultum Dei pertinentibus: imò etiam Gentiles in Sacerdotibus, & in archiflaminibus, vt docet Clemẽs in epistola ad Iacobum: Leges verò ciuiles ab Imperatoribus, & prudentibus legisperitis editas non reijcit, sed amplectitur. ¶ Quare quod Apostolus dicit: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ:* non est ad rem, quia ibi sermo est de viuentibus. Et Paulus non adimit honorẽ ministrorum, nec eorum potestatem, quam vbique commendat, sed carnales affectus, quibus ad eos capiuntur, per hyperbolẽ reprehendit, quasi ita de ministris curassent, acsi redempti ab eis fuissent: quod tamen de Corinthijs minimè est credendum, sed ita locutus est, vt homines ad medium reduceret: nec eò spectabat, vt vetaret ab eis petere preces, quas ipse ab omnibus petebat.

Gregor. lib. 4. Dialogo. c. 23. tomo 2.

4. Reg. 5.

1. Cor. 5.

Secũdum argum. Hæreticorum contra intercessionem Sanctorum.

Quid Ethnici peccauerint, alij quidem Iouem, alij Apollinem, alij verò Mercuriũ, alij alios colentes ac venerantes.

B. Clem. Roma. epistol. 1.

His inverbis Corinthiorũ: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, &c. quid Apostolus reprehendat.

1. Cor. 1. & infra 3.

Tertiò obijciunt, admitti vitium acceptionis personarum, & iniuriam fieri alijs Sanctis, maximè maioribus, quasi ipsi orare, & opitulari nõ queãt.

Tertium argum.

Dicen-

Dicendum non esse imperfectam charitatem, sed Dei ordinem: qui si in Angelis, si in cœlis, si in naturalibus, & politicis inuenitur, multò magis in Sanctis inuenietur: quia diuisiones gratiarum sunt etiam in cœlo, & alij dicuntur Cherubim, alij Seraphim, &c. Et quia homo peculiari religione ducitur in aliquem Sanctum minorem: nam ex deuotione maximè orationis pendet effectus. Et hoc Dei prouidentia fit, vt sic minimos etiam quosque Sanctos honoremus.

1. Cor. 12. Vnde fiat, vt potius minores interdū, quàm maiores Deus sanctos exaudiat.

Denique non obstat dicere, quòd sint abusus eorum, qui putant, quòd per se possint concedere, & quòd sint contentiones de Sanctis. Sed abusus tollantur. Vnde Hieronymus in Vigilantium, damnantem vigilias nocturnas Sanctorum, ait: *Error, & culpa iuuenum, vilißimarumq; mulierum, qui per noctem sæpè deprehenditur, non est religioßis hominibus imputandus: quia & in vigilijs Paschæ tale quid fieri plerunque conuincitur; & tamen paucorum culpa non præiudicat religioni; qui & absque vigilijs possunt errare vel in suis, vel in alienis domibus. Apostolorum fidem Iudæ proditio non destruxit.* Hæc ille. Dæmon etiam vt bonum vsum tollat, fingit abusus plures quàm sint: & omnia Sacramenta essent tollenda, si hæc ratio alicuius esset ponderis.

Quarum & postremum argum. B. Hieron. post med. tomo 2. Vigilantij, id est Dormitantij, vigilias Sanctorum nocturnas damnantis, confutatio.

Matth. 26.

Iam tertiò pugnandum est pro alio articulo, an scilicet nos debeamus Sanctos inuocare, & vt distinctiº loquar, an liceat hoc facere, deinde verò an ad id lege teneamur. Quòd igitur liceat hoc facere, multæ suppetunt probationes. Primò, quia Christum vt hominem, & aduocatum interpellare licet: quia si peccauerimus, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum: Sanctos ergo mediatores, & aduocatos sub eo, & propter eum licet interpellare, quos dedit ille, vt si fortè eius maiestate, & autoritate terreremur, Sanctorū saltem hominum, qui peccatores sicut nos extiterunt, & mala nostra experti sunt, patrocinium postularemus.

Quòd liceat inuocare Sanctos.

Primus locus ex Sacris literis. 1. Ioan. 2.

Deinde Iob 5. habemus: *Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere.* Erat enim consuetum afflictis hominibus cōfugere ad Sanctos: quemadmodùm etiam Christo in Cruce clamante, *Eli, Eli, lamma sabacthani*, quidam illic stantes & audientes dixerunt, *Heliam vocat iste:* ex quo colligimus, Iudæos hoc dixisse, qui id ex lege nouerant, & intellexerunt postulasse auxilium ab Helia. Vnde dixerunt; *Sine, videamus an veniat Helias liberans eum.* Et in vtrôque loco, Iobis, & Matthæi, vocare, accipitur pro, inuocare, vt plerunq; Poëtæ accipiunt. Tertiò Angelos Sanctos inuocare possumus; & illi nobis respondent, ac fauent; ergo multò magis Sancti. Consequentia hæc valida est; antecedens probatur: quia Oseæ 12. de Iacob dicitur, quia inualuit ad Angelum, & confortatus est: fleuit & rogauit eum, nimirum vt benediceret sibi, vt habetur Gen. 32. & Zacha. 1. *Et dixi, Quid sunt isti, domine mi? & dixit ad me Angelus Domini, qui loquebatur in me, Ego ostendam tibi quid sint hæc,* &c. Dan. quoque 13. *Accessi,* inquit, *ad vnum de assistentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me.* Præterea Abrahæ, & Lot apparuerunt Angeli, eisque futuram Sodomæ, & aliarum infamiū ciuitatum destructionē significarunt: & Abraham quidem orauit pro liberatione Sodomæ, Lot verò precatus est pro ciuitate paruula Segor. Quartò, Deus non vult exaudire impium, nisi interueniant viuentium orationes. Nam non pepercit Regi Abimelec raptori Saræ nisi propter preces Abrahæ, ad quem misit illū; nec amicis Iob, nisi ipsum prius adirent, qui oraret, & sacrificaret pro eis; nec voluit Petrum suscitare Dorcadem, nisi Petrum rogarent, & interpellarent viduæ circumstantes, Seniores quoq; Iudæorum voluit Christus interpellare pro seruo Centurionis: nec ipse liberauit filiam Chananææ, nisi ab Apostolis bis interpellatus. Quid ni ergo Sanctos, qui sunt maiores, inuocari volet, vt beneficia conferat? Quia sicut templum maius est auro,

Secundus locus. Iob 5.

Matth. 27. Quorum ea vox fuerit ad Christo, Heliam vocat iste, &, Sine, videamus an veniat Helias, &c.

Tertius locus pro inuocatione Sanctorum.

Oseæ 12. Gen. 32.

Zachar. 1.

Dan. 7.

Gen. 18. 21 23. & seq.

Infra 19. Quartus locus.

Infra 20.

Iob 42.

Act. 9.

Luc. 7.

Matth. 15.

Matth. 23.

In illud Caietani: Sãctorum inuocationem ex Scripturis nó habemus, sed tantum deducimus. *Matth. 22. Exod. 3. Matth. 23.*

Quintus locus. *Gen 49. & seq. Supra 42.*

Exo. 32. Dan. 3.

Sextus locus.

Septimus locus.

Octauus.

Nonus.

vt dixit Dominus, ita Sancti in cœlo regnantes cum Christo, maiores sunt viatoribus.

Respondet Erasmus, non haberi quidem ex Scripturis inuocationem Sanctorum, sed tantùm ex argumentatione, & collectione. Dico; nonne etiam Dominus ex collectione probauit resurrectionem Sadducæis ex illo loco: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Non est Deus mortuorum, sed viuentium?* ex collectione conuicit Iudæos, dicendo, quòd iurare per templum, maius est quàm iurare per aurum? Quintò, Iacob moriturus benedixit filijs suis: idem præcepit, *Inuocetur super eos* (scilicet filios Ioseph Ephraim, & Manasse) *nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Isaac:* proculdubio ad intercedendum pro eis, vt Moses pro Iudæis peccantibus fecit, & tres pueri Dan. 3. Sextò, plus honoris inest in illis verbis; *Domine recordare Abrahã, Isaac, & Iacob*, quæ dixit Moses Exod. 32. & tres pueri Dan. 3. quàm dicere Abrahæ, Ora pro me: ergo si hoc licet, quia vtraq; oratio est, profectò & hoc quoque licitum erit. Quia enim merita Sanctorum valèt apud Deum, inuocari quoque poterunt, vt ea illi præsentant, nec minus valebunt, vel quàm per nos ipsos oblata placent. Adhæc si Deo placent oblata per Angelos, cur non etiam per Sanctos? Septimò, precari aliquẽ, actus est honoris, commensuratus ei qui oratur: cum ergo hic honor nõ excedat creaturam, quàm vt intercessorem rogamus, Deus voluit hunc honorem Sanctis exhiberi. Etsi viatores interdum orandi sunt à nobis, & vt aduocati interponendi ad Deum; ergo magis Sancti, quia magis Deo accepti, & maiori honore digni. Octauò, sancti intercedunt etiam non rogati pro nobis, vt diximus: ergo rogati multò magis id facient: quia Deus non impediet, sed iuuabit potius humilitatis, & charitatis actus. Nonò, si Sancti Deum orant pro nobis, vt fatentur Hæretici, & hoc est illi gratum; certè ingratum non erit, si optent, & petãt à Sanctis fieri quod faciunt: at hoc votum, species inuocationis est. Et sicut dictum est: *Qui vos audit, me audit*; ita, Qui vos orat, me orat. Decimò, Ecclesia in diebus ferialibus, & Dominicis, & in litania antiquissima ante annos mille trecentos, cuius meminit etiam Basilius in vita Gregorij Neocæsariẽsis epistola 63. ad clericos Neocæsarienses, Patres etiam vniuersi, tã Græci, quàm Latini, perpetuò Sanctos interpellarunt. Vt interim omittam signa, & miracula ad inuocationem Sanctorum facta, & reuelationes quã plurimas quæ huic veritati fauent. Origenes in lamentatione sua conuersa à B. Hieronymo, in princip. *Incipiam*, inquit, *me genibus prosternere, & deprecari vniuersos Sanctos, vt mihi non audenti petere Deum propter nimietatẽ peccati, succurrant. O Sancti Dei vos lacrymis & fletu pleno dolore deprecor, vt procidatis misericordijs eius pro me misero.* Et Cyprianus in epistola ad Cornelium Papam, promittit illi, quòd post mortem preces funderet pro eo apud Deum: quod ipsum pro se fieri ab eôdem efflagitat, illi superstite. Hieronymus in epitaphio Paulæ: *Vale*, inquit, *ò Paula, & cultoris tui vltimam senectutem orationibus iuua.* Augustinus Nebridium defunctum inuocat lib. 6. Confes. cap. 3. & lib. Meditat. cap. 24. *Felices Sancti Dei omnes, qui iam pertransistis huius mortalitatis pelagus, &c. Obsecro vos per vestram charitatem, qui securi estis de vobis, soliciti estote de nobis: securi estis de vestra immarcescibili gloria, soliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, estote iugiter memores nostri, subuenite nobis miseris, qui adhuc in salo huius vitæ circumstãtibus agitamur procellis. Date manum, & erigite iacẽtes super pedes, vt conualescentes de infirmitate, fortes efficiamur in bello. Intercedite, orate constanter, atque indesinenter pro nobis miseris, multum ẽ negligentibus peccatoribus, vt per vestras orationes vestro sancti consortio coniungamur: quia aliter salui esse non possumus.* Põdera, bone, & prudens lector, hæc vltima verba: *Quia*

Luc. 10. Decimus locus.

B. Basil. circa fin. tom. 2.

Origen. tomo 1. post finem librorũ de Principijs.

B. Cyprian. epist. 1. in fine.

Hierony. epist. 27. in fin. tom. 1.

August. tomo 1. sub initium. Idem tom. 9 inter med. & finem.

Egregius locus Augustini pro inuocatione Sanctorum.

aliter

Gregor. Nazian. orat. 30. in fine, ex versione Iacobi Billij, tom. 2.

2. Cor. 12.

Idem orat. 31. in fine.

Basil. hom. 20. sub fin.

Chrysost. aliquãto post med. lib. seu serm. tom. 3. inter medi. libri, seu serm. tom. 3 inter med. circiter, & finem.

Idem ibidẽ. Iuuẽtini, & Maximi martyrũ elogiũ.

Matth. 11.

Qualis quãque efficax martyrum apud Deũ pro nobis oratio

Idem hom. 44. sub initium tomo 1.

Gen. 19.

aliter salui esse non possumus. Greg. Nazianz. in oratione funebri Basilij Magni, in fine: *Tu verò*, inquit, *sacrum, & diuinum caput, nos cœlitus inspicias, carnisq; stimulum à Deo nobis ad discipulũ datum, aut precibus tuis sistas, aut persuadeas, vt forti animo perferamus, omnemq; vitam nostram ad id, quod maximè conducibile est, dirigas: nosq; posteaquam ex hac vita migrauerimꝰ, illic tabernaculis tuis excipias.* Idem Naziãz. in oratione sua in Athanasium, eius preces, & intercessionem implorat. Basilius homil. in quadraginta martyres: *Qui aliqua*, inquit, *premitur angustia, ad hos confugiat: qui rursus lætatur, hos oret. Hic, vt à malis liberetur; ille, vt duret in rebus lætis.* Chrysostomus in vita Babylæ Antiocheni Episcopi, ac martyris: *Ea est Sanctorum potestas, vt illorum superstitum dæmones, ne vmbras quidem, aut vestes ferre possint, vitam autem Sãctorum, & loculos quoque reformident.* Et reliqua. Idem Chrysostomus sermone in Iuuentium & Maximũ martyres, in fine: *Illos non indignum fuerit, & columnas, & scopulos, & turres, & cãdelabra, & tauros simul appellare. Nam Ecclesiam sicut columnæ sustinent, sicut turres muniunt, & sicut scopuli omnes vndarum assultus repulerunt, multam interim ipsi seruãtes tranquillitatem, sicut luminaria tenebras impietatis discusserunt: & sicut tauri, animæ, promptitudineq; eãdem, suaue Christi iugũ traxêre. Idcircò sæpè eos inuisamus, tumulos adornemus, magnaq; fide reliquias eorum cõtingamus, vt inde benedictionem aliquam assequamur. Etenim sicut milites vulnera quæ in prælijs sibi inflicta Regi monstrantes, fidenter loquuntur; ita & illi in manibus abscꝛta capita gestantes, & in mediũ afferentes, quæque voluerint, apud Regem cœlorum impetrare possunt.* Hæc ille. Et expende, Sanctos, omnia quæcunq; voluerint, posse impetrare, cõtra Erasmum, & alios, qui dicunt Sanctos nihil posse. Idem Chrysostom. in cap. 19. Genesis interpretans illud: *Cũ subuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, & liberauit Lot*, scribit: *Quid est, Recordatus est Deꝰ Abrahæ? hoc est petitionis quam fecit dicens: Ne simul perdas iustum cum impio. Cur igitur, dixerit aliquis, propter orationem Patriarchæ iustus seruatus est, & non propter suam iustitiam? Ita certè propter orationem Patriarchæ. Quãdo enim ex nobis est, simul afferimus, & accedit intercessio Sanctorum, plurimum nobis confert. Quòd si ipsi negligentes fuerimus, & spem in illis solis collocamus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest: non quòd infirmi sunt iusti, sed quia propter nostram desidiã nos ipsos perdimus. Audi Deum omnium, ad eum qui de vtero matris sanctificatus est, Ieremiam prophetam, dicẽtem: Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te. Id scientes dilecti, confugiamus ad Sanctorum preces, & oremus vt pro nobis intercedant: sed nõ illorum precibus tantùm confidamus, sed & ipsi nostra, vt oportet, dispensemus rectè, & ad meliora semper conuertamur.* Hæc ille. Cuius doctrinam Theophylactus eius discipulus confirmat. Scribens enim in cap. 11. epist. ad Hebræ. Sic ait: *Sancti iam nunc arrhabonem, & pignus honoris habent: vnde aliàs eis potestas esset, vt succurrere queant inuocãtibus se? Vnde ipsis quod fiduciam habẽt intercedẽdi?* Et reliq. Et ita probatum relinquimus, quòd liceat Sanctos inuocare.

Supra 15.

Sanctorum preces quando nobis prorsus inutiles teste Chrysostomo.

Ierem. 1.

Infra 7.

Theophyl. ad calcem.

Quod debeamus Sanctos inuocare.

Primum argum.

Quartò probandum, non tantùm id nobis esse concessum, vt oremus Sanctos, sed etiam ad id faciendũ nos lege aliquando teneri. In primis, Ecclesia Ecclesiasticis, & laicis constat, Sacerdotes verò, qui ad diuinum officium persoluendum arctantur, sæpè Sanctos inuocare cogũtur: laici verò tenentur assistere officijs Sacerdotũ, quæ in nomine totius Ecclesiæ celebrant, & per quorum ora laudant, & orant Deum: ipsi ergo debent dicere Amen in benedictione Sacerdotis, & ita optare vt eueniãt quæ Ecclesia petit; ergo inter alia exauditionem per Sanctos. Nam oratio in Missæ sacrificio ob id Collecta vocatur, quia nomine Collecti populi fieri solet; quæ vt deuotiùs offeratur, excitatur populus ad attentionem à Sacerdote dicẽte: *Dominus vobiscum:* & subdit nomine omnium: *Oremus.*

Orationes quæ in Missa recitantur, cur collectæ dicantur.

Secũdum arg̃um. à Concilijs.

Secundò, sunt quædam Concilia, quæ litanias in Ecclesia recitãdas instituerunt: vt Cõcilium Gerundense can. 3. Aurelianense can. 23. & Toletanũ VI. can. 2. & Toletanũ VIII. can. 1. & Bracarense can. 9. & in diebus tribus Rogationũ indicuntur Sacerdotibus dicendæ, & multæ religiones suis alumnis dicendas quotidie prę scribunt. At illæ litaniæ nihil aliud continent, quàm inuocationem in primis Dei, & sanctissimæ Deiparæ, & beatorum Angelorum; & Sanctorum: & vt ita dicam, sunt emendicatio quædam diuini suffragij ad aures Dei, & Sãctorum. ¶ Postremò, cogimur dies festos Sanctorum cum Ecclesia celebrare: ergo & Sanctos inuocare cum Ecclesia eos inuocãte: nisi enim inuocatio per Sãctos magnam haberet vim, Paulus non tam frequenter peteret, vt pro se fratres orarent.

Tertium arg̃um. & vltimum.

Ad hanc obiectionem respondetur: Si necessaria ad salutem Sanctorum inuocatio est; cur ea in neutro nec Veteri, nec Nouo exprimitur Testamento? *Ierem. 33.*

Nec obstat, quòd in veteri lege, neque in Nouo Testamento non inueniatur huius rei præceptũ, aut q̃ nõ sit expressũ in Sacris literis: quia suo modo in Scripturis est, vt vidimus, quoniã ex illis deducitur: & satis est quòd Sacris literis non repugnet, & Ecclesia tradat, quæ tradit ipsam Scripturam. Nam ante Scripturam Iudæi colebant Deum, & non ex Scriptura: Rechabitę quoq; cultum non scripto commendatum obseruarunt, ac Deo placuerunt.

Quãm & illud leue: Per hanc inuocationem derogatur meritis Christi.

Nec obstat secundò, quòd in hoc derogari Christo videatur: non enim derogat, sed potius arrogat. Sicut em̃ poterat homo sine Sacramẽtis saluari, non tamen voluit Deus salutẽ constare sine illis: ita cùm posset sine inuocatione saluos facere, voluit tamẽ nos ad illos inuocandos obligare.

Nec tertiò obstat, quòd fides, & fiducia in Christo periret: quæ enim spes in sancto ponitur, in Deo esset collocanda. Respondemus em̃, quòd hæc ratio cõuinceret nõ esse ad Christum hominem recurrendum, ne videatur fiducia in Deo reponenda humanitati deferri. Deinde fiducia magis augeri videtur: nam Centurio Euangelicus, qui bis mediatores ad Christum interposuit, & seniores scilicet, & amicos; & tamen insigniter laudatur, & celebratur de fide. *Nõ inueni*, inquit Dominus, *tantam fidem in Israel.* Quia Sancti non sunt vt corpora quædam opaca, quæ nobis tegant Christum, sed sunt conspicilla quædã perspicua, quæ ducunt visum mentis internum ad Christum, propter illam insignem humilitatem, qua profitetur se indignum, qui propter se à Deo exaudiatur. *Luc. 7.* *Matth. 8. Luc. 7.*

Modus inuocandi Sanctos quis.

Modus autem inuocandi Sanctos, quo d ad rem ipsam petẽdam attinet, is est: Asserimus, omnia quæ à Deo possumus postulare, eadem ab eis vt intercessoribus nos confidenter petere posse: quantum attinet ad verba, proprius modus est: S. Petre, Ora p̃ me, vt fit in litanijs, aut porrigere orationem ad Deum per merita, & preces Sanctorũ, vt frequenter facit Ecclesia. Qui tamen diceret Pater noster, & Aue Maria ad eorum honorẽ, vt ipsi Deo offerát, bene faceret: quia quicquid est ad honorem Dei, ad honorem quoque Sanctorum spectat; & quod honor est vnius Sancti, ob mutuam charitatem, qua se diligunt, est ad honorem alterius. Et non tantùm oratio, sed etiam quæuis bona opera ad honorem Sãctorum fieri possunt vt ieiunia, eleemosynę, peregrinationes, votorum nuncupationes, & similia. Vnde Constantinus ad honorem duodecim Apostolorum, duodecim sportas terræ proprijs humeris extraxit, cum iacerentur fundamenta templi B. Petri. Intentio enim, siue animus Ecclesiæ, mentes fideliũ tuetur.

Deo, vel vno Sancto, inuocato, inuocãtur, & reliqui Sancti.

Sancti quomodo etiam inuocentur. Magni Constantini pietas, & modestia.

Si autem quæras, vtrùm melius sit orare per Christum solum, an per Sãctos: respondendum est, orationẽ ex obiecto meliorem esse, quæ Christũ mediatorem p̃ximè attingit: sed quia id nihil facit ad meritum; id absolutè mihi melius est, quod ex maiori deuotionis affectu, & humilitate, & obedientia Spiritus agentis ad orandum Deum, siue Sanctos, proficiscitur. Cũ enim homo gratiã Dei est assecutus, eius actus magis Deo placet, licèt circa ignobilius obiectum versetur, qui

Vtrum præstabilius, orare per Christum solũ, an per Sanctos.

Quibus de causis per Sanctos sit oratio fusa, præstantior.

ex maiori alacritatis affectu fit, quem sæpè Deus dat erga Sanctos. Ex quo videtur, quòd oratio fusa per Sanctos melior sit, quia secum continet duplicem actum, quàm simplex. Quando enim fundo orationem ad Sanctum, orat etiam Sanctus pro me. Deinde maius est in se, & in Sanctis Deũ honorificare, quàm Deum tantùm in se ipso. Tertiò, quia Ecclesia, quæ Christi Spiritũ habet, frequentissimè per Sanctos recurrit ad Deum, rariùs per se ad Deum accedit. Quartò, precatio Dei per inuocationem Sãctorum arguit maiorem humilitatem, sicut videre est in Centurione, qui dixit, *Domine, noli vexari. Non enim sum dignus, vt sub tectum meum intres. Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te.* Profunda sanè humilitas Centurionis, qui nec dignum se putauit ad quem Christus veniret, nec dignum, qui Christum per se adiret. Ait autem Dauid; *Respexit in orationem humiliũ, & non sprenit preces eorum,* & beata Iudith, *Humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* Et de his hæc dicta sufficiant, ne lõgior protrahatur hæc disputatio.

Luc. 7.

Euangelici Centurionis modestia singularis.

Psal. 101.
Iudith 9.

DISPVTATIO VIII.

In qua argumenta Hæreticorũ, quæ contra precationem, & inuocationem Sanctorũ fiunt, refelluntur, ac diluuntur.

Veritas duo requirit ab eius professoribus.

QVIA non satis est veritatẽ proponere, & illam ædificare, & cõfirmare, nisi eam ab obiectionibus, quæ in eam fiunt, tueamur, & tela in nos iactata propulsemus, & in capita eorum retorqueamus; operam non inutilẽ me ponere existimaui, si de hac re paullò luculentius disputauero: tùm vt locis quibusdam Scripturarum lucem aliquam ingeram, tùm vt technas, cauillos, & sophismata futilia Hæreticorum lector perspiciat.

Prima ratio Hæreticorũ aduersus precationem, & inuocationẽ Sanctorum.

Heb. 7.
1. Tim. 2.
1. Ioan. 2.
Act. 4.
Ioan. 16.
Ephes. 2.

Quòd igitur Sancti pro nobis non orent, his rationibus euincere se posse contendunt. Primò, quia Christus interpellat pro nobis, & est vnus mediator Dei & hominum, & aduocatus, & propitiatio pro peccatis nostris: &, *Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*; dixit etiam Dominus, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*; & Apostolus, *Per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem,* & ex alijs multis locis, quos copiosè producere solent in ijs, quæ non negantur à nobis, idem probare nituntur: Sancti ergo non orãt pro nobis, & iniuriam Christo facit, qui alio vtitur Mediatore. Respondeo: Deum solum summo latriæ honore colẽdum, hoc est Fide, Spe, Charitate, nec in hoc cultu quenquam Sanctorum parẽ illi facit Ecclesia. Deinde scimus, Christum Pontificem verum, & tentatum per omnia, vt disceret misereri, de quo Esaias prædixit, *Ipsum gẽtes deprecabuntur*; & Dauid, *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis*: & quotquot adeũt cum fiducia ad thronum gratiæ eius, credimus misericordiam consecuturos, & gratiam inuenturos in auxilio opportuno. Non tamen, eo quòd ipse caussam agit, & interpellat pro nobis, sequitur Sanctos non orare. Imò potius oppositum rectiùs sequitur, vt deduximus; quia mẽbra sequuntur caput suum, & excellentias suas vsque ad inenarrabile cõsortium diuinæ naturæ, Sanctis communicat. Etsi enim ipse sit lux mũdi,

Quem cultũ soli Deo deferamus.

Hebr. 2.
Esai. 11.
Psal. 44.
Heb. 4.

Christi prærogatiuæ Sãctis quoque communicatæ plurimæ narrantur.

2. Pet. 1.
Ephes. 4.

Ioan. 8. & vnus sit Deus; ipsius tamẽ vox est;
Infra 9. *Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes.*
Psal. 81. Ipse est Iudex viuorum, & mortuorũ,
& cui Pater omne iudicium dedit; &
Ioan. 10. tamen dixit ad Apostolos; *Sedebitis*
super sedes duodecim, iudicantes duode-
Ioann. 5. *cim tribus Israel.* Et Apostolus: *Nesci-*
tis quoniam Sancti de hoc mundo iudica-
Matth. 19. *bunt?* Et infra: *Nescitis quoniam Ange-*
& Luc. 22. *los iudicabimus?* Ait quoq; Dominus:
1. Cor. 6. *Vnus est Pater vester qui in cœlis est*; &
Matth. 23. tamen Paulus vocat se patrem Timo-
1. Tim. 1. thei, & Onesimi, & Corinthiorum,
Philem. 10. quos per Euangelium genuerat, & Ga-
1. Corin. 4. latarum, quos iterum parturiebat, vt
Gal. 4. ipse testatur. Dominus item; *Magister*
Matth. 23. *vester*, inquit, *vnus est Christus*; & tamẽ
1. Tim. 2. Paulus vocat se Magistrum, seu Do-
1. Cor. 3. ctorem. Est Christus fundamentum,
Ephes. 2. pręter quod nemo aliud potest pone-
Apoc. 21. re; & tamen Apostoli interdum vo-
cantur fundamenta. Adhæc Christus
Matth. 11. dixit; *Discite à me, quia mitis sum, & hu-*
milis corde; & tamen Apostolus audet
1. Cor. 11. dicere; *Imitatores mei estote.* Dixit e-
Luc. 18. tiam Dominus: *Nemo bonus nisi solus*
Matth. 12. *Deus*, cùm tamen alibi dixerit, *Bonus*
homo de bono thesauro cordis profert bo-
Luc. 23. *na:* & Lucas Iosephum ab Arimathia
vocat virum bonum, & iustum.

Hæreticorũ quas producunt contra Sanctos, autoritates nihil euincere.

Communis ergo Hæreticorum fal-
lacia est, futiliter argumentari: Chri-
stus hoc fecit, vel illud; ergo nullus
alius; vel, ergo fecit sine medijs, vel
instrumẽtis, quæ semper adhibet, vbi
adhiberi possint. Tantùm ergo in il-
lis locis, qui dicunt Christum solum,
vel vnum Mediatorem, & in solo eius
nomine salutem esse, possunt Hære-
tici cum minori impudentia inniti.
Cæterùm & ex illis quoque locis re-
uincuntur. Si enim intenderet Apo-
stolus docere, quòd ita ille esset vnus
mediator, vt nullus alius intercede-
ret, cur Romanos, & alias Ecclesias
rogaret, vt pro se preces ad Deũ fun-
dant? Cur iuberet iustis hoc loco A-
postolus, vt pro omnibus hominib⁹,
& Regibus orarent? Ita est ergo vnus
Mediator intelligendus, vt nõ tollat
alios mediatores, qui pro Regibus,
& omnibus in dignitate constitutis
orarẽt: & cur Iacobus præcipit: *Orate*

Christũ, qualẽ faciat mediatorem Apostolus.

Iacob. vlt.

pro inuicem vt saluemini? ita enim va-
carent omnes orationes viuentium.

Cùm ergo vnus Mediator asseritur
à Paulo; ita constituendus est, vt tamẽ
non excludat alios intercessores, qui
suis precibus alijs opitulentur. ¶ Di-
camus igitur Christum vnũ esse me-
diatorem per communionem vtrius-
que naturæ, diuinæ, & humanæ. De-
inde solus, & vnus est, qui sanguinem
suum in pretium dedit pro omnibus
hominibus, vt textus hîc tradit: nul-
lius enim alterius mors, aut sanguis
hoc præstare potuit. Tertiò, solus est
ipse mediator qui intercedit pro om-
nibus, & nullus intercedit pro eo; alij
verò indigent Christo mediatore, &
pro paucis quibusdam intercessionis
officium exercent: quẽadmodùm Sol
cùm omnem mundum illustret, & o-
mnia sua impleat præsentia, reliqua
tamen sydera quibusdã apparent, qui
busdam verò absconduntur. Quartò,
Christus solus est mediator, qui per
se, & propter se, & sua merita semper
exauditur, iuxta illud apud Ioannem:
Ego autem sciebam quia semper me au-
dis. Reliqui verò, qui pro alijs se in-
tercessores, & pacificatores præstant,
non suis meritis, aut propriæ digni-
tati nituntur, sed Christi meritis, &
gratiæ. Vnde Ecclesia cum orat San-
ctos, addit: *Per Dominum nostrum Iesum*
Christum. Sancti quoque non semper
exaudiuntur. Et ita magna est diffe-
rentia inter Christum mediatorem,
& reliquos, siue aduocatos, siue me-
diatores vocare velis: quod alia dis-
putatione superius declaratum reli-
quimus, cùm de nomine Mediatoris
disseruimus.

Christus, vnus & solus est mediator quadrupliciter.

Simile.

Ioan. 11.

Sancti quare exaudiantur.

Nec valet hæc argumentatio: Chri-
stus solus sufficit ad officium media-
toris; ergo non sunt alij præter eum:
quia si hæc ratio valeret, tolleretur
omnis actio secundarum caussarum,
& frustra Deus daret vires, aut facul-
tates, quas agere non sineret. Quare
Christus ipse est qui in Sanctis, siue
beatis, siue viatoribus, & intercedit,
& exauditur: & cùm posset se solo o-
mnia operari, & orare, & audiri, &
saluare: voluit tamen pro sua boni-

Refellitur hæc argumẽtatio: Christus vnus sufficit mediator: ergo alij mediatores sunt otiosi, & inutiles.

tate esse alios, qui intercedant, & in Christo audiantur, & salutem per Christum partam applicare valeant: & ita Sancti sub Christo intercedũt, & post Christum, & in Christo, & propter Christum: vt etiam hac ratione vnum dicamus esse Mediatorem, & vnum Aduocatum.

Secundum argum.

Deinde argumentantur: Sancti qui in cœlo regnant, cùm extra viam sint, sunt etiam extra statum merendi; nõ ergo possunt nobis auxiliari, qui in via adhuc sumus. Et probant hoc modo: Sancti enim meritis præcedentibus, quæ in vita habuerunt, quia ponuntur remunerata supra cõdignum, iuxta illud, *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem* (id est excedentem merita) *dabunt in sinum vestrum*: alios iuuare nequeunt. Merita etiam noua habere non possunt, quia non sunt in via, sed in termino: acceperunt brauium, nõ currunt in stadio: coronantur, non certant: merita ergo noua habere nõ possunt, quibus aliquid à Deo impetrare valeant; non ergo orant.

Luc. 6.

Quo meritò Sancti iam beati exaudiantur à Deo.

Luc. 16.

Respondeo, admittendo eos non posse mereri; possunt tamen orare: quia idem de Christo, & Angelis cõcederem, & de diuite Epulone. Christus & Angeli perfecta beatitudine perfruuntur, nec tamen ab interpellatione pro nobis cessant. Dicendum ergo est, non esse nouum meritum, sed fructum anteactæ militiæ, & antiqui meriti, cuius fructus manet post mortem, de quo: *Et fructus vester maneat, vt quicquid petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.* Quanquàm ergo remunerata sint supra condignum merita, Dei tamen misericordia & mensura supereffluens est in alios: tanta est vis passionis Christi. Et sicut Princeps coronat militẽ strenuè se in bello gerentem, non solùm in se, sed & in alijs propter ipsum, & non hoc facit nouo merito, sed antiquo: ita Deus in cœlis agit, & exaudit propter Abraham, Isaac, & Iacob iam defunctos, posteros eorum orantes, & propter Dauidem liberat ciuitatem Ierusalem, & Iudæi erant charissimi propter patres. Ita etiam Nabuchodonosor propter Danielem elegit tres pueros Principes prouintiarum.

Ioan. 15.

Deus Sãctos exaudiens in cœlo, quemadmodum agere videatur.

Gen. 48.
Exo. 32.
Esai. 37.
Rom. 11.

Dan. 2.

Possumus etiam hoc illustrare doctrina Augustini, qui libro de Cura pro mortuis agẽda, cap. 1. asserit, aliquos posse à pœnis purgatorij liberari, quia hoc dum viuerent, promeruerunt. Ita Sancti in vita meruerũt, quò in cœlo regnantes pro alijs exaudirentur.

August. tomo 4.

Est tamen huius argumenti alia solutio: admittendo, meritum esse nouum, non quidem iustitiæ petenti nixum, sed liberalitati, & clementiæ dantis. Vnde Daniel dicebat: Nec enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. At oratio Sanctorũ in cœlis, gratiæ Dei, & pietati nititur: quæ merita Ecclesia celebrat in die Omnium Sanctorum, dum ait: *Omnipotens sempiterne Deus, qui nos Omnium Sanctorum tuorum merita, sub vna tribuisti celebritate venerari*, &c.

Altera solutio, vt scilicet Sancti iã comprehensores mereãtur à Domino exaudiri.

Dan. 9.

Tertio loco obijciebat peculiariter Vigilantius teste Hieronymo: *Animæ precantur vindictam à Deo, nec tamen exaudiuntur; frustra ergo pro alijs intercedunt.* Respondet Hieronymus, Sanctorum animas exauditas fuisse, & plus accepisse quàm peterẽt. Nam in primis dicitur quòd datæ sunt singulæ stolæ albæ, id est gloria animarum. Deinde duplici consolatione exhilarati sunt à Deo, promissione in primis de vindicta suo tempore facienda; deinde de conseruorum, & confratrum suorum salute quam sitiebant. Tertio de secundæ stolæ spe, & promissione, & ita maximè supra vota exauditi fuerunt.

Tertium argum.

Apoc. 6.

Hierony. tomo 2. in princ.

Animæ interfectorum propter verbũ Dei, vindictã postulantes, quid à Deo impetrauerint.

Quartò obijciunt: Aut Sãcti vidẽt Deum velle conferre dona illis, pro quibus intercedunt, & sic frustra funderent preces, cùm Deus certissimè sit daturus; aut rursus vident Deum denegaturum postulata, & sic nullo modo intercedunt, vt per omnia cõformes se diuinæ voluntati præstent. Respondeo: Simili argutia non de-

Quartum argum.

Sãcti an nouerint se à Deo exaudiẽ dos, nec ne.

beremus aliquam orationem Deo offerre, vt quidam olim volebant, asserentes Deum immutabilem. Dicendum est ergo, neutrum illorum concedendum, scilicet Deum reuelare se velle dare dona, vel in oppositũ nolle. Quòd si reuelet Deus se velle donare, simul quoque reuelabit quòd id velit per determinata media efficere. Promiserat Abrahæ semen, in quo essent benedicendæ omnes gentes; & tamen vidẽs Iacob vxorem sterilem, preces fudit ad Deum pro prole, & obtinuit. Ita etiam voluit conuertere Paulum; sed ad id voluit orationem Stephani præcedere. Voluit Augustini conuersionem, sed precibus Monicæ matris: deniq; voluit iuxta quosdam Traianũ ab inferis liberare, sed ad hoc adhiberi voluit intercessionẽ Magni Gregorij.

Gen. 12. & infra 22. Infra 25.

Act. 7. August. lib. 5. confess. c. 8. in fin. & alibi, tomo 1.

Quintum argum.

Quintò argutantur, Christum reddi insufficientem mediatorem, & fieri iniuriam eius passioni & orationi. Sed si hæc ratio solida esset, euinceret, nullos, dũ in hac vita versantur, preces pro alijs fundere: at preces quorundam pro alijs in Ecclesia voluit esse, & Apostoli illas, & vim earum nobis commendarunt sine vlla Christi iniuria, imò cum summa eius gloria. Ita etiam, quòd Sancti iã beati pro nobis intercedant, non arguit passionis Dominicæ defectum, nec Christum insufficientem mediatorẽ, sed potius abundantiam, & sufficientiam suæ, vt ita dicam, mediationis, cuius virtus extenditur in membra sua, vt ita se prodat, quicquid isti impudentissimi blaterones dicant, fœcundissimũ mediatorẽ, qui tot sub se intercessores, & mediatores habeat, qui partam à se salutem alijs applicare, & accommodare valeant.

Sanctorum merita, & intercessiones quare nihil passioni Christi præiudicent.

Sexto loco opponunt, Sanctos in Deo absorptos esse, nec meminisse eorum, quæ priùs super cor suum posuerant, vt à Deo postularent. Sed vana, & ridicula est hæc argutatio: nam in Deum non cadit obliuio, nec in ipsos Sãctos iam beatos: hic enim quia anima imperfectè capax est, quandoque tamen ita à Deo suspenditur, vt aliorum obliuiscatur. Ibi autem perfectiùs Deum induit, & confirmata lumine gloriæ omnia in Deo intuetur, & omnium retinet memoriam.

Sextum arg. contra Inuocationẽ Sanctorum.

Septimò: Paulus ad Philippenses non dixisset: Permanere autem in carne, necessarium propter vos, si postea Philippenses oratione iuuare potuisset. Respondeo, Paulum plus potuisse iuuare Philippenses præsentia suæ doctrinæ permanendo cum eis, quia poterat Euangelium signis stabilire, & vitæ exemplo firmare, & munire eos magis ad resistendum Hæreticis: quæ melius præsentia sua fieri poterant simul cum precibus, quàm sola oratione post mortem.

Beati, præteritorum cur obliuisci nequeant. Septimum argum.

Philipp. 1. & seq.

Octauò, Brentius conuictus Sãctorum sententijs, qui asserunt, Sanctos pro nobis precari; tradit, tropicè esse intelligendum quòd Sãcti pro nobis orent: nempè hac ratione, quòd preces quas adhuc mortales fuderant, ad huc nunc in auribus Dei insonent: nã eo modo dicitur sanguis Abel multò post mortem tempore corã Deo clamare, & in Apocalypsi clamant animæ Sanctorum interfectorum, vt effusi sui sanguinis fiat vltio. Sed sanè falsum est, & planè puerile. Nam ex ea ratione orandi sequeretur, quòd si penitus interirent animæ Sanctorum vsque ad resurrectionem, rectè dicerentur clamare: at Scriptura testatur eas viuere; ergo viuam, ac recentem habent orationẽ. Deinde clamor diuitis Epulonis nõ fuit huius vitæ: qua ergo ratione clamor Sanctorum erit huius vitæ? Sed certè meliùs Ambrosius dixit: *Nõ mediocre etiam dogma qđ ait: Vox sanguinis fratris tui ad me clamat: quia Deus iustos suos audit etiam mortuos, quoniam Deo viuunt. Et meritò pro viuentibus habentur, quia etiãsi corporis gustauerint mortem, vitam tamen incorpoream capiunt, & illuminantur suorum splendore meritorũ, luce quoq; fruuntur æterna.* Beda quoq; in eadẽ verba Apocalypsis scribẽs: *Magnus*, inquit, *animarum clamor, magnũ est desiderium eorum, quæ Dñm facere velle nouerunt. Nec enim fas est, eas credere contra Dei nutum quicquã cupere, cũ earũ desideria*

Octauum argum. Brentij

Gen. 4. Heb. 12. Apoc. 6.

Sanctorum quem Scripturæ eis tribuunt, non olim in terra, sed nunc in cœlo viuẽtium esse clamorem ostẽditur.

Luc. 16. B. Ambros. lib. 2. de Cain, & Abel cap. 9. circa med. tom. 4.

Sancti quomodo viuentes, si sunt in corpore?

Beda in c. 6 Apocal. tomo 5. propè finem.

ex eius

ex eius pendeant voluntate. Et infrà enarrans illud: *Vsquequo Dñe (sanctus, & verus) nõ iudicas, & vindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra?* scribit: *Nõ hæc odio inimicorũ, pro quibus in hoc seculo rogauerunt, orant, sed amore æquitatis, qua ipsi iudici vt propè positi concordãt, diem iudicij, quo peccati regnum destruatur, & resurrectionẽ extinctorum corporum aduenire precantur. Nam & nos in præsenti, cum pro inimicis orare iubeamur, dicimus tamen Domino orantes, Adueniat regnum tuum.*

Matth. 6.

Brentij eius demad probandum, pro Ecclesia Sãctos in specie non orare, futile argumentum.

Circa alteram partem, ꝙ Sancti etiá in particulari pro nobis orent, ita in contrarium argumentatur Brẽtius in cõfessione Vvittẽbergensi, cap. De inuocatione Sanctorũ. Ait enim, Sanctos semper inuocatos fuisse per figuram Prosopopeiæ, qua possumus cœlum, & terrã, & cæteras omnes creaturas alloqui: quemadmodùm Greg. Nazianz. non se precari, & inuocare S. Basilium significat, sed exprimere illũ omnium creaturarum gemitũ ꝓ nostra salute. Sic ille. Et producitur ab eo in fine orationis S. Gorgoniæ sororis suæ, vbi dubitando scribit: *Si tibi aliqua nostri sermonis est ratio, & hoc Sanctis animis habetur à Deo munus, vt talia rescisçant; suscipe nostrũ sermonem multorum epitaphiorum loco, quem Cæsario ante te, & tibi post illũ persoluimus.* Verùm hæc verba id tantùm insinuant, ꝙ non propter illum gemitũ, quem omnes creaturæ habent, Sãcti inuocantur, sed ob peculiare donum, quod à Deo habent eius beneficio, & gratia. Nõ em̃ naturâ possunt animæ Sanctorũ preces nostras cognoscere. Nec dubitantis sunt verba Nazianzeni, quando vtitur particula, Si, sed asserẽtis: vt illud Pauli ad Philemonẽ, *Si habes me socium, suscipe illum* (Onesimum scilicet seruum fugitiuũ) *sicut me:* & Lydia purpuraria Paulo, & socijs dixit; *Si iudicastis me fidelem Dño esse, introite in domum meam, & manete.* Tale est & illud Apostoli ad Thessalonicenses; *Si tamẽ iustum est apud Deũ retribuere,* &c. Vnde Græca particula ει pro alia particula ὅτι vsurpatur, vt annotauit Budæus: quẽadmodũ apud Latinos si, ꝓ quia, frequẽter ponitur. Vnde ipse Greg. Naziãz. oratione in Athanasiũ asserit, Sãctos res non ignorare mortalium: *Athanasius,* inquit, *in senectute bona vitã finiuit, post quã multa certamina exantlauit: ab alto (rectè noui) res inspiciẽs nostras, manũq; porrigens his qui laborant pro bono: & tanto plus, quanto magis à vinculis est liberatus.* Hæc ille. Et mirũ certè esset, hos homines in terra cognoscere, ꝙ Sãcti non vident res nostras, & Sanctos in cœlo beatos ignorare quæ apud nos agantur. Leo Magnus serm. 1. in Anni uersario die Põtificatus sui, sub finẽ: *Nec abest,* inquit, *vt confido, ab hoc cœtu etiã beatissimi Apostoli Petri pia dignatio, & sida dilectio: nec vestram dilectionẽ ille deseruit, cuius nos reuerentia cõgregauit,* &c. Gregor. item lib. 12. Moral. c. 13. & vlt. explicans quasi Augustini sentẽtiá lib. de Cura pro mortuis, sic habet: *Sicut ij qui adhuc viuentes sunt, mortuorũ animæ quo loco habeantur ignorant; ita mortui vitã in carne viuentium post eos qualiter disponatur, nescĩũt: quia & vita spiritus, lõgè est à vita carnis: & sicut corporea atque incorporea diuersa sunt genere, ita etiã distincta cognitione. Quod tamen de animabus Sãctis sentiendũ non est: quia quæ intus Omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credẽdũ est quia foris sit aliquid quòd ignorẽt.* Hæc ille magnus Pater. Et mirũ est, istos nebulones omnes locos Scripturæ per tropos, & figuras importunas eludere. Ná plerunq; hæreses ex eo fabricãtur Hæretici, dum tropicè interpretantur quæ propriè erant accipienda: & rursus propriè volunt intelligere, quæ sub metaphoris à Spiritu sancto sunt dicta.

Gregor. Nazianz. orat. 15. in fi. tomo 2.

Qualis gemitus fuerit Nazianzeni, vti Basilius, atq; soror Gorgonia ad se de cœlo respicerent.

Rom 8.

Philem. 17.

Act. 16.

2. Thess. 1.

Budæus in Cõment. linguæ Græcæ.

Certè hoc dogma plurimorũ Doctorum sententijs cõfirmatur, vt meritò loco traditionis diuinæ haberi possit. Vnde Hieron. in Vigilantiũ ait: *Lege Euãgelium: Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob: nõ est Deus mortuorũ, sed viuorũ. Si ergo viuunt, honesto iuxta te carcere nõ clauduntur. Ais enim, vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel subterrã Dei animas Apostolorũ, & Martyrũ cõsedisse, nec posse suis tumulis, & vbi*

Gregor. Nazianz. orat. 31. in fine, tom. 2.

Brentij, hæreticorumque cæterorũ mira stupiditas

Leo Papa.

Gregor. Magnus tomo 1.

August. c. 1. tom. 4.

Beatarum animarũ quá perfecta notitia.

Scripturæ omnes ferè sensus Hæreticorum quales.

Sanctorum animas in cœlo iam viuere, nosq;, atque omnia nostra cognoscere, probatur traditione.

B. Hieron. aute med. tom. 2.

Mar. 12.

Exo. 3.

Luc. 16.

Apoc. 6.

voluerint, adesse præsentes. Senatoriæ videlicet dignitatis sunt, vt nõ inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera, honestaq; custodia in fortunatorũ insulis, & in cãpis Elysijs recludantur. Tu Deo leges pones? Tu Apostolis vincula inijcies, vt vsq; ad diem iudicij teneãtur custodia, nec sint cũ Dño suo? de quibus scriptũ est: Sequũtur Agnũ quocũq; vadit. Si agnus vbiq;: ergo & hi, qui cũ agno sunt, vbiq; esse credẽdi sunt. Et cũ diabolus, & dæmones toto vagẽtur orbe, & celeritate nimia vbiq; præsentes sint; Martyres, post effusionẽ sanguinis sui, arca operiẽtur inclusi, & inde exire nõ poterũt? Et B. Ephrem à Hieronymo laudatus, serm. de laudibus Martyrũ idem docet. Adde, q̃ cũ animæ Deo viuentes in cœlo potestatẽ, & præfecturã, & regimen à Dño acceperint: & ridicula sit potestas, & regimen eorũ, qui subditos suos, eorũq; negotia ignorant: dicendum est Sãctos in partem regiminis vocatos preces, & negotia suorũ, quò possint illis opitulari, diuino lumine agnoscere. Vnde in præfatione antiqua Apostolorũ habetur: *Vt eisdẽ rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem cõtuliſti præesse pastores.* Nã Apoc. 2. dicitur: *Qui vicerit* (scilicet doctrinam falsam, de qua est sermo) *& custodierit vsq; in finẽ opera mea; dabo illi potestatẽ super Gẽtes, & reget eas in virga ferrea.* Vbi in eo q̃ allegatur ex Psalm. 2. designatur pastoralis rectorũ autoritas, de qua: Sedebitis super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribꝰ Israël: & de quodã dicitur: *Beatus ille seruus, quẽ cũ venerit dñs, inuenerit sic faciẽtẽ. Verè dico vobis, quoniã supra omnia quæ possidet, cõstituet illum.* Et Ambros. lib. 8. in Lucã, cap. vlt. in fin. *Ciuitates decẽ esse quæ possunt; nisi fortè animæ, quibꝰ iure præponitur, qui pecuniam dñi, & illa eloquia casta probata sicut argentum, mẽtibus hominũ fœnerauerit?* Denique vt Magnus Greg. ait: *Quia illic* (in cœlo scilicet) *omnes cõmuni claritate Deum cõspiciunt, quid est q̃ ibi nesciãt, vbi sciẽtẽ omnia sciunt?* August. lib. 1. De cura q̃ mortuis gerẽda, cap. 13. negat rebus viuẽtiũ spiritus defunctorũ assistere, quia mater sua nũquã Augustinũ post mortem deseruisset. Sed cap. 15. cõcedit, animas ex relatione aliarum animarum ad se veniẽtium, vel Angelorũ, qui rebus quæ hîc aguntur, præsto sunt, nostra agnoscere. Cap. verò 16. de Martyribꝰ apertè cõcedit eos nosse quæ hîc geruntur, sed Dei virtute. Ita enim habet: *Nõ igitur ideò putandũ est viuorũ rebus quoslibet interesse posse defunctos, quoniam quibusdã sanãdis, vel adiuuandis Martyres adsunt: sed ideò potius intelligendum est, q̃ per diuinam potentiã Martyres viuorũ rebus intersunt, quoniã defuncti per naturã propriam viuorũ rebus interesse non possunt.* Et paulò antè: *Nõ enim solis beneficiorum effectibus, verùm etiam ipsis hominũ aspectibus cõfessorẽ apparuisse Felicem ciuibus, vel inquilinis piè à se dilectis, cũ à Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis.*

Deinde quærit Augustinus, quomodo fiat opitulatio, quam mortalibus præstant Martyres: *Quanquã*, inquit, *ista quæstio vires intelligentiæ meæ vincat, quemadmodũ opitulentur Martyres ijs, quos per eos certũ est adiuuari: vtrùm ipsi per seipsos adsint vno tẽpore tam diuersis locis, & tãta inter se lõginquitate discretis, siue vbi sunt eorũ memoriæ, siue præter suas memorias vbicũq; adesse sentiuntur: an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortaliũ cõuersatione remotis, & tamen generaliter orantibus p̃ indigentia supplicãtum, sicut nos oramus pro mortuis, quibus vtiq; non præsentamur, nec vbi sint, nec quid agant, scimus, Deus omnipotens, qui est vbiq; præsens, nec cõcretus nobis, nec remotus à nobis, exaudiens Martyrum preces per Angelica ministeria vsquequaq; diffusa, præbeat hominibus ista solatia.* Et infrà: *Res hæc altior est quàm vt à me possit attingi, & abstrusior, quàm vt à me valeat perscrutari: & ideò quid horũ duorum sit, an verò fortassis vtrumq; sit, vt aliquando ista fiant per ipsam præsentiam Martyrum, aliquando per Angelos suscipientes personam Martyrum, definire non audeo.* Hæc ille. Ita Origenes in cap. 2. ad Romanos dubitat an opitulentur nobis Sãcti Angelorum more, id est, non tantùm oratione, sed ministerio, & ope-

Apoc. 14.

Hierony. in Catal. scriptor. Eccle. tom. 1. post med.

Eadem veritas ratione firmatur.

Psal. 149.

Apoc. 2.

Quid regere Gentes in virga ferrea.

Psal. 2.

Matth. 19.

& Luc. 22.

Supra 12. & seq.

B. Ambros. tom. 5. Luc. 19.

Psal. 11.

Gregor. lib 4. Dialogo. cap. 33. in fine tom. 1.

B. Augusti. tom. 4. circa med.

Sancti Martyres, teste Augustino, qua ratione nostra cognoscant.

Ijdem, & alij Sancti dupliciter viuentibus apparẽt.

Idem ibidẽ.

Sancti Martyres vti viuentibus opitulentur secundùm Augustinum.

Augustini modestia.

Origen. tomo 2.

ram

ram suam nobis exhibendo.

Nonum arg. contra Sanctorum inuocationem.

Nono argumentantur: *Sancti nihil possunt nobis præstare, ergo non sunt inuocandi.* Sed si hoc solidum esset, ita conuinceret de Angelis, & nobis in via, & de Christo etiam homine idem euinceret. Et Sancti omnia possunt in Chro, quia ea omnia dicimur posse efficere, quę per amicos possumus. Ideò rogatur Petrus vt suscitet Dorcadem, & vidua Iudith, vt saluet ciuitatem. Et cũ sciamus, caussas secundas nihil posse sine prima, à qua pendent; ideò cum Sancti inuocantur, nõ petimus, vt ipsi propria virtute aliquid præstent eorũ quæ petimus, sed vt aduocatos se nobis exhibeant apud Deum, qui omnia potest donare. Ideò dicimus: Sancta Maria, vel S. Petre, ora pro nobis. Qui autem oratus orat, non ipse præstat postulata, sed Deus qui à Sanctis oratur.

Philip. vlt.

Act. 9. Iudith 13. & seq.

Sancti quantum valeant apud Deum.

Decimum arg.

Decimò, Deus ipse, & Christus plenior est benignitate, & misericordia ad nos exaudiendum quàm Sancti; ergo ad Deum, & ad Christum, & non ad Sanctos est accurrendum: quia Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora: maximè quia dixit, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis:* quã promissionem nullus Sanctorũ legitur fecisse. Sed hoc argumẽtum si quid haberet roboris, concluderet, nec ad Christũ hominẽ recurrẽdũ, nec ad Angelos, imò nec ad homines hic viuẽtes. Fruſtra ergo Paulus aliorũ ꝓ se orationes postulabat: frustra quoq; Deus misisset illos tres Iobis amicos ad Iobẽ, vt pro eis oraret, & sacrificaret, & quòd per illum eos exaudiret. Dicendũ ergo est, ꝙ hoc valeret, si ad Sãctos quasi à Deo distinctos, & perse, & à se habentes bonitatẽ, & potentiam distinctam, & à Deo minimè acceptã cõfugeremus. Nunc autẽnõ ita est: quia misericordia Sãctorũ pars est misericordiæ Dei, quã putamus ad hoc sufficere. Non ergo ex diffidẽtia diuinæ misericordiæ Sãctos accedimus, sed ex diffidentia ꝓprię paruitatis. Sed Deus id voluit ob peccatores vt humiliẽtur, vt fecit Cẽturio, qui seniores, & amicos misit ad

Ioan. 16.

Iob. vlt.

Cum illa Dei plene sufficiat, cur Sanctorum misericordiã imploramus infinitis partibus minorẽ?

Luc. 7.

Christũ, cõscius suæ indignitatis. Fecit etiã hoc ob Christi gloriã, & Sanctorũ, & nostrã vtilitatem. Non enim sequitur: Ad sanctũ cõfugio, ergo ille Deo est misericordior, & clemẽtior: sicut nec valet: Deꝰ misit Abimelech ad Abrahã, & amicos qui disputarẽt cũ Iob, ad Iobem, & peccatores ad Sacerdotes, ergo illi erant Deo sanctiores, & benigniores. ¶ Nec rursus qđ ait Dauid: *Gratiã, & gloriã dabit Dñs,* facit vt solus Deus à nobis interpelletur: quia etsi Dei sit gratificare, & glorificare homines; voluit tamẽ Angelos, & Sanctos tanquã administros ad hæc ipsa dãda adhiberi. Nec Sãcti ad hæc cõcurrũt effectiuè creãdo, sed impetrando tãtũ, & orando: qđ satis est ad id, vt verũ inueniatur qđ dixit Dñs: *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horũ faciet.* Propriũ etiã solius Dei est dimittere peccata; qui tñ dixit Apostolis: *Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis.* Deus deniq; multos effectus ꝓducere cõstituit, sed positis caussis secundis. Vult, exẽpli gratia, multiplicationẽ hominum, sed posito actu generationis, sine quo homines nõ multiplicarẽtur. Ita vult salutem multorum, sed intermedijs Sanctorum precibus.

Si gratiam, & gloriã Dominus dat, quid eã postulamus à Sanctis?

Psal. 83.

Ioan. 14. Marc. 2. Ioan. 20. Matth. 18.

Vndecimũ arg.

Vndecimò obijciũt verbũ Dñi: *Venite ad me omnes qui laboratis,* &c. Et, *Ego sum via, & veritas, & vita:* & iterũ, *In illo die in nomine meo petetis.* Respõdeo, qđ ad eũ ipsum imus, qui in Sanctis est; & ad Sãctos imus, vt ad eũ per illos accedamus. Sicut duo illi Gẽtiles volentes Iesum videre, venerunt ad Philippũ, qui eos duceret. Et falsum est omninò, ꝙ Christus per hæc verba voluerit excludere iter ad Sanctos, vt intercederent: quia Iob, Abraham, Samuel, & Iudith rogantur, & exaudiuntur; & Petrus ꝓ Dorcade, & apud Ezech. Dñs ait: *Quæsiui ꝫ eis virũ qui interponeret sepẽ, & staret oppositus cõtra me ꝓ terra, ne dissiparẽ eã, & nõ inueni.* ¶ Illud etiã: In nomine meo petetis, nõ excludit sãctorũ intercessionẽ. Primũ, quia hoc à Sãctis postulamus, vt nobiscũ Patrem in nomine Christi pro nobis precẽtur. Deinde, quia ro-

Matth. 11. Ioan. 14. Infra 16. Supra 12.

Illud: Venite ad me omnes qui laboratis, &c. inuocationi Sãctorũ nihil efficere.

Iob. vlt. Gen. 20. 1. Reg. 12. Act. 9. Ezech. 22.

Quomodo accipiẽdum: In nomine meo petetis.

Gen. 20.

gare

gare Patrẽ in nomine Iesu Christi, est fiducialiter sperare, ꝙ per Christum facilè sit donaturus Pater quod petimus. In nomine etiã Iesu orare, est salutaria postulare, vel per mysteria humanitatis Patrem obtestari vt exaudiat: quod nõ excluditur, cũ oramus Sanctos. Non enim diffidimus Christo, aut salutaria per alium quàm per Christum obtinere volumus.

Duodecim arg. & vltimum.

Postremò argutantur: In Veteri Testamento nõ erat cõsuetudo adire Sãctos: nec in Nouo vllũ est prẽceptum inuocãdi Sãctos: nec ꝓmissionẽ habet; ideò ex fide fieri nequit, neq; præuiũ exemplũ habet. Dicendũ est ad primũ, ideò nõ fuisse morẽ in Veteri Testamento adeundi Sãctos intercessores, quia nõdum erant beati, & glorificati, vt modò sunt; ideò nõ debebatur eis tãtus honos, quãtus est iste; etsi ipsi defuncti Sancti per se orarẽt, & inuocarẽtur ab alijs ob præfulgẽtẽ Noui Testamenti gratiã, & Spiritum, qui olim etiam nõ defuit. Erat etiam olim periculũ idololatriæ: vnde etiã sublatus fuit imaginũ vsus, & corpus Moysi ob eãdẽ caussã occultatũ fuit. Ad aliud verò, ꝙ nõ sit in Nouo Testamento expressum; nec Ecclesia primitiua hac inuocatione vtebatur. Dicendũ est, quod abundè id expressum fuit, si nõ scripto, saltẽ traditione viua, & cõsuetudine, quæ vim legis habet: neq; magis oportebat exprimi, quia Scripturas cõditas, & publicatas in primitiua Ecclesia oportebat Christũ fundare, & explicare, qui per tacitã suggestionẽ Spiritus sanctos secũ adducebat; & durũ esset id Iudęis prẽcipere; & occasio daretur Gẽtibus putandi sibi exhibitos multos deos pro multitudine deorũ quos relinquebãt: & hoc quãtũ ad Scripturas: nã quãtũ ad verbo, & ore traditã doctrinã, nõ est dubiũ quin Ecclesijs Apostoli eã tradiderint. Vnde & euentus ipse, & exauditio Dei per intercessiones Sãctorũ, satis testatur illos nobis opitulari posse, & Deũ id maximè ꝓbare, & acceptare sine aliqua Scriptura.

Prima ratio, cur Iudæi ante Christũ mos nõ esset inuocare Sãctos.

Secunda ratio.

Exo. 20.
Deut. vlt.

Quare nil literis traditũ Euangelicis de inuocatione Sanctorũ.

Sanctorũ inuocatio quomodo paulatim fuerit in Ecclesiam introducta.

Quod verò obijcitur, non habere hãc orationem Dei promissionem ꝙ exaudiat: Dico habere eã ꝓmissionẽ, quã habuit Paulus, dũ viuorũ postulat suffragiũ: & si vidit Paulus se iuuari posse intercessionibus hominũ peccatorũ; cur nos nõ cõfidemus precibus Sanctorũ, qui cũ Chro regnant. Christus pollicetur, aliquid Patrẽ in nomine suo petẽtes fore exaudiẽdos; at Sãcti in eius nomine, & nõ alio precãtur. Etsi speramus ꝙ soli exaudiemur inuocãtes Deum; cur non multò magis habentes comitatũ Sãctorum, & adiuti eorum patrocinio? ¶ Quod dicitur de præuio exẽplo, non est magni põderis; quia nec Abel habuit vllũ exemplũ sacrificandi agnos, & adipes eorũ; qui tamẽ sacrificando, fide placuit Deo, vt docet Apostolus. Iam vt ad Christũ redeamus, & interpellationẽ eius pro nobis melius capiamus, ignorandũ nõ est, Artopeum quendã hæreticũ negare, ꝓpriè Christũ in cœlo orare pro nobis, vt hac ratione tollat intercessionẽ Sanctorum in cœlo regnãtium. Et hãc rationẽ ex Chrysost. producit, qui homil. 15. in epist. ad Romanos docet, ꝙ Christus Patri iã non fiat supplex, sed eius interpellatio exhibitio est suæ ꝓsentiæ, & passionis quã pro nobis pertulit. Sed respõdemus, Christum nõ more supplicantiũ ante Patris pedes ꝓuolui, vt ait Nazianzenus: nec facit interuallũ inter os loquentis, & auricu las audientis teste Augustino. Nã hęc indigna Deo sunt, & Christũ glorificatũ minimè decẽt: quia iã introiuit in cœlũ tanquã Põtifex in Sancta Sãctorũ per propriũ sanguinẽ, vt appareat vultui Dei ꝓ nobis. Sed apparet nõ vt truncus, aut vt muta imago, sed per mentẽ, & volũtatem idipsũ à Deo petẽs, qđ ipsa sui corporis, in quo olim est passus, ostẽsione flagitat: sicut milites corporis vulnera, quæ in bello passi sunt pro Regibus, illis ostendũt, vt mẽte, & volũtate ꝓmiũ postulare videãtur. ¶ Nazianzenus igitur eo loco tractans illa verba: Sẽper viuens ad interpellandum pro nobis: *Iesus Christus*, inquit, *vt homo est, etiamnum pro salute nostra legationem obit, quãdo corpus quod assumpserat, & nunc habet:*

Sanctorum oratio quam habeat promissionẽ diuinæ exaudi tionis.

Ioan. 16.

Ad hoc respõ detur: Inuocatio Sãctorum præuiũ exemplũ nullum habet.

Gen. 4.
Heb. 11.

Artopei cuiusdam ratio contra inuocationẽ Sanctorũ infringitur.

Chrysost. tomo 4.

Quomodo Christus apud Patrem pro nobis interpellet.

Gregor. Nazian. lib. 4. Theolo. seu orat. 5. de Filio 2. post med. par. 2.
August. tract. 102. in Ioann. tomo 9.
Heb. 9.
Ibidem 24.

Heb. 7.

obit, inquam legationem tantisper, dum per hoc, quod ipse factus est homo, me deũ faciat. Tametsi amplius secundùm carnem non cognoscatur. Eandem sententiam profert Theodoritus dialogo 2. de Christo post dimidium: & in cap. 8. ad Rom. scribens, sic inquit: *Quid his maius quæris? Dominus Christus pro nobis est mortuus, & è mortuis suscitatus Patri assidet, & ne sic quidem nostri curam gerere desijt. Sed quas à nobis accepit primitias Patri ostendens, & eas esse ab omni reprehensione alienas Patri demonstrans, per illas nobis salutem petit. Et hoc quidem quantum ad humanitatem pocit. Vt Deus enim non petit, sed suppeditat. Quòd si etiam quantum ad Diuinitatem, hoc Filium facere dixerint Hæretici, ne sic quidem eius gloriam minorem esse ostendent. Demus enim duos Reges esse honore æquales, & eâdem potestate præditos; esse autem vtriusque aliquem præfectum, seu legatum, & alterum eorum, precibus ab eo qui offendit, prius auditis, petere à regni consorte, vt ei reconcilientur, hoc ne de eius qui petit, dignitate detrahit? Nequaquam. Sed ne id quidem hic licet dicere. Quæ enim placẽt Patri, etiam placent Filio, & vna est vtriusque voluntas.* Ad hæc Cyrillus libro 2. De recta fide ad Reginas, circa finem: *Conspicuum est igitur nouo modo, non iam nudum, & absque carne Verbũ, sicut scilicet à principio erat, sed in forma ac natura nostra. Dicimus enim sic ipsum pro nobis apparere, & quasi ab oculis Dei ac Patris hominis naturam adduxisse. Quamuis propter transgressionem Adæ factam olim deteriorem. Nos igitur commendat conspectui Patris quasi in se ipso, & primo, secundùm quòd natus est homo, vt nos Patri offerat, & ab antiquis liberet criminibus, inq; nouitatem vitæ in spiritu transferat, & posteà vt dignus videri his, qui à Patre tanquam in filiorum ordine assumpti sunt.* Et apertiùs Gregorius noster lib. 22. Moralium, cap. 18. *Vnigenito Filio pro homine interpellare, est apud coæternum Patrem seipsum hominem demonstrare: eiq; pro humana natura rogasse, est eandem naturam in Diuinitatis suæ celsitudine suscepisse. Interpellat igitur pro nobis Dominus non voce, sed miseratione: quia quòd damnari in electis noluit, suscipiendo liberauit. Adiutor ergo quæritur, vt desiderium exaudiatur: quia nisi pro nobis interpellatio Mediatoris intercederet, ab aure Dei proculdubio nostrarum vocum preces silerent.*

Adde Theophylactum, qui in cap. 7. ad Hebræ. circa finem scribit: *Quòd Christus carnem ferens Patri assidet, intercessio est pro nobis, tanquam caro pro nobis exoret Patrem, vt quæ ob hoc ipsum omninò sit assumpta, nimirum ob nostram salutem.* Adhæc Cyrillus in Ioan. lib. 11. cap. 7. *In quantum Filius, & Deus est, vnà cum Patre nobis bona largitur: quod ostendens Paulus, dicebat: Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino Iesu Christo. In quantum verò Mediator est & Pontifex, & paracletus, nostras preces ad Patrem adducit. Ipse enim nobis libertatem atque fiduciam ad Patrem largitur.* Hæc ille. Si ergo eôdem modo commendat, ergo Deum pro nobis orat in cœlo. Angeli siquidem orant, dum offerunt preces nostras. Et Augustinus in illud Psalmi 19. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas: Non solùm,* ait, *petitiones quas habuisti in terra, sed etiam quibus in cœlo interpellas pro nobis.* Idem in Psalmum 29. docet, Christum nunc hominem in cœlo orare pro nobis, idque ex Paulo ad Roma. 8. ostendit. Rursus lib. 1. de Trinitat. cap. 10. sub finem: *Fideles eius quos redemit sanguine suo, dicti sunt regnum eius, pro quibus nunc interpellat: tunc autem illic eos sibi faciens inhærere, vbi æqualis est Patri, non iam rogabit Patrem pro eis. Ipse enim, inquit, Pater amat vos. Ex hoc enim rogat, quo minor est Patre; quo verò æquaiis est, exaudit cum Patre.* Itemq; epistola 59. in solutione quinta quæstionis interpretatur illud: *Interpellat pro nobis,* hoc est postulat. Cyprianus etiam lib. 4. epist. 4. post medium: *Quòd si pro nobis,* inquit, *ac pro delictis nostris ille & laborat, & vigilat, & precatur, quanto nos magis insistere precibus, & orare, & primo ipsum Dominum rogare, tùm deinde per ipsum Deo Patri satisfacere debemus? Habemus aduocatum, & deprecatorem pro peccatis*

2. Cor. 5.

B. Theodor. tom. 2.

Christum tametsi etiam vt Deus interpellet, ne sic quidé esse Patre inferiorem, probat exemplo Theodoriti.

Cyrill. Alexand. tomo 2.

Ioan. 1.

Quid etiam, Christũ vultui Dei apparere pro nobis.

Gen. 3.

Gregor. tomo 1.

Christi apud Patrẽ Interpellatio qualis Magno Gregorio, & quam necessaria.

Theophyl.

Cyril. tom. 1.

Rom. 1.

Christus pro nobis Patrẽ interpellat triplici nomine.

Augusti. tomo 8. in prĩcip.

Psal. 19.

Implet Dominus omnes petitiones Christi, dupliciter.

Idem.

Ibem tomo 3.

Regnũ Christi qui nam Augustino.

Ioan. 16.

Idem tomo 2.

Rom. 8.

B. Cypr.

catis nostris Iesum Christum Dominum, & Deum nostrum, si modò nos in præteritum peccasse pœniteat. Hactenus Patres, qui tradunt, Christum Dominum pro nobis intercedere, ac precari.

Christum negantium in cœlo interpellare pro nobis, ponũtur obiecta, & diluuntur. *Matth. vlt.*

Sed quidam contra hoc obijciunt, Christum glorificatum in cœlis pro nobis non orare. Primò, quia ille dixit: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra; ergo non rogat, vt detur nobis Spiritus sanctus, sed data sibi potestate confert Spiritũ sanctum quibus vult. Pater item omne iudicium dedit Filio, & constituit eum iudicem viuorum, & mortuorum: sed non videtur conueniens, vt idem sit iudex, & aduocatus; ergo Christus propriè non est dicẽdus aduocatus.

Ioan. 5. Act. 10. 42. & Rom. 14.

Qualẽ Christus potestatẽ habeat in cœlo, & in terra, atque omnis carnis *Ioan. 17. 1. Cor. 15. & Heb. 2. Ibidem, scilicet 1. Corinth. 15.*

Respondemus: Christus habet potestatem omnis carnis in cœlo, & in terra, necdum tamen omnia sunt ei subiecta, quantum ad executionis potestatem attinet. Vt ergo potestatem sibi datam circa salutem electorum exequatur, Deo supplicat. Cùm autem nouissimum eius hostem, id est mortem deuicerit, & subiecta fuerint ei omnia, tunc tradet regnum, id est fideles; Deo, & Patri, perducens ad claram visionem, nec amplius oratione opus erit, quia tunc in omnia potestatem sibi tributam exequetur Christus. Similiter Christus secundùm humanam naturam iudex est omniũ, sed sub superiori iudice Deo, à cuius omnipotentia pendet omnis executio iudicij, & sententiæ eius. Hinc mirum esse non debet, eundem esse & iudicem omnium, & aduocatum apud superiorem iudicẽ. Quare Ambrosius in caput 6. Lucæ scribens, ait: Aduocatus, & iudex est. In altero pietatis officium, in altero insigne est potestatis.

Christ⁹ quod regnũ tradet Deo, & Patri, iuxta Apostolum, & quando.

Ambro. lib. 5. in Lucã, cap. De oratione Iesu in mõte, & electio. 12. Apostolorũ, tom. 5.

Deinde obijcitur: Nemo Catholicus inuocat Christum ad hoc, vt iam oret Patrem pro nobis; sequitur ergo quòd Christus non amplius roget Patrem. Dicendum est, Catholicos non tantùm vitare falsa de Deo dogmata, sed etiam locutiones, quæ malè possent intelligi: ideò non simpliciter dicunt Christum esse creaturam, nisi cum additione humanæ naturæ, ne in Arrianismum quis prolabatur. Item non dicunt: Christe ora pro nobis; ne cum Nestorio videantur duas in Christo constituere personas; alteram Filij Dei, alteram filij Mariæ; sed inuocãt, Christe eleyson, id est, Christe miserere: Christe audi nos, Christe exaudi nos, precantes eum secundùm id quod in eo est excellentissimum, id est secundùm Diuinitatem: quemadmodùm etiam cum hominibus fieri solet. Nam quempiam honorare volentes, non infimum, sed supremũ dignitatis gradũ eius prædicamus. Ita in Christo ad id, quod summum est in eo, spectantes, inuocamus eum vt Deum, & non vt hominem: quẽadmodùm nec ignorare debemus quòd homo est, & vt homo pro nobis precatur. Et sic illi tanquã homini dicere possum⁹: Miserere nostri fili Dauid: &, Suscipe deprecationẽ nostrã: &, Adiuua nos: quia quicquid impetrat, ipso iudice, & tanquã Rege ordinãte, ad nos peruenit: atq; ea ratione Martha inspiciens humanitatem, dixit: *Nunc scio, quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus:* quod est dicere, Ora Deum: quod etsi à nobis dici posset, non expedit tamen.

Catholici à quibus abstineant locutionibus de Christo, suspectis.

Hæc precatio: Miserere nostri fili Dauid, & similes, quare Christo etiã vt homini conueniant.

Ioan. 11.

Tertiò argumentantur: Christus dixit, *Et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis.* In quæ verba Hilarius lib. 6. de Trinitate: *Caret*, inquit, *apud Patrem intercessionis necessitate perfecta de Filio fides; ergo iam non rogat amplius pro iustis, & electis.*

Tertia obiectio. *Ioan. 16.*

Hilar. circa med. & finem.

Respondeo: his verbis Christus tantùm pronuntiat, se Patrem nõ debere rogare pro Apostolis credentibus, & amantibus; tanquam pro inimicis Dei Patris, & abalienatis ab eius amicitia, quia solùm Deus Pater cãdidè afficitur erga eos, qui in Christum credunt: sicut ad Roman. 5. dicitur; *Multò magis reconciliati, saluì erimus in vita ipsius?* Nam vt hoc verbo significat Apostolus, faciliùs sal-

Hæc Christi verba quid sonẽt: Et nõ dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis, & reliqua. *Rom. 5.*

Secunda obiectio negantium Christũ aduocatum.

uandos

uandos iustos, quàm impios iustificandos; ita Christus illa sententia designat homines iam iustificatos mediatore non indigere; etsi alia ex parte egeant, qua nimirum adhuc & ab infirmitate sanandi, & à peccato redimendi sunt. Ratione ergo prioris, dicebat Apostolis Dominus: *Et non dico vobis, quia rogabo Patrem de vobis,* non ratione posterioris. Vnde Augustinus, ne quis hinc deduceret, Christum hominem non orare pro nobis, interpretatus est verba hæc de diuina natura. Cyrillus verò aliter, & docte quidem interpretans, ita scripsit: *Petere aliquid* per orationem à Patre, nullo modo permittit, nisi in nomine suo, Patremque facillimè daturum pollicetur, nõ solùm mediatione sua, sed vltro ad hoc præparatum, quasi debitum redderet ijs qui Christum peramant. Nec vllus putet propter tantam Patris beneuolentiam, non indigere nos Christo: omnia enim per ipsum ex Patre in Spiritu sunt. Paracletus enim est non solùm pro peccatis nostris, sed etiam pro vniuerso mundo: ita ostendit gratissimum esse Patri, vt ipse honoretur, atque ametur.

Illud Apostoli: Multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius, quô tendat.

B. August. tract. 102. in Ioan. tomo 9.

Alter sensus dicti superioris.

Cyrill. lib. 11. in Ioã. cap. 9. in prĩcip. tom. 2.

1. Ioann. 2.

Possunt & tertiò aliter intelligi verba Domini: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis, vt scilicet referãtur ad tempus, quo post resurrectionem vniuersalem plenum erit electorũ omnium gaudium, nec amplius quicquam restabit desiderãdum. Præcessit enim: *Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.* Et post pauca: *In illo die in nomine meo petetis* (repete ex superioribus, *Et accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.*) Et deinde de tempore non petitionis, sed pleni gaudij per præcedentes orationes in nomine Christi obtentas, subditur: *Et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos* (id est perfectè amabit, cum vos fecerit beatos) *quia vos me amastis,* in vita, seruantes præcepta mea. Augustinus lib. 1. de Trinitate capite 10. in fine, hæc verba refert ad tempus futuri seculi, quando Deus erit omnia in omnibus.

Tertius sensus.

Quid item illud: Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis.

Ioan. 16.

Augusti. tomo 3.

1. Cor. 15.

Quartò argumentantur: Christi oratio, quam in hac vita Patri obtulit, fuit semper à Patre exaudita, non igitur opus est, vt iteretur in cœlo: dixit enim Apostolus: Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Ex quo docent, amplius orationes non esse iterandas. Sicut enim oblationes quæ repetuntur, inefficaces sunt, ita & orationes quæ iterantur: ergo si nunc orat Christus pro sanctificatione fidelium, videtur hoc ipsum post cœnam Christus à Patre frustra postulasse, nec impetrasse. Dicendum tamen, quòd in Crucis sacrificio, cuius virtute placatur Deus, exoluitur pretium pro peccatis; & ideò si hoc sacrificium repeteretur, signum esset non fuisse iustum pretium antè exolutũ: at Christi oratio pretium non soluit, sed petit vt Deus id præstet, quod ipse passione sua promeritus est. Ideò Ioann. 17. cum Christus orat ad Patrem, primò ponit pretium persoluendum: *Ego,* inquit, *pro eis sanctifico meipsum.* Nunc verò apparet vultui Dei pro nobis, solutum ostendens pretium: & tamdiu orat, donec totum, quod sua virtute est promeritus, accipiat. Nec mirum, Christum hominem pro nobis orare, Si præcingens se, & trãsiens ministrabit nobis, & Agnus reget nos, & deducet nos ad vitæ fontes aquarum. ¶ Et si interdum Chrysostomus videatur inclinare in hoc, vt dicat, Christum in vita non orasse, super illud; *Sciebam quia semper me audis:* & in illud, *Subleuatis oculis in cœlum, dixit; Pater, venit hora, clarifica Filium tuum,* &c.

Quarta obiectio.

Ioan. 11.

Heb. 10.

Christus in cœlo cur preces, non autem sacrificium iteret pro nobis.

Heb. 9.

Quid minus Christus facturus sit nobis, quã nũc faciat orãdo pro nobis.

Luc. 12.

Apoc. 7.

Chrysost. homil. 63. in Ioan & 79. tom. 3.

Ioan. 11.

Infra 17.

Ex his disputationibus illud colligimus, non esse Christum à nobis inuocandum, vt cæteros Sãctos, dicendo illi, Intercede pro me, aut, Ora p me: quemadmodum Sacramẽtarij nostro seculo ausi sunt in oratione dicere: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, ora pro nobis:* &, *Salue Rex misericordiæ, vita, dulcedo, spes nostra,* &, *Ora pro nobis sancte Dei Genite:* qua in re isti nebulones impudẽter Christo tribuũt,

Hanc locutionẽ, Ora p me, & similes Sanctis quidem, at Christo minimẽ conuenire, probatur.

Prima ratio.

quod Ecclesia à tot retro seculis B. Deiparæ tribuit. Quòd autem non liceat ita inuocare Christum, docet in primis Ecclesiæ consuetudo, quæ in Sacris Litanijs idem petit à Christo, quod à Patre, & Spiritu sancto, nempè misericordiam, cum ait: *Kyrie eleyson, Christe eleyson.* Item petit audiri, atque exaudiri, & suscipere nostram deprecationem perinde à Christo, atque à Patre, & Spiritu sancto. Eôdem modo olim Arriani inuocabant Christum, vt eum facerent Patre minorẽ.

Secunda ratio.

Tertiò, quia oratur, & exoratur Pater in nomine Christi: & Pater cum Filio præstat omnia quæ petuntur: *Si quid,* inquit, *petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Idem supra dixerat: *Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam;* alibi etiam, *Amen amen dico vobis, non potest Filius à se facere quicquã, nisi quod viderit Patrem facientem; quæcunque enim ille facit, hæc & Filius similiter facit.* ¶ Quartò, dum Christus in terris degebat, nullus eum vt pro se oraret, rogauit, sed omnes pedibus, & genibus eius prouoluti, opem, & misericordiã supplices implorabant; & ipse potestate sua peccata remittebat, mortuos suscitabat, ægrotos sanabat, dæmonia de corporibus expellebat: nunc ergo exaltatus in gloriam Patris, & ad eius dexteram, vnde esset factus infirmior?

Tertia ratio.

Ioan. 16.

Supra 14.

Supra 5.

Quarta ratio.

Philip. 2.

Marc. vlt.

Christus quatenus Patrẽ rogauerit.

Ioan. 14.

Infrà 17.

Matth. 26.

Philip. 2.

Obijcies: Nonne dixit: *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis:* & iterum: *Ego pro eis rogo, sed & pro ijs qui credituri sunt per Verbum eorum in me?* Imò ipse nonne procidens in faciem suam, orando deprecatus est calicem? Respondeo, hæc fuisse opera naturæ humanæ infirmæ, & humiliatæ in Christo: at postquàm illam naturam exaltauit Pater, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, & constituit eum supra omnem potestatem, & virtutem, & dominationẽ, & omnia subiecit sub pedibus eius, longè alius est. Hinc Paulus ad Hebr. 5. *Qui in diebus,* inquit, *carnis suæ, preces supplicationesq; ad eum qui posit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerẽs, exauditus est pro sua reuerentia.* Et si enim nunc in carne sit, non tamen humili, & passibili, sed gloriosa, & immortali, vt modò dici possit non esse in carne.

Ephes. 1.

1. Cor. 15. & Heb. 2.

Infra 5.

Qualis caro Christi sit nunc in cœlo regnãtis.

Cyril. tom. 2.

Vnde Cyrillus lib. 10. in Ioannem cap. 9. doctè scripsit: *Doctor ille Gentiũ Paulus, post resurrectionẽ, assumptionẽq; conuenientem homini humilitatẽ non amplius ipsi attribuit. Si enim cognouimus Christum secundùm carnem, inquit: sed modò non amplius cognoscimus. Et de se ipso, Paulus, inquit, Apostolus Iesu Christi, non ex hominibus, neque per hominẽ, sed per Iesum Christum: cur nam cùm nos reformatum iri ad corpus gloriæ ipsius prædicaret, qui certè homines sumus, negat se ab homine, & à Iesu Christo concedit in Apostolatus dignitatẽ fuisse assumptum? Cur ne cognoscere quidem nunc ipsum ait secundùm carnem? an putas Dominum à se negari? nequaquam. sed exacto iam tempore exinanitionis, atque humilitatis Vnigeniti, non à natura qua se humiliauit, sed à dignitate, ac gloria, qua secundùm naturam Deus est, & cognoscere, & prædicare Christum oportet.* Hæc ille, insinuãs ea quæ humilitatis sunt, Christum modò glorioſum pro nobis non facere, vt genua flectere, lacrymas fundere, ieiunare, aut pati, aut quicquam simile; sed quæ gloriæ, & maiestatis sunt. Ideò petitur ab eo misericordia, & gratia, perinde atq; à Patre. Vnde Paulus hortatur: *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Et de his hactenus nobis sit disputatum.

2. Cor. 5.

Gal. 1. Philip. 3.

Quo modo Paulus se Apostolum asserat non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum, cũ Christus etiã homo sit, teste Cyrillo.

Quænam indigna Christo sint opera in cœlis regnante.

Heb. 4.

DISPVTATIO IX.

In illa verba: *Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & sobrietate ornantes se, nõ in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona*, &c. vsque in finem Capitis.

Primum dubium

CIRCA ea, quæ in reliquis huius Capitis verbis continentur, non desunt dubitationes quæ lumẽ aliquod desiderent interpretationis, & in primis quare Apostolus doctrinæ de fundendis precibus ad Deum, ad-adiungit doctrinam de ornatu mulierum: quia parum cum oratione cohærere videtur. Deinde cur tradit hanc doctrinam de verecundo, & sobrio mulierũ ornatu, cùm tam in veteri, quàm in nouo Testamento extent exempla mulierum sanctarũ, quæ seipsas auro, & margaritis, & pretiosa veste exornarunt: vbi etiã Apostolica verba omnia expendẽda erunt.

Secundum

Tertiò, circa illud: *Mulier in silentio discat cum omni subiectione*; &: *Docere, mulieri non permitto*, dubitatur; cùm in lege sanctæ fœminæ extiterint, quæ docerent tãquam prophetides, vt Holda, Debbora, & Iuditha; in Nouo verò Catherina, quæ Alexandriæ tot sapiẽtes disputando conuicit, & altera eiusdem nominis Catherina Senensis, quæ in publico Pontificis & Cardinalium consistorio sermonem habuit, & tot epistolas, & Dialogos de Prouidentia sermone Hetrusco composuit. Quartò ambigitur, quomodò priùs Adam plasmatus sit quàm Eua; cũ scriptum sit: *Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, &c. masculum, & fœminam creauit eos*, vbi simul illos conditos fuisse insinuatur. Quintò, meritò in dubium reuocatur illa ratio, cur potiùs discere, quàm docere mulier debeat; cùm sæpè contingat vt ætate inferiores, doctrina, & scientia vincant prouectiores. Sextò, quomodò verum sit, mulierẽ fuisse seductam, non autem virum, cùm vir ita comederit de ligno scientiæ, perinde atque mulier prior ederit, & multi Patres veteres testẽtur, virũ quoque fuisse seductũ. Septimò, nec etiamsi ratio hæc efficax esset, quòd mulier seducta fuerit, non vir, exinde colligere liceret mulierem debere esse subiectam viro: nam peccatum per ignorãtiam, & alterius suggestionẽ, excusabilio est & leuius quàm illud, quod nulla seductione, sed sponte committitur. Vnde seruus qui nouit voluntatem domini, & non fecit, plagis vapulabit multis. Potiùs ergo vir subijciendus erat mulieri, quàm mulier viro. Octauò, quomodo Paulus asserit saluari mulierem per filiorum generationẽ, cùm generatio opus sit naturale? Quid etiam, si mulier sit virgo, aut virginitatis statum seruans, aut virum sterilẽ sit sortita, nónne saluabitur, cùm scriptum sit de cœlibe: *Beatior erit si sic permanserit*? Adhęc quod subdit: *Si permãserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate*, dubio suo non caret, nunquid salus parentum pẽdere debet

Tertium.

4. Reg. 22. Iudic. 4. Iudith 8. Quæ mulieres vtriusq; Testamenti docuerint.

Quartum dubium.

Genes. 1.

Quintum.

Sextum.

Infra 3.

Septimum.

Lucæ 12.

Octauum.

1. Cor. 7.

bet ex filiorum fide, & dilectione? at id quomodo cõsonum erit sermoni prophetico: *Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij?*

Ezech. 18.

Solutio primæ quæstionis.

Ad primum respondemus, Paulũ rectè dixisse: *Similiter & mulieres:* quod referendum est ad id quod præcessit: *Volo ergo viros orare in omni loco; leuantes puras manus*; ita etiam: *Volo mulieres similiter orare.* Et quia fructum orationis mulierum poterat impedire vestitus ornatior quàm par sit, & habitus cultior prouocare viros ad malum; propterea de illo documentum aliquod tradendũ esse censuit.

De ratione connexionis doctrinę de oratione traditæ, cum ornatu mulierum.

Et hinc colligimus, orationes, de quibus Paulus loquitur, intelligendas eas, quæ in loco, & conuentu publico fiunt. Ideò 1. Corinthiorum 11. idem Apostolus vult mulierem orantem, ac prophetantem habere velamen supra caput suum propter Angelos: & Diataxis Apostolica apud Clementẽ refert, mulieres operto capite accedere solitas ad Corpus Domini participandum. Est ergo de publicis precibus accipiẽdum: nam quid refert quo amictu mulier vtatur in cubiculo, dum fundit preces? Et habitus, ornatus dici potest esse is, qui ab eis magis ornaretur, quàm ipse habitus eas ornaret. Græcè est κόσμιος, quæ vox & ornatum, & modestum, siue decentem, & honestum designat. Et posterior significatus aptior huic loco videtur; vel humilis, vt habet Ambrosius. Quorsum enim admoneret mulierculas ne cultu vtantur sordido, cùm sua sponte & nimis comantur, & superfluè ornentur? quãquam vox nostra ad eundem sensum trahi possit.

Orationes & obsecrationes pro Regibus & alijs fundendas vnde cõstet pro publicis precibus atque communibus accipiendas esse.

1. Cor. 11. Clem. lib. 2. Constitut. Apost. cap. 41. in fine.

Quo de ornatu muliebri hoc loco sit sermo.

B. Amb. t. 5.

Habitus verò, Græcè est καταστολὴ, quæ longiorem vestem, & vndequaque tegentem designat: & virgines filiæ Regis Dauid, & ipsa Thamar soror Absalon, talari veste vtebatur, vt habes 2. Regum 13. nec propterea ab aliqua moderata cauda abhorrentem, vt legimus de vestitu Esther Capite decimoquinto. Contra quam tamen quidam leues prædicatores, & scientiæ doctrinam exiguam habentes, multa verba nostro seculo profuderunt apud quosdã populos, & in re parui momenti perturbarũt multos.

2. Reg. 13.

Notantur concionatores quidam indocti.

Iubet igitur Apostolus fœminas vti honesto, & modesto amictu, & qui ipsas vndique tegat, & pudicitiã deceat, ne vel earum sandalia rapiãt oculos virorum, vt illa Iudithæ rapuerunt oculos Holofernis.

Iudith 10.

Subdit: *Cum verecundia, & sobrietate ornantes se.* Est autẽ verecundia, & sobrietas pulcherrimus corã Deo, & honestis viris ornatus. Porrò verecundia, siue pudor maximè laudatur in pueris, & in fœminis, quia facilè labuntur in aliquid minùs honestum, & per verecundiam auocantur. Vnde Eccli. 26. Sapiens ait: *Gratia super gratiam, mulier sancta, & pudorata:* & Rebecca viso Isaac marito suo futuro, arrepto pallio suo operuit se. Præclarum sanè frontis fœminæ ornamentum est pudor, quo carent meretrices. *Frons*, inquit, *mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.*

Verecundia, & sobrietas qualis ornatus: cur propria puerorum & mulierum verecundia.

Eccli. 26.

Genes. 24.

Ierem. 3.

Vox sobrietatis alibi vertitur per vocem pudicitiæ, quæ interpretatio magis grata est Hieronymo libro 1. in Iouinianum: quãquàm Græca vox σωφροσύνη anceps sit; magis tamen sonat sobrietatem, quæ iuuat ad conseruandum vsum rationis, & mentis sanitatẽ. Mulier enim debili ratione constat. Vnde Romani, & Locrenses vini potum fœminis prohibuerant, nisi valetudinis causa, pœna bibentibus inflicta. Et Romæ huius rei tentandæ gratia, concessum fœminis osculum: easque compertas, aliam fuste, aliam eburie enectam, aliam dote mulctatam. Lege Plinium libr. 14. cap. 13. Plato libr. 2. de Legibus: *Nulli interdiu vinum concederem, nisi morbi vel exercitij corporei causa; neque nocte viro, vel mulieri gignendis liberis operam daturis.* De qua mentis sanitate loquitur Apostolus, cùm ait: *Nõ plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.*

Hieron. ante med. t. 2.

Sobrietas ad quid vtilis: quibus olim vini potus minimè impunis.

Plinius. Plato to. 2. Rom. 12.

Vini vsum quibus concedat, quibus neget Plato.

Non

His verbis: Nõ in tortis crinibus, &c quale mulieribus capitis ornamẽtum vetet Apostolus.

Non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa. Hic duplex occurrit difficultas, altera de verbis, altera verò de sensu. Primam vocem periphrasticè reddidit interpres, Non in tortis. Græcè vna voce dicitur, μὴ ἐν πλέγμασιν. Duplex enim est capitis ornamentum, alterũ naturale, quod in capillis situm est, de quo 1. Cor. 11. *Capilli pro velamine mulieri dati sunt*; alterũ est artificiale, vt capilli flaui, & torti crines, siue cincinni, & calamistrati, quibus homines illaqueantur: atque hoc posterius tollit Apostolus: & ad hoc artificiale reducitur, quod ait de auro, & margaritis, quibus ornatę fœminę citiùs alliciunt oculos hominum, & animas eorũ deprædantur, de quo Petrus dixit: *Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimẽtorum cultus, sed quod decet mulieres promittentes* (in Accusandi casu, id est, præseferẽtes) *pietatem*, Græcè θεοσέβειαν, hoc est, Dei cultum, & maximè Iesu Christi; ne quis de pietate erga filios, existimet esse sermonem.

1. Cor. 11.

1. Petri 3. Mulieres de cẽter ornatæ quã promittant pietatẽ.

Addit: *Per opera bona.* Quod iungi potest cum participio promittẽtes, id est, quæ non tantùm verbis, quod plerique faciunt, sed etiam rebus, & factis se colere Deum profitentur. Potest etiam habere locum quod ait Theophylactus, vt per parenthesin legatur: *Sed (quod decet mulieres pietatem promittentes) operibus bonis.* Opponit enim bonorum operũ ornatum cum auro, & margaritis: sicut Petrus auro, & cultui vestimẽtorum opponit (*Sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.*)

Dupliciter accipitur hæc clausula: Sed quod decet mulieres promittẽtes pietatem per opera bona. *Theophyl.*

1. Petri 3.

Mirum est autem Concionatorem Christianũ per Euangeliũ obtinere non posse, qd Pythagorã philosophũ Ethnicum Iustinus lib. 20. refert disputationum assiduitate obtinuisse, vt matronæ auratas vestes, cęteraq; dignitatis ornamenta velut instrumenta luxuriæ deponerent, eaq; delata in ædem, ipsi deę consecrarent, asserentes, mulierum ornamẽta esse pudicitiam, non vestes. Et hactenus de litera dictum sit.

Quid Pythagoras à matronis Crotoniensibus assiduitate disputationum suarũ fuerit consecutus. *Iustinus historicus sub fin. libri*

Quod ad sensum spectat, aduerte in primis, Caiet. putasse ad tempus primitiuæ Ecclesię datum fuisse hoc præceptũ, quia tũc mulieres ad Christũ vocatę huiusmodi lenocinia abdicabant tanquã vana, & superflua. Sed certè Apostolus ad honestatẽ, & decorũ Christiani stat⁹ hoc requirit omni tẽpore, taleq; præceptũ Apostoli magis nostro seculo cõueniebat quàm illi, quando hoc sua sponte, vt ait Caietanus, mulieres faciebãt. Imò aliquid tũc relaxari debuit de eo qđ fieri decebat: nã nimia seueritate minùs ad fidẽ & cultũ veri Dei allicerẽtur: & multa tunc cõdonabantur ob istã gratiã circa matrimonia & cibos, quia adhuc multi infirmi erant in fide, & suauiter ab illis erãt ablactãdi.

Generalem esse, non particularem, ac propriam Ecclesiæ primitiuę hanc legẽ Apostoli de sobrio, & verecundo ornatu mulierũ, contra Caietanum.

Sed obijciunt quidã, B. Cæciliã in nouo Testamento aureas vestes gestasse. Sed certè multi de hoc dubitant: auratas fortassis vestes magis portasse quã aureas; & hoc illã fecisse magis animo inuito, quã spontaneo, probabile est, si Esther cap. 14. dixit: *Tu scis (Dñe) necessitatem meam, & abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quod est super caput meũ in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ.* Adde, q̃ ea ætate gestabat aureas vestes Cęcilia, cũ sui iuris non esset; cùmq; tantisper esset dissimulandũ, cùm propter se vnam tota familia, quę vnum colebat Deũ, detrimentũ pateretur: quod apertè declarauit dies martyrij aduenies. Accedit, quòd illa sãcta virgo ad primitiuam Ecclesiã spectabat, & recẽti illa Gentilium ad fidẽ conuersione tractandi erant, vt Christus discipulos suauissimè tractabat: non enim exigebat plura ieiunia, ne assutus pãno nouo vetus rũperet indumẽtum. Multa enim tolerãtur in initio, quę homines posteà spõte sua admoniti reijciũt. Et Apostolus hoc loco communẽ legẽ mulieribus, non Reginis, & sublimioribꝰ personis scribebat, quibus aliquid horum ob statum indulgetur;

Ad secundũ dubium. Cur prohibeat Apostolus pretiosũ habitum muliebrem, ac splendidum; cùm & Iudeæ & Christianæ mulieres ab eo nũ abhorruerint. *Esther 14.* Amicis B. Cæciliæ cur vestibus vteretur.

Quẽadmodũ cum primitiuis fidelibus fuerit agendum. *Matth. 9.*

Apostolus an Reginas hac lege comprehendat, & quatenus.

dulgetur: quanquàm omninò illas ab hac lege non excipiat Apostolus, ne sibi falsò blandiantur. Præcepit enim, vt cum verecundia, & honestate vestiantur, non semper, sed tũc, cùm orandi gratia ad Ecclesiam se conferunt, vt Chrysostomus docet.

B. Chrysost. homil. 8.

In quo hodie grauissimè peccatur, quia nunquã se maiori anxietate ob luxum & superbiam ornant, quã cùm se coram Deo offerre præparant. Prudentiores sanè sunt mẽdici inopes, qui ad sui commiserationem excitandam, vulnera, & membrorũ mutilationẽ ostentant, & voce magna exigunt, quò possint à prætereuntibus iuuari: at nos coram Deo summo medico ita nos gerimus, ac si nulla animæ vulnera, nullas peccatorum sordes haberemus. Nos verò cæci sumus, & nuditatem nostram, & fæculentas stercorum sordes niue desuper inalbatas nõ videmus. Quare Diataxis Apostolica apud Clementem libro primo, Capite nono habet: *Si fidelis, & grata Deo cupis esse, ô mulier; noli te ornare, vt placeas alienis viris, & meretricum plicaturas, vestitus, calceamenta imitari, ad alliciendum eos, qui huiusmodi rebus tenentur. Nam quanquàm tu non peccandi studio hoc nefas commisisti, sed tantùm cultus causa; tamen non ideò effugies pœnam, quia illo ornatu coegisti aliquem, vt ad te concupiscendum induceretur, neque adhibuisti cautionem, vt neque tu in peccatum incideres, neque alij in scandalũ. Quòd si tu quoque peccabis, laxata libidine, & tu deliquisti, & illius animæ rea facta es: deinde cùm in vno peccaueris, veluti in desperationem adducta, in alio rursum delinques, vt quæ omnem sensum doloris amiseris, quemadmodùm affirmat Diuinus sermo: Impius cùm in profundum malorum venerit, contemnit: aduenit ei tristitia, & opprobrium.* Hæc ibi.

Clem. Rom.

Hic verò cogita, quantum displiceat in viris luxus vestium, & sumptuositas; cùm tantus Apostolus tam studiosè ea de re fœminis scripserit, in quo sexu hæc vtcunque tolerari poterant: vt rectè quidam dixerit:

Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti:
Fine coli modico forma virilis amat.

Ouid. epist. 3.

Deinde cogita, de fuco, & figmentis, cerussa, & purpurisso, & capillatura pretio redempta, & reliquo adulterino ornatu nihil dixisse Apostolum: quia hæc vt peiora, & longiùs propulsanda nõ tantùm àviris, sed etiam fœminis Christianis intelligebat. Tertiò, si hæc in vxoribus proprijs, & puellis sunt omninò vitanda, & respuenda, vt aperta turpitudinis signa; quantò magis in grandæuis, & matronis, & in viduis, quæ viros non habent, quibus se comant, & ornent; & in Religiosis, quę monasteria inhabitantes, se mortuas mundo, & Christi sponsas, & ancillas profitentur? Postremò cogita, quòd in fuco, & pigmentis, maximè immoderatis, aut in ornatu vestium superfluo non vnũ simplex peccatum, sed multiplex, & graue sæpè inuenitur. Est enim superfluitas, vanitas, inanis gloria, impudicitia, prouocatio libidinis, cõtemptus proximi, erga pauperes immisericordia, pessimum à matribus ad filias, & alias mulieres transfusum exemplum: inde excrescunt in immensum dotes, & patrimonia integra absumuntur, dum nullus ab alio sinit se superari. Et vt hæc possint suppetere, multæ vsuræ admittũtur, & maxima populo scãdala exhibentur. Neq; credibile est, propter tam leuia delicta, si grauia non fuissent, Apostolos Petrum & Paulum tantá verborum efficaciam adhibuisse in funditus extirpãdo hoc abusu. Neq; Deus apud Esaiã Capite 3. tanta verborum acerbitate, & tot ornamentorum peculiari enumeratione hoc vitium persecutus esset, neque adeò graues pœnas tùm fœminis, tùm viris interminatus esset. Nam eorum pulcherrimos viros gladio interituros, & fortes suos in prælio conterendos denununtiat: siquidem in his non minùs viri hæc tolerantes, quàm fœminæ ipsæ peccant, & Sacerdotes, qui à confessionibus ea-

Esaiæ 3.

rum

Quo magis tempore, & loco ab omni luxu vestium, & ornatu fit mulieribus abstinendum, pauperũ exẽplo mẽdicantiũ.

Mulieres ambitiosiùs sese ornantes, & excolentes, cur peccent, Apostolorũ testimonio.

Prouer. 18.

Multò magis viris cultum muliebrem esse vitandũ.

Alia quædã ornamenta mulierum vitanda, ab Apostolo tacitè cõprehensa.

Quas omniũ maximè fœminas deceat habitus ornatior, atque pomposior.

Immoderatũ hũc corporis ornatum, & cultũ grauia peccata quãdoque implicare.

Secundum argumentũ. 1. Petri 3.

Quinam peccatis communicent taliũ fœminarum.

rum sunt, ac de facili eas absoluunt, non commonefacientes eas de tanto periculo in quo versantur, nec eas graui sermone viuum tangentes reprehendunt: imò quod plus est, Episcopi negligentiùs agentes: quia his immoderatis, & superfluis ornamentis, & libidinis fomentis non se opponunt, & quoad possunt, omnibus rationibus coërcent.

Solutio tertiæ dubitationis.

Ad tertium respondemus, in primis explicando illud: Mulier in silẽtio discat, cum omni subiectione. Mandat enim, vt mulieres taciturnę sint atque subiectæ, & in ordine discentium se habeant: quia & loquaces, & superiores esse, atque alios docere volunt. Qui autem præest, loqui debet, & docere: qui verò subditus est, discere, & silere: sed mulier ipsa subdita est viro, ergo discat in silentio, & humilitate.

Mulier vt in silentio discat, cũ omni subiectione.

Vbi, quemq; docere, ac cui mulieri non permittitur.

1. Cor. 14. Genes. 3.

Docere autem mulieri non permitto, scilicet in Ecclesia, vt Paulus 1. Corinthiorum 14. explicat: *Mulieres*, inquit, *in Ecclesijs taceant; non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & Lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.* Sermo est de muliere vxorata, cùm ait: Docere mulieri non permitto, (scilicet, virum suũ, & in Ecclesia:) neque dominari in virum. Græcè οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς. Vnde Philemonis cuiusdam antiqui versiculi circumferuntur.

Philemonis Poetæ de fœmina iudiciũ

Αγαθῆς γυνεκὼς ἐστὶν ὡ Νικοστρατη
Μὴ κρήτ τομα εἶναι ἢ τ' ἀνδρὸς, αλλὰ ὑπήκοον,
Γυνὴ δὲ νικῶσα ανδρ, ἐστὶν κακὸν μέγα.

Venus testudini insistẽs apud Eliẽses, quid notaret, teste Plutarcho.

Plutarchus in Præcepto quodam Connubiali docet, Eliensibus à Phidia picta Venus testudinem calcans, indicat mulierum munus, domus esse custodiam: & vxori cum silentio, aut per maritum loquendum: nec ægrè ferendum, si in aliena lingua, tanquam tibicen grauiùs loquatur. Rectè Sapiens: *Mulier*, inquit, *sensata, & tacita, non est immutatio eruditæ animæ.* Et immutatio sumitur pro permutatione: nam permutationibus fiebant olim emptiones, vt nunc traditione pecunię. Est ergo sensus: Anima erudita, hoc est, prudens, & bene instituta, non potest vllo condigno pretio permutari, hoc est, superat omne pretium. ¶ *In silentio discat.* Id est, Nihil, aut vix, nec nisi necessario; ac proinde rarò interrogans, nisi domi, vbi Paulus vult mulieres interrogare.

Eccli. 26.

His verbis quid significet Ecclesiastic⁹: Mulier sensata, & tacita non est immutatio eruditæ animæ.

Ex quo Pauli loco intelligunt Græci Patres, Docere, esse, Autoritatem exercere: potest tamen vxor virum blandè sui officij commonefacere, sicut superiorem inferior quilibet. Et Apostolus 1. Corinthiorum 7. dixit, quòd vxor fidelis saluum faciet virum infidelem: & Priscilla exactiùs instruxit Apollo Actorum decimooctauo. Nam Augustino teste: *Maritum habere dominum, meruit mulieris non natura, sed culpa. Quod tamen nisi seruetur, deprauabitur amplius natura, & augebitur culpa.* Hæc ille. Hoc ergo vitium, quòd mulieres in Ecclesia docere vellent, inde erat, quòd mulieres etiam eo tempore varia haberent Spiritus sancti charismata, tùm ex indiscreto fidelium calore, quem habebant, vt 1. Corinthiorum 14. proditur. Hæreses autem ab antiquo tempore opera mulierum creuisse, docet Hieronymus epistol. ad Ctesiphontem contra Pelagium.

Mulierẽ quid docere secundùm Patres: hæc docere virum suum quî possit.

1. Cor. 7.

Actor. 18. Aug. lib. 11. de Genesi ad liter. ca. 37. tom. 3.

Quæ causa Apostolicæ huius prohibitionis fuerit.

Hieron. ante med. t. 2.

Sed hæc vniuersalis doctrina non obstat, quo minus Deus possit per sanctam mulierem singulari sua gratia dotatam, & præsertim spiritum prophetiæ habentem, docere. Deus enim omni lege solutus est: sicut de Holda, & Debora legimus, & de Anna Prophetissa: & Ioël, *Prophetabunt*, inquit, *filiæ vestræ*; Philippi quoque Diaconi filiæ erant quatuor prophetantes. Sanctificatur prętereà vir infidelis per mulierem fidelem; & Priscilla docuit Apollo ea, quæ sunt Domini Iesu. Diuæ etiam Catherinæ, cùm periclitaretur Fides, dedit Deus doctrinam, & acumen

Docere quãdo mulieribꝰ concessum munere Diuino.

2. Reg. 22. Iudic. 4. Lucæ 2. Ioel. 2. Actor. 2. Infra 21. 1. Cor. 7. Actor. 18.

Diua virgo Catherina Senensis vbi publicè docuerit, & qua autoritate.

ad disputandum: sicut B. Catherina Senensis insigni Spiritus doctrina prædita, ministerium docendi sibi non vsurpauit, sed cùm bona venia, & facultate ipsius Pōtificis permissa est ad ædificationem loqui in Consistorio in illis turbulentis temporibus, quādo schisma vigebat. Doctrinam igitur Apostolus non simpliciter, & cuicunque fœminæ prohibet, sed publicam tantùm, non autem priuatam, quin seorsum, & priuatim domi suæ quæque virum suum, patrem, fratrem, reliquamque familiā commonefacere possit, & debeat, vt docent Chrysostomus, & Theodoritus. Solet etiam Deus pro sua bonitate infirma mundi eligere, vt fortia quæque confundat. Sed hæc rarissima in consequentiam trahēda non sunt. Vnde & sanctissima Deipara, cùm esset omni doctrina, atque scientia, & perfectissimis donis cumulata, nunquam tamen legitur docuisse, sed de illa tantùm dicitur: Conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo: quam tamen vt fidelissimam testem, priuatim multa ad incarnationem Verbi spectantia, Apostolis, & Euangelistis tradidisse, probabilissimum est. Hinc Diataxis Apostolica apud Clementem libr. 3. cap. 6. ad hunc modum statuit: *Non permittimus igitur mulieres in Ecclesia docere, sed tantùm orare, & magistros audire: nam magister ipse, & Dominus Iesus Christus, cùm nos duodecim ad docendum populum gentesq; misisset, nusquam mulieres misit ad prædicationem, quanquām non deerant. Erat enim nobiscum Mater Domini, & sorores eius, præterea Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Martha sorores Lazari, & Salome, & quædam aliæ.* Hæc ibi.

B. Chrysost. homil. 8. Theodorit. part. 2.

1. Cor. 1.

Deipara Virgo priuatim quid Apostolos docuerit.

Luca 2.

Clem. Rom.

Mulierum munus in Ecclesia.

Ex quo loco falsum esse colligimus, quod stolidè docent hæretici, omnes habentes Spiritum sanctum posse docere ea quæ sunt Fidei, & in Concilijs Generalibus habere posse, ac debere iudicium de rebus Fidei; cùm tamen ordo docentium, & discentium partim à natura sit constitut°, partim à Christo, & ab Ecclesia.

Contra Pauli legē: Docere mulieri non permitto, hæretici, Pauli nimirū videlicēt Theologi, quid doceāt.

Pulchrè proinde beatus Basilius libr. 7. Historiæ Tripar. cap. 36. Demosthenem quendam Valentis Cæsaris coquum sibi interminantē, reprehendit, dicens: *Tuum est de pulmentarijs cogitare, non diuina dogmata decoquere.*

Hist. Trip.

Nec obstat quòd in Christo non est masculus, & fœmina: Dicendum est enim, id verum esse quantum ad finem æternæ vitæ, quia masculus fœminæ non præponitur, quin possit & illa ad æternam vitam peruenire: quilibet tamen in ordine suo permanere debet. ¶ Et ne dixeris; Si per Christum Deus illi peccato pepercit, cur adhuc mulier illa pœna plectitur, vt subdatur viro? Respondeo, hoc non fieri, vt satisfaciat peccato, quod Christi satisfactione sublatum fuit, sed vt mereretur in ea subiectione per taciturnitatem, & humilitatem, quæ per animi elationem, & lubricam linguam lapsa fuerat. Rectè proinde addit: *Neque dominari*; vendicando sibi imperiū, vel autoritatem exercendo in virū. De qua Sapiens sic ait: *Mulieris ira, & irreuerentia, & confusio magna.* Mulier si primatum habeat, cōtraria est viro suo: & Aristoteles mulierum dominium ait esse corruptionem familiæ. Cato apud Liuium de mulieribus rectè dixit: *Date frænos impotenti naturæ, & indomito animali, & sperate ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos faciatis.* Et paullò post: *Quid si carpere singula, & extorquere, & exæquari ad extremum viris patiemini, tolerabiles vobis eas fore creditis? Ex templo simul ac pares esse cœperint, superiores erunt.* Hæc ille.

Si in Christo non est masculus, nec fœmina, cur docere mulieri nō permittitur.

Colos. 3.

Genes. 3.

Mulier in virum quando dominetur.

Eccli. 25.

Tit. Liuius Decadis quartæ, lib. 4. fere in principio.

Porcius Cato de mulieribus quid senserit.

Subdit Apostolus: *Sed esse in silentio.* Id est: Discat, & obediat, & ita quietè agat vitam: quia mulier dum loquitur, ad libidinem irritat, & irritatur.

Mulier vt sit in silentio. Quartæ solutio quæstionis.

Ad quartum, quomodò prior sit Adam formatus quàm Eua, dicendum est reuera Adamum priùs conditum quàm Euam, deinde ex costa viri dormientis fuit Eua formata. Cùm tamen potuisset ante virum eā

Quām verū sit Adā prius Eua fuisse formatum, vt tradit Apostolus.

Genes. 2.

Ibidem.

condere

condere, vel simul cum Eua; non ab re posteriorem fecit, cùm virilis sexus maiore tunc honore potitus sit, & primas in creatione partes obtinuerit, secundo loco mulier formata sit. Quare debent reliquæ fœminæ sortem suam agnoscentes, secundis partibus esse contentæ, & viris suis subesse: & quod in primis parentibus accidit, vniuersam posteritatē seruare, par est.

Quomodò accipiēdum illud: Masculum, & fœminam creauit eos. *Gen. 1.*

Quod verò dicitur Genes. cap. 1. *Masculum, & fœminam creauit eos*: per anticipationem est accipiendū. Primò enim habemus in genere, primos parentes conditos fuisse; capite verò sequenti ponitur modus conditionis.

Quinta soluitur dubitatio.

Ad quintum: non infirmatur hæc ratio per id quod obiectū fuit, multos antiquiores ætate superari à iunioribus in sapientia: quia id vitio seniorum accidit, cùm contrarium esse deberet: nā vt dicitur apud Iob: *In antiquis est sapientia, & in multo tēpore prudentia.* Non pugnat etiam ex diuinitus sibi infusa sapientia iuuenem vincere senem: nam superauit Daniel sapientes Babylonis, & de Stephano dicitur, quòd non poterāt resistere sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur; Dauid quoque dixit: *Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui.* Et hoc præcipuè contestātur in ipso Adam, & Eua. Nam vt ex Adam formatum est corpus Euę, ex sapientia tradita Adæ ipsa Eua eius vxor accipere debebat. Probatur etiam ex euentu: quia ipsa Eua fuit seducta in præuaricatione, vir autem non fuit seductus.

De vi huius rationis: Mulier docere non debet, quia viro posterior est formata. *Iob. 12.* *Dan. 1.* *Act. 6.* Vnde iuuenes senibus prudentiores interdum. *Psalm. 118.* *Gen. 2.*

Si vir ideò est prudentior muliere, quia prior formatione, bruta quidni sint viro sapiētiora, cū ante eū sint formata?

Nec obstat, Adam formatū fuisse post reliquas creaturas, & omnia animantia, quibus tamē homo ratione præcellit. Primum enim dupliciter dicitur, ratione intentionis, & temporis: & quod intentione primum, dignitate quoque primū erit: at quod primum tempore est, non semper dignitate est primū, nisi pateat esse creatum propter illud quod subsequitur: quemadmodùm etiam prius animalia, & elementa rationis expertia condita sunt, sed tamē propter hominem, vt inueniret parata, in quibus consisteret, & quibꝰ præesset, vt pisces, bestias terræ, & volatilia cœli. *Gen. 1.*

Altera ratio, cur mulier debet viro subesse, & ab eo doceri, & discere, non docere.

Illud etiam cogita, ex viro tāquā ex principio productam mulierem; omne autem, quod ex alio est, si vnū sunt specie, claritate quadam, & originis prærogatiua exceditur: præsertim si qua alia ratione differunt. Quam doctrinam alibi expendit Apostolus. Nam 1. Cor. 11. legimus: *Non vir ex muliere, sed mulier ex viro.* Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virū. Vnde rationi consonum fuit, vt mulier virum pro capite suo agnosceret, & vir pro corpore suo vxorem amplecteretur. Et ita non tantùm ratione intentionis, quam Deus habuia in creando homine, vt esset caput mulieris, sed etiam ratione temporis, quia priùs creatus est Adā, ex quo ipsa formaretur, egregiè colligimus, virum fuisse muliere sapientiorem, & ita rationem Pauli validā esse, ac firmam. *1. Cor. 11.* *Gen. 2.*

Quorsum id: Mulieres docere non debent, quoniā Eua, nō Adā, seducta in præuaricatione fuit. *B. Chrysost. hom. 9. ante med. tomo 4.* *Theophyl.*

Quærit Chrysostomus: *Quid ad cæteras mulieres pertinet, si Eua hoc passa est?* Et respondet: *Plurimum sanè. Est enim sexus ille infirmus, ac leuis: quod iam in consequentibus differens, dum de sexu generaliter loquitur, ostendit. Non enim dixit: Eua autem seducta, sed, Mulier, quod commune est nomen sexus, potiùs quam propriū Euæ.* Et Theophylactus: *Perinde vt in Adam omnis natura moriebatur, sic per Euam in omnes leuitas peruasit, per quam leuitatem sanè ipsa transgressio locum habuit primum.* Et paulò antè: *Semel igitur*, inquit, *mulier docuit, & omnia peruertit.*

Solutio sextæ dubitationis. De eo quod Apostolus, Euā ait fuisse seductam, non Adamū, in præuaricatione, quomodò verū sit.

Sextum dubium nō vulgare fuit, quomodò comprobetur in Scripturis diuinis, quòd vir non seductus fuerit, sed Eua: nam vir ita comedit, ac mulier. Omnis autē peccans ignorans est, & errant omnes, qui operantur malum, vt ait Salomon. Respondemus, nobis satis esse debere hoc Apostoli solidum & apertum testimonium, qui & in alio loco dixit:

2. Cor. 11. Geneſ. 3.

Timeo ne ſicut ſerpẽs Euam ſeduxit aſtutia ſua; ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Euam potiùs ſeductã, quã Adamũ, quid oſtendat. *Ibidem.*

Quanquàm Scriptura vetus hanc ſeductionem mulieris nõ celauerit. Vnde ipſa ſeipſam Deo excuſans, dixit: *Serpens decepit me, & comedi*: quibus in verbis fatetur, ſe fidem verbis dæmonis habuiſſe, ac proinde ſeductam. Adam verò non ita reſpondit, ſed in mulierẽ culpam retorſit, imò in ipſum Deum, dum dixit: *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Satis igitur ex Scripturis colligitur mulieris ſeductio, non ita viri. Et verbum, Fuit, iungẽdum eſt cum proxima particula, nõ cum remotiori, vt ſic legamus: Mulier ſeducta in præuaricatione fuit, quaſi dicat, Eua decepta cœpit præceptum tranſgredi. Ita interpretatur Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad literam, cap. 42. Præſtat ergo vir mulieri tùm ratione creationis, tùm vigore rationis: prior in factura, poſterior in culpa: mulier poſterior factura, prior in culpa. Hinc à muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur: vt ait Eccleſiaſticus.

Ibidem.

B. Aug. tomo 3.

Eccli. 25.

Vnde conſtet non ſolùm Euã, ſed & Adamum fuiſſe ſeductum. *Gen. 3.*

Circa quã ſententiã non eſt ignorandum, veteres plerosq; Patres tradidiſſe, ita Adamum ſeductum, atq; Euã: quia ironicè dictum eſt illi: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt*: id eſt, Putabas te ſimilem fore noſtri: quia voluiſti eſſe quod non eras. Et Ambroſius interpretans illud; *Qui etiam deſpoliauerunt eum, &c.* Adamũ tradit exutum veſtimento fidei. Et lib. de Paradiſo, cap. 12. *Mulieris prior error inuentus eſt. Viro enim mulier, nõ mulieri vir autor erroris eſt.* Vnde & Paulus ait: *Adam*, inquit, *non eſt deceptus: mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.* Ignatius ad Trallianos: *Serpens autor malorum per mulierem ſeduxit Adam patrem generis humani.* Irenæus libro 3. capite 36. probat, Adam ſeductum ſub occaſione immortalitatis, ſed ſtatim ad fidem redijſſe, & pœnitentiam egiſſe. Hilarius Can. 3. in Matthæum: *Diabolus Adam pellexerat, & in mortem fallendo traduxerat.* Epiphanius in hæreſim Caianorum: *Ipſe*, inquit, *diabolus per mendacium decepit Euam, & Adam, alia pro alijs dicens, & amicitiam cum Creatore oſtendens.* Idem docuit hoc loco Chryſoſtomus. Leo Magnus ſerm. 2. in Natiuit. Domini: *Gloriabatur diabolus ſua fraude deceptum hominem, diuinis caruiſſe muneribus.* Et ſerm. 3. *Illa, quæ deceptor inuexit, & homo deceptus admiſit, nullum habuerunt in Saluatore veſtigium.* Concilium autem Arauſicanum II. à capite 5. ad 8. docet Adam perdidiſſe gratiam, & fidem, & infidelem factum, & contrarium fidei: imò tales omnes natura propagari. *Alienati ſunt*, inquit, *peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa.* Sapiens quoque: *Error, & tenebræ peccatoribus concretæ ſunt*; & Præcurſor Domini: *Qui incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum*; ipſe verò Dei Filius: *Ego lux in mundum veni; vt omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat*, in tenebris inquã infidelitatis, & vitiorum. Adhęc inter prauos motus, quibus natura corrumpitur, primũ locum habet infidelitas, vt docet Fulgentius lib. de Fide ad Petrũ, cap. 3. & Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad literam, cap. 31. *Probabilius exiſtimauit Adam non eſſe mortem, quam timuerant ſecuturam. Tale quippe pomum credendum eſt fuiſſe in illa arbore, cuius generis poma iam in alijs arboribus innoxia ſenſerant: vnde magis crediderunt Deũ poſſe pro peccantibus facilè ignoſcere.* Vbi explicat, illos nõ credidiſſe verbo Dei dicentis: *In quocũque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Vides, hos Patres omnes ſentire, Adam ſeductum fuiſſe, & non tãtùm Euam?

Epiphan. in hæreſ. 38. paulò à medio.

Chryſoſt. homil. 9.

Leo initio fermè ſermonis.

Idem paulò ante ſermonis dimid.

Conc. Arauſic. II.

Pſalm. 57.

Eccli. 11.

Ioan. 3.

Infra 12.

Corruptionis noſtræ naturæ prima radix eſt infidelitas. *Fulgen. t. 3. operum D. Auguſtini.*

Auguſt. tom. eod. 5.

Gen. 2.

Sanctorũ dicentiũ, Adã in præuaricatione fuiſſe ſeductum, duplex interpretatio producitur. *Rom. 5.*

Sed dicet aliquis, quòd Patres cũ locuntur Adam deceptum, intelligunt de Adam, vt continet Euam ex ſe formatam: ſicut Paulus cũ dixit: *Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi*, intellexit de homine primo, vt ſecum comprehendit Euam: & eo modo

poſſent

possent interpretari producti Doctores. Deinde dicendum, quòd Patres loquuntur de seductione, quam incurrit Adam post peccatum peractũ. Omnes ènim qui peccant, ignorant, & errant: sed non seducuntur semper in peccato: sed illud consecuta est priuatio fidei, & infidelitas, & omnis erroris species, non tamẽ per seductionem vt causam errauit. In omni enim peccato est aliquid deceptionis, qua quisque à seipso decipitur, non quia omnino decipitur, sed quia vult decipi. Nõ omnis tamẽ qui peccat, per seductionem peccat, ita vt illa sit causa proxima peccati. Sicut Adam ab Eua seductus est, ob nimium scilicet vxoris suæ affectũ, cui potiùs voluit obedire, quã Deo, sicut illi dixit Dominus: *Quia audisti vocem vxoris tuæ*; & vt dici solet, ne contristaret suas delicias.

Quòd non omnis seductio sit causa peccati.

Gen. 3.

Ibidem.

Quare solutiones, quæ huic loco adhiberi solent, minus sunt idoneæ. Prima est: Sicut Adam prior est formatus, deinde Eua; ita Adam non est seductus, prior scilicet, sed Eua. Et ita interpretãtur Oecumenius, Glossa Ordinaria: & Thomas hoc loco ait: Adam non est seductus, scilicet primò, quia fortior erat, sed tẽtator incepit à debiliori, vt faciliùs seduceretur fortior; & Epiphanius in hæresim Quintillianorũ, & Petrus Lõbardus. ¶ Hæc tamen non est plena solutio: quia seductio fuisset maior in Adam, quàm in Eua, quia ab homine intelligentia maiori profecta: sicut si puer seducatur, non est adeò graue delictum, atque si vir decipiatur, etsi hic posteriùs peccet: nam priùs, & posteriùs peccare, accidunt ad grauitatem peccati.

Contra hanc solutionẽ primi dubij propositi: Adã non est seductus, prior scilicet, sed Eua.

Oecumen. cap. 5.

Glossa Ordin.

Tho. lect. 3. tom. 16.

Epiph. hæres. 49.

Petrus Lõbardus.

Alter sensus est: Adam non fuisse seductum, per diabolum scilicet, vt Hieronymus interpretatur libro 1. iu Iouinianum, & Ambrosio inscriptus Commentarius, qui habet: Adijcit Apostolus & aliud: quia diabolus non virum seduxit, sed mulierẽ. Vir autem per mulierem deceptus est. Chrysostomus etiam: *Par profecto non est ab ea, quæ sibi generis societate iungeretur, decipi, & à bestia, quæ seruituti hominis fuisset addicta. Illud igitur seductio potiùs, ac verius dici potest. Ad comparationem ergo mulieris, dicit illum non fuisse seductum. Illa quippè ab irrationali animante decepta est, hic autem à libera muliere.* Hæc ille.

Secunda solutio, Hieronymi videlicet.

Hier. to. 2.

Ambros. tomo 5.

Chrysos. homilia 9. sub init.

Sed in hanc solutionẽ facit, quòd non dixit Adam, Mulier quã dedisti mihi sociam, decepit me; sed, Dedit mihi de ligno, & comedi: id est, Amore illius peccaui, ne contristarem meas delicias. Vnde audiuit à Domino: *Quia audisti vocem vxoris tuæ*, &c. Sciẽs igitur se peccare, peccauit, credens tamen peccatum à Deo remittendum: qua in re seductus nõ fuit, quia re vera vtrique pœnitenti remisit.

Hæc etiam quid habeat incommodi.

Tertius sensus est Theophylacti, & apud Oecumenium posterior, & eundem indicauit Chrysostomus, & secutus est Hugo de Sancto Victore, in quæstionibus super hanc epistolam: Virum non esse seductum, sed mulierem, quia Scriptura dicit, mulierem apertè confessam esse suã seductionem, virum autem nihil tale dixisse. Ea ratione, qua Melchisedec ad Hebr. 7. dicitur nõ habuisse patrem, neque matrem, neque genealogiam. ¶ Sed infirmatur hæc solutio: quia apertè Apostolus ait, virũ non fuisse seductũ: nullo ergo modo fuit seductus. Et sunt alij modi soluendi hunc nodum: at illud de Melchisedec nõ occurrit alia ratio dissoluẽdi.

Impugnatur tertia ista solutio: Mulier seducta est in præuaricatione, quia peccatũ suũ agnouit, & confessa est, non sic autẽ Adam.

Theophyl. Oecum. capit. 5.

Chrysos. homil. 9.

Hugo. q. 16. tom. 1. Hebr. 7.

Posset & ille sensus reddi, quòd Adam verè dicere non potuit: Mulier seduxit me, licèt interim suadẽte muliere, falsum esse crediderit. Nec enim is propriè decipere dicitur, qui putans verum esse quod dicit, re vera tamen falsum alteri persuadet: vnde talis nec dolosus, nec fraudulentus habetur. At Eua rectè dixit: *Serpens decepit me, & comedi*: quia animo fallendi serpens ei persuasit. Ita Adam dicitur non deceptus, quia nemo eum, nec vxor, nec diabolus fefellit, sed seducta est mulier, diabolo eam fallente. Quod cõmodè seruit scopo Apostoli dicẽtis,

Quarta solutio non incõmoda.

Gen. 3.

Mulier quàm inepta ad docendū, teste Apostolo.

mulierem non debere docere: quia etiam dum integra esset, tam infirma inuenta est, vt diabolus non ad virum, sed ad eam fallendam accesserit, & verè deceperit. Sed in hanc expositionē aliquid dici posset: quia perinde est graue derrimentum, & indicat infirmitatem intellectus, decipi ab eo, qui non intendit fallere, ac ab eo, qui in primis curat fallere.

Quinta solutio. *Ambro. sca. 12. & supra cap. 10. in fin. to. 4.*

Quinta interpretatio producitur. Nam Ambrosius capite 12. ita legit: Adam non est deceptus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Vt sit sensus: Vir quidem non est seductus, ita vt fieret mulieri autor præuaricationis, sed contrà mulier seducta facta est viro in præuaricatione, id est, vt vir præuaricaretur. Sicut Christus dicitur factus in ruinam, & in scandalum, & cæcitatem, & laqueum. Chrysostomus etiam homilia 9. idem indicat: *Idcircò & Paulus: Semel, inquit, mulier docuit, & cuncta peruertit, virumque inobedientiæ fecit obnoxium, idcirco vltra non doceat.* Et Augustinus libro 11. de Genesi ad literam, cap. 42. & vltimo: *Mulier seducta in præuaricatione facta est, id est, vt per illam etiam vir præuaricaretur.*

Luc. 2.

Chrysost. homil. 9.

Aug. tom. 3.

Huius solutionis incōmodum: Adā non fuit seductꝰ in prēuaricatione, sed mulier, id est, Autor præuaricationis mulieri non fuit, sed contrà. *Idem.*

Sed contra hæc dici posset, quòd nonnisi præceptum fuit Adæ datum, & ab illo præsertim pendebat eius obseruatio, & præuaricatio: vnde & Eua postquam edit de vetito pomo, non sensit se nudam: quòd si sensisset, non institisset apud virum, vt ederet, sed vbi vir comedit, statim ambo cognouerunt se nudos. Ideò Augustinus capite 30. eiusdem libri: *Denique verbis*, ait, *non contenta serpentis, considerauit lignum, viditque bonum ad escā, & decorum ad aspectum: & non credens posse inde se mori, arbitror quòd putauerit, Deum alicuius significationis causa dixisse: Si manducaueritis, morte moriemini; atque ideò sumpsit de fructu eius, & manducauit, & dedit etiam viro secum. Fortassis etiam cum verbo suasorio, quod Scriptura tacens intelligendum reliquit. An fortè nec suaderi iam opus erat viro, quando illam eo cibo mortuam non esse cernebat.* Hæc Augustinus. Et de hac re hactenus sit disputatum, & cōclusum pro hoc verbo, Adamum non fuisse seductū, sed Euam.

Soluitur septima dubitatio. Cur Adæ nō potiùs imperare mulier debuerit grauiùs peccāti.

Ad septimum verò, quo obiectū fuit, peccatum per errorem, & ignorantiam admissum non solùm non aggrauare culpam, sed extenuare, & quamplurimum offensi animum ad misericordiam flectere; & ita vir non seductus, & tamen peccans, mulieri subijciendus erat, à qua vir separatus est, quia minus peccauit in eo quòd seducta peccauit, & vt dixit Petrus, *A quo quis superatus est, huius & seruus est*: dicendum est, seductionem Euæ in illius status perfectione magis culpabilem extitisse, vt quæ à maiori concupiscentiæ affectu, & sui ipsius amore eruperit. Vnde ortus est diuini præcepti contemptus: imò etiam verbo Dei per incredulitatem derogatum: nam dicenti Deo: In quocunque die comederis ex eo, morte morieris, non credidit, cùm tamen esset summæ veritatis; sed fidem habuit Satanæ patri mendacij contrarium docenti: *Nequaquam*, inquit, *moriemini.* Vir autem cùm veluti febre æstuaret amore vxoris pellicientis, comedit penè inuitus, certò sciens, hanc præuaricationem Deo displicere. Simili errore Salomon amore vxorum suarum alienigenarum, construxit idolis earum templa, & Aaron vi, & precibus populi, vitulum adorandum proposuit, non ignorantes se in hanc legem Dei præuaricari: sed sperabant Deum facilè ignoturum eis. Vnde Augustinus capite 31. eiusdem libri Geneſis ad literam in fine scribit: *Tale quippe pomum credendum est fuisse in illa arbore, cuius generis poma iam in alijs arboribus innoxia senserant: vnde magis creaiderunt, Deū peccantibus facilè ignoscere, quòd patiēter tulerint nō cognoscere, quidnā esset,*

2. Petri 2. Ioan. 8.

Gen. 2.

Ioan. 8.

Adæ quale peccatū fuerit, Regisque Salomonis.

3. Reg. 11.

Exod. 32.

August.

vel cur eos inde cibum sumere vetuisset. Et capite vltimo: *Neque enim frustrà est illud, quod Apostolus ait: Adam enim primus formatus est, deinde Eua: & Adã non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione facta est, id est, vt per illam etiam vir præuaricaretur. Nam & ipsum dicit præuaricatorem, vbi ait: In similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Seductum tamen negat. Nam & interrogatus non ait: Mulier, quam dedisti mecum, seduxit me, & manducaui; sed, Ipsa mihi, inquit, dedit de ligno, & manducaui: illa vero, Serpens, inquit, seduxit me. Ita Salomon vir tantæ sapientiæ, nunquidnam credendũ est, quòd in simulachrorum cultu credidit esse aliquid vtilitatis? sed mulierum amori ad hoc malum trahenti resistere non eualuit, faciens quod sciebat nõ esse faciendum, ne suas quibus deperibat, atque diffluebat, mortiferas delicias contristaret.* Hæc ille.

Idem.

2. sent. dist. 22. c. Solet.

Rom. 5.

Gen. 3.

Quid est, seductam Euã in præuaricatione. *Eccli. 25.*

Seducta est, inquit, in præuaricatione, id est, Facta est transgressionis rea, ἐν παραβάσει pro ὑσ παραβάσει, id est, seducta fuit, quia à muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Decuit igitur, vt mulier viro subderetur, à quo se auertendo peccauerat.

Adã Euæ suæ coniugi parens, cur nõ, vt debebat, eius seruitutem incurrerit.

Attende etiam, iuxta peccati meritum, virum debuisse ob insignem stoliditatem subdi mulieri, cui paruit. Sed hoc fecisset, si non instauraſſet eos Deus in Christo, peccatũ dimittens, & nouum merendi statũ non præparasset, in quo oportebat reducere ad conuenientem ordinem omnia. Bonum autem, ac decens est, mulierem viro subdi. Idcircò cùm nouum pactum statui voluit, hoc dictum est in illa; *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Quod verò prius erat in antiquo pacto innocentiæ, ob viri dignitatem, licèt longè minus fuisset (quia socia potiùs erat, quàm subiecta mulier viro) auctũ est ob suam peculiarem culpam, & facta est subdita, non tamen ad modũ ancillæ, quæ instar iumenti quodãmodò seruit, sed socia, & subdita ad opera carnis, domus gubernationẽ, & domesticorum, quos ad imperiũ viri regere debet.

Gen. 3.

Eua Adæ, vt mulier viro, quaten⁹ fuerit subiecta.

Ad octauum, & postremum dicimus, quòd etsi τεκνογονία, id est, filiorum generatio, opus sit naturale; quia tamen in eo est liberũ arbitriũ vtriusque, viri, & vxoris, & multa præterea mulier patitur in vtero propter fœtum, & in pariendo, & educando prolem, & hæc omnia ad meritum, & salutem proueniant, si in fide fiant, meritò ad vitam æternã consequendam facere testatur Apostolus. Vnde etiam alibi dixit: *Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite.* Vbi verbis illis, *Vel aliud quid facitis*, opera generationis acutè intellexit Origenes: vt iam opera naturalia Christiano ex fide, & gratia operanti, merita æterna reddãtur. Saluabitur ergo mulier, quæ vox etiam Euã comprehendit, & hinc Euæ salutem probat Epiphanius in hæresim 45. & 46. Vtitur ergo Origenes ad Roman. 5. illo loco Sapientiæ: *Hæc illũ, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo.* Quæ, inquiens, hæc Sapientia primũ hominem de peccato suo liberauit, nisi Christus Dei virtus, & Dei sapiẽtia? huic licet saluti contradicant Saturninus, Seuerus, Marcion, Tacianus, Valentinus, Archõtici, qui speciatim cum Seuerianis mulierem Satanæ opus esse blasphemant, serpentis, & mortis aduocati, vt eos vocat, qui primus eos confutauit, Iræneus lib. 1. cap. 30. & 31. & lib. 3. cap. 34. vsque ad 39. inclusum: & Tertullianus lib. 2. in Marcionem ad finem, vbi ponderat, nec ipsum Adam, nec Euam à Deo maledictos, vt restitutionis candidatos, vt confessione releuatos. Et ita teste Origine ad Roman. 5. docet, Paulum dicere, ad plures extendi donum, quàm delictum Adæ, quia non solùm omnes Adę filios seruauit Christi gratia, sed etiam ipsos peccati autores Adã, & Euam.

Quintæ dubitationis solutio.

Quomodò saluatur mulier per filiorum generationem, si generatio opus est naturæ.

1. Cor. 10.

& Colos. 3.

Orig. hom. 5. in Genes. tom. 1.

Euam vnde saluam deducat Epiphanius.

Orig. to. 2.

Sap. 10.

Quænam sapientia Adã primũ hominẽ custodierit, & eduxerit illũ à delicto suo.

1. Cor. 1.

Mulierẽ Euã reprobatã à Deo, atq; dãnatã, & opus esse Satanæ, qui blasphemauerint.

D. Irenæus. Tertul. tomo 2.

Ad plures cur Dei donum extendatur, quàm delictũ Adæ, secundũ Origenem.

Origenes. Rom. 5.

Ad illud verò: Ex illis verbis vi-

derentur

Si mulierem saluat filiorũ generatio, virginem, ac viduã, & sterilẽ, quid seruabit.

derẽtur virgo, & vidua à salute præscindi, eo ꝙ istæ filios non generẽt; respondetur, virginem, & viduam ab hac sententia liberas declarari ab Apostolo: nam de coniugatis mulieribus hoc loco sermonem habet: nec excludit à salute, quæ meliorem salutis statum elegerunt, vt sint sanctę corpore, & spiritu, & totæ, & integræ Deo seruiant: & deinde vidua: nam hæc fructum sexagecuplum, vt virgo centesimum, & coniugata trigecuplũ germinat, iuxta magni Hieronymi interpretationem. Hinc Paulus ait: *Beatior autem erit, si sic permãserit, sicut ego*, scilicet in cœlibatu. Sterilis autem, & quæ non parit, affectu saltem meretur; & quia se subdit viro, vt generet, quãtum in se est.

1. *Cor. 7.*

Matth. 13. Quinã fructum triceſimũ, qui verò ſexageſimũ, ac centeſimum ferant. D. *Hier. lib. 1. aduerſus Iouin. init. to. 1. in princip.*

Addit: *Si permanſerit in fide, & dilectione cum ſobrietate.* Quidã hoc referunt ad mulierem, & virum: aliqui legunt in ſingulari, Permanſerit, & ſenſus est apertus; alij, vt Græci, & Chryſoſtomus, referunt ad filios, & pluraliter legunt, vt etiam Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, circa med. Pelagius in ſuis Cõmentariolis Hieronymo adſcriptis, refert ad mulieres, vt ſit henallage numeri: nec est locutio incongrua, quia vox illa, Mulier, vicẽ collectiui nominis habet, ſub quo plurima indiuidua continẽtur, vt, Turba ruunt, Forum clamãt: nec hoc nouum est in Paulo, & Prophetis, de numero ad numerum tranſire. Nam ad Gal. 6. *Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris*; vbi, & in alijs locis, à plurali ad ſingularẽ fit trãſitus. Et hæc clauſula opponitur doctrinæ mulierum; ideò per aduerſatiuã ſubditur, Saluabitur autem. Etſi enim fuerit ſecundò cõdita, & ſeducta, & cauſa peccati, & propterea non debeat docere; non deest tamen illis quod agant, per quod ſaluentur. Cõuenit illis nõ librorum tractatio, ſed liberorũ parturitio, & educatio, & inſtitutio. Hoc est; Etſi multum ardet deſiderio docẽdi, habet quos domi inſtituat, liberos nimirum, ſeruos, & ancillas, quas gubernet, dũmodò permaneat in dilectione, per quã operatur fides; & ſanctificatione, id est, mũditia vitæ, & morum. ¶ *Cũ ſobrietate.* Hieronymo magis placet legere, Cũ caſtitate; alijs vero, Cũ moderatione, & honeſtate. ¶ Queritur etiã, quã ſalutis ſpẽ habeant, quæ tametſi piæ, & religioſæ ſint, filios tamẽ habẽt impios, & irreligioſos, ac maternæ doctrinæ, & inſtitutionis contẽptores? Dicẽdũ est, Apoſtolũ hìc nihil dicere de his, quæ piè, & rectè educãt proles, (etſi id fieri vix poſsit, Qui enim ſibi nequam est, cui alij bonus erit?) an proles ſint ſaluãdæ, ſed officium mulierũ ponit, quod ad ſalutẽ eas ducit, ſi aliud impedimẽtum nõ fuerit. Nec eas dãnat, quarũ filij piã inſtitutionẽ cõtẽnũt, ſed quale munus matribus incũbat, oſtẽdit: qđ ſi præſtẽt, ſaluabũtur ſimul cũ prolib⁹ obediẽtib⁹. Si verò rectè monẽtibus parẽre recuſent, nihilomin⁹ patres familiàs pro benepræſtito officio ſuo ſalutẽ cõſequẽtur. Hinc Auguſtinus aſſerit, mulierẽ ſeductam in præuaricatione factã, ſaluã fieri per filiorũ generationẽ. Et addidit: *ſi permãſerint in fide, & dilectione, & ſanctificatione cũ ſobrietate. Quaſi verò poſsit obeſſe bonæ viduæ, vel ſi filios nõ habuerit, vel ſi ij, quos habuit, in bonis operib⁹ permanere noluerint. Sed quia ea quæ dicũtur opera bona, tãquã filij ſunt vitæ noſtræ, ſecundũ quã quæritur, cuius vitæ ſit quisque, id eſt, quomodò agat hæc tẽporalia, quã vitã Græci nõ ζωὴν, ſed βίον vocant: & hæc opera bona maximè in officijs miſericordiæ frequentari ſolent.* Hęc ille, quæ prorſus myſtica ſunt, ſicut & illud, qđ in Cõmẽtariol. Hieron. cõtinetur: *In præuaricatione*, inquit, *fuit mandati. Sed non ideò deſperet mulier, quia per Baptiſmũ, quod eſt filiorum generatio, ipſa ſaluabitur, nõ Eua, ſed credens mulier. Hoc, inquam, myſticum eſt: nam in Baptiſmo non generantur propriè filij, ſed regenerantur, iuxta illud: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnũ Dei.* Et de his ſatis.

Proprię mulierũ functiones.

Gen. 2.

Infra. 3.

Quid mulierẽ, vel filios permanere in fide, & dilectione cum ſobrietate.

Cal. 5. Hier. lib. 1. aduerſ. Iouinia. circa med.

Quæ mulier filios habeat impios, & immorigeros, vnde ſeruabitur?

Eccli. 14.

Mulier filios ſuos quomodò poterit ſaluare.

B. Auguſt. libr. 12. de Trinit. c. 7. tom. 3.

Myſticus illorũ verborũ Pauli ſenſus Auguſtini.

Pelag. to. 9. operum D. Hieronymi.

Ioan. 3.

DISPVTATIO X.

In illa Apostoli verba 3. cap. *Fidelis sermo. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilē est, vnius vxoris virum.*

Primum dubium, secundum, ac tertium.

DVBITATVM est, quò tendat Apostolus hoc exordiolo; Fidelis sermo, & an respiciat iam dicta, an dicenda de Episcopis. Deinde quid sit Episcopatus & nomine & re: tertiò an illum liceat expetere: videtur enim celebrare, & commendare tanquàm opus bonum; cùm tamen ad Hebr. 5. deterrere videatur, cùm ait: *Hebr. 5.* *Nec quisquā sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tāquàm Aaron*: & an hoc dicat Apostolus ad inflammandum homines ad desiderandum Episcopatum. Quartò, quomodò possit Episcopus esse irreprehensibilis, aut sine crimine, vt ad Tit. 1. dixit; cùm tamen impossibile exigere videatur, & vel ipse Petrus Paulo reprehensibilis fuerit; & acutè quidam Ethnicus dixerit: *Nemo sine crimine viuit*, & iustorum, & sanctorum opera soleant esse aliorum voculis, & reprehensionibus exposita: ita vt irreprehēsibilis sit nullus, saltem à propria conscientia, vel à dæmone accusatore, & calumniatore fratrum. Quintò, quid est quod ait: *Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum*: quo verbo videtur reijcere cœlibatum Sacerdotum, & Episcoporum, si Episcopus debet esse vnius vxoris maritus, & habere debet filios subditos cū omni castitate. Quòd si quis interpretetur: Qui fuerit vnius vxoris vir, non qui sit; nunquid matrimonium debet præcedere, vt in Sacerdotibus Ecclesiæ Græcæ videmus, vt quis sit bonus Episcopus? Et quæ sit ratio tanti præcepti, vt excludantur digami; & an digamus sit, qui duas olim ante Baptismum duxit vxores, vt voluit Augustinus; an qui post Baptismum duas accepit, vt contendit B. Hieronymus.

Quartum dubium. *Tit. 1.* *Galat. 2.* *Cato.* *Apoc. 12.* Quintum.

Digamus quinam Augustino, qui Hieronymo inferius citādis.

Ad primam dubitationem respondemus: Hactenus Apostolus munus esse Episcoporum docuit, se opponere falsis ministris, qui secùs prædicant, atque præscribit Euangelica doctrina: deinde orandi formā tradidit tam viris, quā mulieribus seruandam in publicis precibus: iā de eligendis Episcopis, & Ecclesiæ ministris disserit, quia summa salutis omnium in bona eorum electione versatur, & in illorum siniſtra, & parum legitima promotione magnum Ecclesiæ scandalum, & magnus animarum interitus posita sunt Et primum illud verbum, *Fidelis sermo*, (Ambrosius vertit, Humanus, quasi χρηστος, legerit, nō πιστὸς; etsi libro de dignitate Sacerdotali, capite 4. in principio vertit, *Fidelis*) id est, verus, & amabilis, & indubitatus, vt testatur Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius, ad superiora referenda sunt: quòd videlicet parentes per rectam filiorū eduationem sint saluandi: sicut & illud, *Scimus quia verum est testimonium eius.*

Solutio primæ quæstionis.

Quid agat Apostolus in hoc capite.

Ex quo communis Ecclesiæ salus, vel malum pendeat. *Idē tom. 4.*

Infidelis sermo quid? ad precedentia ne, an ad sequentia pertineat. *Chrysost. homil. 9.* *Oecum. c. 5. in fine.* *Ioan. vlt.* Secūdus sensus Ambrosij. *Apoc. 21.* *Infra 22.*

Ambrosius verò prędicto loco de dignitate Sacerdotali, ad sequentia quæ dicturus est, accommodat, sicut & Apoc. 21. & 22. *Hæc*, inquit, *verba fidelissima sunt, & vera*, scilicet quę sequuntur: ac si diceret: De quo sum locuturus, veraciter loquor, & non ex proprio capite conficta,

Tertia Haymonis, & Petri Lobardi.

Haymo, & Petrus Lõbardus ad vtrũq; explicant. Et hac locutione solet sibi Apostolus audiẽtiã cõciliare, vt qui legũt, aduertãt. Et prẽmitti solet magis quã sequi, vt supra, Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, ꝙ Christus Iesus venit in hũc mũdũ peccatores saluos facere. Et in posteriori epist. *Fidelis sermo. Nam si cõmortui sumus, & conuiuemus.* Et ad Titum: *Fidelis*, inquit, *sermo, & de hoc volo te confirmare; vt curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo.*

1. *Tim.* 1.

2. *Tim.* 2.

Tit. 3.

Solutio quæstionis secũdæ.

De nomine Episcopatus quid sonet.

Ad secũdã dubitationẽ: Nomẽ Episcopatus nõ est aliud quã cura, & superintẽdẽtia in alios, nõ autem dignitas, vel superioritas. Et vt hic asserit Chrysostomus, ex eo dicitur Episcopus, ꝙ cũcta inspiciat, atq; speculetur. Idẽ docet Hieronym. in epist. ad Euagriũ. Est enim vox Græca ἐπίσκοπος, Superintẽdẽs, obseruator, explorator, visitator, & curator. Ambros. dicto lib. cap. 6. vocat superinspectorẽ. Martinus Polonus testis est, B. Clemẽtẽ statuisse, vt Cathedra Episcopalis in eminẽtiori loco poneretur, in quo residens Episcopus, & omnes circũspiceret, & ab omnibus cõspiceretur. Deniq; in Scripturis, & in profanis autoribus illi qui alijs præsunt, siue in pace, siue in bello, Episcopi vocantur. Hinc Homerus lib. 10. Illiad. Dolonẽ exploratorem bis Episcopũ vocat, vt habes in versione Laurentij Vallæ in illum locũ: & Reges, Episcopos appellandi gratia alibi idẽ Poeta nominat. Eusebius quoq; Cæsariẽsis Cõstantinũ appellat quasi cõmunem quendã Episcopũ à Deo constitutũ, Episcoporũq; consortẽ factum, ea quæ ad pacẽ Dei faciebant, vniuersis dispẽsantẽ. Eius hæc sunt verba: *Et quanquã cõmuniter erga omnes se talem præstitit: tamẽ Ecclesiæ Dei eximiam, & peculiarem curã adhibens, cũ quidã inter se in diuersis locis dissensione discordarẽt, tãquã cõmunis Episcopus à Deo cõstitutus, ministrorũ Dei coegit Cõciliũ: & in media istorũ frequẽtia, ac cõgressu adesse, & vnà cõsidere nõ dedignatus, rerũ in deliberationẽ vocatarum se fecit participem; easque res, quæ ad cõmunẽ pacem spectabant, omnibus procurauit.* Et lib. 4. vitæ eiusdem, cap. 24. Cõstantinũ conuiuio Episcopos excipientẽ dixisse scribit: *Vos*, inquit, *intra Ecclesiã, ego extra Ecclesiã à Deo Episcopus constitutus sum.* Hęc ille, Ioanne Christophorsono interprete. Quod rectè est intelligendũ. Non enim ea ratione se vocat Episcopũ, qua alij erant, quia hoc esset sacra miscere profanis; sed Episcopus erat, hoc est, inspector, & prouisor Ecclesiæ in temporalibus quatenus à Deo sortitus erat Imperiũ. Cornutus, siue Fornutus lib. de Natura Deorũ, elegãter vocat Apollinẽ Musarum Episcopum. Et Faustinus lib. de Fide contra Arrianos, capit. 2. Aristotelẽ Arrianorũ Episcopum appellauit. Erant etiã Athenis magistratus quidã, qui Episcopi dicebantur: & erant propriè Prætores missi ad ius dicendũ oppidis eorũ, qui sub eorum imperio, & ditione erant. Apud Plutarchũ verò in vita Numæ Põpilij, Pontifex Max. sacrarũ virginũ dicebatur Episcopus, id est, præfectus, & custos. Dorianus verò lib. 8. testatur: *Episcoporũ munus apud Indos erat, quid in quaque religione fieret, ad Reges, & Magistratus fideliter referre*: quod videtur opus esse visitatoriũ. Cicero verò ad Atticum lib. 7 se vocat oræ Cãpaniæ Episcopũ: *Vult*, inquit, *me Põpeius esse, quem tota hæc Cãpana, & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus, & summa negotij referãtur.* Et lib. 11. ad eũdẽ vocat Phasælũ Episcopũ nauẽ exploratariã: quãuis ἐπισκοπεῖον, locus sit, & statio Episcopi. ¶ Arcadius Imper. ff. de Mune. & honor. l. Sing. *Episcopi*, inquit, *præsunt pani, & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatũ populis ob quotidianũ victũ suggerũt* (vt scilicet iusto pondere, & pretio vẽdantur,) *personalibus muneribus fungũtur.* Hæc ille. ¶ Similiter in Scripturis Veteris Testamẽti à Septuaginta interpretibus Græcè loquentibus, nomẽ Episcopi nõ est infrequens. Nam Nehemias ca. 11. Leuitarũ Episcopos vocat eos, qui cæteris præsunt. Et

Imperator Constãtinus qualis Episcopus, secundũ Eusebium.

Euseb. Cæs. lib. 1. de vita Constantini, ca. 47.

Homerus.

Idem.

Fornutus autor. Faust. Faustinus circa finẽ cap. & operis

Quorũ Episcopus Aristoteles.

Ethnici quos Episcopos nominarẽt.

Plutarch. tom. 1.

Epist. quæ incipit. Quæso quid hoc est, in fine.

Epistol. cuius initium est: Quinto Non. Cõscẽdens, init.

Scripturę veteres vbi nomen vsurpet Episcopi.

2. Esdr. 11.

1. Machab. 1. dicitur, Ἐποίησεν ἐπισκόπους; id est, præposuit principes; Dauid etiã, *Episcopatũ eius accipiat alter*, id est, præfecturã. Et Esaias. c. 60. loquens de gratia Noui Testamenti: *Ponã*, inquit, *visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiã*. Vbi Septuaginta habent: *Et Episcopos tuos in iustitia*. Vnde Chrysostomus in hom. aduersus Gentiles, probans q̃ Christus sit Deus, in hęc verba ita scribit: *Et neque ipsum Sacerdotum nomen obticuit. Episcoporum nomen dico. Constituam enim principes tuos in pace, dicit, Et Episcopos tuos in iustitia.*

Psalm. 108. Act. 1. Esai 6.

Chrys. ante med. Demõstrat. to. 3. 3. circa fin.

Vbi etiã Hieronymus admiratur Scripturæ sanctę maiestatẽ, q̃ principes futuros Ecclesiæ Episcopos nominauit, quorũ omnis visitatio in pace est, & vocabulũ dignitatis in iustitia, vt nequaquã accipiãt personas in iudicio, nec audiatur quippiã iniquũ in terra Ecclesiæ, neq; cõtritio, & infidelitas in terminis eius. ¶ Ex his igitur omnibus allatis colligimus, quid significet vox Episcopi, & quàm varium esset munus eius, & quàm aptè competat magistratui sacro Ecclesiastico in Euangelio.

Hier. to. 5. Illud Esaiæ: Ponã visitationem tuã pacẽ, & præpositos tuos iustitiã, quã quadret Episcopis.

Hoc ergo nomen si castrẽse est, & militare, agnoscere debet Episcopus, se in Ecclesia militanti exercitũ ducere cõtra dęmones, & peccata, & illũ armare panoplia, & clamare, & quasi tuba ad bellũ excitans exaltare vocẽ suã. Debet etiã alijs dormiẽtib⁹ excubias, & quasi exploratorem, & speculatorẽ agere, & annuntiare hostiũ aduẽtũ, & excitare eos, ne Dñs perditas oues inueniens, earũ sanguinem de manu speculatoris requirat.

Episcopi militiæ Christianę sũt duces, ac principes, excubitoresque. Esai. 54.

Ezech. 33.

Sin verò magistratũ ciuilẽ significet, vel custodẽ sacrarũ virginũ, cui ex officio incũbat ius dicere in subditos: Episcoporũ quoq; munus erit de pane verbi Dei, siue Eucharistiæ prospicere, & de vniuerso victu, quo cũcti vesci debẽt. Debet etiã prospicere de pistoribꝰ, qui illũ panẽ confici at, & benedictione cõsecrẽt; cõsecratũ verò & benedictũ Deo offerãt, & populo sancto administrẽt. Isti enim sunt Sacerdotes, quos ordinare Episcopi officiũ est, & visitare populum sibi cõmissum, & in fidẽ, & mores eorũ inquirere. Vnde Petrus dixit: *Vt ex bonis operibus vos cõsiderantes, glorificẽt Deum in die visitationis*: vbi Græcè habetur ἐπισκοπῆς, quasi pars Episcopatus sit visitatio, & necessariorũ prouidẽtia. Quẽadmodũ etiã dixit: *Prouidentes non coactè*. Vbi Græcè etiã legitur ἐπισκεπτῶντες, vt notauit Hieronymus ad Euagrium. ¶ Incũbit ei etiã curam gerere virginũ, quomodò scilicet illæ Deo sacratæ sanctè viuant, & Deo promissam castitatẽ seruent; ne sint de numero illarũ, quas infra dicit habere damnationẽ, quia primã fidẽ irritã fecerũt. ¶ Quis igitur non videat, omnia munera, quæ olim profanis cõpetebant Episcopis, vni Episcopo Christiano aptissimè cõuenire? vt nõ immeritò nomẽ Episcopatus pro Apostolatu sumptũ sit à Dauide, & à B. Petro Act. 1. & Sedis Apostolicę pastor, Episcopus Episcoporũ vocatur, quia ille vt Christi Vicarius, cæteris Episcopis præest, & eorum defectus supplere, quoad potest, & corrigere debet. Deniq; Petrus Christũ vocauit Episcopũ, & Pastorẽ animarum nostrarũ. Vt Episcopus idem sit qui pastor, qui doctrina, exẽplo, precatione, & gubernatione Eccesiã suã tuetu. ¶ Accusandi tamen sunt hæretici nostri seculi, quia nomen Episcopi, quo frequentissimè Paulus, & Ecclesia vtitur, fugiẽtes, eos qui sibi in spiritualibus præsunt, Pastores, nõ Episcopos, sed superintendentes vocãt: vt non tantũ illos intelligas à nobis differre in rebus ipsis, sed etiã vocibus. Sicut etiã eos, qui piè in Christo vixerunt, & defuncti sunt, non sanctos, vt tota Ecclesia consueuit appellare, noua, & insolita Ecclesię voce Mortuos vocant.

1. Petri 2.

Infra 5.

Hier. epist. 85. in prin. tom. 2. Sacrarum vt sit virginum custos Episcopus.

1. Tim. 5.

Apostolatũ Prophetæ Episcopatum quate nominauerit. Psalm. 108. Act. 1.

1. Petri 5. Episcopus qualis pastor Ecclesiæ.

Temerè, ac impudenter Lutheranos, rerum spiritualiũ Præfectos superintendentes appellare; sanctos verò iã beatos Mortuos, vel defunctos.

Quòd verò Episcopatus nomẽ ministeriũ, operã, & laborem denotet, testantur Patres vniuersi ferè, sed ex multis lege Hieronymum epist. ad Oceanũ. Verba eius sunt: *Si quis*, inquit, *Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat; opus, non dignitatem; laborẽ,*

Episcoporũ nomẽ esse oneris, nõ honoris. Hier. epist. 83. post medium, to. 2.

non delicias: opus, per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio. Aug. to. 5. Augustinus lib. de Ciuit. Dei, capit. 19. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Exponere voluit, quid sit Episcopatus: quia nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atque inde ductum vocabulum, quòd ille qui præficitur, eis quibus præficitur, superintendit, curam eorum scilicet gerens: ἐπὶ quippe, super, σκοπὸς verò intentio est: ergo ἐπισκοπεῖν, si velimus, Latinè superintendere, possumus dicere: Vt intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Vnde ductū nomen Episcopi secūdū Augustinum. Theodorit. par. 2. Theodoritus: Non accusat simpliciter cupiditatem, sed ambitionem, & magistratus gerendi desideriū: & docet, non honorem, sed virtutem appetere: non desiderare dignitatem, sed dignitatis officiū inquirere. Theophyl. Theophylactus: Si quis expetit, inquit, præsulatum, aut præfecturam, non prohibeo: opus enim, & laborem desiderat: ne igitur dominatum, aut autoritatem solùm expetat. Chrysf. hom. 10. in princ. Chrysostomus quoque: Si quis, inquit, Episcopatum desiderat, non culpo, non improbo, opus quippe regiminis est. Si quis hunc idcircò appetit, non principatus, ac dominationis fastu, verùm cura regiminis, & charitatis affectu, non improbo, inquit: bonum quippè desiderat opus. Et paulò pòst: Si quis igitur ita desiderat, desiderat benè. Et Ambrosius in hæc verba: Quoniam Episcopum bonæ vitæ esse oportet, idcircò qui Episcopatum cupit, bonum opus desiderat. Hoc enim cupiens, bonam vitā appetere videtur, si tamen non ab ijs declinet, quæ in subiectis habentur, ne ambitione, & desiderio pecuniæ hoc egisse videantur. Et hactenus nobis sit de nomine Episcopi, & reipsa dictum. Ambros. tomo 5.

An verò Episcopi nomine simplices complectantur Sacerdotes, an non, inferiùs erit nobis examinādū.

Quid significet: Si quis Episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. Sensus autēm dicti illius Apostolici est: Qui desiderat alios ad salutē adducere, & eis prospicere, insigne & valde bonum opus desiderat: & qui nunc vitam suam, & studia ita componit, vt quandoque verbo, & exēplo fideles salutariter pascat, desiderium sanctum habet.

Tertiò dubitatum fuit, quomodò hæc Apostoli sententia cōueniat cū his, quæ alibi docet, vt Hebr. 5. *Nemo sumit sibi honorem*, & cū his, quæ Spiritus sanctus tradit: *Noli quærere ab homine ducatum, neque à Rege cathedram honoris.* Et infrà: *Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* At expetere Episcopatum, quid est aliud, quàm quærere ducatum? nam pastoris est oues ducere, & Episcopi iudicare causas cōscientię, & de illis, siue absoluendo, siue damnando, sententiam pronunciare. Adhæc redditur obscura hæc sententia propter terrena bona, quæ Episcopatū circumstāt, & in insigni opere adiacent, ad quæ vt plurimum carnales spectare solent: vt est locus superior, honor, dominium, diuitię, quæ magno affectu expetuntur, non autem fructus, quem homines superiori loco faciunt. Et propterea difficile redditur, an expediat Episcopatum appetere.

Ad secundā dubitationē. An liceat Episcopatū expetere. Eccli. 7. Ibidem. Secunda ratio dificultatis istius.

Colligit verò Caietanus ex verbis Apostoli, Episcopatum desiderare ex proprio genere, nullum esse peccatum, sed esse expetere præclarum opus, hoc est, alienis commodis superintendere. *Secùs autem est, inquit, de appetitu gradus, honoris, prouentuū, & huiusmodi. Nihil enim horum est opus bonum, cùm nec sit opus.* Hæc ille.

Prima opinio Caietani, quæ refellitur.

Sed hæc sententia mirabilis est: nam si hæc debitè consequantur, & mihi liceat primū expetere, cur non & secundū, videlicet honorē, & prouentū, consequenter tamen? Nec verum est, quòd desiderare opus bonū ex officio, vt significat vox Episcopatus, sit semper licitum, quia aliud est esse desiderium boni, aliud desideriū bonum: nam hoc secūdum non potest esse non peccatum, cum bonum quod desideras, non benè desideres, id est, neque piè, neque prudenter. Vt verbi gratia, Angelus primus, & primi parentes bonum aliquod desiderarunt, expetentes diuinum quid: Dathan etiā, & Abiron Sacerdotium expetierunt, & Ozias Rex thurificare voluit: non tamen benè,

Desiderium boni, & desideriū bonū differunt. Esai. 14. Apoc. 12. Gen. 3. Num. 16. 2. Paral. 26.

quia

quia per vim se obtulerũt, & rapere voluerunt. Vnde Augustinus lib. 16. de Ciuit. Dei, capit. 19. *A studio*, inquit, *cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Locus verò superior, sine quo regi populus nõ potest, etsi ita teneatur, & administretur vt docet, tamen indecenter appetitur. Quamobrẽ otiũ sanctum quærit charitas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas charitatis; quam sarcinã si nullus imponit, percipiendæ, atque intuendæ vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem.* Hæc ille, oppositã Caietano doctrinam tradens, longèq; tutiorem, ac veriorem.

B. August.

Cui quando liceat se in Episcopatũ ingerere.

Expetere ergo magistratũ Ecclesiasticum, nequaquã licitum est, siue ob loci altitudinem, quia species arrogantiæ, & præsumptionis esse videtur, sibi tribuere maiorem charitatẽ, & prudentiam ad alios regendos, & rectè gubernãdos: siue ob honorẽ, & propriam sui ipsius reuerentiam captandam, quia esset ambitio, cùm tantũ virtuti honos debeatur: siue ob diuitias, & commoditates, quia hæc esset auaritia, & omniũ malorum radix cupiditas. ¶ Licitum tamen est virtutes, quibus benè præsit, appetere, & à Deo postulare.

Tres ob causas magistratus Ecclesiastici expeti nõ debent.

1. Tim. 6.

Subscribitur sententiæ Augustini Chrysostomus, vel quisquis ille fuit incertus autor, qui imperfectũ opus edidit in Matthæũ, hom. 35. super illud: *Et audientes decẽ, contristati sunt de duobus fratribꝰ: Opus quidẽ*, inquit, *bonũ desiderare, bonũ est; primatũ autẽ honoris cõcupiscere, vanitas est. Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se, odit.* Hæc ille.

Tom. 2. operũ D. Chrysost. Matth. 20.

Quorum magnopere Episcopalis ambitio fugienda, atque detestanda.

Quòd si tantũ Episcopatũ appetere, peccatũ est, quãtò magis pro eo litẽ intendere alteri, aut pecunia decertare, & corrumpere electores; aut sese ingerere, & obtrudere: vt quosdã fecisse in Scripturis legimus? & Dñs petitionẽ filiorum Zebedæi ad excelsos gradus Ecclesiæ reprobauit, dicẽs, *Nescitis quid petatis.*

Ibidem.

Possetamẽ euenire, vt ciuitas aliqua in Fide periclitaretur, si certus aliquis in Episcopatũ eius nõ ascisceretur: & tũc sine dubio liceret Catholico se in Episcopatum ingerere, & omni ratione, & conatu cõtẽdere, vt sibi cõferatur: quẽadmodùm Gregorius Nazianzenus in Constantinopolitana Ecclesia cõsilio Basilij, & aliorum sanctorũ virorũ fecisse legitur.

Dissuadeat ne, ac terreat Apostolꝰ, an suadeat Episcopatum appetere. *3. Ioan. 9.*

An verò ad deterrẽdũ potiùs hoc dictũ sit à Paulo: quia plures ad illũ properabãt, vt Dio tepres tertia Ioãnis Canonica; an ad alliciendũ, & inflãmandũ, quia tunc pauci erãt Christiani, qui vellent præesse, & Episcopatus eo tẽpore sine honore, & diuitijs erant, & periculo propter infideles expositus magistratus: meritò dubitatũ est. Et dicendũ, Episcopatum præclarũ esse opus, sed non leuiter à quouis expetẽdũ: ideò declarat munia eius præstantissima, vt põderent homines, an tantùm habeant in bonis, quò possint illis facere satis. Quod elegãti verbo etiã notauit Apostolus, cũ dixit, ἔργον, id est, opus. Significat enim hæc vox Græca non tantùm apud Gentiles, sed etiã apud sanctos autores arduã, & difficilem prouintiã: præsertim cũ infinitiuus eã vocẽ sequatur. Quẽadmodũ Isidorus Pelusiota in epist. ad Palladium cõtra Ἀρχοντιῶντας scribit: *Ex illo*, inquit, *pedet omniũ subditorũ necessitates, probationes eorũ qui ordinantur, potus sitientiũ, cibus esurientiũ, vincti, viduæ, iniuriam passi.* Et Prou. 20. habetur: *Virũ fidelem quis inueniet?* pro quibus Septuaginta interpretes habent Ἀνδρὰ πιστὸν ἔργον εὑρεῖν: id est, *Virum fidelem difficile est inuenire.* Poeta eo sensu dixit:

Isidorus Pelusiota de Episcopali munere quid sentiat.

Prou. 20.

Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.

Virgil. 6. Æneid. subinit.

Bonum ergo opus, hoc est, præclarum, ac proinde arduum. Et confirmatur dicto Apostolico in Diataxi per Clementem lib. 2. capite 29. nam alloquens Episcopos, ait: *Quemadmodùm vos Episcopi estis (laicorũ scilicet) ita Episcopum habetis Christum. Vt igitur ille omnium vestrorum Episcopus est, sic vos laicorum vobis subiectorum.*

Clem. Rom. circa med. capitis.

Episcopi laicorũ typus, Apostolorũ testimonio, qualis.

Nolite enim existimare, facile, vel leue esse Episcopatus onus. Conuenit igitur, vt quemadmodùm onus sustinetis ipsi, ita quoque fructuum primi participes sitis, & egentibus partem suppeditetis, scilicet primitias, alimenta, &c.
Idem indicat etiam quod sequitur: *Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse*: nam illa causali, *Enim*, indicat Apostolus se reddere rationem, quàm difficile opus sit, Episcopatus munia præstare. Nam id quærit in primis, quod difficillimum est, nempe esse irreprehensibilem, quod pauciſsimis contingit. Gregorius etiam par.1. Pastoralis curæ, cap.8. docet, quod Apostolus dixit: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, illo in tẽpore hoc dictũ, quo quis qui plebibus præerat, primus ad martyrij tormenta ducebatur. Et tamẽ laudans Episcopatus desiderium Apostolus, in pauorem vertit protinus quod laudauit, cũ repentè subiũgit: *Oportet autẽ Episcopũ irreprehensibilẽ esse*. Cũque virtutum necessaria subsequenter enumerat; quæ sit irreprehensibilitas ipsa manifestat. Et fauet ergo ex desiderio, & terret ex præcepto: ac si apertè dicat: Laudo quod quæritis, sed priùs discite quid quæratis; ne dũ vosmetipsos metiri negligitis, tantò fœdior vestra reprehẽsibilitas appareat; quãtò & à cunctis conspici in honoris arce festinatis. Hæc diuinus ille Pater.

Greg. tom. 2. in princ.

Quo tempore, vt Gregorius testatur, dictũ ab Apostolo: Si quis Episcopatũ desiderat, bonũ opus desiderat.

Quòd autẽ liceat religionẽ expetere, non autẽ Episcopatũ, inde est, quia ab eo exigitur vitæ perfectio, de qua Dñs interrogauit Petrum: *Diligis me plus his?* sed ad religionem non exigitur perfectio, cũ ipsa nihil aliud sit, quàm via ad perfectionẽ, de qua Dñs dixit: *Si vis perfectus esse*: nõ ait, Si es perfectus. In Episcopo enim est necessaria perfectio actiua, vt alios perficiat; at in religioso passiua, siue vt perfectibilis sit, vt ita dicã. Est ergo arrogantiæ plenũ, se reputare perfectũ: nullũ autẽ vitiũ est perfectionem expetere, vt facit Monachus. Deinde qui religionẽ appetit, subdit se alijs ad spiritualia capienda: sed qui transit ad Episcopatũ, sublimatur ad hoc vt alijs prospiciat: quẽ nullus sibi debet assumere, nisi vocatus à Deo, tanquàm Aarõ.

Prima ratio, cur religionẽ liceat, nõ Episcopatum desiderare.
Ioan.vlt.

Matth.19.

Secunda ratio.

Hebr.5.

Quòd si quis dicat: Ego ex charitate appeto Episcopatum; rectè quidẽ dictũ. Sed aduerte ne fallaris, & in causa ppria iudex esse velis. Charitas enim, vt Apostolus ait, non est ambitiosa, & non amat periculum, quo labatur. Vide ergo, ne tui ipsius amor, charitatis vestibus indutus, videatur tibi pura dilectio, ac diuina charitas.

Ad quartũ: proponitur prima cõditio, Episcopũ esse irreprehensibilem debere. Vbi nota, loco causalis, Enim, Græcè legi, Ergo, & ita legunt Ambrosius, & Hieronymus, & accipiẽdum est expletiuè: *Videamus ergo* inquit, *qualis debeat esse Episcopus*. Verbo Oportet, ea quæ valdè necessaria sunt, & sine quibus vix dici Episcopus valet, quæque omnifariàm eum exornant, denotantur. Vox, Irreprehẽsibilis, Græcè dicitur ἀνεπίλημπτος, ad Titum verò pro hac voce posuit ἀνεγκλητος, hoc est, sine crimine, vel accusatione, siue, vt sic dicam, incriminabilis, id est, de quo nemo iustam habeat querelã. Decet enim, vt is qui ponitur ad reprehendendum, ipse irreprehensibilis existat, ne dicatur ei, *Medice cura teipsum*; vel illud: *Hyprocrita, eũce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eũcere festucam de oculo fratris tui*. Reprehensione enim dignus existit; qui in alijs minora reprehendit, cũ ipse maioribus obnoxius sit. Et fortè loquitur de eodẽ peccato, vt declaret, idem peccatum, quod est in subdito festuca, esse in prælato trabẽ, in quẽ omnes omnium oculi subijciuntur, & quem pro speculo, & exemplo populus habere debet.

Dicitur autem ille irreprehẽsibilis, qui non habet crimina, aut vitia, oculis omniũ subditorum patentia: nam humanis quibusdam defectib⁹, veluti næuis, vix quispiam quantũlibet spiritualis carere valet. Dixit enim acutè quidam Ethnicus:

Ad illud: Ego ex charitate Episcopatum desidero.
1.Cor.13.

Eccli.3.

Solvitur quarta dubitatio.
De eo quod irreprehensibilem (quod esse nequit) vult esse Episcopum Apostolus.
Ambr.to.5. Hier. epist. 81.ad Oceanũ, posi medium, tom.2.
Quid, esse irreprehẽsibilem.
Tit. 1.

Episcopi, vel Antistites nõ irreprehensibiles, quibus vocibus expositi.
Luc 4.
Matth.7.

Irreprehensibilis quis ille.

Horat. lib. 1 sermonum, satyr. 3. parum à med.

Nam vitijs nemo sine nascitur, optimus ille est,
Qui minimis vrgetur.

Nemo etiam est, quem conscientia interdum non redarguat; quare de his non est sermo. Ideò rectè idem Paulus, quod hîc dixit irreprehensibilem, alibi expressit, *Sine crimine.* Est enim crimen, flagitium magnum, aut peccatum generans scandalum, & infamiam. Minora verò delicta, ac leuia, quandoque permittit Deus in ipsis Episcopis; vt quam à Deo petunt remissionem, & gratiam, ipsi Episcopi in alios ab ipsis petentes largiter diffundant. Rectè proinde dixit Sedulius: *Non quo eo tantùm quo ordinatus est, sine vllo sit crimine, & præteritas maculas noua conuersatione deleuerit, sed ex eo tempore quo in Christo renatus nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodò enim potest præesse Ecclesiæ, auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruerit? Aut qua libertate corripere peccantem, cùm tacitus sibi ipse respondeat, eadem se admisisse quæ corripit?* Hæc ille.

Tit. 1. Crimé quid sit. Episcopi leuiter inter dũ cur, Deo permittente, delinquant.

Sedulius.

Episcopus cur esse debeat sine crimine,

Pondera deinde, peccatum potestatem, aut eius vsum non adimere, sed tantùm reddere Episcopum, & eius potestatem contemptibilem. Rectè proinde veteres Patres distinguunt inter Peccatũ, & Crimen: vt idem sit irreprehensibilis, qui immaculatus, & inculpatus vocatur, & tantum differunt, quantum festuca differt à trabe. Chrysostomus hoc loco ait: *Irreprehensibilem: hoc vnico verbo genus omne virtutis expressit. Itaque qui sibi vel leuis culpæ conscius est, malè profectò facit, eam rem appetens, qua indignũ se per opera facit. Nõ enim decet huiusmodi regere, sed potiùs regi. Eum quippe, qui regendos alios suscipit, tanta decet gloria virtutis excellere, vt instar Solis cæteros veluti stellarum igniculos, in suo fulgore obscuret. Debet huiusmodi vitam habere immaculatam, atque compositam, vt omnes in illum, & in eius vitã, veluti in exemplar aliquod excellens intueantur.*

Episcopum gratiam Dei posse, non potestatem amittere.

Chrys. hom. 10. init. ferè

Qui regẽdos alios suscipit quãta deceat gloria virtutis excellere teste Chrys.

Theodoritus interpretatur, Irreprehensibilem, id est, Nullam dantẽ occasionem iustæ reprehensionis. Illud enim, Irreprehensibilem, non idem dicit quod, Calumniæ non obnoxium, aut in quem non potest intendi calumnia. Nam ipse etiam Apostolus subijt omnis generis calumnias. (& diabolus sæpè calumniatur iustos, & innocentes pro ratione nominis sui) Quin etiam iubet Dominus eos contemnere qui frustra scandalizantur. Cùm enim dixissent Apostoli: *Scis quòd Pharisæi audito hoc sermone sunt scandalizati?* respondit: *Sinite eos, cæci sunt, duces cæcorum.*

Theodoriti quid esse Episcopũ irreprehensibilẽ *Part. 2.*

Matth. 15.

Est ergo princeps conditio ad Episcopatum, non quidem nobilitas, aut scientia, aut facultatum opulentia, aut aliud quicquam, sed vitę sanctitas, & cæteræ omnes conditiones ad hanc videntur spectare. Nam si quis, v.g. Episcopus fuisset digam°, aut ebrius, aut inhospitalis, aut percussor, aut vinolentus, aut neophytus, reprehensione minimè careret.

Episcopi conditiones quas Apostolus neglexerit.

Quinta dubitatio fuit circa illa verba: *Vnius vxoris virum.* (Cui addit Apostolica diataxis lib. 2. Clementis cap. 2. Qui sit vnius vir vxoris, quæ quidem semel nupserit) quomodò veniant aptè, & Catholicè intelligẽda. Et quia multa dicta sunt in hunc locum ab antiquis, & recentioribus nostri seculi hæreticis, non potest esse nisi operæpretium, diligentiùs, & presiùs præsentem locum discutere.

Ad quintum dubium. Quomodo intelligendũ Episcopũ esse debere vnius vxoris virum.

Quatuor igitur sensus huic sententiæ attributos lego. Et vt incipiã à leuioribus, & minùs solidis, Theophylactus recenset hoc loco quosdã sensisse citra omnem rationem, Apostolum hæc de Ecclesia dicere: *Ne transeat*, inquit, *ab Ecclesia ad Ecclesiam*; hoc enim totum est adulterium. Hæc ille scripsit, & ante eum beatus Hieronymus in Epistola ad Oceanũ, vbi habet: *Quidam coactè interpretantur, vxores pro Ecclesiis, viros pro Episcopis debere accipi. Et hoc in Nicena quoque Synodo à Patribus esse decretum, ne de alia ad aliam Ecclesiam Episcopus transferatur; ne virginalis pauperculæ societate contempta, ditioris adultera*

Prima solutio.

Theophyl.

Hieron. epi. 83. ante medium.

Concilium Nicę. cap. 4.

quærat amplexus. Et ante hos omnes B. Ambrosius intellexit, in his verbis inhiberi duas simul vsurpare Ecclesias. Monet etiam, ne post Catholicum dogma inueniatur Episcopus sensum habere hæreticũ. Audi eius verba libro de Dignitate Sacerdotali, cap. 4. initio, dũ explicat illud: *Vnius vxoris virum: Si ad superficiem tantùm litera respiciamus, prohibet bigamum Episcopum ordinari. Si verò ad altiorem sensum conscendimus, inhibet Episcopũ duas habere vxores. Et si adhuc introrsus profundiora perscruteris, monet, ne post Catholicum dogma sensum inueniatur Episcopus habere hæreticum.* Hæc ille.

Ambr. to. 8.

Quibus faue re videatur hoc dictum Apostoli.

Solent ergo hunc locum quidam detorquere, disputantes contra eos, qui plures Ecclesias Cathedrales, aut plura beneficia curam animarum habentia ambiunt: & qui secùs sentiũt, solent illis obijcere: Oportet Episcopum esse vnius vxoris, hoc est, vnius Ecclesiæ, virum.

Hic sensus prior: Vnius vxoris vir Episcopus sit, id est: Ne de vna ad aliam Ecclesiam transeat, confutatur.

Verùm hoc minimè solidum est, & verbis Apostolicis minùs congruit: hoc enim mysticum est, & bonum sensum habet, sed non est ad mentem Apostoli. Et quod attinet ad eos, qui plures Episcopatus affectant, aut detinent, rectè est per Canonem Apostolorum 53. cautum, & prohibita Episcoporum de vna in aliam Ecclesiam translatio, vel plurium simul occupatio, ne Ecclesijs suis amore fornicario copulentur, ambientes alias Ecclesias, aut opulentiores, aut dignitate superiores: quia nullus Episcopus sponsa sua, hoc est Ecclesia, esset contẽtus, sed ad aliam & aliam Ecclesiam semper aspiraret: quemadmodùm materia prima semper nouam formam appetit, vt loquuntur Philosophi. Si quando tamen id factum est (quia & aliquando id fieri oportebat) nonnisi consulta Sede Apostolica, ac in ea re dispensante cõcessum fuit. Qui verò simul plures Ecclesias habent, aut aliquando habuerunt, maximè si id fuerit per eos malis artibus obtentum; id ab vniuersis Patribus communi consensu damnatum fuit: maximè si in diuersis Regnis, & Prouintijs distantibus illæ Ecclesiæ consistant: & tunc non Christus, sed opes, & pinguiores prouentus quæruntur, quò suæ seruiant cupiditati: vt qui in seculo plerunque pauperes erãt, in Christo diteſcant, quò suos aut consanguineos, aut seruos, aut familiares magis ditare valeant.

Quando de vna ad aliam Ecclesiam transire non liceat.

Ab horum tamen numero, & peccato segregãdi sunt illi, qui Romani Pontificis iussu commendatas accipiunt alias Ecclesias suis quàm proximas, aut certè non longè distantes, quoad de prũdente Episcopo, qui nondum inuenitur, prospiciatur, qui illis cum fructu præesse valeat. Sic enim Magnus Gregorius facere solitus erat: nam quasdam Ecclesias, proprijs Episcopis deficientibus, alijs qui non procul erant, commendabat, quò eas regerent, & ad tẽpus de verbo Dei, legitimis Sacramentis ac debita visitatione, & gubernatione prospicerent. Et hæc de primo sensu sint satis.

Quando liceat, & expediat.

Secundus sensus dicit Apostolici: Episcopus sit vnius vxoris vir.

B. Chrysost. tom. 4.

Confutatur: debere scilicet Episcopũ vxorem habere, vel habuisse.

Hebr. 11.

Theophyl.

1. Cor. 7.

Hieron. t. 2.

Secundus sensus est veterum, & recentiorum hæreticorum, qui putant, neminem debere ad Episcopatum assumi iuxta mentem Pauli, nisi cum tantùm, qui vxorem habeat: quẽ sensum Chrysostomus homil. 10. in hanc epistolam insectatur. Non, inquit, hoc veluti sanciens dicit, quasi non liceat absque vxore Episcopum fieri, sed eius rei modum constituẽs. Iudęis quippe licitum erat etiã secũdo matrimonio iungi, & duas itidẽ simul habere vxores: honorabiles enim nuptiæ. Quidã verò hoc ita intelligũt vt, scilicet, ad Episcopatũ is assumatur, qui vnius fuerit vxoris vir: & Theophylactus eius discipulus: *Porrò non vt legẽ sanciat, hoc dicit, quòd omninò oporteat Episcopũ vxoratũ esse: qui enim istud statueret, cùm aliàs dicat: Volovos omnes esse sicut meipsum?* In hoc errore fuerunt olim Episcopi Vigilantij sectatores: de quibus Hieronymus contra Vigilantiũ scribit: *Hoc docuit Dormitantius, libidini frena permittens, & naturalẽ carnis ardorem,*

qui

qui in adolescentia plerunque feruescit, suis hortatibus duplicans.

Secundò confutatur hic sensus: quia Titus, & Timotheus, cùm cœlibes fuerint, Episcopi minimè fuissent, vt possent in Creta, & in Epheso Episcopatum gerere, nisi matrimonio priùs alligati extitissent; qđ planè absurdum videtur. Paulus quo que vel vxorem non habuit, vel eam quam habuit intactam reliquit, vt Apostolicum munus præstaret: imò, quod maius est, & Petrus, & alij ex Apostolis, qui coniugati fuerunt, proprias vxores à se abdicarũt, sicut ponderat beatus Hieronymus, scribens cõtra Iouinianum, in illa verba Petri: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Per ea autèm quæ relinquenda erant, expressa facta erat mẽtio de parentibus, vxoribus, & liberis.* Adhæc Iacobus Apostolus ab vtero sanctificatus cœlebs fuit, & in Ecclesia Ierosolymitana Episcopatu functus est. Ioannes quoque virginitatis cultor fuit, & per Christum ipsum Dominum à nuptijs reuocatus, vt historici Ecclesiastici tradunt; & tamen in Ecclesia Ephesina Apostolatu simul, & Episcopatu functus est. Paulus igitur hoc loco non tradit præceptum, vt nonnisi vxorati ad Episcopatum euehantur.

Secundum argumẽtum ab exemplo Apostolorũ. *Tit. 1. 1. Tim. 1.*

Apostoli quashabebãt vxores cur reliquerint suas. *Idem lib. 1. aduersus Iouin. paullò ante, tom. 2 init. Matth. 19.*

Ioan. 2.

Tertiò idem comprobatur ex lege, qua Sacerdotes veteris Testamenti arctabantur tempore, quo ministrabant in templo, abstinere ab vsu coniugij, vt erat traditio Hebræorum: nunc autem cùm non fiat sacrificiũ sanguinis pecudum, aut animalium, sed sacrosancti Corporis Christi, qđ est omni puritate purius, & omni sanctitate sanctius, & ad illud offerendum semper debeant esse parati noui Testamenti Sacerdotes; non est ergo verisimile Apostolum Legem sanxisse, vt soli vxorati Episcopi fiãt, si vetus Lex talem illis indixit castitatem, vt ministrarent in templo, & Lex Naturę suam qualemcunque castitatem exigebat à Sacerdotibus, de qua Poëta dixit:

Tertium argumentum à legali sacerdotio.

Virg. lib. 6. Aeneid. à med.

Quiq; Sacerdotes casti, dũvita manebat;

& alter:

Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris,
Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.

Tibull. lib. 2 in principio

Quartò, Ecclesia Catholica Spiritu Dei instructa, ex his verbis accepit contrarium, nempè, castitatem indici Episcopis, & Presbyteris: vnde edictum prodijt Syricij Papæ de Cœlibatu Sacerdotum, & omnium existẽtium in sacris ordinibus: cuius sententiam posteà secuti sunt Pontifices, & Concilia Oecumenica: quis autem sibi possit persuadere, tot Cõcilia, & Põtifices, atque adeò Patres omnes Orthodoxos in intelligendis Apostoli verbis aberrasse, aut legem de cœlibatu seruando Sacerdotibus indixisse contra mentem Apostoli, si hæc verba significarent nonnisi vxoratos ordinandos ad Episcopatum? Adhæc, etsi maximè daremus, hæc verba Apostoli præceptiua esse coniugij, his qui ad sacros Ordines promouentur: quia tamen Pauli sunt verba, & legem sua autoritate conderet, adhuc non essent iuris diuini, sed tãtùm Ecclesiastici, & Canonici, quam Pontifices Romani, qui autoritate Apostolica funguntur, abrogare in vniuersum possent, vel in quibusdam euentibus dispensare, nõ secùs atque olim lex illa Act. 15. lata ab Apostolis, abrogata fuit, & Ecclesia in hodiernum vsque diem dispensat cum percussore, & neophyto, vt promoueantur ad Ecclesiastica ministeria. Denique vbi sunt illi Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, si Apostoli non fuerunt, aut Episcopi, & Sacerdotes per eos ordinati? Et quis putare queat, legem, quæ tantum commodi, & ornamenti Ecclesiæ adfert, non potiùs ab ipso Apostolo profectam, & commẽdatam, quàm ab aliquo Romano Pontifice conditam? Et hactenus dictum sit de secundo sensu, & probatum, verba hæc Apostoli non arctare ad matrimonium eos, qui promouendi sunt ad Episcopatum, vel ad alios sacros Ordines. Vnde Theophylactus hoc loco scripsit: *Nonnulli*

Quartum argumentum ab Ecclesiæ institutione, Pontificũ, & Conciliorũ decretis.

Quintum argumentum.

Actor. 15. 1. Tim. 3.

Sextum argumentum, & vltimum. *Matth. 19. Esaiæ 56.*

Theophyl.

hîc dicunt, quòd obscurè, & clanculum cœlibem hîc indicarit, vel petierit, &c.

Tertius sensus hæreticorum.

Sequitur tertius sensus quorundã nostri temporis hæreticorum, asserentium mentem esse Apostoli, vt Episcopus duas simul vxores non habeat, quomodo Iudæi olim soliti erant habere; ac si dixerit Apostolus: Si coniugatus aliquis promouendus est, sit saltem talis, qui vnam tantùm vxorem habeat, non qui simul plures. Hunc sensum tradit Chrysostomus, cuius hæc sunt verba: *Non hoc veluti sanciens dicit, quasi non liceat absque vxore Episcopum fieri, sed eius rei modum constituens. Iudæis quippe licitum erat etiam secundo matrimonio iungi, & duas itidem habere simul vxores: honorabiles enim nuptiæ.* Hæc ille sermone 10. Et probant quidã exemplo Dionysij, qui cum Damari vxore conuersus ad Fidẽ, Episcopus factus est Athenien sium. Adde etiam Theodoritum: *Incipiebat*, inquit, *prædicatio. Virginitatem autem nec Græci exercebant, nec admittebant Iudæi: liberorũ enim procreationẽ benedictionem existimabant. Quoniam ergo illo tempore non facile inueniri poterant qui castitatem exercerent; ex ijs qui vxores duxissent, eos qui temperantiam honorassent, iubet ordinare. Illud autem, Vnius vxoris virum, mihi videtur quidam rectè dixisse. Olim enim consueuerant & Græci, & Iudæi cum duabus, & tribus, & pluribus etiam vxoribus simul iungi lege matrimonij. Quin etiam nunc cùm Leges Imperatoriæ prohibeant duas simul vxores ducere, rem habent cum concubinis, & meretricibus. Dixerunt ergo diuinum dixisse Apostolum, eum qui cum vna sola vxore pudicè cohabitat, dignum esse qui ordinetur Episcopus. Neque enim secundum, inquiunt, reiecit matrimonium, qui illud sæpè iussit fieri. Mulier enim, inquit alligata est lege, quandiu viuit vir eius. Sin autem vir mortuus fuerit, libera est vt cui vult, nubat, tantùm in Domino.* Et infrà concludit: *Hæc considerans, admitto eorum interpretationem, qui sic intellexerunt.* In quem sensum accedit Theophylactus: nam postquam dixerat: *Si contingat, inquit,* (scilicet Apostolus) *vt vxoratus* (scilicet ordinetur) *sit vnius vxoris vir*, subdit: *Id verò Iudæorum causa dicebat. Illis enim permittebatur polygamia, hoc est, cum multis connubia iungere.* Suffragatur quoque Hieronymus duobus in locis. Nam in epistola ad Oceanum: *Interim*, ait, *iuxta vulgare prouerbium: Malo nodo malus cuneus requirendus est. Hoc quod dicit, Vnius vxoris virum, potest & aliter dissert. Ex Iudæis erat Apostolus. Prima Christi Ecclesia de Israel congregabatur. Sciebat Lege concessum; & exemplo Patriarcharum, ac Moysi familiari populo nouerat in multis vxoribus liberos spargere: ipsis quoque Sacerdotibus huius licentiæ patebat arbitrium. Præcipit ergo, ne eandem licentiam Ecclesiæ sibi vindicent Sacerdotes; ne bina pariter, & trina coniugia sortiantur, sed vt singulas vno tempore vxores habeant.* Deinde in caput primum epistolæ ad Titum: *Quidam de hoc loco ita sentiunt: Iudaicæ* (inquiũt) *consuetudinis fuit vel binas vxores habere, vel plures: quod etiam in veteri Lege de Abraham, & Iacob legimus, & hîc nunc volunt esse præceptum, vt is qui Episcopus eligendus est, vno tempore duas pariter habeat vxores.* Et huic sententiæ fauere visus est Paphnutius cœlebs, & à puero omninò mulieris notitiã nõ habens; qui, qđ in Concilio Niceno fecisse legitur, noluisse scilicet clericos coniugatos ab vxoribus ante consecrationem ductis lege lata separari, & à congressu cũ suis vxoribus alienari; ob id fecit, quia honorabiles nuptias esse asserebat, & castitatem esse dicebat concubitũ cũ propria vxore; & quia satis esse dicebat, si, qui clericus esset factus, nõ amplius matrimonium contraheret secundùm antiquã Ecclesię traditionẽ: non tamen disiungendum ab ea quenquam esse, quam cũ laicus esset, duxisset. Sic enim Suidas tradit in nomine Paphnutij, etsi Sozomenus in Tripartita lib. 2. c. 14. paullò aliter scripserit, non hæc perfectè recitãs.

Hanc tamen expositionẽ Hieronymus in eisdem cõmentarijs epistolæ ad Titũ videtur reijcere, & in priori

Chrysost. homil. 9.

Hebr. 13.

Actor. 17.

Theod. parte 2.

Qui plures simul habetent vxores, teste Theodorito.

Rom. 7. 1. Cor. 7.

Theophyl.

Hieron. epi. 83. ante di mid. to. 2.

Idem to. 9.

Nicen. syno. 1. sub Syluestro circa finem tom. 1. Conciliorum.

Hebr. 13.

Suidas. Sozomenus

Quo verbo Hieronymꝰ videatur prędictam hæreticorum sententiam reprobasse.

loco

loco epistolæ ad Oceanum, videtur non probasse illum sensum: quia præmisit: iuxta vulgare prouerbium: *Malo nodo malus cuneus requirẽdus est.* Chrysostomus verò in hanc eandem epistolam scribẽs, post illum sensum dictum addidit alium Catholicum, quasi non quiescens in priori. Et in Epistolam ad Titum, contrarium sensum etiã produxit: *Obstruere*, inquit, *hæreticorum ora, qui nuptias damnant, ostendens eam rem culpa carere, imò ita esse pretiosam, vt cum ipsa etiam possit quispiam ad sanctum Episcopatus solium subuehi. Castigat hoc ipso etiam impudicos, dum non eos permittit post secundas nuptias ad Ecclesiæ regimen, dignitatemq; pastoris assumi. Nã qui defunctæ vxori beneuolẽtiam nullam seruasse deprehenditur, quo pacto hic Ecclesiæ præceptor esse optimus poterit.* Hæc ille. Pondera, quæso, hæc vltima verba Chrysostomi. Et Hieronymus lib. 1. in Iouinianum: *Si autem Samuel nutritus in tabernaculo duxit vxorem; quid hoc ad præiudicium virginitatis? quasi non hodie quoque plurimi Sacerdotes habeant matrimonia; & Apostolus Episcopum describat vnius vxoris virũ, habentem filios cum omni castitate.* Hęc illi Patres.

Quicquid autem sit de sensu Hieronymi, & Chrysostomi allato, an illum reiecerint, nec ne, nos tamen vt certum, & constitutum asserimus cum B. Thoma, illum sensum deserẽdum esse. Nam si illud asserere vellet Apostolus, neminem duabus vxoribus alligatum posse ad Episcopatum promoueri, sed eum tantùm, qui cũ vna coniunctus esset, quid opus fuisset Apostolum hoc docere, cùm secundùm leges Imperatorũ humanas his quibus Apostolus scribebat, non liceret etiam ante Fidem, nedũ post illam iam exortã, duas simul habere vxores? quare Iudæi tempore Apostoli non poterant eo priuilegio, & more antiquo vti, cùm per Legem Imperialem impediti essent. Nã Imperator Iulianus ff. de ijs qui notantur infamia: *Notãtur*, inquit, *infamia, qui binas nuptias eodem tempore cõstitutas habuerunt.* Et C. de incestis nuptijs, Diocletianus & Maximianus statuerunt, neminem qui sub ditione Romani sit nominis, binas vxores habere posse. Et C. ad legẽ Iuliã de adulterijs, Imperatores Valerianus, & Gallienus decernunt: *Eum qui simul duas habuerit vxores, sine dubitatione comitatur infamia.*

Lex igitur, quam Valentinianus Imperator tulit, vt liceret simul duas habere vxores, vt tradit Historia Tripartita, tanquam impia, & contra Euangelium, & libidinis causa ab eo excogitata, reiecta est, & vim obligãdi non obtinuit.

Deinde reprobatur ille sensus: nã inferius cap. 5. huius epistolę de vidua quæ fuerit vnius viri vxor, est sermo: non autẽ hîc licet intelligere, quæ scilicet non habeat eodem tempore simul duos viros: nã hoc nulla vnquam lege licuit. Si igitur Paulus catalogo viduarum nõ sinit adscribi eam, quæ duos ordine viros habuit, quantò minùs eum, qui duas simul eodem tempore vxores habuit, licebit Episcopum fieri? ¶ Dũ permittit ergo Paulus alligatũ coniugio fieri Episcopum; id propter paucitatem Christianorum; & quia rarissimi erãt idonei, quin coniugiũ iam inijssent ante Christianismũ, cõcessum fuit, & satis erat vigente Gentilitate vt Christiani fierent, etiãsi virgines, & cœlibes nõ essẽt. At crescẽte Christianorũ numero, continẽtia etiã ab initio cœpit excoli; & cœlibatum tantùm colẽtes admittuntur ad Episcopatũ.

Hoc autẽ monẽdum: Etsi interdũ coniugati ad Episcopatũ & Sacerdotium promouerentur; nunquã tamẽ permissum fuit, vt post susceptũ Episcopatum, vel Presbyterium, vxores ducerẽt: quia esset ab altiori statu in inferiorem descendere. Et ita hodie religiosè hoc obseruatur in Ecclesia Dei. ¶ Credibile tamen est, & valde probabile, eos qui è coniugio promouebãtur ad Sacerdotiũ, nullã prorsus cũ vxoribus commixtionẽ habuisse; quos ad tantam rẽ seruandã nõ solũ ipsa Episcopalis dignitas, & Sacramentum

Chrys. hom. 10.

Idẽ hom. 2.

Hieron. non multò ante mediũ libri to. 2. init.

1. Reg. 8.

Impugnatur hæc sententia: Episcopus sit vnius vxoris vir, id est, duas vel plures vxores non habeat, multis argumentis.

B. Tho. lect. 1. in hunc locum, to. 16. Primum argumentum.

Iudęis quandiu permissæ plures simul vxores.

Hist. Trip. lib. 8. cap. 5

Secundum argumẽtum.

Paulus Episcopum cur esse permiserit coniugatum.

Episcop⁹, vel Sacerdos post susceptũ ordinem cur nulli⁹ vnquã ab Ecclesia vxorẽ ducere permissus.

Sacerdotes, vel Episcopi post ordinationẽ cũ suis quas habebãt vxoribus, cœlibes permansisse, vnde verisimile.

mentũ Eucharistiæ quod offerre debebãt, & demũ Apostolorũ exemplũ, qui suas uxores, si quas antè habuerant, reliquerũt, compellebãt. Certè Synodus II. Carthaginẽsis, c. 2. legẽ ferens de Continẽtia Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, subiũgit: *Vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus.* Epiph. quoque in hæres. 59. quæ est Catharorum: in hunc modum scribit: *Non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum, eos, qui à nuptijs, mortua ipsorum uxore, secundis nuptijs coniuncti sunt, propter excellentem Sacerdotij honorem, ac dignitatẽ. Et hæc certè sancta Dei Ecclesia cũ synceritate obseruat. Sed & adhuc viuentem, & liberos gignentẽ vnius uxoris virum non suscipit, sed eũ qui se ab vna continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum, & Presbyterũ, & Episcopum, & Hypodiaconũ: maximè vbi synceri sunt canones Ecclesiastici. At hoc nõ est iuxta Canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinẽ, cũ nõ inueniretur ministerium. Nam quod decentius est, id semper Ecclesia per Spiritum sanctum bene dispositа videns, statuit apparare, vt cultus Diuini indistracti Deo perficerentur, & spirituales necessitates cum omni beneuola conscientia peragerentur,* & reliqua quæ hic sanctus Doctor latè subiungit. Accedat tertius Ambrosius in Epistola ad Vercellenses: *Virtutum autem magister,* inquit, *Apostolus est, qui cum patientia redarguendos doceat contradicẽtes, qui vnius uxoris virũ præcipiat esse: non quò exortem excludat coniugij (nam hoc supra legem præcepti est) sed vt coniugali castimonia seruet absolutionis suæ gratiã. Neque iterum vt filios creare, Apostolica inuitetur autoritate: habentẽ enim dixit filios, non facientem, neque coniugiũ iterare.* Hæc illi boni Patres dixerũt. Etsi interdum Ecclesia non summo iure egerit cũ his, qui adhuc cũ uxoribus proprijs consuetudinẽ habebant: vt ex his quæ superiùs de Paphnutio recitauimus, constare potest. Hęc tamẽ licentia in adulta Ecclesia sublata est, & maximè ex quo Syricij Põtificis edictum de seruãdo ab his qui sunt in sacris ordinib⁹, cœlibatu prodijt: & Hieron. in Iouin. peculiariter agẽs, ita hæc verba interpretatus est, vt intelligatur Episcopis prohibita digamia, non tantũ ea, qua eo dẽ tẽpore duas simul habent uxores, sed etiã illa, quæ est, cũ quis vnã post alterã mox defunctã in uxorẽ assumit. ¶ Atque ita in hoc tertio sensu excludimus eos etiã, qui exponunt: Vnius uxoris virũ, hoc est, vna & sua uxore contentũ, & honesti coniugij limites nõ trãsgredientẽ, nec alienas uxores permolentẽ, nec cũ cõcubina aut vidua quauis scortantem, sed tantùm cum sua legitima uxore consuetudinem habentem.

Quartus & postremus sensus, qui Catholicus est, & omni acceptione dignus, & à veteribus Patribus, & à sacris Concilijs cognitus & probatus, ille est: vt is dicatur vnius uxoris vir ad Episcopatum promouendus, qui priori uxore defuncta, secundã non duxit. Et hoc superiùs in verbis Chrysostomi in hunc locũ annotatũ reliquimus: quẽadmodùm etiam & Theophylactus, Origenes quoque homilia 17. in Lucam, & Ambrosius non in vno loco idem tradidit, sed præsertim hunc ipsũ locũ interpretans, sic habet: *Quamuis secundam numero uxorem non sit habere prohibitum, vt tamen quis dignus ad Episcopatũ sit, etiam licita debet spernere, propter sublimitatem ipsius Ordinis: quia cæteris melior debet esse, qui cupidus est sedis illius.* Idem quoque confirmat lib. 1. đ Offic. cap. vlt. in princip. & in epist. 82. ad Vercellensem Ecclesiam asserit non solùm Apostolũ de Episcopo, & Presbytero statuisse, sed etiã Patres in Concilio Niceno Tractatus edidisse: nec quenquam Clericum esse debere, qui coniugiũ secundũ sortitus sit. *Quomodo enim,* inquit, *potest consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiẽdam viduitatem, seruandã marito fidem, quam ipse priori coniugio non reseruauerit? Aut quid interesset inter populum, & Sacerdotem, si ijsdem adstringerentur legibus?*

Synod. II. Carthag.

B. Epiph. nõ procul à principio.

Coniugij Sacerdotum ratio Epiphanij.

B. Amb. epi. 82. circa med. tom. 2.

Hieron. ante med. t. 2.

Alius quorũdã sensus dicti Apostolici de Episcopo, vt sit vnius uxoris vir, satis ineptus.

Vltima sententia vera atque Catholica, & ab Ecclesia receptissima.

Chryf. ho. 10. Theophyl. Orig. to. 2. Ambr. to. 5.

Idem to. 1. init.

Idem to. 3.

Coniugati clericatus incommoda

Hierony. epist. 83. ante dimid. tomo 2.

Hieronymus in epistola ad Oceanũ agens de his verbis: *Iubentur* (inquit) *monogami in clerum eligi*. Augustinus quoque lib. de Bono cõiugali cap. 18. eundem sensum ex illis verbis colligit, & ad eundem etiam tendunt verba Epiphanij in hæresim 59. superius allata, contra Catharos. Ex quibus apertissimè euincitur hæc interpretatio. Et huic soli sensui Ecclesiæ cõsuetudo, & praxis fauere videtur; quare in illo maximè est quiescendum.

August. tomo 6. circa finem.

Quis sit propriè digamus.

Vt autem, quis sit digamus, opus est cum duabus copulatum fuisse, & cum illis consummasse matrimoniũ: nam si cũ altera tantùm consummasset matrimonium, non incurreret digamiæ irregularitatem, vt docet Innocentius III. de Bigamis non ordinandis, cap. Debitum. Nec opus est vxorẽ eius, qui non est digamus, fuisse defunctam, & aliam non attigisse: quia satis esset, si vxor eius adhuc viuens nullam consuetudinem amplius haberet cum viro suo: quia hæc etsi viuat, pro defuncta habenda est, quantum attinet ad vsum coniugij.

Innocẽ. III.

Duarum vxorum vir ante Baptismum, vel vnius ante, alterius post Baptismum an sit digamus Apostolo.

Cùm igitur iam ad verum sensum huius sententiæ peruenerimus; quærenda est iam ratio huius Apostolici instituti, quod ab initio discutiendũ proposuimus. Deinde an is, qui ante Baptismum duas vxores habuit, vel vnam ante Baptismum, alteram verò post acceptum Sacramentum regenerationis, pro digamo habẽdus sit. Nã vt huic secundæ quæstioni faciamus satis, B. Hieronymus in epistola ad Oceanum, magnis, & validis rationibus tuetur, eos non esse pro digamis habendos, qui ante Fidem susceptam duas habuerunt vxores, vel vnam ante Baptismum, alteram post Baptismum: & contradicentes huic sententiæ, tanquam hæreticos impugnat. Idem quoque tradit in epistola ad Titum cap. 1. cuius hæc sunt verba: *Multi superstitiosius magis quàm verius, etiã eos, qui cum Gentiles fuerint, & vnam vxorẽ habuerint, qua amissa, post Baptismum Christi alteram duxerint, putãt in Sacerdotio nõ legendos; cum vtique si hoc obseruandum sit, illi magis ab Episcopatu arceri debeant, qui vagam per meretrices antè exercentes libidinem, vnam regenerati vxorem acceperint: & multò detestabilius sit fornicatum esse cum pluribus, quàm digamum reperiri: quia in alio infelicitas matrimonij est, in alio ad peccandum prona lasciuia. Montanus, & qui Nouati schisma sectantur, nomen sibi munditiæ præsumpsère, putantq; secunda matrimonia ab Ecclesiæ communione prohibenda; cum Apostolus de Episcopis, & Presbyteris hoc præcipiens, vtique in cæteris relaxarit: non quod hortetur ad secunda matrimonia, sed quòd necessitati carnis indulgeat. Scripsit & Tertullianus de Monogamia librum hæreticum, quẽ Apostolo contraire, nemo qui Apostolum legerit, ignorabit.* Hæc ille, qui etiam in epistola ad Oceanum multa probabilia argumenta producit.

Prima opinio Hieronymi.

Secundas nuptias qui damnauerint Hæretici.

Tertul. parte 2. inter princip. & med.

Altera opinio Augustini lõgè probabilior.

August. lib. de Bono cõiugal. cap. 11. tom. 4.

B. tamen Augustinus, cuius sententiam Ecclesia per decreta sua consentiens secuta est, & contra sensum Hieronymi prævaluit, lib. de Bono cõiugali, aliter sensit his verbis: *Propterea Sacramentum nuptiarum temporis nostri sic ad vnum virum, & vnam vxorem redactum est, vt dispensatorem Ecclesiæ non liceat ordinare, nisi vnius vxoris virum. Quod acutius intellexerunt, qui nec eũ, qui catechumenus, vel Paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt: de Sacramento enim agitur, non de peccato, nam in Baptismo peccata omnia dimittũtur. Sed qui dixit: Si acceperis vxorem, nõ peccasti, & si nupserit virgo, non peccat, & quod vult, faciat, non peccat, si nubat; satis declarauit, nuptias nullum esse peccatum; propter Sacramenti autem sanctitatem, sicut fœmina etiamsi catechumena fuerit vitiata, non potest post Baptismum inter Dei virgines consecrari; ita nõ absurdè visum est, eum, qui excessit vxorũ numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandã Sacramenti amisisse, non ad vitæ bonæ meritum, sed ad ordinationis Ecclesiasticæ signaculum necessariam.* Hæc ille.

1. Cor. 7.

Prima ratio, cur digamus esse Episcop⁹ non possit.

Cuius rei hæc est ratio: Nam etsi Baptismus tollat vniuersa peccata, nõ tamen tollit factũ ipsum, ex quo colligũtur signa, quæ obstãt Sacerdotio. Digamia enim non ratione peccati,

quod multiplex sit, &, vt fornicatio, adulterium, incestus, sacrilegium Episcopatum, & sacros ordines impedit, sed potius signi gratiam. Ná matrimonium, Christi cum Ecclesia cõiunctionem significat, nam est vnius cum vna nexus. In eo verò qui fuit digamus, hoc signum per incontinentiam violatum est, quia duabus coniunctus fuit, aut vni, quæ duobus fuerat copulata, vt explicat Romanus Põtif. Leo IX. & Apostolica diataxis lib. 2. cap. 2. nam declarás illud; *Vnius vxoris virum*, dixit; *Qui sit vnius vir vxoris, quæ quidem semel nupserit.* Quamobrem digamus irregularitatis impedimentum incurrit.

Ephes. 5.

Leo IX. Clem. Roma.

Secunda ratio.

Alij verò alias rationes addunt ad idem præceptum cõfirmandũ: Quia nimirum non est habendus bonus, & spiritualis Sponsus Ecclesiæ, qui in carnali matrimonio decorũ non seruauit, & signum eius repetitis nuptijs maculauit: quod vitium etiam post Baptismũ manet, nõ enim tollitur ipso Baptismo indecẽtia quæ sequitur: nã & ipsæ secundæ nuptiæ vel apud Gẽtes semper odiosæ habitæ sunt, vt ipsemet Hieronymus in Iouinianũ tradit. Epiphanius verò loco citato aliã rationem assignat: *Propter excellẽtiã*, inquit, *Sacerdotij dignitatem, & honorẽ.* Ob quam etiam caussam legis Veteris summus Sacerdos, ac Pontifex virginem tantùm, non viduã, aut repudiatam ab alijs, ducere debebat. Ambrosius quoq; in dicta epistola ad Vercellenses aliam addidit caussam: *Vt videlicet posset consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, seruandam marito fidem.* Cuius etiam caussæ meminit Chrysostomus in epistolam ad Titum. Vbi etiam addit, digamũ facile patêre detractioni, & secundas nuptias nonnihil petulãtiæ habere visas. ¶ Hieronymus verò in epistolam ad Titum, ideò putat digamum reijci, quòd non videatur idoneus continentiæ præco. Quæ sanè ratio si attentiùs consideretur, rectiùs sentiret Hieronymus, quàm reliqui, dum putat, Apostolum ab Episcopatu reijcere eum, qui tantùm post Baptismum duas vxores habeat; cum tamẽ aliter sentiat, vt diximus, & Ambrosius, qui epist. 82. ad Vercellẽses, ponderans illud; *Filios habentem: Non*, inquit, *facientem: neque coniugium iterare.* Quod ideò nõ prætermisi, quia pleriq; ita argumẽtantur, vnius vxoris virum dici post Baptismum habitæ, eo quòd Baptismo vitium sit ablutum, quo afferebatur impedimẽtum. Et vitia quidem atq; peccata diluuntur omnia, vt si quis contaminauerit suum corpus cũ plurimis, quas nulla coniugij lege sociauerit, remittantur ei omnia, sed coniugia non resoluuntur, si quis iterauerit. Culpa enim lauacro, nõ lex soluitur: nulla enim culpa coniugij, sed lex est. Et lib. 1. de officijs cap. vlt. eôdem argumẽto idem dogma confirmat. Innocẽtius quoq; III. epist. 2. cap. 7. & epist. 22. cap. 2. ab Episcopatu arcendũ censet iuxta mẽtem Apostoli eum, qui duas vxores etiam ante Baptismum habuit. Quod Augustinº hac similitudine explicat: *Sicut fœmina etiãsi catechumena fuerit vitiata, non potest post Baptismum inter Dti virgines cõsecrari:* & rationẽ Apostolici præcepti ex significatione cõiugij explicat: quia cum Episcopus sit Vicarius Christi, & eum repræsentet pro Ecclesia incarnatũ, & passum, ita vt nunquã sit eam relicturus, sed sibi soli subiecturus; non reputatur idoneus, qui cum matrimonio suo, Christi, & Ecclesiæ significet coniunctionem per incarnationem. Imperfectè enim eam significauit, & inutilẽ, qui duxit plures vxores. Hæc eadem est sententia Leonis Papæ, qui epist. 87. ad Afros Episcopos: *Dicente*, inquit, *Apostolo, vt inter alias electionis regulas, is Episcopus ordinetur, quem vnius vxoris virum fuisse, aut esse cõstiterit, tã sacra semper habita est ista præceptio, vt etiam de muliere Sacerdotis eligẽdi, eadẽ intelligatur seruanda conditio, ne fortè illa, priusquam in matrimoniũ eius veniret, qui aliam non habuisset vxorem, alterius viri esset experta coniugiũ. Quis ergo dissimulare audeat, quòd in tanti Sacramenti perpetratur iniuriam; cũ huic magno, venerandoq; mysterio, ne Diuina*

Hieronym. lib. 1. aduers. Iouin. ante med. tom. 2.

Tertia ratio.

Epiphan. in Hæresin 59.

Quarta.

Ambros. epistol. 82. tomo 3.

Chrysos. homil. 2.

Quinta ratio Hieronymi, quæ expenditur.

Ambros. ibidem.

Baptismus culpã abluit carnalis pollutionis, nõ soluit coniugij legem, inquit B. Ambrosius.

Idem tomo 1. in princ.

Augustin. lib. de Bono cõiugali cap. 18.

De digamo ad Episcopatum inepto, exemplũ Augustini.

Leo Magn. cap. 1 circa med.

Quid quod summus Veteris legis Sacerdos vxorem ducere virginẽ tantũ debebat, teste Leone,

quidem

quidem legis statuta defuerint, quibus euidenter est definitum, vt Virginem Sacerdos accipiat, & alterius torũ nesciat coniugis, quæ vxor est futura Pontificis. Hæc ille. Et certè Synodus Nicena omnem digamiã à clerico reijcit, etsi inferioribꝰ clericis matrimoniũ permittat: quemadmodùm etiam hodie habentes quatuor ordines Minores, ad coniugium admittuntur. Synodus autem Neocæsarienſis ad clerum nõ admittit illum, qui cum vxore fornicaria coniunctus est, nec in eo permittitur manere. Hanc etiam sentẽtiam habes probatam in cap. Debitum, De Bigamis non ordinandis. Tertullianus quoque in libro de Monogamia, Episcopum, & Presbyterum, & Diaconos eiusdem esse Sacramẽti tradit. Et subdit: *Coniungent vos*, inquit, *in Ecclesia virgine, vnius Christi vnica sponsa.* Sed Paulus præcipit vnius vxoris virum esse debere, quæ viris adscribenda est propterea, quia viduæ in Ecclesia honorem castitatis vidualis habebant; quam illa non habet, quæ mortuo marito iterum nubit: sicut Virginis velamen habere non debet, quæ corrupta est etiã ante Baptismũ.

Sunt tamen quidam ex Hæreticis, qui digamiæ irregularitatem irridẽt, diuina suo ingenio metientes, ignorantes Dei Sacramenta, & speciosam Ecclesiæ faciẽ, quæ requiritur in oculis Dei, & Angelorum, quò omnia ordinatè, & secundùm ordinem fiant in nobis: ignorantes etiam Dei sapientiam, qui in Veteri lege quosdam peculiari præcepto à Sacerdotio repellebat, ob maculas; & defectus in facie, & ob alias infirmitates corporis. Et de his hactenus.

Leuit. 21.
Ezech. 44.
Synod. Nicena.
Concil. Neocæsar. can. 1.
Innocẽ. III.
Tertul. multo post libri dimidium.
Ephes. 5.
De digamiæ quã vocant irregularitate, impij Lutherani quid sentiant.
1. Cor. 14.
Leuit. 21.

DISPVTATIO XI.

In illa Apostoli verba: *Sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem, non vinolentum, nõ percussorẽ, sed modestũ, non litigiosum, nõ cupidũ, &c.*

Hieronymiana præmonitio autoris de Apostolicis Episcopi conditionibus disserturi.

ANtequam has Episcoporũ conditiones explicemus, præmittẽda existimauiverba Hieronymi in epistola ad Oceanum: *Simul obsecro*, inquit, *ne quis me in suggillationem istius temporis Sacerdotum scripsisse, quæ scripsi, existimet, sed in Ecclesiæ vtilitatem. Vt enim oratores, & philosophi, describentes, qualem velint esse perfectum oratorem, & philosophum, non faciunt iniuriam Demosthenj, & Platoni, sed res ipsas absque personis definiunt: sic in descriptione Episcopi, & in eorum expositione, quæ scripta sunt, quasi speculum Sacerdotij proponitur. Iam in potestate, & conscientia singulorum est, quales se ibi aspiciant; vt vel dolere ad deformitatem, vel gaudere ad pulchritudinem possint.* Hæc ille.

Primum dubium.

Quibus præmissis, multa occurrũt meritò dubitanda circa hæc verba. Et primò quidẽ multæ difficultates occurrunt in interpretandis sequẽtibus conditionibus, nimirũ vt sit sobrius, prudens, ornatus, pudicus, doctor, Non vinolentus, non percussor, sed modestus, non litigiosus, non cupidus, sed suæ domui bene præpositus, filios habens subditos cum omni castitate, non neophytus, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli, denique qui testimoniũ habeat bonum ab ijs qui foris sunt. Quæ quidem conditiones sunt numero quindecim, quarum nouem sunt affirmatiuæ, quinque verò negatiuæ: præter duas iam superiùs explicatas, videlicet quòd sit irreprehẽsibilis, & vnius vxoris vir. Secundò dubitatur, cur Paulus has omnes cõditiones per positiuum

Secundum dubium.

sitiuum gradum, & non per comparatiuum expresserit; cũ tamen Christus Petrum vt meliorẽ, & charitate feruẽtiorem cæteris Apostolis, in pastorem totius Ecclesiæ prætulerit, & euexerit. Tertiò mirantur quidã, Apostolum nihil de nobilitate, aut generis splendore perscripsisse; cũ tamen hodie in quibusdã prouincijs nullus seueriùs Canon obseruetur, quàm vt tantùm viri generosi, & nataliũ splẽdore clari ad regimẽ Ecclesiarũ promoueantur. Et sub hac etiã quæstione tractandũ, quare de genere, & sanguine quorundam vitando nihil statuerit, cùm in certis regionibꝰ peius cane, & angue arceantur, ab his ministerijs pij pariter, & docti viri, & aptissimi ad regendas Ecclesias, ob id tantùm, quòd ex Hebræorum, & Saracenorũ sanguine orti sint. Quartò, quid est quod Apostolus hoc loco nihil de cœlibatu Sacerdotũ cõstituat, de quo hodie tot conflictus, & certamina cum Hæreticis habemus. Quintò, cur cum hic de officio Episcoporũ edisserat Apostolus, nihil tamen de residentia in proprijs Ecclesijs, quæ tanti momẽti est, expresse definierit. Sextò, quare Apostolus nihil dixerit de modo eligendi Episcopos, de ratione etiam illos consecrandi; de eo, à quo Episcopatus sui confirmationẽ accipere debent: Cur item nõ distinxit de functionibus proprijs Episcoporum, quæ sunt, puerorum cõfirmatio, & clericorum ordinatio; quæ itẽ partes, & fũctiones sint Sacerdotum, quæ sunt, Sacram Eucharistiam cõficere, & administrare, remissionẽ peccatorum per confessionẽ, & enumerationem peccatorum suorum absolutionem conferre, Baptismum, & sacram extremam Vnctionem administrare. Quæ si hic expressa fuissent, magnam lucem his quę credimus, Apostolus inuexisset, & molestias Hæreticorum, qui semper de omnibus litigant, repulisset. Septimò in dubiũ reuocatur, an hæ leges, & cõditiones, quas de Episcopis præscribit, diuinæ sint, & à Christo immediatè ꝓfectæ, & per os Pauli præconis traditæ, an verò sint Ecclesiasticæ, & Canonicæ, ab Apostolis tãquam Ecclesiæ gubernatoribus, & dispẽsatoribus traditæ, vt tantũ statuant ius Canonicũ, in qđ Ecclesiæ dispẽsatio cadere possit. Nã cõstat in nonnullas harum Romanos Pontifices frequenter dispensare, vt in illã, quòd Episcopus sit vnius vxoris vir, & in alterã, Nõ percussorem, & similiter in illã: Oportet Episcopũ esse Doctorem: multi enim Episcopi nõ sunt apti ad docendum: neq; si maximè vellẽt, id assequi possent, vt experientia constat. In illam quoq; cõditionem, Nõ neophytum, dispẽsatũ esse videtur, cũ Ambrosius, & Nectarius adhuc catechumeni in Episcopos promoti sint. Ita vt hæ regulæ Apostolicæ potius videantur, quàm diuinæ, & censuræ ac iudicio Romanorũ Pontificum subditæ.

Ad dictis igitur dubitationibus satisfaciendum, respõdeo, præter duas iam dictas superiori disputatione, primam extitisse in præsenti: vt Episcopus sit sobrius, qui Græcè dicitur νηφάλιος, quæ vox significatione homonyma est, nam significat sobrium, & vigilantẽ. Sed hæc duo significata nõ multũ inter se distãt: nam sobrius ꝓpriè is est, qui parcus est, & tẽperatus in edendo, & bibẽdo, & cui opponitur ebrietas: qui verò in cibo, & potu temperantes existunt, illi etiam vigilantes esse solent, præstant enim clarissima mẽtis acie, & peruigiles sunt pro grege suo tuendo, iuxta illud: *Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tãquã leo rugiẽs circuit, quærens quem deuoret*; & Christus admonuit, *Attẽdite vobis, ne fortè grauẽtur corda vestra in crapula, & ebrietate.* Et subdit: *Vigilate itaq;, omni tempore orantes*, &c. Dixit autẽ Cato, teste Cicerone, de Cæsare, ꝙ sobrius accesit ad euertendã Rempublicam. Et per metaphoram rura sobria dicuntur, in quibus vinũ non nascitur; & sobria pocula, à quibus abest ebrietas. Ita Episcopũ decet esse sobriũ, vt Ecclesiã suam tueri valeat. Quã posteriorem vigilãtis significationẽ Chrysostom. ꝓfert priori: & Sacerdotes qui olim

Ioan. 21.

Tertium dubium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Quas duas Apostoli leges interdum Episcopi eligẽdi Pontifices Romani laxauerint.

Soluitur prima dubitatio.

De eo quod sobrium vult esse Paulus Episcopum.

Sobrius & vigilans qui differant.

1. Pet. 5.

Luc. 21.

Cicer. lib. 1 De offic.

Chrysost. homil. 10. in hac verba.

Leuit. 10.

ministrabãt in templo, vinũ, & sicerã bibere prohibebantur, vt meliùs vigilarent in ministerio suo. De pastorũ etiam vigilantia Heb. vlt. habetur:

Heb. 13.

Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri: & nonnisi dormientibus hominibus (id est pastoribus, & prælatis, quorum est pro alijs vigilare) venit inimicus homo, & superseminauit zizania. Et qui in militanti Ecclesia versantur, debent quatuor noctis vigilias custodire, sicut pastores Luc. 2. Versiculus ille Homeri commendandus est:

Matth. 13.

Luc. 2.

Homer. lib. Iliad. 2. initio.

Οὐ χρὴ παννύχιον ἰυδόειν βουληφόρον ἄνδρα,

id est: *Non oportet per totam noctẽ dormire consiliarium virum.*

Ad quid vtilis Temperantia.

Iuuat autem vigilantia ad cauendas dæmonum technas, & insidias, & ad orationem ardentiùs fundendam, & ad alios suæ custodiæ traditos tuendos, iuxta illud:

Matth. 26.

Vigilate, & orate ne intretis in tentationem. ¶ Secunda conditio est: Episcopum esse prudẽtem. Sobrios autem, & vigilãtes homines cõsequitur prudentia, & sagacitas. Et excludit eos, qui nomine simplicitatis excusant stultitiam Sacerdotum, cùm non tãtùm illis sit dictum:

Episcopi quo modo sint prudentes sicut serpẽtes, & simplices sicut columbæ.

Supra 10.

Estote simplices sicut columbæ (ad bonum scilicet faciendum) *sed etiam estote prudentes sicut serpentes, ad malum vitãdũ.* Græca tamen vox habet σώφρονες, vnde σωφροσύνη apud Aristotelẽ in Ethicis, temperantia est, vna ex quatuor virtutibus primarijs, moderans omnes inordinatos, & inhonestos appetitus facultatis cõcupiscentis, id est cibi, potus, & veneris, & modum illis præfigens. Dicitur autem σωφροσύνη, eodem autore, quasi σωσοῦσα τὴν φρόνησιν, id est seruans prudentiam: & Socrates apud Platonem, σωτηρία τῆς φρονήσεως, inquit, id est saluus mentis. Hieronymus in epistolam ad Titum, maluisset verti, castum, siue pudicum, etsi asserat vocem vtrumq; significare: quare interpres deceptus non fuit, vertens, prudentem: quia Episcopo maximè competit prudentia, qua in vna bonũ regimẽ & corporũ, & animarũ cõsistit.

Philosophus lib. 3. c. 10. Ethic. tom. 3. initio.

Plato in Charmide, siue de Temperãt. tom. 2. sub init.

Hierony. in cap. 1. epist. ad Titũ tomo 9.

Pudicitia in quibus versetur.

Vt ergo sobrietas moderatur delectationẽ cibi, & potus; ita pudicitia, siue temperãtia, delectationes venereas, nõ tãtùm in actu, sed etiã in verbis, & motibus, & vestibus, & cogitationibus. Tertiò vult esse *Ornatum*, quod verbũ teste Hieronymo ad Oceanũ, ἰσότιμος est prioris verbi, id est, irreprehẽsibilis. Qui vitia, inquit, nõ habet, irreprehensibilis appellatur: qui virtutibus pollet, ornatus est. Sic ille. Græca vox est κόσμιον, quã vertit Erasmus, modestum, id est cõpositũ in sermone, in habitu, & in incessu, & in cæteris externis bene moratus.

Ornatus qui sit Episcopus *Hierony. epist. 83. sub fin. tom. 2.*

Addit Hieronymus aliam interpretationem, dicens: *Possumus & aliud intelligere ex hoc verbo, iuxta illud Tullij: Caput est artis decere quid facias. Sunt enim quidam ignorantes mẽsuram suã, & tantæ stoliditatis, ac vecordiæ, vt & in motu, & in incessu, & in habitu, & in sermone cõmuni risum spectãtibus præbeãt; & quasi intelligẽtes quid sit ornatus, comunt se vestibus, & mũdicijs corporis, & lautioris mensæ epulas parant: cũ omnis istiusmodi ornatus, & cultus sordibus fœdior sit.* Et Augustinus serm. 2. De cõmuni vita cleric. *Modò dicturi sunt homines, quia inuẽni pretiosas vestes, quas non potuissem habere vel in domo patris mei, vel in illa seculari professione mea. Non decet, talem debeo habere qualẽ possum, si nõ habuerit, fratri meo dare. Qualem potest habere Presbyter, qualẽ potest habere decenter Diaconus, & Subdiaconus, talem volo accipere, quia in cõmune accipio. Si quis meliorem dederit, vendo, quod & facere soleo; vt quando nõ potest vestis esse communis, pretium vestis sit cõmune. Vendo, & erogo pauperibus. Si hoc eum delectat, vt ego habeam talem, det vnde nõ erubescam. Fateor enim vobis, de pretiosa veste erubesco: quia nõ decet hãc professionem, hanc admonitionẽ, hæc mẽbra, hos canos.* Hæc magnus Augustinus.

Episcopus item ornatus, Hieronymo. *Idem ibid.*

Ornatus corporis, & cultus qui nam fordibus fœdior sit. *B. Augustin. serm. 50. de diuersis, circa fin. tom. 2.*

Qualem Augustinus corporis ornatũ requireret.

Quartò oportet esse Episcopum *hospitalem*. Quo nomine cætera misericordiæ opera includuntur: nec putandus est ille Episcopus hospitalis, qui mensam suam instruit amicis tãtùm, aut familiaribus, aut qui diuitibus, & petẽtibus, aut qui fortè ebriosis, & morionibus, aut scurris, aut nouarum rerum nuntijs illam exponit;

Episcop⁹ qui sit hospitalis.

1. Cor. 9.

sed qui Dei seruos seminantes spiritualia sonet, qui egentes, & peregrinos excipit: id enim significat nomẽ Græcum Φιλόξενος, id est Peregrinorũ amans, hoc enim proprium est eorũ, qui excellentiorem profitentur charitatem: quo de opere laudantur Abrahã, & Lot, qui Angelos domi suæ excipere promeruerunt; & Magnus Gregorius Christum domi suæ hospitatus est, cùm multos peregrinos ad mensam inuitasset.

Gen. 18. Infra 19. Heb. 13.

Olim vbi tã tùm hospitari peregrinus debebat Episcopus.

Olim autem cautum erat, ne quisquam Episcopus peregrinus alibi hospitaretur, quàm in ædibus Episcopi eius loci, per quem diuertebat. Hieronymus in epistolam ad Titum: *Ante omnia*, inquit, *hospitalitas futuro Episcopo denunciatur. Si enim omnes illud de Euangelio audire desiderant: Hospes fui, & suscepistis me: quanto magis Episcopus, cuius domus omnium commune esse debet hospitium? Laicus enim vnum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis hospitium. Episcopus nisi omnes receperit, inhumanus est.*

Hieronym. in cap. 1. in id: Sed hospitalem, tom. 9.

Matth. 25.

Qualẽ oportet Episcopũ esse Doctorẽ.

Quintò, oportet Episcopum esse *Doctorem*, id est, vt Græca vox sonat, Διδακτικὸν, aptum siue appositum ad docendum. Episcopi enim opus proprium est docere, iuxta illud; Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent de ore eius. Non est igitur aut rabula, aut blæsus, aut læuis, aut infacundus eligendus. Hieronymus lib. 1. aduersus Pelagianos: *Illud certè*, inquit, *quod sequitur*, Διδακτικὸν, *qui possit docere, non vt interpretatur Latina simplicitas, docilem, cum cæteris virtutibus difficulter inuenies.* Idem in epistola ad Oceanum: *Quòd autem doctrina à Sacerdotibus expetatur, & Veteris præcepta sunt legis, & ad Titum plenius scribitur. Innocens enim, & absque sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantùm silentio nocet: nam & latratu canum, baculoq; pastoris, luporum rabies deterrenda est.* Ambrosius Episcopus ex neophyto creatus, cogebatur quotidie discere & docere, vt ipse testatur. Et explicans Apostolus ad Titum 1. quid sit esse Doctorem, dixit: *Amplectentẽ eũ, qui secundùm doctrinam est fidelem sermonem; vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.* Hoc est enim esse Διδακτικὸν, quod hic ait, Doctorẽ. Debent igitur nosse atque docere, non humanas, aut philosophicas disciplinas, sed Sacras Scripturas, quæ in Nouo, & Veteri Testamento continentur, quia de eis potissimum intelligimus dictum, quòd simus parati ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est, Spe, & Fide. Reliqua etiam per Synodos Oecumenicas, siue per Pontificum Romanorum canones definita, ac tradita non ignorare. Etsi negandum non sit ad Sacras literas intelligendas, & aptè alijs tradendas, multum conferre humanarum disciplinarum notitiam, & perceptionem.

Hieronym. circa medi. tom. 2. inter med. & finem.

Idem epist. 83. sub fin. eod. tom.

Tit. 1.

Ambro. lib. 1. De offi. c. 1. tom. 1. in princ.

Episcopum quid esse Doctorem Apostolo.

Tit. 1.

Quænam docere debet Episcopus.

1. Pet. 3.

Sextò, oportet Episcopum vinolẽtum non esse: quod & idem de diaconis statuit, cum ait: Non multo vino deditos. Ambrosius vertit, non obnoxium vino, id est, qui non delectetur vino: multa enim vini potatio etiam citra temulentiam, vim mentis laxat, & vigorem iudicij tollit, etsi iudiciũ non adimit. Num. 6. Iubentur Sacerdotes dum ministrãt, à vino abstinere. Hieronymus ad Oceanum: *Vinolẽtia*, inquit, *scurrarum est, & comessatorum: vẽterq; mero æstuans, citò despumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur, viuens mortuus est: ergo, qui inebriatur, & mortuus, & sepultus est. Noe ad vnius horæ ebrietatem nudat femora sua, quæ per sexcentos annos sobrietate contexerat. Lot per temulentiam, nescies libidini miscet incestum: & quem Sodoma non vicerat, vina vicerũt.* Plato lib. 2. de legibus propè finem, legem Carthaginiẽsium legibus Cretensium, & Lacedæmoniorum præponit: *In ciuitate*, inquit, *nec seruus, nec serua vnquam vinum gustet, nec ipsi quidem magistratus illo quo magistratum gerunt anno: neque gubernatores, neque iudices, dum munus suum exercent, vllo modo vinum gustent.* Et paullò ante dixerat, Vinum, vt aliorum hominum

Episcopi & Diaconi cur esse vinolenti non debẽt Ambros. tomo 5.

Num. 6. Leuit. 10. Hierony. epist. 83. Cõtra vinolentiam. Ephes. 5.

Gen. 9.

Infra 19.

Plato tomo 2. Quibus Plato interdixerit vinum, & quatenus. Vinum hominibus cur datũ à natura, eodem autore.

fert

Nō omninò clericis vsum vini Apostolum prohibere.
1. *Timot. 5.*

fert sermo, tributum esse supplicij nomine hominibus. Vt autem nos docebamus, vinum vt medelam atque remedium, ad pudorem videlicet animo conciliandum, corpori verò sanitatem, viriumq; firmitatem tribuendam. Non tamen omninò vini vsus interdicitur, in cuius specie sanguis Christi potandus tribuitur: & quia Timotheo hac eâdem epistola scribit: *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.*

Chrys. hom. 10.
Hic sensus: Oportet Episcopum non esse vinolentum, id est cōtumeliosum, improbatur.

Chrysostomus tamen cum suis sequacibus, magis probat, non notari hîc ebriosum, vel vino madētem, sed contumeliosum, & elatum, temerarium, & præfractū, vt Apostolus nomine causſæ designauerit effectum. Sed si hic sensus verus esset, concurrere videretur hæc vox cum sequenti, vbi prohibet non esse percussorem.

Quot modis Episcopus non sit percussor.
1. *Cor. 8.*

Septima ergo conditio Episcopi est: *Non esse percussorem,* ὁ πλήκτην. Et sicut multis modis contingit percutere, aut manu, aut opere scandalum fratribus dando, vt qui percutiunt fratrum conscientias pusillorum; aut lingua, & consilio; ita multiplex potest esse sensus. Hieronymus namque in epistolam ad Titum, refert ad acerbitatem linguæ: vt Episcopus nemini maledicat, nec sit sæuus, & improbus obiurgator, ne conuicijs perdat, quos poterat modestia, & lenitate corrigere. De quo genere percussionis inferius cap. 5. ait: *Seniorem ne increpaueris,* id est, Ne verborum plagis percutias: nam Græca idem verbum habent quod hic: Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς: de qua percussione Ieremias cap. 18. ait: *Venite, & percutiamus eum lingua:* & Dauid: *Dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Qui enim in præsentes contumeliosius debacchatur, gladio vtitur; qui verò in absentes, sagittis. Et hoc genus percussionis minimè Ethnici ignorarunt: fiam quidam Poëta dixit:

Hierony. in cap. 1. epist. ad Titum.
Primus modus.

1. *Tim. 5.*

Ierem. 18. Psal. 56.
Explicatur illud: Dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorū gladius acutus.

Horat. lib. 3. Carm. ode 12.

Animari metuentis patruæ verbera linguæ.

Et alter:

Secuit Lucilius vrbem, Te Lupe, te Muti & genuinum fregit in illis.

Persius Saty. 1. propè finem.
Secundus modus.

Deinde sunt, qui etiam manu percutiunt ad iniuriam, vulnus graue, aut cædem inferentes: qui irregulares fiunt, ne promoueri possint ad Sacros ordines, siue per se, siue per alios, siue iustè, siue iniustè percutiant: vt illi iudices, qui iustas mortis pronuntiant sentētias in eos quos regunt: quia non est aptus ad offerendum Patri sanguinem Christi pro alijs, qui fratrum suorum sanguinem fundit. Quare irregulares fiunt ad Sacerdotium. Quod insinuatum & adumbratum Deus voluit in eo, quòd Dauid reiectus est ad templum ædificandum, ob id quòd multum sanguinem effuderat, & plurima bella bellauerat. In hæc tamen dispensatio Pontificia cadere potest. Postremò percussor est; qui operibus scandalosis fratrum suorum conscientias percutit: de quo Græci Patres hunc locum interpretantur.

Quid quod Rex Dauid nō est domū Domini ædificare permissus.
1. *Paral. 22.*

Tertius modus.

Rectè autem vinolentia cum percussione manus, aut linguæ coniungitur: quia vino dediti facilè incalescunt, & ad cædes, & iniurias inferendas propensi sunt: vt constat de Alexandro Magno; & Matthæ. capite 24. dicebat seruus iniquus, *Moram facit dominus meus venire: & cœpit percutere conseruos suos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari*

Ratio huius copulæ adfertur: Non oportet Episcopū esse vinolentū, nō percussorem
Matth. 24.

Luc. 12.

Subdit: *Sed modestum.* Hæc est Episcopi octaua conditio in Latina litera, nona verò in Græca, quæ vox in Græco codice non est, sed post verbum, Non turpis lucri cupidum, quod in Latinis codicibus non legitur, nec Hieronymus legit in epistola ad Oceanum, nec libro primo cōtra Pelagium, nec etiam Ambrosius: tamen Græcè post illam vocem αἰσχροκερδῆ habetur, ἀλλ' ἐπιεικῆ, hoc est æquum, & humanum, alij legunt, modestum. Est autem modestus, qui ferre potest ea, quæ in ipsum aut fiūt, aut dicuntur. Et ita interpretatur Theodoritus.

An legēdum sit: Sed modestū, an verò, Non turpis lucri cupidum.
Hierony. circa med. tomo 2.
Idem epist. 83. sub initium, tomo 5.
Modestus qui sit.
Theodor. par. 2.

Si verò

Episcopus qui non sit turpis lucri cupidus. *Tit. 1.*

Si verò legamus, *Nõ turpis lucri cupidũ*, qđ in Græco habetur, qđ tamẽ ex præsſũ est de Episcopis in epistola ad Titũ, & inferiùs exactum à diaconis; meritò ab Episcopo quoq; debet abesse hoc vitiũ: *Nõ turpis*, inquit, *lucri cupidũ*, id est, Qui ignorat nouas augẽdi lucri rationes; ne cogitet id sibi licere ꝓpter hospitalitatem, aut accumulet diuitias, vt filios nothos, aut nepotes ditet, & vt abiecta cupiditate ad diuina studia verbi Dei, & ꝓcessit magis expeditus: nã ob id adiũcti sũt illi diaconi, qui tẽporaliũ bonorũ curã habent: & vt dixerunt Apostoli; *Nõ est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* ¶ Caueãt ergo Episcopi, qui Apostolicã vitam cõsectãtur, ne suo vitio Iudæ fiant, aut pecuniæ accumulandæ incumbant. Reprehendit Cyprianus quosdã Episcopos sui seculi, qui vsurario lucro vacabãt. Est autẽ turpe lucrũ, emere, vt vendas; aut tempore rigidi pretij frumenta vendas, aut vt fraudibus, & illicitis contractibus illa multiplices. Nec desunt ex pastoribus quidam tã sordidi, vt plerũq; minus auaritiæ agnoscere possis in laicis, quàm in illis, & hoc sanè peccatum totã eorum vitam aliôqui sanctã, & prædicationẽ commaculat. ¶ Est autem hæc decima Episcopi cõditio: *Non esse litigiosum*, qđ vno verbo Græcè dicitur ἄμαχον, hoc est alienũ à pugnis, siue verborũ, quæ λογομάχιαι vocãtur, siue etiam manuũ: nã inijcere clericum in alium clericũ, aut cõtrà laicum in clericũ manus violentas, graue peccatum est, & excõmunicationi subditur, qui id fecerit. Debet autẽ longè esse à pugnis, qui aliorũ futurus est pacificator, & mediator. ¶ Vndecima cõditio est: *Nõ cupidũ*. Alij vertunt; auarum. Græcè verò vnũ nomen est ἀφιλάργυρον, hoc est argenti minimè cupidũ. Videas enim plerosq; pecuniæ, & argenti mãcipia factos, & in eũ vnum finẽ cuncta sua studia, & cogitationes, & operã ponere videntur, vt vndiq; loculos suos impleant etiã ex pœnis tẽporalibus, quas peccãtibꝰ imponunt. Vnde sæpè cõtentiones oriũtur inter Magistratũ sacrũ, & profanum. Pulcherrima est historia, quã Polybius quidã Epiphanij discipulus recenset de Ioãne Ierosolymitano Episcopo, qui cum innumerã instruxisset argẽteorum vasorũ supellectilem, & admonitus fuisset semel, aut bis ab Epiphanio, vt illa omnia vendita in vsus pauperũ dispensaret, nec auditus ab eo fuisset; profectus est ab Ecclesia sua gratia adorandi, & visitandi loca sancta. Et cum illa vasa ab eo mutuo accepisset sub prætextu honorãdi Cypriosnobiles, quos secũ adduxerat, occultè vendidit argentario Romano, qui fortè fortunà tunc Ierosolymã venerat, & ingẽtem pretij pecuniã in vsus pauperũ, & infirmorum, & viduarum dispensauit. Quod cũ Ioãnes nouisset, indignatus in Epiphaniũ, post celebratũ officiũ vespertinũ, cũ de tẽplo exiret, apprehensa parte superiori vestium, sanctũ virũ stringebat, dicens: Redde mihi argentũ meum. Cùm ille modestè respondisset se redditurum, alter autẽ nihilominus adhuc magis vrgeret; eleuato animo, tantillũ cogitauit quid faceret. Ad quem tandẽ post pusillum cõuersus, proiecto sputo in eius oculos, planè illũ excæcauit. Qua ille re vehementer cõmotus, & ad se rediẽs, prostrauit se ad pedes sancti: & confesso peccato suo, cæcitatis malũ deprecatus est, asserens se boni consulere quicquid de argento fecisset. Idẽ etsi à principio se durum præstitisset, instante tamen Ioanne, & cæteris pro eo precantibus, primùm vnius oculi, deinde etiam & alterius vsum restituit. Eant igitur pastores omnes ac Episcopi, & discant quid sit argentum, & quanta in cæcitate versentur, qui illi accumulando, & augendo, toto vitæ tempore incumbunt.

Cur electi septem Diaconi ab Apostolis. *Act. 6.*

Episcopi turpe lucrũ consectates, quales fiant miseri. *B. Cyprian. tract. de Opere, & eleemosy.*

Turpe lucrũ quod nã sit.

Episcopus qui litigiosus.

Idẽ quomodo cupidus, aut auarus.

Magnus Epiphanius in Ioannem Episcopũ Constantinopolitanum, cupidum, & auarum, quàm seriò & graviter luserit.

Epiphanij diuina vis Ioãnem Episcopum & cæcãtis, & cæcitate liberantis.

Duodecima cõditio est, de qua ait: *Sed suæ domui bene præpositum.* Græca vox est προϊστάμενον, id est, Qui benè præsit, vt mox vertit: *Si quis autem* (inquit) *domui suæ præesse nescit*, &c. Græcè προστῆναι. Et de Diaconis, qui filijs suis bene præsunt: & cap. 5. *Qui bene præsunt presbyteri.* Ne Laurentius Valla valeat obijcere: Bene præpositum,

Episcopus eligendus qui sit domui suæ bene præpositus.

1. Tim. 5.

Ambros. tomo 4. & tomo 5.

eius magis esse, qui commisit Episcopi munus, quàm Episcopi laudem. Et Ambrosius legit, lib. de Dignit. Sacerdot. cap. 4. *Domui suæ bene præesse*, in Commentarijs verò, *domum suã bene regentem.* Domũ pro familia vsurpauit, vt sit sensus: Qui familiam suã bene regat. Hieronymus in epistola ad Oceanum; *Domum suam bene regentem: non vt opes augeat; nõ vt regias paret epulas; nõ vt cælatas patinas struat; non vt Phasides aues lentis vaporibus coquat, qui ad ossa perueniant, & superficiẽ carnis non dissoluant artifici temperamẽto; sed vt, quod populo præcepturus est, prius à domesticis exigat.* Hæc ille. Vt ita cum Propheta dicere valeat: *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat, Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam,* & reliq. Et Dominus dixit, *Qui in modico fidelis, & in maximo fidelis erit.* Ambrosius verò priori loco de dignitate Sacerdotali: *Domui suæ*, inquit, *bene præesse potest, qui corporis sui seruauerit castitatem.* Et ita domum corporis interpretatur. Etsi verisimilior sit prior interpretatio. Rursus Hieronymus ad Nepotianum Episcopũ: *Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris Si lector, si acolythus, si psaltes te sequitur: nõ ornentur veste, sed moribus: nec calamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur.* Concilium Carthaginense III. cap. 18. rectè definiuit: Placuit vt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi non ordinentur, priusquam omnes, qui sunt in domo eorum Christianos Catholicos fecerint.

Hieron. epist. 83. circa fin. tom. 2.

Psal. 100.

Ambros. & Hieronymus domui suæ quẽ asserant bene prepositum.

Hieron. episto. 2. longius à princip. tom. 1. initio.

Concil Carthag. III.

Addit Apostolus: *Filios habentem subditos cum omni castitate.* Hoc enim prima pars est eorum, qui bene præsunt familiæ suæ. Et, cũ, vel in omni castitate, ait, siue vt alij vertunt, reuerentia, & verecundia, Ambrosius in Commentarijs legit, *Cum omni charitate:* at lib. de Dignitate Sacerd. cap. 4. vertit, cum castitate, & interpretatur: *Filios suos suæ castitatis exemplo ad pudicitiæ regulã doceat.* Tùm quia mala eorum vita testimonium esset contra patrem eis prælatum; &, *Secũdum iudicem populi, sic & ministri eius, qualis rector* (vel iudex) *est ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Et Sap. 4. *Ex iniquis somnijs* (id est nefarijs & illegitimis cõcubitibus) *filij qui nascũtur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua*, id est cùm in eos inquiritur. Tùm etiam quia in Episcopi domum populus concurrit, cuius interest, vt Episcopi filij filios Heli non imitentur, qui in templi vestibulo cum mulieribus dormiebant, & religionẽ in prædam optimæ cuiusq; rei cõuertebant: quæ expositio est Hieronymi ad Oceanum. ¶ Theophylactus interpretatur cum omni castitate, id est grauitate (est enim: μετὰ πάσης σεμνότητος) quæ sit & in verbo, & habitu, & opere, cũ ad omnes, tùm in omni tempore. Ad Titum verò scribens ait: *Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut nõ subditos.* Pulchrè autem hoc explicat Hieronymus in cap. 1. ad Titum: *Qua enim libertate possumus alienos filios corripere, & docere quæ recta sunt, cũ nobis statim posit qui fuerit correptus, ingerere, Ante doce filios tuos. Aut qua fronte extraneum corripio fornicantem, cũ mihi conscientia mea ipsa respondeat: Exhæreda ergo fornicantem filium, abijce filios tuos vitijs seruientes? Cùm autem nequã filius in vna tecum communicat domo, tu audes de alterius oculo festucam detrahere, in tuo trabem non videns?* Hæc ille.

Ex quo patet, non omnem Episcopum statim cæteris esse meliorem: nã Samuel, Dauid, & Isaac abiecti fuissent propter suos filios, qui etsi filiorum vitijs non polluerentur, libertatem tamen totius populi corripiendi non habuerunt. Qui domui suæ, cui vbique præsens est, rectè præesse nequit, quomodo totã Ecclesiam rectè gubernabit, curabitq;, in qua tam diuersorum ingeniorum, & morũ sunt homines? Dicere solet vulgus, eos, qui Rempublicam administrant, negligentiores esse in suis liberis curãdis, & instituendis. Verùm certè qui virtutis amore, & prudentia Rempublicam gubernat, sedulam impendit filijs, & familiæ curam. Ordinata est enim charitas, & qui suorum, maximè domesticorum, curam habet, fidẽ

Sap. 4.

Secunda ratio.

1. Reg. 2.

Hieron. epist. 83. sub finem.

Theophylacto quid filios habere subditos cũ omni castitate.

Tit. 1.

Hieron. tomo 9.

Episcopi filios habẽtes impudicos, & incontinẽtes, teste Hieronymo, quã inepti ad Episcoparum.

Matth. 7.

Vnde elicias bone lector, aliquos Episcopos nõ esse cæteris meliores.

Cant. 2.

1. Tim. 5.

Primaratio.

Ecclesiastici 10.

nega-

negauit, & est infideli deterior.

Quòd verò Hieronymus in cap. 1. ad Titum scripsit: *Dicendum est, in Scripturis per filios λογικοὺς, id est cogitationes; per filias verò πρακτικὰς, id est, opera intelligi, & eum nunc præcipi debere Episcopum fieri, qui & cogitationes, & opera in sua habeat potestate, & verè credat in Christo, & nulla subrepentium vitiorum labe maculetur*: magis est mysticum, quàm literale: sicut quod Ambrosius interpretatur, eum domui suæ bene præesse, qui corporis sui castitatem seruauerit.

Herum verborũ: Filios habentẽ subditos cum omni castitate, siue, non in accusatione luxuriæ mystica Hieronymi intelligentia.

Ambros. libro de Dignit. Sacerdo. cap. 4. tom. 4.

Quàm solidũ & efficax, domum suã regere qui nescit, nec Ecclesiam Dei bene curaturum.

Luc. 16.

Propterea subdit: *Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Idem est hoc cum eo, quod Dominus apud Lucam dixit: *Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.* Estque solida ratio ducta à minori ad maius. Si enim quis decem pondera portare nequit, quomodo portabit centum? Et si quis domum regere nescit, quomodo ciuitatem gubernabit? cũ prudens œconomus non sit malus futurus politicus, etiam secundũ huius mundi sapiẽtes.

Cui simile hoc dictum Apostoli.

Addit & decimamtertiam conditionem: *Non neophytum*: Id est: non sit noua planta, vel, Non recens natus, aut nuper insitus; alij, Non sit nouellus, vel nouitius; nam hoc nomine Apostoli recens baptizatũ appellabãt. Et meritò, quia homo plantatur in Christo quasi in terra, aut implãtatur tanquam surculus oliuæ, aut palmes viti. Vnde & apud Romanos noui homines vocari consueuerant, & insititij, qui nuper ad ciuilitatem Romanã peruenissent. Hæc autẽ conditio non requirit senectutem, nec excludit iuniores tempore, si docti, & bene morati existant, cùm ipse Apostolus Titum, & Timotheũ adolescentes Cretæ insulæ, & Epheso amplissimæ ciuitati præfecerit, & inferius dicat, *Nemo adolescentiam tuã contemnat.* Nã & Scipio adolescens ante tempus ad Consulatum autoritate humana euectus fuit. Et Diataxis Apostolica apud Clementem lib. 1. cap. 1. scribit: *Sit igitur, si fieri potest, eruditus, & peritus in scientia verbi conuenienter ætati. Quòd si in parua paræcia grandior natu aliquis non reperitur, qui testimonio probatus, & sapiens in Episcopum constitui possit, iuuenis verò ibi est, testimonium habens eorum, qui cũ eo vixerunt, Episcopatus munere illum dignum esse, in mansuetudine, & modestia senectutem præ se ferens, & probatus talium testimonio commẽdetur; is constituatur in pace.* Et probat: *Nam Salomon duodecimum agẽs annum, in Israele regnauit; & Iosias octo annos natus regnauit in iustitia. Item Ioas in septimo anno præfuit populo.*

Pro neophytis qui minimè cẽsendi.

1. Tim. 4.

Clem. Rom.

Deinde nõ excludit Apostolus per vocem neophyti magis Iudæũ, quàm Gentilem, modò diu sit ad Fidem cõuersus, & in illa semper permanserit. Imò quantum ad hoc attinet, præstabat Iudæus Gẽtili, quia lex Moysi tota erat pædagogia, & catechismus ad fidem Christi accipiendam. Lege eñ iuuatur, ne illi Christus, aut ille Christo nouus sit. Et olim Gẽtiles ad Christum conuersi, neophyti erant, non autem Iudæi, qui in Sacris literis à tribus millibus annorum enutriti erant. Vnde ipsi Iudæi primi fuerunt prædicatores, & Sacramentorum administratores, in quibus Gentes, & præsertim Corinthij gloriabantur, ac dicere soliti erãt: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ.*

Iuuenem Apostolicæ cõstitutio quẽ admittat ad Episcopatũ.

Adhuc iuuenes qui regnauerint in Iudæis.

3. Reg. 6. 4. Reg. 21. 2. Paral. 34. 4. Reg. 11.

Gal. 3. 24. & 25.

Gentiles olim, non nomen Iudæi cur essent neophyti.

1. Cor. 1. & infra 3.

Quis propriè neophytus Apostolo.

Hierony. epist. 83. circa fin. tomo 2.

Tantùm ergo reijcit illum, qui recèns est baptizatus, quales plures eo tempore erant. Turpe est enim, ait Hieronymus: Heri catechumenus, hodie Pontifex: heri in amphitheatro, hodie in Ecclesia: vespere in circo, mane in altario: dudũ fautor histrionum, nunc virginum consecrator. Idẽ lib. 1. aduersus Pelagianos: *Si Baptismus statim iustum faceret, & omni plenum iustitia, nequaquam vtique Apostolus neophytum refutaret: sed Baptismus vetera peccata conscindit, noua virtutes non tribuit, dimittit è carcere, & dimisso, si laborauerit, præmia pollicetur.* Augustinus etiam lib. 14. de Trinit. c. 18. & lib. 2. de Peccat. meri. & remiss. cap. 27. apertè affirmat, Baptismũ nõ statim tribuere perfectam virtutem. Imò ex hoc præcepto, & eo qđ sequitur de Diaconis: Et hi probentur primùm,

Idem circa med. voluminis, tom. eodem.

Baptismi quid conferat, quid nõ conferat Sacramentum, teste Hieronymo.

B. August. tom. 3.

Idem tomo 7.

Ad altiores nũc ordines promouẽdi, quomodo p bentur primùm. *Trident. Synod. sess. 23. c. 2. & can. 2. & alibi.*

mùm, statutum est ne laicus fiat diaconus, presbyter, vel Episcopus, nisi prius in inferioribus ordinibus seruierit. Huius etiã rei vmbra nũc seruatur: quia nemo admittitur ad vllũ sacrum ordinem, nisi prius quatuor ordines, quos vocant Minores, acceperit, in quibus etiam Synodus Tridẽtina decreuit, vt in illis ad tempus seruiant, qui ad maiores, & sacros p mouendi sunt; ne contingat vt ministeria ordinum à non ordinatis suppleantur, & ab ordinatis negligãtur.

Episcopus neophytus, in superbiã elatus, in iudicium cur incidat diaboli. Prima ratio D. Hieronymi. *Hierony. ad Oceanum.*

Meritò autem hoc officiũ extendi potest ad eos, qui citò, & minimè per gradus suos euehuntur ad hoc tãtum Episcopatus fastigium. Et rationem imminentis ruinæ reddit: *Ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.* Ignorat, inquit Hieronymus, momentaneus Sacerdos humilitatem, & mansuetudinem rusticorum: ignorat blãditias Christianas: nescit seipsum contemnere: de dignitate transfertur ad dignitatem: non ieiunauit, nõ fleuit, non mores suos sæpè reprehẽdit, & assidua meditatione correxit: non substantiam pauperibus erogauit. De cathedra quodã modo ducitur ad cathedram, id est de superbia ad superbiam. Ambrosius quoque: *Verum est,* inquit, *quia rudis in fide solet extolli superbia, maximè si accipiat ordinẽ. Nouitate enim, & potestate inflatur, arbitrãs se præ cæteris digniorẽ. Videns enim primo anno natiuitatis collatum in se honorem, putant non magis ad suum, sed ad aliorum profectum se vocatum, quasi beneficiũ religioni det magis, quã accipiat ab ea.* Et epist. ad Vercellenses: *Quàm resistebam ne ordinarer? postremò cũ cogerer, saltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit præscriptio, prævaluit impressio. Tamẽ ordinationem meã Occidẽtales Episcopi iudicio, Orientales etiam exẽplo probarũt. Et tamẽ neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur superbia. Si dilatio ordinationi defuit, vt cogentis est. Si non deest humilitas cõpetens Sacerdotio; vbi caussa non hæret, vitiũ nõ imputatur.*

Secunda ratio S. Ambrosij. *Ambros. tomo 5.*

Idem epist. 82. circa med. tom. 3 Ambrosij neophyti ordinati, Episcopi caussæ.

Accedit & Haymo in hunc locũ: *Ne dicat neophytus, Indigebat Ecclesia mea sapientia, vel meo auxilio: ideò me ad Fidem adduxit, & super se constituit.*

Tertia ratio Haymonis Episcopi.

Est ergo neophytus, nouè conuersus ad Fidem, & recenter instructus, nõ minus vrgens instructionẽ, quàm Baptismi Sacramentũ. ¶ *Ne in iudiciũ incidat diaboli.* Id est, in eandem damnationẽ, in quam diabolus incidit per superbiam, & arrogantiã, vt Haymo, & Chrysostomus cum suis explicãt. Basilius ad Cœnobitas: *Diabolica ista pestis est, & libidinis dominandi labes, quæ res insigne est primæ illius diaboli prauitatis indiciũ. Etenim ex hac ille quoque imperãdi libidine præceps insigni illo superbiæ lapsu corruit.* Hieronymus verò ad Oceanum: *Iudicium,* inquit, *& ruina diaboli, nulli dubium, quin arrogantia sit. Incidunt in eã, qui in puncto horæ, necdũ discipuli iam magistri sunt.* Aliter interpretatur Ambrosius: *Elatus neophytus incurrit laqueum diaboli. Inuẽta enim occasione superbiæ illius, Satanas præcipitat eum.* At Erasmus vocẽ diaboli vertit per verbũ Calumniatoris, vt possit & ad hominẽ referri, & non tantùm ad spiritum immundum: sed præstat Patrum veterum intelligẽtia, quã Hilarius etiam ponit in psal. 118. super illud: *Increpasti superbos.* Et cõsideranda est Pauli prudẽtia hoc loco: quia cũ dixit: *Nõ vinolentum, non percussorem, non litigiosum,* rationem non expressit, quia crimina erãt, & manifestè per se mala: at cũ dixit, *Non neophytum,* rationẽ adiecit: quia esse neophytum, nõ est crimen, aut res per se mala, ob quã quis veniat à gradu suo arcendus, sed media, & adiaphora.

Neophytus Episcopus ordinatus quale iudicium incidat diaboli. *Idem. Chrysost. homil. 10. Basil. cap. 10. constit. monast. Hierony. epist. 83. sub finem.*

Vltima conditio Episcopi est: *Oportet autem illũ & testimoniũ habere bonũ ab ijs qui foris sunt; vt nõ in opprobrium incidat, & laqueũ diaboli.* Hieronymus ad Oceanum, ita interpretatur: *Quale principium, talis & clausula. Qui irreprehensibilis est, non solũ à domesticis, sed ab alienis cõsono ore laudatur. Alieni, & extra Ecclesiã sunt Iudæi, Hæretici, atq; Gentiles. Talis ergo sit Pontifex Christi, vt, qui religioni detrahunt, vitæ eius detrahere non audeant.* Hæc ille. Debet ergo Episcopꝰ ab externis vitæ inculpatę habere testimoniũ: nã ipsi Catholicũ Episcopũ pro seductore habent.

Ambros. in cap. 3. 1. ad Timoth. Alter sensus Erasmi, minus probabilis.

Hilarius. Psal. 118. Huius solius conditionis, non præcedentiũ, creãdi Episcopũ non neophytum, cur Apostolus rationem assignauerit. Quod habere testimoniũ bonũ debet Episcopus ab ijs qui foris sunt. *Hierony. loco prædicto.*

¶ Et

2. Cor. 6.

¶ Et quòd dixit Apostolus: *Per infamiam, & bonam famam*, explicat: Vt seductores, & veraces. Infamia erat, seductorem esse, quem titulum Christo mortuo Iudæi dederunt: Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc, viuens, &c. Cæterùm nullis vnquam Apostolus fornicationis, aut impudicitiæ, aut auaritiæ crimen obiecit, vt hoc loco ait Chrysostom. & Plinius in epistola ad Traianum scripsit, quòd Christiani nullo crimine, aut flagitio, in quos inquirebat, inuoluerentur; nisi quòd antelucanos quosdam hymnos Christo canerent Deo.

Matth. 27.

Chryſoſ. homil. 10. De Christianorum sanctitate, Plinij testimonium.

Quod verò ait: *Vt non in opprobriũ incidat, & laqueum diaboli*: quidam ad omnia superiùs dicta de Episcopo referendum censent, quasi dicat: Hæc omnia habeat Episcopus, ne apud fideles, vel infideles probro afficiatur, & cõtemnatur. Vnde Ambrosius hoc loco: *Si timorem Dei*, inquit, *ante oculos non habuerit Episcopus, tempori magis se commendans, hunc quasi infidelem, & pseudoprophetam deserit Deus, & deformis videbitur omnibus, & maculosus, quia aliter facit, quàm prædicat*. Sic ille. Verùm intelligentia Græcorum præstat, qui hæc accommodant ad proximum verbũ: Huiusmodi enim apud Infideles increpabitur, atque ita prædicatio eius impedietur. Et vt Ambrosius interpretatur: Ne fortè accipiãt inimici locum Episcopo obtrectãdi, & infamare incipiãt Catholicum dogma. Vel: Ne ipse Episcopus fiat probro Ecclesiæ, & doctrinæ, & laqueus per quem diabolus multos illaqueet, sicut dicitur de Iudæis: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.*

Explicatur dupliciter hæc ratio: Vt nõ in opprobrium incidat, & laqueũ diaboli.

Ambroſ. tomo 5.

Alter sensus Græcorum præstantior.

Ambroſ. De dignit. Sacerd. cap. 4. in fin. tomo 4.

Psal. 68. & Rom. 11.

Quod inferiùs etiã cap. 6. de seruis dicitur debentibus dominos suos omni honore dignos arbitrari: ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur. Multum enim doctrina blasphematur, cùm quis malæ famæ ad eam prædicandam constituitur. Tunc em̃ Ecclesia probro afficitur, & infirmi à fide deficiunt, & infideles à fide accipienda alienantur. Vt autem vulgo dicitur: *Malus choraula, bonus symphoniacus est.* Et Cicero pro Muræna: *Qui cytharœdi esse non possunt, aulœdi fiunt.* Hæc ille ferè. Ita dicent Gentiles, & Hæretici: Infamis apud nos, magnus, & præcipuus est apud Christianos. Et hactenus vniuersas conditiones Episcopi explicuimus.

Doctrina Domini quãdo blasphemetur.

1. Tim. vlt.

Episcopi malæ famæ quales iuxta Prouerbium videri valeãt.

M. Tull. in oratione pro Muræna.

Iam ad secundũ dubium illud: cur has omnes conditiones per positiuũ gradum Paulus expresserit, & nõ per comparatiuum, vt diceret: Qui melior, qui doctior, qui irreprehensibilior, &c. dicendum est; Apostolũ hoc loco consideraſſe illas conditiones, quæ ad constitutionem Episcopi requiruntur, non autem illas, quas eligentes Episcopum habere debent. Et quia satis est idoneum eligere, & sufficientẽ, quia difficile esset huiusmodi præcellentias vnius ad alterum agnoscere, cum Spirituum põderator sit Dominus; satis est in foro conscientiæ eligere bonũ, id est charitate præstantem, & prudentem, vt valida sit electio. Qui tamẽ optimè nouit vnũ alteri præstare, tenetur in foro conscientiæ, ni peccare velit, meliorem nominare, etiamsi sufficeret bonum, & idoneum eligere.

Secũdę quæstionis solutio.

Prou. 16.

Quando melior, & aptior omninò sit Episcopus eligendus.

Illud tamen considerandum, quòd non tantùm charitas, & morum probitas, simpliciter facit meliorem, sed virtutes aliæ tàm naturales, quàm intellectuales, vt scientia, grauitas, prudentia, eloquentia; & illi, qui, cæteris paribus, nobilitate præfulgent: quæ digna sunt vt perpendãtur ab electoribus, & quæ tantùm ponderis habẽt, vt interdum etiã minor charitate veniat præferendus maiori, modò illis dotibus dictis exornetur.

Quæ res Episcopatu alium alio faciant dignio rem.

Qui verò eligitur, non debet se cogitare meliorem, quia esset superbia, & arrogantia, sed satis est, quòd in se ipso non agnoscat crimẽ aliquod impediens sedis occupationem. Ideò B. Petrus etsi ter fuerit interrogatus à Christo an plus cæteris diligeret; sine comparatione respondit, *Domine tu scis quia amo te*. Et quia Christo notissimæ erant Petri qualitates ad Ecclesiæ gubernationem idoneæ; idcircò de charitate præcipuè examinauit:

Episcopo futuro quid cõsiderandum.

Ioann. 21.

quòd,

Cur Dominꝰ Petrũ, an se plus cæteris diligeret Apostolis, interrogauerit

Quos natura, quos gratia interdum prępostere alijs ad regimẽ proponat

Lucæ 2.

Ad Episcopatum electo quid obseruãdũ, Cornelij exemplo Pontificis.

B. Cyprian. epi. 2. paulò remotiùs à principio.

Tertiæ solutio quęstionis.

Cur nobilẽ, & illustrem Apostolus nõ dixit etiam Episcopũ esse oportere.

quòd, vbi aliæ adsunt conditiones, hæc debet esse inter eas præcipua, & primaria. Et fortè aliæ partes erant præsentibus omnibus notæ. Ideò de claritate delitescente interrogat, vt constaret, optimi, & charitate præstantissimi electionem fieri.

Etsi verò in naturalibus, quæ præstantiora sunt, regant ignobiliora, & superiora, ea, quæ inferius sunt, vt cœli, elementa, & mixta: in donis tamen gratiæ, nõ semper melior regit, aut doctior: imò interdum inferior sapientia, vel charitate regit quandoque subditum magis se Deo charum: vt Maria, & Ioseph imperabant Christo, & Christus omnibus rationibus maior subijciebatur illis. In ciuilibus quoque Magistratibus, nõ semper superior scientia alios regit, imò interdum longè inferior.

Quomodò autem sit Episcopatus acceptandus ab eo qui est electus, explicat Cyprianus lib. 4. epist. ad Antonianum, de Cornelio dicens: *Non iste ad Episcopatum subitò peruenit, sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, & in Diuinis administrationibus Dñm sæpè promeritus, ad Sacerdotij sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tùm deinde Episcopatum ipsum nec postulauit, nec voluit, nec vt cæteri, quos arrogantiæ, & superbiæ suæ tumor inflat, inuasit; sed quietus & modestus, & quales esse consueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, pro pudore virginalis conscientiæ suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi, & custoditæ verecundiæ, non vt quidam vim fecit, vt Episcopus fieret; sed ipse vim passus est vt Episcopatum coactus exciperet*, &c. Et hęc sint satis ad quæstionem.

Ad tertiam dubitationem, cur Apostolus nobilitatis, aut progenitorum gloriæ hoc loco nõ meminerit: sunt enim nonnullæ Prouintiæ, in quibus lege cautum est, ne quis ad primarum Ecclesiarum honores perueniat, nisi præclaro sanguine, & stẽmatis gentilitijs præfulgeat: Respondemus in primis, quòd Apostolus huius rei inter tot conditiones nunquam mentionem ferit, quia non est necessaria ad salutem, vt isti Nobilistæ putant: alioqui nunquam Paulus organum Spiritus sancti, illã conditionem suppressisset.

Secũda ratio ab exemplo Christi.

Deinde hoc est contra Christi exẽplum: quia ipse non viros magnos, & nobilitate splendidos, sedviles, & contẽptos Ecclesiæ suæ præfecit, sed plebeios, piscatores, telonarios, agricolas, & pastores: at Christi exemplũ in omnibus partibus seruandũ est, & retinendum. Tertiò, quia ipse Paulus ad Corinth. testatur: *Videte vocationẽ vestram, fratres, quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Cur ergo homunculi contra exẽpla, & verba Spiritus sancti audent leges pernicioſas condere? Quartò, cũ multæ sint Ecclesiæ, & pauci nobiles digni: si nobiles tantùm secundũ carnẽ essent ad Episcopatũ eligẽdi, multæ Ecclesię pastoribus vacarẽt. Quintò, possent meritò Nobiles gloriari in carne, quòd ipsi soli digni essent, qui promouerentur ad primas sedes; & ita periret Dei gloria, qui voluit per ignobilia destruere nobilia; & per infirma, & ea quę nõ sunt, potentes, & eos, qui illustri sunt loco nati. Et prępostertũ esset de nobilitate carnis testes citare, de nobilitate vitæ, & doctrinæ nihil curare, de qua tamen maximè curant sacræ literæ, de alia verò mentionem vllam non faciunt. Sextò, venatores in canibus deligendis, & equites in equis instituendis, non tã soliciti sunt de generis nobilitate, vt sic loquar, quã de velocitate cursus, & ferocitate eorũ, & specie, & forma qua præditi sunt: nauigaturi quoque nõ admodùm curant ꝙ nautæ sint claro genere orti, sed ꝙ periti sint in nauigandi arte, & sæpè pericula experti, & qui probè tempestates maris declinare nouerint: Cliens etiã anxius non est aut solici-

Tertia ratio à Pauli doctrina. 1. Cor. 1.

Quarta ratio

Quinta.

1. Cor. 1.

Sexta, ab exẽplis quibusdam artium humanarum.

tus vt aduocatum habeat generis claritate splendidũ, sed eũ, qui doctrina & iuris prudentiæ scientia præditus sit, qui eloquẽtia valeat, & qui clientulorum causas ad victoriã perducat: ita in Episcopo ouibus Christi pręficiendo, respiciendũ est ad vitæ integritatem, & morum innocentiam, & ad id, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Etsi enim multa pervicarios facere possit, tamẽ ridiculũ est, eum esse Episcopũ, qui alienis oculis semper videat, & alienis auribus semper audiat, & qui alieno ore semper loquatur: deberet & per alios etiam edere, & bibere: hoc autẽ in Ecclesia Dei multos parere posset Sardanapalos, non autẽ animarum pastores, aut custodes. Septimò, quæro quid sit nobilitas, & quis nobilis? Respondent Nobilistæ isti: eũ, qui ex vtroq; parente nobili ortus sit, non qui ex altero tantùm. Alij verò Nobilem definiunt, eum, qui ab atauis, vel tritauis nobile gen⁹ ducat. Quod si ita est, quomodò tandem in nobilitatis consortium venire potuerunt primi nobilitatis autores? Ne ergo progressus sit in infinitũ, oportet peruenire ad vnum, qui neutro parente nobili ortus sit, & qui sit prim⁹ nobilitatis autor. Ille ergo primus nobilitatis suæ autor, & neutro parente nobili natus, à numero nobilium nostri seculi excludetur; nobilis autem erit infans in cunis adhuc vagiens, qui ex semine illustris familiæ est ortus: simili igitur ratione, qui ex fabris nascuntur, erunt fabri; qui ex agricolis, agricolæ; & qui ex doctoribus, doctores; & qui ex militibus, milites. Quòd si hæc falsa sunt, & à vulgari sentẽtia remota, sequitur, quòd vel hęc nobilitas ex parentibus profecta, vera non sit; vel si nomen nobilitatis obtinet, necesse esse primos illos nobilitatis autores, quorum virtute in nobilitatem asciti sunt, verè & propriè nobiles extitisse, etiã si ex obscuris parentibus sint progeniti. Quare rectè dixit quidam huius nobilitatis contemptor:

Tit. 1. Doctrinã ab Episcopo qualẽ Apostolus requirat.

Septima ratio à definitione nobilitatis.

Quâm vana, quâm fallax nobilitatis opinio.

Maiorũ primus quisquis fuit ille tuorũ,
Aut pastor fuit, aut illud qđ dicere nolo.

Tacitè insinuãs, Romanos ex lupa, id est, ex meretrice, & pastore ꝓfectos.

Romanorũ genus quàm obscurum & turpe.

Iuuen. saty. 8. in fine.

Ex quo sequitur, omnes qui nostro tempore per virtutum opera nobilitatem, & stemmata sunt consecuti, licèt ex ignobilibus, & obscuris progenitoribus orti, verè, & propriè nobiles esse: sicut ijs qui in palæstra diu, & bene eã artẽ didicerint, & sũt & dicuntur Palæstritę, licèt parẽtibus palæstra alienis nati sint. Demũ cõsequitur, eos oẽs, qui virtutes illustres sunt cõsecuti, aut de Republica bene meriti propter insigne, & eximiũ aliquod facinus ꝓ ea gestũ, etsi obscuro genere nati sint, verè inter nobiles esse computandos, & omnibus nobilitatis honoribus dignos existere. Quid enim aliud nobilitauit Pompeios, Cæsares, Scipiones, nisi virtus militaris? Quid item M. Tullium Arpinatem, nouum hominem, & humili loco natum, ad Consulatum & summos honores euexit, nisi eloquẽtia prudentissima, aut prudentia eloquentissima, qua Catilinam nobilẽ patrię excidium molientẽ oppressit? Quid item Mariũ Arpinatẽ hominẽ obscurum illustrauit, qui septimùm Cõsul fuit, nisi magnitudo animi, & bellica fortitudo? de quo Satyricus:

Veram atq; perfectam ex virtute nobilitatẽ oriri: quique olim per eã nobilitati fuerint.

In monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro.
Hic tamen & Cimbros, & summa pericula rerum (vrbem.
Excipit, & solus trepidantem protegit

Iuuen. saty. eadẽ, paullò antè.

M. Valerius Coruinus in oratione, qua exercitum ad prælium cũ Samnitibus committendum cohortatus est, teste Liuio, dixit: *Nunc iam nobis patribus, vobisq; plebeijs promiscuus Consulatus patet: nec generis, vt antè, sed virtutis est præmium: proinde summum quodque spectate milites decus.*

T. Liui. li. 7. tertiæ Decadis, procul à med.

Sub hac tertia dubitatione continebatur, hîc Apostolus cur nihil dixerit de genere & sanguine certarũ nationũ? Respondetur: quia nihil aliud spectatum est à Christo, & à Paulo, nisi vt vitæ probitas, charitas, & sciẽtia Scripturarũ, & prudẽtia in eligen

dis Episcopis, aut ministris spectetur.

Neophytum esse recenter baptizatum, dicentium

Obijciunt autem quidã, quòd hîc dixit Apostolus, Non neophytũ. Sed hoc superiùs explicatũ reliquimus, & neophytũ ostẽdimus non esse eũ, qui ab infantia baptismo est regeneratus, aut is, cuius progenitores, parentes nempè, aui, & proui ex vtraq; parte, matris, & patris Christiani fuerunt. Vnde Anselmus: *Nec nuper, inquit, baptizatus, nec nuper à secularib⁹ negotijs, vel à militia separatus, fieri debet Episcopus: quia vnusquisque talis est neophytus.* Declarat autem canon Apostolorũ 80. quis propriè sit ille neophytus: cuius sententiam citat Orig. libr. 3. contra Celsum: *Qui ex Gentili, inquit, vel ex Iudæo fit Christianus, aut ex vita praua ad honestam conuertitur, ne statim Episcopus fiat. Indignum est enim, vt qui nondum documentũ vitæ suæ dederit, aliorum fiat magister.* Ita interpretantur Cõcilia, & præsertim Nicenũ can. 2. atq; alia permulta.

Anselm. part. 2.

Origenes.

Concilium Nicenum.

Quòd si Apostolus per neophytũ intelligeret eũ, qui ante Baptismum per viginti, aut triginta annos particeps fuit fidei, & eum ab Episcopatu excluderet, profectò & seipsum, qui hæc scripsit, & Timotheũ, ad quem scribit, & qui ab Apostolo Episcop⁹ promotus fuit, eodẽ præcepto à Pontificatu excluſisset: quod minimè credendum est, quia sic se, & omnes primitiuos, neophytos feciſſet.

Huius sensus incommodũ; Apostolo neophytus est, qui diu ante baptismũ particeps fidei fuit. *1. Tim. 4.* *2. Tim. 1.*

Nec potest meritò dici neophyt⁹ in dogmatibus, aut in virtutũ exercitio, cùm vel per triennium in illis enutritus sufficiat ad malos habitus tollendos, & virtutes inserendas. At verò qui è contrario se in illis non exerceret, semper esset neophytus: quemadmodùm in militia semper erit tyro veterani filius, qui veterani studium minimè calluerit. Acutè dixit Poëta Satyricus: *(sis Malo pater tibi sit Thersites, dũmodò tu Æacidæ similis, Vulcaniq; arma capessas Quã te Thersita simile ꝓducat Achilles.*

Quis vel mediocriter in fide, vitæque probitate versatus, immeritò neophytus appelletur.

Iuuen. saty. 8. in fine.

Ad quartã dubitationẽ, qua quæsitũ fuit, cur Apostolus neq; hoc loco, neque ad Titũ quicquã de cœlibatu eorũ, qui promouẽtur ad sacros ordines statuerit, cũ cœlibatus mirificè illos decoret atque exornet? Respondemus ex Chrys. moderatã hîc virtutẽ exegisse Apostolũ, non supremam atque cœlestẽ: nã tunc continẽtes, & cœlibẽ vitã agẽtes nõ facilè inueniri potuissent, qui idonei essẽt Ecclesijs regẽdis, si etiã hodie tanta est illorũ penuria; & ne negotia Ecclesiæ, fructusq; perirẽt. Satis fuit eo tẽpore, vt posteriores Episcopi in Ecclesia, eam legem de cœlibatu, id est cœlitũ vita, constituerent, sicut & factum esse videmus. Tales enim, qui à cõiugij vinculis liberi sunt, aptiores ad præstanda munera Episcopi inueniuũtur, & ad sacrificiũ Ecclesiæ honestiùs peragendum, & ad preces Ecclesiæ fundẽdas, & ad eleemosynas erogãdas, & ad sacrarum literarũ studia, & ad prædicationis officiũ exhibendum. Nam si qui ex Apostolis aut 70. Discipulis ad munus Apostoliçũ vocati sunt, cùm in cõiugio essent nõnulli illorũ, vxoribus se prius spoliarunt, vt ad Episcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus munera præstãda expeditiores essent, apertè indicatum est ad eiusmodi grad⁹ meliores esse cœlibes, & aptiores. Idcirco Syricius Papa hanc legẽ de cœlibatu primus tulit, quã & alij posteà confirmarũt. Probarunt autem suis sententijs oẽs Ecclesiæ patres, qui huic legi non se opposuerunt, neque reclamarũt, sed eã amplexati sunt, & præsertim Ambrosius, Hieron. & Epiph. eam commendant & celebrant, in qua neminẽ ad castitatẽ cogũt, sed tantũ statuũt, vt qui velint ad sacros grad⁹ Ecclesiæ ascendere, priùs cœlibem & castam vitam Deo, & ministro eius ordinãti ꝓmittant nõ coacti, sed sua sponte. Vt autẽ vota Deo nũcupata reddere homines tenẽtur, ita Ecclesia huius promissionis votũ exigit, inhabiles reddẽs personas, quę post talẽ ꝓmissionẽ cõiugiũ inierint, illudq; irritũ & cassũ reddẽs. ¶ Cauit etiã Spiritus sanctus, ne talẽ legẽ Paulus hîc pronuntiaret; ne aliqui pertinaciùs eius verba tãquam præceptũ iuris diuini interpretarentur; cùm tamẽ Græci, &

Sacerdotes, & Episcopi cœlibes quãto sin ad regendam Ecclesiam aptiores.

B. Chrysost. hom. 10.

Matth. 8.

Qui primus in Ecclesia Pontifex cælibatum induxit, ac statuit.

Psal. 75.

Prima ratio nõ præcepti Sacerdotib⁹ cœlibatus à Paulo.

De cœlibatu Sacerdotũ Apostolus quare nil dixerit.

Orientales coniugati priùs ad hos gradus Ecclesiasticos ascendãt: quanquàm vsus nunquam fuerit, vt semel ad Episcopatum, vel Sacerdotiũ, vel Diaconatum promoti vxorem ducant. Sed de Cœlibatu alibi multa dixi, & hęc pauca hoc loco sint satis.

Lib. 9. Enarrationum Euang. Quintæ solutio quęstionis. De residẽtia cur Paulus Episcopis nihil statuerit.

Ad quintam dubitationẽ, cur scilicet nihil de Residentia Episcoporũ & Pastorum B. Apostolus aut hìc, aut ad Titum constituerit: resecatę enim fuissent multæ quæstiones, & conflictus in huius articuli discussione, & controuersia, præsertim cuius iuris sit, Diuini, an Ecclesiastici, & qua ratione esset intelligenda, anque in eã cadat dispensatio: Dicendũ est, consilio Spiritus sancti Apostolum nihil de re hac statuisse: tũ quia eiusmodi dubitationes suo tempore nondum extiterant; tùm quia ratio, & natura pastoris id præscribit, vt cum gregibus suis pascendis, & tuendis versetur: & propterea cuiuscunque iuris illa existat, necessariò præstanda est Ecclesijs suis à bonis pastoribus. Cęterùm ipsum pascere oues suas Episcopum, siue præsens, siue absens sit, manifestissimè ius Diuinum est, qui dixit Petro: *Pasce oues meas*; & in eo omnibus Episcopis dictum est, p illa portione gregis, quæ sibi ad pascendum data est.

Residentia vt iuris sit Diuini.

Ioan. 21.

At Residere, quod est frequenter, & assiduè gregi suo adesse, nõ semper est Diuinum mandatum, cùm interdum contingat magnis de causis abesse: vt, si Ecclesia maligni sit, & pestilentis aëris; aut si periculosè ægrotet Pastor; aut si vocetur ad Synodum Generalem; aut à Pontifice Romano, ob varia, quę occurrunt in Ecclesia Dei negotia; aut si ad Ecclesiam commendatam à Summo Pontifice visitandam accedat, & ad tẽpus permanere pro aliqua causa, quę eius præsentiam exposcat; aut ad patrẽ, & matrem, & propinquos ad tempus visitandos accedere, lege charitatis cogatur, aut ob alias multas causas, quas difficile est certò comprehendere. Solent autem diuina præcepta de ijs tantùm, quæ per se aut bona sunt, aut per se mala, ferri, nõ autem de medijs aut indifferentibus, præterquàm in his quæ spectant ad Sacramenta Ecclesiæ.

Quatenus humani & Ecclesiastici residentia iuris.

Diuini iuris & Humani discrimen.

Ex quibus deducitur, ipsũ pascere siue præsentem, siue absentem, iuris esse Diuini; at Residere, iuris Canonici & Ecclesiastici. Iubet enim Ecclesia ad pascendas oues, optimã esse & commodã residentiã: at verò, cùm causę occurrãt, vt à grege abesse possit, quales sũt iã enarratæ, & similes, ne cõtingat in ijs, quæ sunt iuris Diuini, & præcepti, cadere dispensatio nẽ humanã, non fit verisimile vt residere sit iuris diuini, sed Pontificij, & Ecclesiastici, vt ita qđ Ecclesiasticum & Pontificiũ est, per Ecclesię Pastores & Pontifices dispensetur. Nam sicut v. g. ieiuniũ in genere, & confessio, quę secretò fit Sacerdoti, & participatio sacræ Eucharistię, præcepti sũt diuini, & in Scripturis expressi; at verò tali vel tali die, & tali ac tali modo ieiunare, præcepti est Ecclesiastici; deinde confiteri huic, vel illi Sacerdoti, hæc vel illa peccata, & sumere Eucharistiam tẽpore Paschę, & à tali Sacerdote, & tali modo; Canonica sunt præcepta, in quæ cadere potest dispensatio. Ad eum modum, Pascere gregẽ, diuinũ est mãdatum; Residere autẽ tali anni tempore, vel tot mensibus, prorsus ad canonica & Ecclesiastica præcepta referendũ est. Et ita Apostol⁹ de hac re nihil dixit, sed reliquit iudicio Spiritus sancti, & tẽpore quo magis Ecclesiæ p desset, posteris declarãdum ac decernendũ.

Vnde perspicuum sit, nõ esse residentiam iuris semper diuini, sed etiam humani.

Vtriusque, diuini scilicet, & humani iuris, exempla nonnulla.

Nec si maximè Apostol⁹ dixisset: Oportet Episcopum in Ecclesia sua residere, propterea fuisset iuris Diuini: quia multa hoc loco præcepta iuris canonici, & Ecclesiastici sunt, & in ea cadere potest dispensatio, vt dicemus, & multa sunt Ecclesiæ præcepta, quæ necessariò præstãda sunt nobis, etiãsi iuris diuini non sint, ac pinde obligãt, ac si iuris diuini essẽt.

Apostoli præcepta, vt ab ipso tradita, non esse diuini iuris, sed humani.

Sextæ dubitationi, cur Apostolus in his locis nihil dixerit de ratione consecrandi, & ordinandi Episcopũ, Presbyterum, & Diaconum, & de

Ad sextum dubium. Cur Paulus consecrandi Episcopos, & ordinandi rationem omnino præter miserit.

materia,

materia,&forma cuiusque Ordinis, quod maximè referebat;item à quot numero Episcopis veniat Episcopus ordinandus,&Sacerdos cum cęteris ministris, & quæ Sacramẽta sint per Episcopum tantùm administranda; item qui debeant esse electores Episcopi, & cuius sit cõfirmare electionem factam,mentionem nõ fecerit, cùm maximè hęc spectent ad conditiones, quæ necessariæ sunt in Episcopis deligendis:Respondemus, Apostolum non hìc proponere Ecclesiasticam hierarchiam,quam descripsit Dionysius Areopagita:quia opus fuisset fusiori tractatione de ętate,& qualitate ordinandorũ,de electione, & electi potestate,de officio Archidiaconi, & Archipresbyteri,de censuris Ecclesiasticis, & impedimẽtis, &multis alijs similibus:de quibus in corpore iuris Canonici, & maximè in Decretalibus epistolis disseritur: sed hoc tantùm addit Apostolus, vt Timotheus insignes instituat Episcopos contra tantam prauè docentium turbam, & vulgares homines à docendo,& administrandis Sacramentis absterrere possit:nam etiam Diaconi quædam docebant,& euangelizabant, vt constat de Stephano, & Philippo.

Dionysius Areopagita

Ius Canonicum quid cõtineat.

Actor. 7.
Infra 8.

Apostoli materias, & formas singulorũ Ordinum cur minimè tradiderint.

Hæc autẽ de Ordinibus sacris, & ceremonijs,quibus conferendi sunt, & de materia, & forma singulorum voluit Ecclesia tanquam mystica, & veneranda supprimere,ne in cõtemptum venirent,si publica essent. Et satis erat illa viua voce doceri, & in traditione,& praxi Ecclesiæ haberi, ne euulgata,Gentiles, & Iudæi contemnerent. Vt meritò Apostolus,qui omnia nouerat, supprimenda esse censuerit,& quæ nouerat,suo tempore per alios esse tradenda, & explicanda: nam multa horum continentur in Canonibus Apostolorum, & in octo libris Diataxeon Apostolicarum apud Clemẽtem: multa etiã horum dubia, & controuersa nouerat Apostolus per definitiones Conciliorum suo quoque seculo decidenda esse. Hæc etiam vt minima facilè intelliguntur in doctrina, sub qua admonitio,correctio,& præcepta ad tempus continentur; & quia Sacramentorum dispensationem non tantùm per se, sed etiam per alios administros, vt Sacerdotes, & Diaconos Apostoli faciebant. Vnde Paulus ad Cor. se missum dicit non ad baptizãdum, sed ad euangelizandũ: Petrus quoque iussit Cornelium baptizari, sicut Christus per Apostolos baptizabat,Ioan. 4. Eucharistiam quoque administrabant per Diaconos septẽ, vt habes Act. 6. per Sacerdotes quoq; absolutionẽ peccatorũ conferebant, matrimonia cõciliabant, periculosè laborãtes vngebãt per Presbyteros, qui omnia prẽstabant præter confirmationẽ,& ordinationẽ Clericorũ.

1. Cor. 1.

Actor. 10.

Ioan. 4.

Actor. 6.

Iacobi vlt.

Vbi traditæ illæ, & contentæ.

Septimò dubitatum fuit, an hæ leges per Apostolũ prolatæ, sint diuini iuris,an Ecclesiastici:quia videm⁹ Pontificẽ Romanũ in pluribus horũ dispensare,& in alijs Apostolicis canonibus: nam ꝙ diuini sint, videtur ipse tradere,cùm ait: *An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Illud etiam,ꝓbat esse Diuinas,ꝙ in sacris literis cõtineantur. Ad hãc tamen difficultatem explicandam, distinguendũ,duplicem esse dispensationem;alteram quæ dicitur interpretatiua mentis Spiritus sancti: & hęc propriè in ius Diuinum cadere potest:nam Pontificis & Concilij generalis est sensus legitimos, & literales porrigere,&cęteros arctare,ne quisquam audeat illos reijcere, & anathema reijciẽtibus infligere. Alia verò dispensatio propriè est iuris relaxatio, ne videlicet in hac, vel illa causa aliquem obliget. Estq; tantùm eius,qui legem condidit. At cùm ius Diuinum sacris literis contentũ,quę vetus,& nouum Testamentũ continẽt,Deum habeat autorẽ, eius tantũ est diuina præcepta dispensare, non autem Ecclesiæ, aut Vicarij Christi, quia Deo & Christo longè sunt inferiores.

Ad septimã dubitationẽ

DeApostolicis legibus Episcopi eligẽdi,an iuris diuini sint, an humani.

2. Cor. 13.

Duplex dispensatio, quænam illa

Cùm igitur in nõnullis Apostoli prẽceptis hìc contẽtis Ecclesia dispẽsare soleat,vt in digamis,ꝓcussoribꝰ,

In quibus illarũ Ecclesia dispẽsauerit.

&neophytis; planũ fit, hęc præcepta ab Ecclesia non agnita fuisse vt Diuina, sed vt Apostolica, & Ecclesiastica, & non quatenus Apostoli erant præcones diuinorum præceptorum, sed quatenus erant Ecclesię præsides & gubernatores, & quatenus potestatem acceperant condendi Leges autoritate sua Ecclesiasticas, & Canonicas, & quæ inseruirent Diuinis præceptis faciliùs obseruandis, & cultui Diuino, qui in Sacramentis, & sacrificio consistit, exornando, ac decorando, & quæ Ecclesia pro tempore posset aut dispensare, aut abrogare, & in meliores, & vtiliores leges commutare. Neque satis est, vt aliquid sit iuris Diuini, in sacris literis contineri, cùm multa in eis sint scripta, quæ iuris sunt humani, tùm Ciuilis, tùm Canonici, tam iusta quã iniusta: multa etiam propriè iuris Diuini sunt.

Non omnes sacris literis leges cõtentas iuris esse Diuini, sed etiã humani.

Quæ vt explicentur, aduerte, legẽ Pharaonis datam obstetricibus de masculis Hebræorum occidendis, & fœminis reseruandis: Legem etiam datã à Nabuchodonosor Rege Chaldæorum de adorãda sua statua, iuris humani fuisse leges, & ciuiles, quia à Principibus profanis latæ sunt: erant etiam iniustæ, quia rem iniustã præcipiebant, nimirùm, infantium occisionem innocentum, & adorationem statuæ Regis: neque tamen ob id quòd in Scripturis enarrantur, præcepta Diuina fuerunt. Ita etiam Canonicæ aliæ leges, & Ecclesiasticę ab Apostolis ad tempus latę in Scripturis inueniuntur, vt præceptum de abstinẽtia ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, quod Actor. 15. ab Apostolis pronuntiatũ fuit: item quòd mulieres velato capite orent, quòd Collectæ fiant per vnam Sabbati, & id Pauli, quòd ordinandus non sit digamus, nec percussor, nec neophytus, quæ nemo sani capitis dixerit esse diuini iuris, etiamsi in Scripturis habeantur, sed Apostolica, siue Canonica pręcepta, in quibus quædam abrogauit Ecclesia. Nam præceptum illud de abstinentia ab immolatis idolis, & suffocato, & sanguine, paullò pòst sustulit: alia verò præcepta correxit, & mutauit in meliora; alia retinet, & seruat ob vtilitatẽ; alia cùm opus est, in particulari causa dispensauit. Nã ecce v.g. præceptum est, vt quis neophytus non ordinetur; & tamen ab initio quidam ex Iudæis simul sunt & ad Fidem, & ad honores Ecclesiæ administrandos vocati, vt Paulus Apostolus, qui Baptismo susceptò statim cœpit prædicare, ac de Fide disputare, & plerique alij primitiui fideles ad Ecclesiarum gubernacula vocati. Ita quandoque nunc meritò in illa lege dispensatur. Ecce Cyprianus neophytus erat, cùm ad ordines promotus est. De cuius ordinatione Põtius Diaconus in vita eius sic scripsit: Aiunt Apostolicę literæ, debere neophytos præteriri, ne stupore Gẽtilitatis, nondum fundatis sensibus adhærente, aliquid in Deum nouitas inerudita peccaret. Ille fuit primus, & puto solus exẽplo, plus fide posse, quàm tempore promoueri. Ita Pontius. Et ad hunc modum resolui debent, quæ de Nectario, Tarasio, & Ambrosio obijciebat Photius: cùm enim Photius ex laico milite in Archiepiscopum Constantinopolitanũ assumptus esset à Michaële Imperatore (quod planè legibus Ecclesiasticis interdictum erat) atque Photius se illorum trium Patrum exemplo tueretur; Respondit Nicolaus Primus epistola ad Photiũ (quæ quarta actione octaui Synodi recitatur) & in primo ostendit, Nectarium, qui ex prætore Vrbano, & ex Catechismo Sacerdotium susceperat in secunda Synodo generali, cui & præfuit, vt ait Ruffinus, magnum hæreticorum expugnatorem, & Ecclesiarũ defensorem extitisse: & ne Ecclesia Constantinopolitana sub destitutione Pastoris quasi viduata maneret ad curã Ecclesiasticam, & dignitatem assumptum fuisse per secundam sanctam Synodum Generalem. Sed vt hoc iterum ita fieret non constituit, nec instituit illa Synodus. De Tarasio

Exod. 1.

Daniel. 3.

Apostolorũ leges tantũmodò quę iuris sint humani.

Actor. 15. 1. Cor. 11. Infra 16.

Quænam illarũ per Romanos Põtifices fuerint relaxatæ.

Actor. 9. Paulus Apostolus adhuc neophytus ordinatus.

Pont. Diac. non procul à principio.

Nectarij electio neophyti qualis.

Ruff. li. 11. Hist. Eccle. cap. 21. Hist. Trip. lib. 9. c. 13.

verò

Tarasi⁹ neophytus quomodò electꝰ

verò scribit Nicolaus ex laicali cœtu ad Patriarchatus culmen promotum fuisse necessitate quadam, quòd contra imaginum destitutores, atque conculcatores, vt verus Christi miles restitit. Vnde & Hadrianus Papa illius promotionem confirmauit. De Ambrosio verò ita subiungit Nicolaus Pontifex: *Beatissimũ quoq; Ambrosiũ splẽdidissimã lucernã Ecclesiæ, qui ex Cathecumeno (diuino præsagio) ad Episcopalẽ per continuos gradus promotus est dignitatem, cur nobis proveſtro tutamine opponitis? Qui non instinctu hominis, sed diuina vocatione per miraculorũ prodigia electus est.* Hæc ille. Vides igitur, quoties in lege Apostolica de neophyto in Ecclesia disputatum fuit, & quomodò vrgente eadem causa hodie quoque dispensari possit.

Ambrosium neophytum Mediolanensem Episcopum eligẽdi causa. *Ambros. epist. 82. circa med. tomo. 3.*

Sed ne quisquam priuatam esse hanc doctrinam putet, agnoscat profectam esse à B. Thoma, qui Quodli. 4. art. 13. dispensare posse cũ digamo, vt promoueri possit ad sacros ordines, & præceptum Pauli nõ esse iuris diuini, sed humani. Hæc enim eius sunt verba in solutione ad primum argumentum: *Ad primum ergo dicendum, quòd Apostolus dupliciter in doctrina sua aliqua proposuit, quædam quidem sicut promulgans ius diuinum, sicut illud quod habetur ad Gal. Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit, & multa alia huiusmodi: & in hoc Papa non potest dispensare. Quædã verò sicut propria autoritate aliqua statuẽs: nam ipse dicit 1. ad Cor. 11. Cætera cùm venero, disponam. Et infra 16. mandauit, vt collectæ quæ fiunt in sanctos, per vnã Sabbati fiant, quod non pertinet ad ius diuinum. Et similiter etiam quod dicitur de bigamo non promouendo, non est iuris diuini, sed institutio autoritatis humanæ diuinitus homini concessæ.*

D. Thomas tom. 8.

Pauli præcepta dupliciter considerãda.

Gal. 5.

1. Cor. 11.

Infra vlt.

1. Tim. 3.

DISPVTATIO XII.

In illa Apostoli verba: *Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes. Habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primùm; & sic ministrent, nullum crimen habentes,* & cætera vsque in finem capitis.

Primum dubium, secundum, tertiũ.

CIRCA Diaconos illud primò dubitandũ, cur post Episcopum de Diaconis agit, nulla priùs mentione facta de Presbyteris, siue Sacerdotibus, & eorum officio. Deinde an vnus & idem sit Episcopi, & Sacerdocis character, id est, vnus & idem ordo, an verò distinctus. Tertiò, an Diaconatus sit ordo sacer, & ministeriũ in Missæ sacrificio, an verò ministerium distribuendi eleemosynas, & seruiendi mensis viduarum, vt docet Oecumenius, & Canon XVI. sextæ Synodi. Quartò dubitatur de conditionibꝰ, quas à Diaconis exigit: quæ decem sunt numero. Quintò dubiũ est, quomodò Ecclesia dicitur domus Dei, & columna, & firmamentũ veritatis, & per quid est Ecclesia infallibilis veritatis, vt errare nequeat in suis decretis ad Fidem, & bonos mores spectantibus. Sextò ambigitur, quò tendat Apostolus in vltima periodo, quę sex mẽbris cõstat: nã de magno pietatis Sacramẽto ait in primis: Quod manifestatũ est in carne, deinde iustificatum est in Spiritu;

Oecum. capit. 6.

Quartum dubiũ, ac quintum.

Sextum.

tertiò

tertiò, apparuit Angelis; quartò, prædicatum est Gentibus; quintò, creditum est in mundo; sextò, assumptum est in gloria. Hæc breuiter sunt expedienda.

Solutio primæ quæstionis.

Ad primum igitur dicendum, extitisse quosdam hæreticos, qui inter Episcopum, & Presbyterum iure diuino nihil dicerent interesse, vti & Aerius sensit, de quo Epiphanius in hæresim 75. At B. Thomas, & Albertus Pyghius lib. 2. de Hierarchia Ecclesiastica, cap. 18. putarunt, Episcopi nomen esse genericum, & complecti etiam simplicem Sacerdotem, & ita esse duplicem ordinem: sicut etiam nomen Diaconi generale fuit, & quincupertitum ordinem cõtinet præterea, id est Hypodiaconum, & quatuor ordines minores, qui etiam ministrabant. Atque hanc sententiã probare contendũt ex cap. 22. Actuũ Apostolorum, vbi Ecclesiæ Presbyteri vocantur Episcopi, cùm tamen ipsius Ecclesiæ Ephesinæ vnus tantũ esset Episcopus. Sed certè, si verum amamus, hoc testimoniũ nihil euincit. Nam vt demus esse genericum nomen, videbatur tamen ad diuersorum locorum Episcopos Paulus habere sermonem: *Vos*, inquit, *à prima die, qua ingressus sum in Asiam, quatenus vobiscum per omne tempus fuerim, &c. Et nunc ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos, per quos transiui prædicans regnum Dei.* Ex quo patet, ciuitatem Ephesiorũ, tanquàm Asiæ totius Metropolim, vocasse Episcopos, siue Antistites Apostolorum, ac dixisse: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei; quod sanè nõ est munus simpliciũ Presbyterorũ.

D Epiphan. Episcopum qui sentiant significare etiam simplicé Sacerdotem.

Lect. 2. in hunc locũ, tom. 16.

Eorũ primũ argumentũ, quod diluitur.

Act. 20.

Secunda ratio ab autoritate.

B. Chrysost. hom. 11. in princ. to. 3.

M. Tul. libro 7.

Tradit etiam hoc loco Chrysostomus, Episcopum idem esse in Ecclesia, quod maritus in familia; & Cathedræ meminit, ex qua docebat. Item etymologia Episcopi huic sententiæ non quadrat, siue sumpta sit ab eo, quod Cicero dixit in epist. ad Atticũ, siue illa, qua Apostolatus dicitur Episcopatus, de qua Petrus ex Propheta dixit: *Episcopatũ eius accipiat alter*; siue denique sumatur ex eo, quod 2. Esd. 11. habetur, vbi Episcopos Leuitarum Hieronymus vertit præpositos. Prætereà, ad simplicẽ Sacerdotem non videntur spectare omnes supẽriùs citatę Episcopi conditiones, vt hospitalitas, habitudo ad docendum, prudentia: quæ omnia respectu aliorum, quibus quis Episcopus præficitur, dicuntur.

2. Esdr. 11.

Tertia, & vltima.

Secundũ argumentũ aduersariorũ.

Philip. 1.

Secundò probare idem nititur ex eo, quod ad Philip. 1. Apostolus scribens ad vnã ciuitatem, dixit: *Cũ Episcopis, & Diaconibus*, cùm vnius ciuitatis non nisi vnus possit esse pastor, & vnus Episcopus. Responderi tamen posset ad hæc, quòd vel in ea ciuitate, quæ colonia erat Romanorum, homines diuersarum nationũ versabantur, & quęuis illarum Episcopum suæ linguæ instructorem, ac doctorem habebat: vel dicendo, Episcopis in plurali, respexisse ad vniuersos pastores, qui siue in ciuitate, siue in diuersis pagis, & oppidulis adiacentibus docebant, qui nunc & Parochi, & Curati, & Plebani, & Pastores dicuntur. Et ita in vna Ecclesia, tam intra, quàm extra inuenies plures, qui dici possunt Episcopi. Etsi Episcopus non sit simplex Presbyter, vel Sacerdos: Presbyteri tamen nomen, quod ab ætate seniori sumptum est, commune est ad Episcopos, vel Parochos, & inferiores Sacerdotes. Quòd etiá denotet simplices Sacerdotes, id iam vsus obtinuit à tot seculis ortus: quòd etiam ad Episcopos extendatur, ostendit Act. 20. Lucas: nam vocatos maiores natu, id est, Presbyteros, paulò pòst expressit per vocẽ, Episcopos. Indicat etiam Paulus ad Tit. 1. *Huius rei gratia*, inquit, *reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & cõstituas per ciuitates Presbyteros.* Et subdit: *Oportet enim Episcopum sine crimine esse*, insinuans idem esse Presbyterum, & Episcopum. Demonstrat quoque B. Petrus, qui 1. Pet. 5. se vocat πρεσβύτερον, siue Presbyterum, alios autem συμπρεσβύτερος, siue cõpres-

Quomodò cũ vnus Philippensiũ esset Episcopus, dixerit Apostolus: Cum Episcopis, & Diaconibus.

Episcopus interdum cur Presbyter appelletur: Presbyter etiam quare p simplice sumitur Sacerdote: eũdé & Episcopum significare.

Act. 20.

Tit. 1.

1. Petri 5.

byteros.

byteros. Et ibidem subiungit: *Prouidentes non coactè*, vbi Græcè habetur ἐπισκοποῦντες, vt annotauit Hieronymus epist. ad Euagrium, & 2. Canonic. & 3. Ioannes se vocat Presbyterum, siue seniorem: *Senior*, inquit, *electæ dominæ, & Senior Caio*. Rursus Apostolus in hac epistola, cap. 5. *Qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur; maximè qui laborant in verbo, & doctrina*: & statim subdit: *Aduersus Presbyterum accusationẽ noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus*: quod in Episcopis tantũ locũ habet, nõ in simplicibus Sacerdotibꝰ. Quinetiam Iacobus frater Dñi illud insinuat, cùm dicit: *Infirmatur quis in in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum.* Quanquàm hic locus spectare possit ad alios Presbyros præter Episcopum, etsi necessariò Episcopum non includat, quia interdum hoc Sacramentum ipsi Episcopi administrabant, sicut & matrimonia conciliabant.

B. Hieron. epist. 85. in princ. to. 2.

1. Tim. 5.

Iacob. vlt.

Melius ergo sentire videtur Chrysostomus, dicens; *Cur omisso interim Presbyterorũ ordine, ad Diaconos trãsit? Quia scilicet inter Episcopũ, atq; Presbyterum interest fermè nihil. Quippe & Presbyteris Ecclesiæ cura promissa est; & quæ de Episcopis dixit, ea etiã Presbyteris congruunt. Sola quippe ordinatione superiores illi sunt, atque hoc tantùm plus quàm Presbyteri habere videntur.* Similia his tradit Theophylactus, Oecumenius, & Ambrosius, cuius hæc sunt verba: *Post Episcopum Diaconatus ordinationẽ subiecit. Quare? nisi quia Episcopi, & Presbyteri vna ordinatio est: vterque enim Sacerdos est. Sed Episcopus primus est, vt omnis Episcopus Presbyter sit, non tamen omnis Presbyter Episcopus. Hic tamen Episcopus est, qui inter Presbyteros primus est.* Et Hieronymus ad Euagrium: *Quid enim facit excepta ordinatione Episcopus, quod Presbyter non faciat?* Et infrà in fine: *Presbyter, & Episcopus aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen: Sedulij fragmenta, & Primasij commentaria tradunt, nullam hìc Presbyterorũ Apostolum mentionem facere, sed Episcoporum eos nomine comprehendere, quia secundus, imò penè vnus est gradus.* Eadẽ penè est in ea verba Anselmi sententia. Et ita secundùm horum sententiam, nomen Episcopi tantũ primam Ecclesiæ præfecturam denotat, non autem vulgarem Sacerdotem. Quæ significatio non tam ex vi vocis, quæ alioqui quemuis superintendentem, vel præfectum signat, quàm ex vsu Ecclesiæ Christianæ deriuata est: sicut etiam nomen Diaconi quẽuis ministrum designat, id est, Apostolatum, vt ad Rom. 11. *Ministerium*, Paulus inquit, *meum honorificabo*; & Episcopatum, iuxta illud: *Ministeriũ tuum imple, sobrius esto*: & secularem potestatem, vt ibi: *Dei enim minister est*; & Præfectos mensæ viduarum, & Ministros in sacrificio Missæ, Diaconos propriè vocat, vt etiam hìc. Hoc etiam modo accepit nomen Episcopi B. Ignatius epistola ad Smyrnenses: *Omnes*, ait, *Episcopum sequimini, sicut Christus Iesus Patrem, Presbyteros sicut Apostolos, Diaconos autem veneramini sicut Dei mandato ministrantes.* Et paulò post: *Honorate quidem Deum vt autorem omnium, & dominum, Episcopum autem tanquàm principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem, principatum quidem secundùm Deum, Sacerdotium verò secundùm Christum.* Vbi principatum vocat potestatem leges ferendi. Deniq, in epistolis ad Trallianos, Tarsenses, & Philippenses passim, & distinctim eos salutat, & nominat tãquàm iure diuino distinctos. Hieronymus verò epist. ad Euagrium sentit, nomẽ Episcopi ab Ecclesia primitiua tantùm tribui eis, quibus nunc tribuitur: *Alexander*, inquit, *à Marco Euangelista vsque ad Heraclam, & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper vnum ex se electum, in excelsiori gradu collatum, Episcopum nominabant: quomodò si exercitus imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se, quem industrium nouerint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat?* Infrà in fine: *Et vt sciamus traditiones Apostolicas sumptas de Ve-*

B. Anselm.

Tertia opinio, seu ratio probabilior, cur scilicet Apostolus, Presbyteris omissis, ad Diaconos transit.

B. Chrysost. homil. 11. init.

Theophyl. Oecum. capit. 6.

Ambros. tomo 5.

Hier. epist. 85. circa medium, to. 2. prope finẽ.

Sedulius.

Episcopi, & Diaconi propriæ significationes, ab Ecclesia cõmuniter sũptę.

Rom. 11.

Rom. 13.

Act. 6.

D. Ignatius epist. 10. post med.

Episcopos, Presbyteros, & Diaconos à nobis quo loco haberi velit Ignatius. Idem quem appellet Episcopi principatum.

Hier. epist. 85. tom. 2.

Fideles olim primi fuisque Episcopũ nominarent, teste Hieronymo.

teri

Continétur (idem ait) in Episcopo Presbyteri & filiorũ Aarõ locũ tenent. Quo forsitã sensu Presbyteros Apostolus Episcopos nominauerit.

Idem in ca. 1. epistolæ ad Tit. non procul ab init. tom. 9. 1. Cor. 1. Infrà 3.

Episcoporũ necessitas ordinis.

teri Testamenti; *quòd Aaron, & filij eius, atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi vindicent in Ecclesia.* Hæc ille.

Quòd si Apostolus respexit ad significationẽ Scholę Christianę Presbyteros de flexione quadam Episcopos dixit: quia nimirum in primitiua Ecclesia cum Episcopo populi regimen apud eos erat. Hinc Hieronymus ad Euagrium, in epistolam ad Titum: *Antequàm diaboli instinctu, studia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, Ego Apollo; Ego autem Cephæ, communi Presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquã verò vnusquisque eos quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi; in toto orbe decretum est, vt vnus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineat, & schismatum semina tollerentur.* Et probat ex epistola ad Philippens. cap. 1. & Act. 20. & 1. Petri 5. & ex epist. ad Hebræos, cap. 13. vbi dicitur: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis.* Etsi dici ad hoc posit, quòd plures essent Hebræorum Ecclesiæ, non vna tantùm. Et subiungit Hieronymus: *Sicut ergo Presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos: ita Episcopi nouerint se magis consuetudine, quàm dispositionis Dominicæ veritate Presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere, imitantes Moysen, qui cũ haberet in potestate solus præesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret.* ¶ Sed Hæc Hieronymi sentẽtia cũ alijs à se scriptis non cõsentit. Et Augustinus ad Valeriũ dicit, ibi secũdũ locũ gubernaculorũ traditum, cùm est Presbyter ordinatus. Cyprianus absens per Presbyteros suã gubernabat Ecclesiã. ¶ Habes ergo, quid nomine Episcopi designetur, & quomodò comprehẽdat etiã Presbyteros, & quòd, etsi Episcopi, & Presbyteri nomina pro eodem sumerentur, reipsa tamen illi distincti fuerũt etiam iure diuino, & non tantùm humano, vt interdum dixit Hieronymus, qui ad Euagrium statuit in oppositum; *Vt sciamus*, inquit, *traditiones Apostolicas sumptas de Veteri Testamento, quod Aaron, & filij eius, atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi vendicent in Ecclesia.* Idem ad Nepotianum: *Quod Aaron, & filij eius, hoc Episcopum, & Presbyteros esse nouerimus. Vnus Dominus, vnum templum, vnum sit etiam ministerium.* Et in Epitaphio Paulæ: *Aderant Ierosolymarum, & aliarũ vrbium Episcopi, & Sacerdotum inferioris gradus*, & cætera. Et vt distincta vocatio duodecim Apostolorum est à vocatione septuaginta discipulorum, ita Presbyterorum ab Episcopis: vt tradunt Damasius epist. 4. & Beda in Lucę caput 10. Et hęc sint satis de hac quæstione.

Philip. 1. Act. 20. 1. Petri. 5. Hebr. 13.

Num. 11.

Episcopis à Presbyteris non iure, vt vult interdũ Hieronymꝰ, humano, sed diuino esse distinctos.

Augus. epis. 138. ferè in init. tom. 2.

Vbi Hieronymus oppositum senserit.

Hier. epist. 85. in fine. Idẽ epist. 2. ante med. to. in princ. Ephes. 4. Idem epist. 27. prope finẽ, to. eod. post med. Luc. 6. Infra 10. B. Damasc. Papa. Bed. cap. 32. tom. 5.

Secunda solutio quæstionis.

Ad secundam dubitationem, an vnus & idem sit character Sacerdotis, & Episcopi, controuersia est inter Scolasticos Doctores. Quidam volunt esse vnum & eundem characterem, sed extẽsum in Episcopo ad Cõfirmationis, & Ordinationis Sacramenta conferenda: alij verò diuersos esse statuunt, cui sententię libentiùs subscripserim. Sed de hac re latiùs alio loco disseremus.

Sacerdotis, & Episcopi, an sit vnus & idẽ character, an diuersi.

Tertia solutur dubitatio.

Ad tertium dubium faciliùs expediendum, dicimus in primis, nomen Diaconi genericum esse, & extendi ad omne genus ministerij, vt ad Apostolatum, Episcopatũ, secularem principũ potestatẽ, & ad ministros speciatim Episcoporũ in ministerio Missæ seruiẽtes. Nã vt generic ũ nomẽ est Episcopi, vt ostendimus paulò antè, restrictum tamẽ est ad significãdã primã Ecclesiæ prefecturã: ad eũ modũ, Diaconi vox, quę generalis est ad omnes quoquo modo ministrãtes, restricta tamẽ est ad ministros in Ecclesia ordinatos, qui in Eucharistia offerenda, & populo administranda, Episcopis, vel Sacerdotibus deseruiunt, etiãsi viduarũ, & pauperum mensis, & bonis tẽporalibus distribuendis præessent, vt latissimè comprobatum reliqui in caput 6. Actorum. Cui sensui fauent

Diaconus quid propriè significet.

Act. 6. Libr. 12. & vlt. Euang. Explanat.

eo loco

Beda to. 5. Cyprianus. Ignat. epist. 5. circa medium. Quid Episcopus, Presbyterij, & Diaconatus, Ignatio.

eo loco Beda, & Cyprianus epist. 11. libri tertij, & B. Ignatius epist. ad Trallianos: *Quid est*, inquit, *Episcopus, nisi omnem principatum, & potestatem omnium illorum tenens, quemadmodùm deceat hominem tenere, imitatorem Dei factum secundùm virtutem? Quid est Presbyterium, nisi institutio sancta consiliarij, & confessoris Episcopi? Quid etiam Diaconi, nisi imitatores Christi ministrantes Episcopo, sicut Christus patri, & operantes illi operationem mundam, & immaculatam? quomodò sanctus Stephanus beatissimo Iacobo, & Timotheus, & Linus Paulo, & Anacletus, & Clemens Petro.* Et rursus: *Oportet & Diaconis, qui sunt in ministerium Iesu Christi, omnino placere. Non enim in cibo & potu sunt ministri, sed Ecclesiæ Dei administratores.* Clemens quoque Romanus lib. 8. Diataxeon Apostolic. c. 22. *Et Episcopus*, inquit, *det oblationem, dicens, Corpus Christi. Et sumens dicat, Amen. Diaconus teneat calicem, & quando tradit, dicat, Sanguis Christi, Calix vitæ. Et benedicens dicat, Amen.* Et capite vltimo prope finem: *Post assumptionem ipsius* (scilicet Christi) *nos oblato, secundùm eius ordinationem, sacrificio puro, & incruento, constituimus Episcopos, Presbyteros, & Diaconos numero septem, è quorum numero vnus erat Stephanus beatus Martyr, qui in amore erga Deum nobis non erat inferior.* Vbi declaratur, Diaconos nō tantùm fuisse præpositos mensis, sed etiam in Missæ sacrificio ministrasse Episcopis, & calicem sanctum populo porrexisse: quemadmodùm etiam B. Laurentius dixit ad Sixtum: *Experire vtrùm idoneum ministrum elegeris, cui cōmisisti Dominici sanguinis dispensationem.* Et certè ad ministerium purè temporarium ministrādi mensis viduarum non opus erat multis orationibº, aut impositione manuū Apostolicarum. Prudentius in Martyrio sancti Laurentij inscripsit:

Idem ibid. prope init.

Clem. Rom.

Luc. 22.

Act. 6. Sanctorū humilitas Apostolorum.

Leuitæ Laurentij verba ad B. Sixtū.

Prudēs pro pè princ.

Hic primus è septem viris
Qui stant ad aram proximi,
Leuita sublimis gradu,
Et cæteris præstantior.
Claustris sacrorum præerat.
Cœlestis arcanum domus
Fidis gubernans clauibus,
Votasque dispensans opes, &c.

Cùm igitur tantùm consideratur, quòd Diaconi constituti ab Apostolis, & in communi viuentibus ex elemosynis, quas fideles offerebant, prospicerēt; colligitur, illas eleemosinas fidelium tempore sacrificij ante orationem Deo oblatas fuisse, & recipi debuisse à Sacerdote sacrificante, & ante communionem populo administratā. Crescente verò numero fidelium, cùm tam multis cōmunicandis, & eorum oblationibus recipiendis, distribuendisq; nō sufficerent, ordinasse sibi ministros ex parte Sacerdotij cōsortes, qui & eis in sacrificio assisterent, & vice eorū fidelium oblationes susciperent, vt inde Deo sacrificaretur, & fidelibus communio porrigeretur. Hinc Laurentius sibi dicit commissam Dominici sanguinis dispēsationem, & cōsummandorum consortiū sacrorum apud Ambrosium lib. 1. Officiorum, cap. 41. Sicut etiam Leuitæ in Veteri Testamento non solùm decimas recipiebant, sed & in altari Sacerdotibus ministrabant; & propterea decimæ eis dabantur. Rursus sicut Episcopi non solùm sacrificare, sed & docere populū debebant, ita & Diaconi in doctrina eius cooperari, vt Stephanus, & Philippus faciebant. Erant igitur Diaconi iuxta doctrinā Apostoli, ceu quidā oculi, qui Episcopum prædicantem, & sacrificantē custodiebant, vt is ab orationis instantia, & assiduo verbi ministerio non impediretur, vt tradit liber Actuum Apostolorum. At verò, sicut nunc sunt quidam Presbyteri sacrificantes tantùm, non gubernantes; ita Diaconi quidam tantùm sacrificio assistunt, quidam verò, vt Archidiaconi, totū ministeriū conficiunt, vt docet Decretalis Tit. De officio Archidiaconi. Sicut inter Episcopos est vnus Archiepiscopus, & inter Presbyteros est vnus Archipresbyter.

Quòd si vrgeas, cur Apostolus

Quo tempore fideles olim eleemosynas offerrent pro viduis, & àquo recipi solerent.

Cur electi olim ab Apostolis Diaconi septem.

B. Aubros. tom. 1. in princip.

Diaconi erant etiā populi doctores: ijdemq; oculi Episcopi quales.

Act. 6. Diaconi, & Archidiaconi munera distincta.

Cur eius, in quo tamẽ Diaconus maximè versatur, Eucharistici sacrificij Paulus meminerit.

hoc loco non fecit mentionem sacrificij altaris, quod erat Diaconi præcipuum munus? Dicendum est dupliciter. Primùm, quia hoc erat ceremonia quædam, & moris erat fidelibus antiquis ea, quæ in officio Missæ peraguntur, abscondere, & alijs celata tenere, vt docet Dionysius lib. de Ecclesiastica Hierarchia; & ob eam causam excludebantur à mysterijs Missæ Cathecumeni, vt Augustinus docet tractat. 11. in Ioan. & 94. inquit: *Nesciunt Cathecumeni, quid accipiunt Christiani.* Basilius idẽ docet lib. de Spiritu sancto, cap. 27. sub initiũm, & Ambrosius in lib. de ijs, qui mysterijs initiantur, cap. vlt. sub finem. Ita Lucas in Actis narrat, septem Diaconos ordinatos, & officium describit, quòd præerant viduarum, & pauperum mensis; ipsum enim altaris ministerium supprimit; sicut communionem sacram eadem ratione vocat panis fractionem, vt tegeret infidelibus mysteriorum rationem.

B. Dionys. c. 7. par. 3. sub finem.

Aug. to. 9.

B. Basilius tom. 1.

Ambros. tomo 4.

Act. 6.

Illud altaris sacrificiũ hîc Apostolũ nó omnino prætermisse.

Altera solutio est, hoc non fuisse omnino tacitũ, cùm inferiùs dicat: *Habentes mysterium fidei in conscientia pura*: nam verbum, Mysterium fidei, in consecratione speciei sanguinis ponitur. Et verbo habendi significat vsum ministrandi, & res in eo oblatas dispensandi. Et non possumus nomine Diaconi intelligere reliquos gradus inferiores: quia hi possunt vxores ducere, & non habent ministerium in altari, nisi valde remotè. Et vt ait Epiphanius in hæres. 79. quæ est Collyridianorũ: Diaconis in Ecclesia concreditum non est, vt aliquod mysterium perficiant, sed vt solùm administrent, & exequãtur commissa. B. Thomas in additionibus tertiæ partis, quæstio. 38. artic. 2. ad 2. *In primitiua*, inquit, *Ecclesia propter paucitatem ministrorũ omnia inferiora Diaconibus cõmittebantur, vt patet per Dionysium 1. cap. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, vbi dicit: Ministrorum alij stant ad portas templi clausas, alij aliud proprij ordinis operantur, alij autem Sacerdotibus proponunt super altare sacrum panem, & benedictionis calicem; nihilominus erãt omnes prædictæ potestates, sed implicitè in vna Diaconi potestate: sed postea ampliatus est cultus diuinus, & Ecclesia quod implicitè habebat in vno ordine, explicitè tradidit in diuersis.* Hæc Thomas. Vnde Ignatius ad Antiochenos tot gradus enumerat ministrorum. Et paulò pòst Cornelius in epist. ad Fauinum apud Eusebium lib. 6. capit. 33. Hieronymus in Luciferianos: *Ecclesia multis gradibus consistẽs, ad extremum Diaconis, Presbyteris, Episcopisque finitur.* Idem de Nepotiano ad Heliodorum: *Fit Clericus, & per solitos gradus Presbyter ordinatur.*

S. Tho. t. 13.

Inferiora olim omnium ordinũ mysteria cur exercerent Diaconi.

B. Dionys. Areopag.

D. Ignatius epist. 12. in fine.

Euseb. Cæsarien. to. 1. Hier. circa finem Dialogi, tom. 2.

Idẽ epist. 3. ante med. tom. 1. in princip.

Ad quartam dubitationem, explicandæ sunt decem conditiones Diaconorum. Prima est, vt sint *Pudici*, Græca vox est σεμνοὶ, id est, graues, constantes, & tales, qui in moribus disciplinam præferant Christianam: quidam verò vertunt, compositos; hi enim apti sunt ad ministrandum in rebus tanti momenti.

Quartæ solutio quęstionis.

Diaconi in primis qui pudici.

Secunda est, *Non bilingues*, οὐ δίλογοι. Quia enim inter Episcopum & Ecclesiam medius interuenit Diaconus, & ob id prohibetur ista linguæ duplicitas, quando vnũ videlicet promittunt, & contrariũ præstant officium: vel qui laudant apud populum, quem reprehendũt apud Episcopum. Est autem magna virtus cõstãtiæ, & veracitatis, eodẽ modo semper loquitur de eadem re apud Gentes, de qua commendatur Ioannes Baptista, cùm dicitur non esse arundo vento agitata. Sunt autẽ bilingues simulatores, qui in corde & corde loquuntur: diligunt in ore suo, vt ait Propheta, & lingua mẽtiuntur. Est & tertia lingua, de qua Sapiens: *Quæ multos*, inquit, *commouit, & de gente in gentem disperdit, & muratas diuitum ciuitates destruxit, & domos magnatorũ effodit.* Et Hieronymus ad Nepotianum, prope finẽ: *Officij tui est visitare languentes, nosse domos matronarum, ac liberos earum, & nobilium virorum custodire secreta. Officij tui est, non solùm oculos castos*

Diaconi deinde cur esse debẽt nó bilingues.

Matth. 11.

Qui sint etiã bilingues, qui trilingues.

Psalm. 11.

Psalm. 77.

Eccli. 28.

Hier. epist. 2. tom. 1. init.

Episcopi quę nam officia.

habere, sed & linguam. Nunquã de formis mulierum disputes; nec quid agatur in alia, domus alia pertè nouerit. Hippocrates adiurat discipulos antequã doceat, & in verba sua iurare compellit; extorquet Sacramento silentium; sermonẽ, incessum, habitum, moresq; præscribit: quantò magis nos, quibus animarum cura commissa est, omniũ Christianorum domos debemus amare quasi quasi propinquas?

Hyppocrtes quid à suis discipulis iuramento requireret.

Tertia Diaconorum cõditio, *Non multo vino deditos*, id est, non multum vini potantes. Non dixit temulentos, quia id indignum est.

Diaconi etiã cur esse debent nõ multo vino dedi di, multò minus temulenti.

Quarta, *Non turpe lucrum sectantes*, vel, Non turpiloquos, quia Græcè vna vox est αἰσχροκερδεῖς. Auaritiã tollit, ne quis sub auaritiæ prętextu quæstum faciat. Et turpe lucrũ est, non tantùm ex malis artibus, vt alea, luxuria, impudicitia comparatum, sed etiam ex honestis quibusdam artibus, quæ ratione status eminentis vehementer dedecent, vt ait Ambrosius. Emere enim minori prętio, quò pluris vendas, quod tolerabile est in negotiatore, nõ nisi turpe est in Diacono Episcopi ministro, cuius facultates conseruat, & administrat. Vnde illud: *Clericũ negotiatorem vt pestem quandam fuge.*

Idẽ cur nec sint turpe lucrum sectantes, atque turpiloqui.

B. Ambros. hoc loco, tomo 5.

Quinta conditio: *Habentes mysterium fidei in conscientia pura.* Hũc locum verè Patres interpretantur, & Glossa, quã Interlinearem vocant, & Petrus Lombardus, atque B. Thomas explicant: id est, Scientes illud, quod in Fide est occultũ. ¶ At Oecumenius cũ Theophylacto, & Haymone accipiũt totam Fidẽ, vel omnia Fidei dogmata, quæ scilicet ad aliorũ breuẽ, & cõpendiariam institutionẽ præparata habebãt, de quib⁹ Apostolorũ princeps: *Paratí semper ad satisfactionẽ de ea quæ in vobis est spe, & fide.* Theodoritus verò: *Cõfirmantes*, ait, *fidem factis, & operibus.*

Diaconi quo modò habeãt mysterium fidei in conscientia pura, varij sensus.

B. Tho. lect. 2. tom. 16. Oecumen. cap. 6.

Sed quia in singulari habetur, *Mysterium Fidei*, & ita Ecclesia in cõsecratione vocat Eucharistiam, & Græcè cũ articulo dicitur τὸ μυστήριον, quasi certũ, & præclarũ denotetur mysteriũ, de mysterio Eucharistiæ interpretantur, cui dispensando Diaconi tunc seruiebãt; & quia illi magis quadrat quod sequitur, In conscientia pura, nam vt ille dixit:

Syncerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit.

1. Petri 3. Theodorit. part. 2.

Vltima sententia longè cæteris probabilior.

Et non solùm exigit fidẽ, sed & bonæ vitæ sanctimoniam, de qua alibi ait: *Probet autem seipsum homo; & sic de pane illo edat, & de calice bibat:* quia ministrare in peccato, graue sacrilegiũ est; adhęc solitus erat in Dominica cœna Diaconus laicis porrigere calicem, vt cõstat ex serm. 5. de lapsis ad Cyprianum, & Ambrosiũ lib. 1. de Offic. & apud Clemẽtẽ in Diataxi Apost. lib. 8. cap. 20. paulò antè productum; quia etiam Eucharistiæ Sacramentum tam Dionysius Areop. de Eccles. Hierar. quã Chrysostomus, & Basilius, & Cyrillus, & Damascenus, per Antonomasiã vocant Mysterium: idcircò hic sensus quasi cæteris probabilior præferendus videtur, maximè quia ait, Habẽtes: habere autem quis dicitur, qui re habita benè vtitur in suam, & aliorum vtilitatem. Et confirmat hũc sensum, quod inferiùs ait: *Qui enim benè ministrauerint, bonũ gradũ* (id est, altiorẽ ordinis gradũ) *sibi acquirent.*

Horat. lib. 1. epistol. 2. sub finem. 1. Cor. 11.

B. Cyprian. Ambro. t. 1. in princip. Clem. Rom. Dion. Areopag. cap. 3. par. 2. frequenter. Chrysost. in sua Liturg. & alibi.

Sequitur sexta conditio: *Et hi autem probentur primùm, & sic ministrent.* Vt non nisi diu benè probati, & non neophyti administrent. Ita enim in religionem ingressi per annum priùs probantur in diuersis spiritus exercitijs, an sint apti religioni, quam profiteri volunt: sicut recèns empto seruo, nõ statim quis domus suę curam committit, priùsquàm fidelitatis suæ experimentum per aliquod tẽpus dederit. Et quod subdit: *Nullum crimen habentes*, siue inaccusabiles, & irreprehensibiles, vt rectè docet Theophylactus, in nominandi casu positum, iungendum est cum verbo: *Et hi probentur primùm.* Et sicut voluit Episcopos esse irreprehensibiles, & non neophytos, idem ipsum exigit à Diaconis.

Diaconi antequam ministrent, primũ cur probari dececant.

Diaconi qui nullũ crimẽ habentes.

Quas vult Apostolus Episcopale munus habere similiter pudicas, secundũ Ambrosium.

Septima conditio: *Mulieres similiter pudicas.* Ambrosius in hunc locum de omnibus fidelium vxoribꝰ generaliter accipit: *Cataphrygæ*, inquit, *erroris occasionem captantes, propter quod post Diaconos mulieres alloquitur, etiam ipsas Diaconas ordinari debere, vana præsumptione defendunt.* Eisdẽ hæreticis Epiphanius, & Augustinus tribuunt, quòd & mulieres haberẽt Sacerdotium, & Episcopatum gererent. Non ergo tempore Ambrosij mensarum tantùm ministri Diaconi erant, nam & hoc mulieres præstare poterant.

B. Epiphan. in hæres.

B. Aug. lib. contra hæreses, hæresi 1. tom. 6. init.

Alter sensus Chrysostomi

Verùm B. Chrysostomus hũc sensum reprobat: *Plerique*, ait, *volunt, Apostolũ hoc de mulieribus simpliciter præcepisse, verùm non ita est. Quid enim consequentiæ haberet inter ea, quæ de Episcopis, atque Diaconis monuit, mulierum vllam facere mentionem? Sed de his profectò ait, quæ ministerij dignitate sunt præditæ.* Similia docent Theophylactus, & Oecumenius, & Hieronymus in Cõmentariolis: *De his*, inquit, *dicit, quas hodie in Oriente Diaconissas appellant.* Epiphanius in hæresim Collyridianorũ, ante medium: *Ministrarum quidem Diaconissarum appellatarum ordo est in Ecclesia, sed non ad sacrificandum, neq; vt quicquam aggredi permittantur, verùm reuerentiæ gratia muliebris generis, aut propter horam balnei, aut visitationis affectionis, aut laboris. Et quãdo nudatum fuerit corpus mulieris, vt ne à viris sacrificantibus conspiciatur, sed à ministrante muliere, cui præcipitur à Sacerdote, vt curam gerat ad tẽpus indigentiæ mulieris, in tẽpore denudationis corporis ipsius.* Et subdit: *Obseruandum est autem, quòd Diaconissis solùm indiguit Ecclesiasticus ordo, viduasque eas nominauit, & ex his adhuc seniores, aniculas: nusquam autem Presbyteridas, aut sacrificulas constituit.* De his Concilium Chalcedonense statuit, quòd ante quadragesimum annum non est ordinãda Diaconissa, & anathematizatur, si nubat, cũ eo qui nubit, post susceptam manus impositionẽ. ¶ Latini verò has Diaconissas nõ receperunt, aut citò aboleuerũt, vt in Concilio Arausicano I. cap. 26. & in Epaunensi, cap. 21. & in Aurelianensi, cap. 17. statuitur: *Placuit, vt nulli postmodùm fœminæ Diaconalis benedictio pro conditionis humanæ fragilitate credatur.*

Theophyl. Oecum. c. 7. prope finẽ.

Hier. to. 9. Epiphan.

Diaconissa ministerium quale tantùmodò, teste Epiphanio.

Illæ quã grãdeuæ debent eligi.

Syn. Chalcedon. Can. 13.

Non fuerunt ergo hæ mulieres pars cleri, sed ministerium tãtũ externum habuerunt, vt quæ hodie in xenodochijs infirmorum curam gerunt. Vnde Concilium Nicenũ Canon. 19. ita statuit: *Commemorauimus autẽ Diaconissas, quæ in hoc ordine inuentæ sunt, quæ nec manus impositionẽ aliquam habẽt, & omnimodo inter laicas habeãtur.* Hęc ibi. Talis fuit Phœbe ministra Ecclesiæ Cenchreensis. Et Ignatius ad Antiochenses ait: *Saluto custodes sanctarum portarum Diaconissas, quæ sunt in Christo.*

Latina cur Ecclesia Diaconissarum hunc ordinẽ neglexerit.

Conc. Arausicanum.

Conc. Aurelianens.

Diaconissę quales hodie videri possint.

Nicen. Synodus.

Rom. vlt.

Ignat. epist. 12. circa finem.

Præstantior tamen videtur interpretatio B. Thomæ, & Petri Lõbardi, atq; Glossæ Interlinealis, qui hęc de vxoribus Episcoporum, & Diaconorũ accipiunt. Qui enim vxorẽ suã regere non potest, non est idoneus alios regere. Et vt superiùs dixit: *Si quis domui suæ præesse nescit, quomodò Ecclesiæ Dei diligentiã habebit?* Debent ergo tã Episcopi, quàm Diaconi benè præesse domui suę, & filios subditos habere in omni pudicitia; & vxores graues, & bonis moribus cõpositas. Idcircò qui pro mulieribus vxores verterunt, apertiorẽ lectionem sequi videntur.

Tertius sensus omnium commodissimus.

D. Thom. lectio. 3.

Quæ mulieres, siue vxores detrahentes sint.

Has etiam vxores vult esse *Nõ detrahentes*, Græcè διαβόλους, id est, Non calumniatrices, & linguæ detractiuæ amicas, vt esse solet illius sexus ingeniũ, dũ otiosæ sunt. ¶ *Sobrias*, etiam cibo, & potu, & vestitu: sed maxima ornamẽta sint silentiũ, pudor, & humilitas. Seu vigilantes. Addit: *Fideles in omnibꝰ*, id est, fidas, & veraces, nõ deceptrices, aut furaces, quę facultates Episcopo viro suo collatas dissipẽt, aut dilapidẽt. Sint etiã fideles in omnibꝰ, tã Deo, quàm hominibus, sed viris maximè suis verbis & factis fidæ, & cõstantes. Nõ sint adulteræ, fidem marito

Quæ item sobriæ, & fideles in omnibus.

fran-

Diaconos cur iam Apostolus cur velit esse vnius vxoris viros. *Eccli. 24. Ephes. 5. Gen. 29.*

frangentes; aut hæreticæ, fidē Christo datam fallentes.

Octaua cōditio: *Diaconi sint vnius vxoris viri.* Vult enim Apostolus in Diacono sacram esse significationē Incarnationis. Nam & Christus minister fuit Dei Patris, & pro vnica sua sponsa Ecclesia cōparāda seruiuit, vt olim Iacob fecit ꝓ Rachele. Hoc etiā rectè præcipitur: quia ex Diaconis plerùmq; creabantur Episcopi.

Quomodò Diaconi non debeant esse vnius vxoris viri.

Et pōdera verbū: *Diaconi sint vnius vxoris viri*: nō sanè ꝙ multi Diaconi sint vnius velut cōmunis scortiviri, sed quòd cum vna sua vxore castè & pudicè viuāt. Nō quidē vt si nō habuerint, ducāt, sed ne duas habeāt. Si enim dignioré vxor facit, cur nō & digami, & trigami ordinentur?

Quāti faciat cœlibatū Apostolus.

Illud obserua, ꝙ ab impari dignitate parē vitæ sanctimoniā exigit: eandem enim petit à Diacono, quā ab Episcopo priùs exegerat.

Diaconi qui benè præsint filijs suis.

Nona Diaconorū cōditio est: *Qui filijs suis benè præsint.* Idē quod & ab Episcopis antè postulauerat, vt scilicet benè educent filios suos, & in Christiana religione instituant: vt credi possit idē præstituros esse cū externis. Nā qui suorū, maximè domesticorum, curam non habet, fidē negauit, & est infideli deterior. *1. Tim. 5.*

Et vltimā cōditionē addit, dicēs: *Qui enim benè administrauerint, gradū bonū sibi acquirent, & multam fiduciā in fide, quæ est in Christo Iesu.* Hoc idē est cū eo, quod Christus dixit: *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est.* Promittit ergo benè ministrātibꝰ altiorē gradū, id enim βαθμον significat, id est, dignitatē, & ordinē, seu gradū ampliorem, scilicet ad Sacerdotiū, vel ad Episcopatum. Et Ambrosius ait: *Poterūt dignificri Sacerdotio.* Ita Lombardus, & Thomas præsentē locū absoluūt. Et more Hebræo positiuū posuit pro comparatiuo, bonū gradū, hoc est, grādiorē, & meliorem, de quo dixerat: *Si quis Episcopatū desiderat, bonū*, id est melius) *opus desiderat.* Estque hęc promissio stimulus quidā ad benè ministrandū. Duplex præmiū proposuit, alterū maioris gradus, alterum multæ fiduciæ in fide, quę est in Christo Iesu, siue multæ libertatis, vt alij vertunt. Nā vt corā Rege seruiēs, & benè ministrās, quādā familiarē fiduciā nāciscitur etiā pro alijs quodcūq; postulādi, ita etiam benè corā Deo ministrans, habet fiduciā intercedendi pro alijs, siue libertatē quādā spiritualē liberiùs agendi, & loquēdi tū apud Deū, tū apud populū. ¶ Et fiduciā, ait in fide, quæ est in Christo Iesu, id est, per fidē, & Christū Iesum, de qua ad Ephes. scripsit: *Per quē habemus accessū per cōfidētiā per fidē*: quod explicatur etiā per Tobiā seniorē, qui ait: *Fiducia magna erit corā Deo eleemosyna omnibus facientibus eā.* ¶ Bernardus autē serm. 3. de Assump. Virg. hæc verba aliò detorsit, vt eleganter ille facere consueuit: *Bonum*, inquit, *acquirit gradum, qui benè ministrauerit: fortè meliorem, qui benè vacauerit Deo: optimū autē qui perfectus est in vtroque.*

Quales Diaconi benè ministrantes.

Quid fiducia in Christo Iesu. *Ephes. 3. Tob. 4.*

B. Bernard. circa princ. sermonis.

Qui bonum, qui verò meliorem, & qui optimū sibi gradum acquirāt, teste Bernardo.

Ad quintā dubitationē respōdemus, generalē Paulū causam reddere, cur ad Timoth. has literas dederit; quasi dicat, Nō quasi ad te vēturus sim nūquā, veniā enim quāprimū potero, & si tardè contigerit, vt interim scias, quomodò te oporteat versari in domo Dei, nō in academia Platonis, aut Lyceo Aristotelis, aut in Porticu Zenonis, aut in hortis Epicuri, aut in Synagoga Iudęorū; sed in domo Dei, hoc est, in Ecclesia Catholica, quæ columna est, & basis, & sedes veritatis, siue in qua non opiniones Philosophorum, aut rationes, aut argumenta Dialecticorū, sed ipsissima, & Catholica veritas residet: quę calcar nobis addere debet ad reuerentiùs nos habendū in ea, & ad puriorē vitam consectādā.

Solutio quintæ dubitationis.

Ecclesia quomodò sit domus Dei viui.

Porrò domum Dei vocat Ecclesiā, quam Deus perpetuò inhabitat, & de qua Christus dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Ex quo in hæreticos nostri seculi colligimus, Ecclesiam Christi inuisibilem non esse, in qua Timotheus videri

Gymnasia Philosophorum propria.

Matth. vlt.

Ecclesiā non esse, vt somniant Lutherani, inuisibilem.

B. Ambros.

iubetur. Pulchrè hîc ait Ambrosius: Ecclesia domus Dei dicitur, cuius hodie rector est Damasus. Est ergo Ecclesia Dei tam in capite, & rectore suo Christo, quàm in mẽbris suis, hoc est, fidelibus, & in verbo Dei, quod iubetur audire; & in Fidei cõfessione, quam tenetur apertè facere; in Sacramentis ipsis, quibus imbuitur, & sanctificatur, quæ omnia sub sensum cadũt, conspicua, & visibilia, etiamsi inuisibilis sit gratia, & fides ipsa, quæ est in corde, & Deus ipse, qui vocatur inuisibilis, & quod reuerenter, & magno cum honore, & sancto Dei timore sit in ea versandum.

In Ecclesia quid tantùm inuisibile. *1.Tim. 1.*

Potuit etiam Paulus alludere ad Templum Iudaicum, vt ait Chrysostomus, & ad verba Iacob, qui in visione loquens, dixit: *Quàm terribilis est locus iste? non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.* Quia verò Paulus sermone de vita rectè instituenda, ad tractationem de doctrina, & fide, & hæresibus faciendis redit, rectè adiunxit, quòd Ecclesia sit columna, & firmamentum veritatis, instituens Timotheum, magno studio veritatis intelligẽdę, & prædicandæ in Ecclesia versari debere.

Item Ecclesia cur dom⁹ Dei viut. *Chrysost. homil. 11. Genes. 2.*

Fortè etiam in eo quod ait, Quæ est columna, & firmamentum veritatis, alluſit Apostolus ad columnã veteris legis, quæ ducebat filios Israel in terram promissam: ita Ecclesia electos & iustos, quos in se habet, & ex quibus constat, ducit ad æternæ vitæ gloriam.

Ecclesiã Apostolus, columnã, & firmamentũ veritatis cur etiã appellauerit.

Secunda ratio huius appellationis. *Exod. 13.*

Potest etiã simpliciter accipi de columna, quæ ædificio sustinendo supponitur, quia præcesserat sermo de domo Dei, qui tanquam sapiẽtia ædificauit sibi domũ, & excîdit columnas septem, vt ait Salomon.

Tertia ratio. *Prou. 9.*

Porrò colũna dicitur: quia à veritate, vel à Deo per veritatẽ ipsam firmatur, & fortasis atque inuicta efficitur, vt per eandem veritatem alios sustentet, atque confirmet. Et sicut passiuè dicitur: *Ego confirmaui colũnas eius*, ita etiã actiuè ponitur; vt ibi: *Qui vicerit, faciam illum colũnam in templo Dei mei; & foras non egredietur amplius.* Columna quoque veritatis dicitur, cui veritas credendorum, & agendorum nititur, non autem in vmbris legis, quæ diu non durat, in qua nunc sola veritas firmatur, quæ antè in lege posita erat. Theodoritus verò hunc locum ita expedit: *Domum*, inquit, *Dei, & Ecclesiam appellauit cœtum eorum, qui crediderunt. Et dixit columnam, & firmamentum veritatis. Supra petram enim fundati stabiles, & immobiles permanent; & rebus ipsis prædicant dogmatũ veritatem.*

Vnde Ecclesia suam habeat firmitatem. *Psalm. 72.* *Apoc. 3.*

Ecclesia cuius sit colũna, & firmamentũ veritatis.

B. Theodorit. part. 2. Quid colũna & firmamentũ veritatis Theodorito.

Obijcies, rectiùs pastores, & doctores Ecclesiæ, & potissimùm successores Petri appellandos colũnas veritatis, quàm Ecclesiã ipsam; præsertim cùm ea sola & petra dicatur ratione Cathedrę Petri, de qua: *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam?* Dicendum est: Si ministerium prædicandæ, & seruandæ doctrinæ respiciatur, verissimum esse, Apostolos, eorũque successores esse columnas. Sin verò attendũtur ea omnia, per quæ veritas ipsa custoditur in cordibus: vt verbi Dei prædicatio, & cordium sanctificatio, consensio populorum, miracula, pietas vitæ, & similia; cùm hæc omnia in varijs membris Ecclesia habeat, non ipsi semper ministri præillis, meritò columnæ & petræ nomẽ sibi vẽdicat. Deinde insigne quiddam est bonis tantùm competens gemitus, & preces impetrantes à Deo, vt veritas & pietas ad iudicium vsque in cordibus sanctorũ inscribantur: qua ratione Augustinus lib. 7. cõtra Donatistas, cap. 51. dicit, Petrum, & solos bonos esse eam domum, quę dicitur edificari supra petram. Et ad hãc firmitatem, & columnę rationẽ alludere videtur Irenæus lib. 3. aduersus hæretic. c. 3. in princ. *Tantæ*, inquit, *ostensiones cùm sint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatẽ, quã facile est ab Ecclesia sumere, cũ Apostoli quasi in depositorium diues, plenissimè in ea contulerint omnia, quæ*

Ecclesię præsules, atq; doctores cur Paulus non columnam, & firmamentũ veritatis, sed Ecclesiã appellauerit. *Matth. 16.*

Prima ratio.

Altera.

B. Aug. t. 7. in princip. Domus ædificata supra petram, quæ mysticè Augustino.

sint

Ab Ecclesia tanquã proptuario ditissimo discenda est veritas, nisi magnus Irenę°. *Ioan. 10.*

Scripturis (quod absit) deficientib°, vnde fides nostra pẽderet. *Hier. to. 2. ante med.*

sint veritatis, vti omnis quicunque velit, sumat ex ea potũ vitæ. Hæc est enim vitæ introitus, omnes autem reliqui fures sunt, & latrones, propter quod oportet deuitare quidem illos. Et subdit, quòd orta quæstione aliqua, si non extarent Scripturæ, recurrendũ esset ad Traditionem Ecclesiæ, potissimùm Romanæ à Petro & Paulo fundatæ, vt etiam cap. 3. dixerat. Et eadem repetit, & inculcat capit. 40. eiusdem libri, & lib. 4. cap. 43. Hieronymus item in finem libri contra Luciferianos: *Poteram*, inquit, *omnes propositionum riuulos vno Ecclesiæ siccare: verùm breuem tibi, apertamque animi mei scientiam proferam; in illa esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata vsque ad diem hãc durat.* Idem in epistola ad Theophilũ contra Ioannẽ Ierosolymitanum: *Perspicuum est, dolorem proprium causam Ecclesiæ nõ putandum, nec stomachũ vnius hominis, imò per illum aliorum generali Ecclesiæ vocabulo nũcupandum.* Ambrosius quoque epist. 82. ad Vercellenses: *Vtrumque ad Moysem à Domino dictum est: Vbi stas, terra sancta est, & hic sta mecum: hoc est, Mecum stas, si stes in Ecclesia. Vbi est Ecclesia, ibi firmissima statio tuæ mentis est: ibi fundamentum animi tui, vbi tibi de rubo apparui. Tu rubus, ego ignis in rubo. Ego in carne, propterea ignis, vt tibi luceã, vt tuas spinas, & tua peccata consumã, & meam tibi demonstrem gratiam.* Et Augustinus lib. contra epistolã, quã vocant fundamenti, cap. 5. initio ferè: *Ego*, inquit, *Euangelio non crederẽ, nisi me Ecclesiæ commoueret autoritas. Quibus ergo obtemperaui dicentibus: Credite Euangelio, cur eis non obtemperem dicentibus mihi, Noli credere Manichæo?* Multa quoque talia inuenies cap. 4. libri de vtilitate credendi, ad Honoratum.

Idem epist. 42. propè finem, eodem tomo.

Ambro. multò ante dimid epist. tom. 3. circa finem.

Exod. 3.

Ecclesia qualis statio, secundùm Ambrosium.

Aug. tom. 6. non procul à princ.

Euãgelio cur credat Augustinus.

Idem ibidẽ.

Ad sextũ dubium.

Quòd magnum sit pietaris Sacramentũ Apostolo.

Vltimę dubitationi respõdemus, quædam circa literã huius loci prę-fantes, & posteà de sensu vero, & germano nobis disserendum erit. Græca litera ita habet: Καὶ ὁμολογουμένως μεγὰ ἐστὶ τὸ τῆς ἐνσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. Vbi Interpres pro ditione θεὸς, legit ὁ, quod & ipsum apertè refertur ad Christum, qui metonymicè nomine mysterij est significatus. Etsi Erasmus in hunc locum dixerit: *Mihi subolet, Deum, additum fuisse aduersus hæreticos Arrianos.* Et Beza hęreticus in hunc locum similiter contra Erasmum ita scripsit: *At mihi Bezæ non dubium est, Dei nomen sublatum fuisse ab his, qui diuinitatẽ Christi, vel vtriusque naturæ vnionem ab ipso cõceptionis momento negabant.* Et idẽ Beza paulò ante liberè de Erasmo loquitur: *Dicam*, inquit, *liberè, quod res est, suam operam imprudens quidem (vt malo arbitrari) sed suam operam tamẽ Erasmus commodauit, ita videlicet profitens Christi diuinitatem: vt tamẽ pro viribus passim conetur luculentissima, & certissima quæque eius testimonia nobis extorquere, exemplo sit hic locus.* Ita ille, qui paulò pòst reprehendit eum, quòd mysterium pietatis interpretatus sit prædicationem Euangelij priùs occultã, & mũdo ignotã nunc verò declaratã in vniuerso orbe, & iustificatã in Spiritu: quia prędicatio vim habuit iustificandi per fidem sine lege Mosaica. Sed mira, inquit Beza, expositio. Et quomodò exponetur, quod prædicatum est Gentibus? nunquid prædicatio prędicata est? Aut quod sequitur: Et assumptum est in gloria, nũquid prædicatio cœlos penetrauit? Nec dicit simpliciter, Mysteriũ pietatis erat, vel fuit, sed, est. Hic ergo sensus, vt absurdus cauendus est, cùm minus verba ei quadrare videantur.

Erasmum (vt semper) hoc loco arrosorem Christi diuinitatis, hæreticus Beza Theodorus, velut felix quidã egregiè illudit, ac vorat.

Erasmi sensũ de mysterio pietatis ineptum, idem Theodorus aptissimè carpit, & lacerat.

Liberatus, Archidiaconus Carthaginensis, cap. 19. sui Breuiarij ita habet: *Hoc tẽpore Macedonius Constãtinopolitanus Episcopus ab Imperatore Anastasio dicitur expulsus, tanquàm Euangelica falsarit, & maximè illud Apostoli dictum: Quia apparuit in carne, iustificatum est in Spiritu. Hunc enim mutasse, vbi οσ, hoc est monosyllabum Græcum, & fecisse ως, vt esset: Deus apparuit per carnem, tanquàm Nestorianus, ergo culpatus expellitur*

Macedonius quodammodò hũc locũ Apostoli deprauauerit.

Liberat° quidam autor.

per Seuerum. Ex quo videtur, quòd vera lectio esset ὃς, vt referatur ad ad Θεὸς, id est, qui Deus ipse manifestatus est per carnem: apparet autem, hunc locum fuisse per hæreticos vitiatum, quare hæc verba referenda sunt ad Christum Deum & hominem.

Et mysterium dixit in singulari pro plurali: quia hæc sunt magna pietatis mysteria. Et communiter de Verbi Dei incarnatione explicatur, per quam Deus ex inuisibili factus est spectabilis assumpta carne, de qua: *Verbum caro factum est*; &, *Videamus hoc Verbũ quod factũ est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis.*

Ioan. 1.
Luc. 2.

Iustificatum est in Spiritu. Quod more Hebræo est, iustum declaratũ fuisse, habitum, & cognitum, debitaque iustitiæ laude affectum, sicut Luc. 7. *Publicani iustificauerunt Deum Baptismo Ioannis, & iustificata est sapientia à filijs suis*; id est, iustè habita, & agnita. Ita dicuntur iudicia Domini iustificata in semetipsa, id est, ad vnguem, & exquisitè perfecta, vt palam id ita esse appareat. Et ita hîc gloria diuinitatis suæ, & Spiritus sancti, quẽ dedit in die Pentecostes super omnẽ carnẽ, opponitur infirmitati, & fragilitati carnis pro humana natura, quæ est misera, & mortalis, de qua: *Qui in diebus carnis suæ*; & ad Cor. *Etsi cognouimus secundùm carnem Christum, sed nunc iam nõ nouimus.* Iustificatus ergo est per Spiritũ, vel in Spiritu; quia ab initio conceptionis iustus & sanctus ab Spiritu sancto affectus est. Sic interpretãtur Patres veteres, Chrysostomus, Cyrillus de Incarnat. vnigeniti, cap. 2. & lib. 2. de recta fide ad Reginas, & Augustinus in Enchirid. cap. 40. vbi docet, gratiam Dei significari, dum Christi cõceptio Spiritui sancto tribuitur. Per Spiritum etiã iustificatus est à peccatis: quia per Spiritũ sanctum suscitatus ostensus est, nõ propria vlla culpa mortuus, sed assumpsisse nostra causa mortem, & si donec in carne fuit, creditus est, & habitus peccator à Deo, & ab hominibus. ¶ Ambrosius per Spiritũ intelligit miracula, & prędicationem, quib⁹ declaratus est Deus: inter quæ reponi potest, quòd Spiritus sanctus in caput eius baptizati descendens, in specie columbæ apparuit.

Act. 2.
Ioel. 2.
Act. 2.

Hebr. 5.
2. Cor. 5.

Sequitur: *Apparuit Angelis, vel, Visus est Angelis.* Vt etiam ipsi peculiariter hymno declararunt Luc. 2. & per Ecclesiam etiã innotuit principibus, & potestatibus, in cœlestibus multiformis sapientia Christi Iesu: & ita nobis sunt reconciliati, & maiorem salutis nostræ curam gerunt. Denique Angeli incredibili voluptate afficiuntur in eius cõspectu, de quo dixit Petrus: *In quem desiderant Angeli prospicere.* Quanquã Augustinus in Enchiridio, cap. 41. & 42. & eum secutus Gregorius libro 33. Moralium, cap. 4. Angelos intelligunt homines prædicatores, qui annũtiant Dei voluntatẽ mũdo.

Gal. 3.

Ioan. 9.
Ioan. 1.

Idem mysterium pietatis quomodò apparuit Angelis.

Luc. 2.
Ephes. 3.

1. Petri 1.

Aug. to. 3. Quibus Angelis secũdũ alios, idẽ pietatis mysteriũ apparuerit.

Greg. to. 1. Mysteriũ vocationis Gentium quale, quãtumque.

Ephes. 2. & infra 3.

Et quia sequitur: *Quod prædicatum est Gentibus*: est enim mirabile quod impijs, & idolorum cultoribus, & à se olim derelictis voluerit Deus tãtum mysterium patefacere, vt habetur Ephes. 2. & 3. Imò & hoc ipsum vocationis Gentium mysteriũ, quod maius est ipsa mundi creatione, voluit illis esse reuelatum. Ideò dixit: *Creditũ est in mundo.* Hoc enim stupendum est, Euãgelicam doctrinam tam sublimem, fide receptam esse vbique contra proprios errores ab atauis longa serie annorum acceptos: idque tam breui tempore, & per paucos, atq; abiectos homines. Denique, quod omnibus gloriosius est, assumptũ est in gloria. Receptus est enim in cœlestem gloriam videntibus Apostolis, vbi ad dexteram Patris sedens regnat. Et cùm debuisset hoc præcedere, tamen postpositum est, vt causa ipsius fidei quæ præcessit; & receptus est à mundo tanquã in gloria Dei Patris existens. Nunquam sic creditum fuit de Moyse, vel de alijs Prophetis, iuxta illud; *Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris.*

Vti creditũ in mundo.

Idem vt assumptum in gloria.

Act. 1.
Marc. vlt.

Philip. 2.

Quid est, hoc mysteriũ pietatis iustificatũ fuisse in Spiritu.
Infra 7.

Ibidem.
Psalm. 18.

B. Chrysost. hom. 11.
D. Cyrill. tom. 2.
Aug. to. 3. sub init.
Christus per Spiritum vt iustificatus sit à peccato
Rom. 6.

Magnũ pietatis Sacramentum nõ ineptè sacrá posse Eucharistiam intelligi.

Præter dictum sensum verum, & Catholicum, & à Patribus assignatum, alius mihi occurrit, quem non grauabor lectori proponere, qui & verus est in seipso, & Catholicus, & contextui huius loci congruus, imò etiam magis quàm alter conueniẽs, etsi nullus illũ hactenus, quod sciã, produxerit. Nam videtur hoc magnum pietatis mysterium, non esse aliud, quàm sacrosanctum Eucharistię mysterium, quo nomine ita vocatur Christus ad Colosſ. 1. & ad Corinth. Sapientia in mysterio abscondita; & Ephes. 5. Sacramẽtum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Est enim Christus siue incarnatus, siue in cruce oblatus, siue in Eucharistia, quasi iuge sacrificium Deo propositus. Estque singulare mysterium propter vnum Christum in omnibus speciebus panis consecrati contentum. Est etiam cum articulo dictum Τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, vt vnum tantùm mysterium designetur. Estque enim propriè Sacramentum noui Testamenti vnum ex septem, vt Baptismus, & Confirmatio. Est etiam magnum verè Sacramentum: quia non tantùm continet fructum gratiæ, vt reliqua, sed etiam autorem gratiæ Christum. Est etiam mysterium εὐσεβείας, id est, boni cultus, quia in hoc ipsum datũ est nobis à Christo, vt per illud à nobis oblatũ, Deum placatum, & propitium habere possimus: & ad ipsum omnis cultus noui Testamenti refertur: nam ad hoc templa, & altaria, Episcopi, Sacerdotes, Diaconi, & ordines sacri instituuntur, & ad alẽdos Episcopos, & Sacerdotes, & eius ministros referuntur omnes reditus & prouentus Ecclesiastici; denique Canonicatus, dignitates Ecclesiasticæ, cantores, & omnia Ecclesiastica vasa, & ornamenta spectant: vt verè sit pietatis, siue boni cultus Sacramentum.

Primum argumentum.

Colos. 1.
1. Cor. 2.
Ephes. 5.

Eucharistiæ appellationes variæ ac multiplices.

Secundum argumentũ.

Congruit deinde & præcedentibus, & sequentibus: præcedentibus quidem, quia Diaconis dixit quòd habeant mysteriũ Fidei in conscientia pura, & vt probentur primùm, & sic ministrent, & quòd benè ministrantes, gradum bonum sibi acquirent: quæ verba de Eucharistia esse accipienda, superiùs probatum reliquimus. Quadrat etiam sequẽtibus verbis de domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viui: quia in Christianorum templis, tanquam in domo Dei nihil maiùs habemus quàm Corpus Christi sub speciebus panis, & vini, quo roboramur, & alimur, vt Dominus dixit.

Tertium argumentum.

Ioan. 6.

Quàmmaximè etiã ad rem facit, quòd Ecclesia sit columna veritatis, ne possit errare in his quæ credit, & profitetur de hoc mysterio, aut in cultu, & veneratione eius: quia promisit Dominus: *Venient veri adoratores, qui adorabunt Patrem in spiritu, & veritate*. Quod etiam sequitur: Et manifestè, siue, vt alij vertunt, Sine controuersia, seu cõfessione, vt Ambrosius, prædicta confirmat. Nam omnes fideles agnoscunt in ipso Sacramento Christũ adesse, illud corde credunt, ore, & opere profitentur: nam coram Sacramento genua flectunt, Deum inuocant sibi propitiũ, latriæ cultum, & summum genus adorationis Christo impendunt, denique omnia pietatis, & religionis signa edunt. Consonat etiam scopo Apostoli hortantis Timotheum, vt cum timore, & horrore versetur in domo Dei, in qua tãtum mysterium celebratur: ad quod etiam inuitat præfatio Ecclesiæ, quæ præcedit benedictionem Eucharistiæ: *Per quem*, ait, *Maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates*. Seruiunt etiam huic sensui ipsa verba: *Deus manifestatus est in carne*. Sed maximè lectio nostra Latina probatur, quam sequitur Syriacus textus, & ipse Ambrosius: etiamsi commodè possit accipi de mysterio Incarnationis, magis tamen Sacramento Eucharistiæ, & scopo Apostolico conuenire videtur: nã hæc duo, Incarnationis, & Eucharistiæ mysteria adeò sunt proxima, & vicina, vt neutrum alteri deroget, & alterum

Ioan. 4.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum. *Ambrosius.*

Sextum argumentum.

Septimum argumentũ. *B. Ambros.* Vtriusque Sacramenti pietatis, Incarnationis, videlicet, & Eucharistiæ, mira conuenientia.

alterum fulciat. Nã si admittas Deũ hominem ex magna gratia, & misericordia factum : *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius*; ita ex eadem sub speciebus panis, & vini (non tamen ad vnionẽ hypostaticam assumptis, vt fecit de carne humana) seipsum collocauit, vt videri possit Verbum non tãtùm caro, sed etiam factum panis, & vinum, vt ita habitaret in nobis perpetuò, & ita videremus quotidianam gloriam eius. Nam in hoc mysterio ingentia & admiranda signa edit, & tanquam naturalis Dei Filius pari adoratione cum Patre colitur, & venerabiliter adoratur: & oblatus Patri in hostiam incruentam, omnibus nostris peccatis expiandis, & omnibus beneficijs, & gratijs à Deo impetrandis sufficit, & à nobis participatus, & manducatus, non consumitur, sed integer perseuerat, vt dixit sanctus Andreas. Quis ergo nisi impius negauerit, maximum esse, & summum pietatis mysterium Eucharistiam ?

Ioan. 1.

Ibidem.

Eucharistiæ quanta vis, maiestas, magnificentia.

Patres quoque consueuerunt multa, quæ de Incarnatione dici videntur, ad Eucharistiam referre: vt verbi gratia, illud: *Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c.* Illud etiã: *Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit.* Cernitur enim in Sacramento eadem Christi humiliatio & exaltatio, & idem fructus penè vtriusque mysterij. Et non minùs graue peccatum est eorum, qui minimè seipsos probantes accedunt ad Eucharistiã, quàm illi qui pedibus conculcauerunt Christum, & sanguinem eius fuderunt.

Incarnationis alioqui propria; Eucharistiæ tamen Patres quænam accommodare nó dubitent *Philip. 2. Hebr. 10.*

Quæ verò consequuntur, mirificè consonant. Nam hoc mysterium manifestatum est in carne. Carnẽ solet Scriptura appellare externa hæc velamenta quæ nobis apparent, quæ instar carnis sunt, & carnem continent Christi, iuxta illud : *Caro mea verè est cibus*; & sub carne Christi delitescebat Verbũ: ita sub Eucharistia delitescit Diuinitas, & Humanitas.

Quemadmodùm Eucharistia caro dici possit more Scripturę.

Ioan. 6.

Et non infrequenter apparuit caro humana, & sanguis, & infans paruus in Eucharistia ad propulsandam, & reuincendam nostram incredulitatẽ.

Deinde dicitur, *Iustificationem in Spiritu.* Vt enim per carnem se nobis manifestauit, ita per Spiritum, quem impertit dignè sumentibus, iustificatur, id est, declaratur iustus, & verax, quia Fidelis Dominus in omnibus verbis suis; & sanctus in omnib⁹ operibus suis. Promisit etiam: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternũ*; & paullò antè: *Qui manducat*, inquit, *meam carnem, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in eo.* Dixit etiam: *Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam.*

Eucharistiæ Sacramentũ Incarnationis instar, quomodo iustificetur in Spiritu. *Psal. 144.*

Ioan. 6.

Ibidem.

Ibidem.

Tertio ait: *Apparuit*, siue visum est Angelis: quia Angeli huic mysterio adesse solent ad venerationem impendendã Creatori suo ac Domino, & vt eos, qui adsunt, disponant ad dignam, & vtilem participationem fructus Sacramẽti, & vt nobis exemplum præbeant horroris, & reuerentiæ assistendi corãDiuina Maiestate. Et de his habes multa testimonia Sanctorum, sed præsertim B. Chrysostomi lib. 3. de Sacerdotio, & Gregorij libr. 4. Dialogorum, cap. 58. Qui enim ad nos mittuntur Angeli custodes, adesse dicuntur consecrationi vt adorent. Et sicut delectati sunt in Natiuitate Christi infantem videntes, & hymno celebrarunt; ita in hoc quotidiano cultu nequeunt satis se cõtinere à visu, & cultu eius, vt impleatur illud Petri: *In quem desiderant Angeli prospicere.*

Idem vt appareat Angelis.

Chrys. to. 5. Greg. to. 2.

Luca 2.

1. Petri 1.

Quartò ait: *Prædicatum est Gẽtibus.* Quia hoc mysterium apud Gentes cœpit celebrari, & apud Iudęos cum magna gloria Christi, omissis legalibus, omissis sacrificijs, quibus hoc solùm successit. Vnde per Prophetã Malachiam prædixit: *Ab ortu Solis vsque ad occasum, magnum est nomen meũ in Gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.* In cuius tamen prædicatione offensi

Qua item ratione prędicatum sit Gẽtibus hoc Sacramentum.

Malach. 1.

fuerunt

Ioan. 6. fuerunt Iudæi Ioan. 6. cùm tamẽ nõ ignorarent, olim Iudæos in templo Dei de sacrificio edere solitos. Vnde illud: *In voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis.*

Psal. 41.

Quàm etiam honorificum apud Gẽtes.

Et præcipuè dicitur prædicatum in Gentibus, apud quas erecta sunt templa magnificentissima in honorem Eucharistiæ, quo tempore illud Ierosolymitanum corruebat cũ ipsa ciuitate nunquã amplius erigenda.

Vti creditũ in mundo.

Ideò subditur: *Creditum est in mundo.* Quod planè omnem admirationem superat, ad confundendos olim Iudæos, Hæreticos, & nostri seculi Sacramẽtarios, & Caluinianos, quos post tot secula veritatem cognitam, & in toto orbe receptam negare nõ pudet: & tamen tantum mysterium creditũ est in mundo, id est, à mundi huius peccatoribus, qui Fidem Catholicam recipientes, etiam huius articuli veritatem à templis, altaribus, ornamentis pretiosissimis, & diuersis ac sacris ministris se accepisse, ac nouisse declararunt.

Lutheranorum mira perfidia.

Postremò subdit: *Assumptum est in gloria.* Christ⁹ enim qui est in altari, est idem qui sedet ad dexteram Patris in cœlo, & qui super omnem naturæ nostræ captum sine vllo loci motu nobiscum dignatur adesse, qui in dextera Dei Patris sedet in cœlo. Et vt ibi ab Angelis colitur, eadem gloria exaltatur & in altari. Dicta sunt autem hæc paullò obscuriùs à Paulo: quia ita illi, & Apostolis mos erat loquendi, cùm de mysterijs ageretur. Et de his satis.

Quo pacto assumptum est in gloria.

Magnum pietatis Sacramentum Apostolus cur obscurè, & tectè Eucharistiam nominauerit.

DISPVTATIO XIII.

In illa verba Apostoli 4. Capitis: *Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedẽt quidam à Fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarũ actione fidelibus, &c.* vsque in finem capitis.

Primum dubium.

CIRCA Caput hoc dubia insurgunt nonnulla, neq; leuia, neque parui momẽti. Primum est, inuestigare scopum eorum quæ hîc dicuntur.

Secundum.

Deinde quid est, Spiritum manifestè dicere, quòd quidam deficiẽt à fide, & attendent spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorũ: nullus enim per se audit Apostolicos spiritus; aut doctrinas dæmonum, qui simulatè loquuntur mendacium: & quid est Cauteriatam habere suam conscientiam, & ad quid fiat allusio.

Tertium.

Tertiò, qui sunt qui damnarunt nuptias, aut prohibuerunt edere cibos, qui cum omni gratiarum actione edi possunt à fidelibus, qui nouerunt veritatem.

Quartum, ac quintum.

Quartò, quomodo sunt cibi immundi aut inquinati; & qua ratione mundantur per verbum Dei & orationẽ.

Quintò ex his verbis videtur Ecclesia errores quos damnat Apostolus, amplexata; quia Sacerdotum dãnat nuptias, & certis diebus cibos quosdam, vt carnes, & lacticinia, sumere prohibet.

Sextum.

Sextò, in verbis: *Exerce teipsum ad pietatem*: nam exercitatio

corporalis ad modicum vtilis est, videtur Apostolus ieiunia ab Ecclesia proposita reijcere, si sola pietas ad omnia vtilis est. Septimò, quomodò docet, Saluatorem omnium esse Iesum, cùm omnes minimè salui fiant, imò nec oēs quidē fideles. Octauò, cur præcipit vt nemo adolescētiam Timothei contemnat, cū hoc potiùs situm sit in alijs, quàm in seipso: Honor enim est in honorante, non in honorato, vt Philosophus dixit. Nonò, quid est quod ait: *Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuū Presbyterij*; quænam, scilicet, est ista gratia minimè negligenda, & quomodò collata per manus presbyterij, cùm Presbyteri non ordinent Episcopos. Postremò, quid est sibi attendere, & cur priùs sibi, quàm doctrinæ, & quomodò in illis instandum, vt Episcopus suiipsius, & se audientium salutem consequatur: interdum enim nec se, nec alios saluat, sed condemnat.

Septimum.

Octauum.

Arist. lib. 1. Ethic. cap. 5. to. 3. ini. Nonum.

Decimum dubium.

Ad primum respondemus: Cùm ostendisset Apostolus qua ratione esset Episcopo, & quanta religione versandum in Ecclesia, quæ sedes, & columna est veritatis, & in ea summum mysterium celebratum; prædicit, quosdam hęreticos vēturos, qui alio modo quàm Iudaizantes mysterium illud essent oppugnaturi, & de cordibus hominum illud abolituri. Et hæc est noua ratio, cur Episcopi sint vigilantes, & cum metu, & tremore sit illis in gubernanda sua Ecclesia salus operanda.

Solutio primę quæstionis. Quid doceat Apostolus in hoc Capite. *1. Tim. 3.*

Ad secundum: Spiritus absolutè, & præsertim cum articulo in Græca litera *Τὸ δὲ πνεῦμα*, Spiritū sanctū denotat, teste Athanasio in epistola ad Serapionem, & hìc Spiritus sanmanifestè dicit, & olim dicebant Prophetæ: *Hæc dicit Dominus Deus exercituum, in cœlo reuelans mysteria*, modò verò in nouo Testamento: *Hæc dicit Spiritus sanctus.* Græca vox, Manifestè, non est illa, quā superiùs dixit; Manifestè magnū est pietatis Sacramentum: nā ibi *ὁμολογομένως* habetur, id est, citra controuersiam, indubiè; hìc verò dicitur *ῥητῶς*, id est, dicit perspicuè, & non adūbratè, aut propheticè, vt Chrysostomus cū suis hoc loco docet.

Secundæ solutio dubitanis. Quis ille Spiritus, prædicens apostasiam à fide. *B. Athanas. tom. 1.*

Spiritū quid manifestè dicat.

Ex quo habes, Apostolos non tantùm esse Apostolos, id est, missos ad plantandum, & declarandum Euangelium in orbem terrarum, sed & prophetas futura multa prænuntiantes, quò tela præuisa minùs feriant, minusque admirentur, ea cùm viderint euenire; & vt eorum probetur autoritas, qui ventura nouerunt, & impleatur verbum Dñi apud Ioan. cap. 16. de Spiritu sancto: *Et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.*

B. Chrysost. homil. 12. Apostoli fuerunt etiam Prophetæ.

Ioan. 16.

Et, in nouissimis temporibus, ait, siue vt Græca habēt *ὑστέροις καιροῖς*, id est, posterioribus temporibus: *καιρὸς* enim non tantùm pro certo, & statuto temporis articulo accipitur, sed etiam pro ipso tempore, qđ alibi annotatum reliquimus. Posterioribus ergo temporibus, gratiæ scilicet, quando Christus est creditus in mundo, paullò post futuris, & proximè exorituris, à tempore scilicet Pauli ad Marcionem, & Manichęum, & Encratitas, qui discipuli fuerunt Simonis Magi. Porrò Marcion, & Manichæus, & Encratistarū duces cum eorum hæresibus, breuî prædicuntur exorituri, vt iā opus sit vigilantia. ¶ *Quia discedent quidam à fide.* Vel potiº, Apostatabūt à fide: idē enim verbum est verbum Græcum cum eo quod 2. Thess. 2. habetur, eū dicitur: *Nisi venerit discessio primùm*, siue apostasia. At deficere à Fide, siue in toto, siue in parte, speciē non variat, etsi nomina sint diuersa: prior enim est apostasia, posterior hæresis. Est & alia apostasiæ species à religione sua peculiari, quam quis profitetur, vt Augustini, Benedicti, Dominici, Francisci. Per hanc si quis fidem datam in superioribus suis Deo frangat, horrendum crimen admittit, & scandalum graue; non tamē adęquat priorem apostasiam à Fide, quę data erat Deo in baptismo.

Nouissimis temporibus quibusquidā à fide deficient.

Quinam illi qui à fide deficient, & defecerunt tandem: & vnde prodierint.

2. Thess. 2.

Apostasia à fide quotuplex sit.

Spiritus verò erroris, vel vt Græcè

habetur

Spiritibus erroris, quibus illi attendét apostatę,

habetur πλάνοις, id est, errones, sed idem sensus, vocat primos hæresum inuentores, & impostores, qui eiusmodi spiritibus afflati, sua, & nō illa quæ Dei sunt, loquuntur. Nam vt quidam ob insignem bonitatem dicuntur Angeli, ita quidam ob excellentem malitiam dicūtur dęmones, vt Iudas Ioan. 6. Sunt enim quidam peculiares dæmones, maligni, & ad seducendum electi, qui omnes cogitationes, & neruos intendunt ad fallendos eos, qui falli cupiunt, qui dicunt: *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores*; quorum vnus dixit: *Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum.* Certè Lutherus modium salis cum cacodęmone se edisse iactat, & illum introducit secū disputantem in quibusdā de sacrificio Missæ, & Sacerdotio noui Testamenti articulis, & se coactum fuisse ei cedere, ob Scripturarum pondera quæ producebat.

Ioan. 6.

Esaia 30.

3. Reg. 22.

Lutherus, vt ipse testatur, quām fuerit diabolo familiaris & intimus.

At ne fortè quisquam impingat in tā fœdos & tetros errores, debet regulam à Ioanne datam seruare, qui dixit: *Charißimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint*: quod quia plures neglexerunt, mirari non debemus de tanta hæresum nouarum colluuie, ac de tanto Sectariorum prouētu. Ipsi ergo doctores & pseudoprophetæ vocantur spiritus erroris. Et nota ex Chrysostomo, quòd omnis doctrina hæretica ex diabolo est, & peculiariter Ephesij dediti erant magicis artibus, ac proinde dæmonibus, vt habes Actorum 19.

Spiritus erroris, & doctrinas dæmoniorum optima propulsādi ratio 1. *Ioan. 4.*

B. Chrysost. homil. 12.

Actor. 19. In hypocrisi qui loquātur mendacium.

In hypocrisi, inquit, *loquentiū mendacium.* Græcè habetur: In similitudine falsiloquorum, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων. Non dixit in Datiuo, ψευδολόγοις, vt respondeat spiritibus impostoribus, sed in Genitiuo, vt iungatur cum voce dęmoniorum, & in eodem casu posita, τῶν κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, id est, Cauteriatā habentium conscientiā, corū scilicet, qui per hypocrisin loquuntur mendacium, non per ignorantiam, sed simulādo loquuntur, cùm veritatem non ignorent. Nisi malumus emphasis gratia, dęmonia homines ipsos dici. Vnde Christus Petrum vocauit Satanam, & de Iuda proditore: *Vnus*, inquit, *ex vobis diabolus est.* Et intellige de ducibus, & capitibus errorum: nam plebs quæ sectatur illos, vt plurimùm decepta est, & per ignorantiam peccat. Hoc ergo verbo Encratistas, Marcionem, & Manichænm designauit; qui cùm intra parietes turpissimè viuerent, essentque impurissimi, tamē miram sanctitatem præseferebant, simulatè & fallaciter omnia agentes. Vnde loco carnium cibaria quædā delicata, & pretiosa carpebant; & loco vini, mulso, sicera, & careno, passa, & expresso è nonnullis pomis succo recreabantur. Et dabat illa hypocrisis fidem verbo mendacij: vt mirū sit, B. Augustinū tam excellenti ingenio præditum per nouem annos detentum fuisse in tantis errorū tenebris, quales erant Manichæorum.

Quos Christus homines dæmones appellauerit. *Matth. 16. Ioan. 6.*

Encratistarū, Marcionis, & Manichęorū simulata sanctitas.

Ad illud verò, quid esset: *Cauteriatam habentium suam conscientiam*: dicendum, Cauterium esse, partem aliquam carnis vrere, siue amputare: & alludit Apostolus per Anthitesin quandam ad circuncisionem cordis. Candenti etiā ferro notabātur olim malefici, stigmatis impressis cuti: at isti animum habent stigmaticum, & cauterio inustum ob vitæ dedecora, quorum ipsi sunt conscij. B. Thomas ait, quòd cauterium est corruptio in carne per ignem, ex qua egreditur continuè putredo. Ita ex igne peruersę voluntatis, iræ, odij, concupiscentiæ, vlceratur conscientia, & dæmoniorum egreditur falsa doctrina.

B. Aug. lib. 3. Confess. cap. 11. in fine, & alibi sæpius, tom. 2.

Quid cauteriatā habere conscientiā, variæ interpretationes.

B. Tho. lect. 1. in cap. 4. 1. ad Tim. tom. 16.

Ambrosius verò hanc notā ait esse fallaciam, conscientiam, quæ dolo maleuolentiæ aliud scit, & aliud profitetur, denotat ad perditionem immutabilem. Chrysost. verò intelligit impuram vitam, cuius sibi sunt conscij, exquo fit, vt peruertāt dogmata. Et illud ante omnia notandum, Manichæos dæmones esse vocatos: quia inter omnes hæreses plus honoris tribuebant diabolo, quia ponebant

Ambrosius.

Chrys. hom. 12.

Manichæi quàm verè dęmones appellati.

eum principium rerum omnium ex æquo cũ Deo bono. Et vt Deus bonꝰ est principium inuisibiliũ, ita Deus malus (secundùm illos) principium inuisibilium.

Tertię solutio quæstionis.

Ad tertium quæsitum, quî scilicèt fuerint autores, qui interdicebant nuptias, & præcipiebant abstinendũ à cibis: Dicendũ est, eos non tantùm prohibuisse nuptias mulierum, sed etiam virorum, vt sublato nodo, & vinculo nuptiarũ, omnes de illicito concubitu nasci cogerentur, si Ecclesia debebat perstare; aut si non debebat perstare, saltem Ecclesiam breuî esse terminãdam. Cùm tamẽ vtrumque falsum esset, nam Deus instituit nuptias in paradiso terrestri, & honorauit illas sua præsentia, & miraculo Christus in Euangelio, & de matri nasci voluit: Ecclesiam quoque semper durare cõstituit, iuxta illud: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.*

Qui prohibuerint nubere hęretici, & abstinere à cibis quos Deus creauit ad vtendum.

Genes. 2.
Matth. 19.
Ioan. 2.
Luca 1.

Matth. vlt.

Sequitur: *Abstinere à cibis.* Id est, prohibẽtium nubere, ne quis vtatur cibis. Nouus interpres addit Textui verbum, quod in Græco non est, nimirùm, iubentium abstinere à cibis, quasi per defectum, vel eclipsin sibi notam Apostolus loquatur, vt cùm dixit: Mulieribus nõ permittitur in Ecclesia loqui, sed viris suis subditas esse, scilicet imperatur; ita hîc, prohibentium nubere, & iubentium abstinere à cibis. Sed opus nõ erat: quia vt ait Oecumenius, vsitata est Græcis locutio, vt dicant, Prohibuit ne vesceretur, id est, Prohibuit esum. Et id referunt Græca scholia ad Atticismum, & phrasim nunquam non obuiam scriptoribus Ethnicis. Vt cùm dicimus: Prohibuit eum ne perpetraret absurda, non intelligimus, ꝙ ad absurditatem sit eum adhortatus, sed ad contrarium. Et in Græco sermone inter prohibentium nubere, & abstinere à cibis, non est copula bimembris, Et, sicut nec Ioannis 10. iuxta Græcum simpliciter: *Vnum ouile, vnus Pastor.* Ita etiam hoc loco. Homerus quoque dixit: Σῖτον, καὶ οἶνον ἐδόντες, id est, Panem, & vinũ edentes: nam in verbo Edentes per Synecdochen intelligendum est alterum, Bibentes.

Hęc interpretatio cuiusdã: Iubentiũ abstinere à cibis, minimè probatur

1. Cor. 14.

Oecumen. cap. 7.

Qualis hęc locutio Apostolica: Prohibentium nubere, abstinere à cibis, &c.

Ioan. 10.

Homerus.

Subdit, Deum creasse cibos ad percipiendum cum gratiarũ actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona est. Manichæos notat, qui quosdam cibos, vt rem immundam abominabantur, propter quasdam eorũ confictas fabulas de membro Dei, quod per omnia membra ingrediebatur purgans omnia. Et cùm ait, Deũ creasse cibos omnes fidelibus; indicat non esse conditos infidelibus, quibus omnia sint immunda, eò quòd ipsi sint immundi ad vitã, qua aduersus suum Creatorem abutebantur. Deus tamen, qui pluit super iustos, & iniustos, permittebat etiam infidelibus edere, vt vel sic ostenderet diuitias bonitatis suæ, & iustificetur ipse, qui eos paullò pòst iudicabit.

Contra Manichęos quorundã esum tanquam malum ciborum vetantes.

Deũ creasse cibum fideli bꝰ cur dicat, non infidelibus Apostolꝰ

Matth. 5.

Vt soluamus autem quartam dubitationem, quomodò sint cibi immundi, aut inquinati, dicimus, immunditiam ciborum non esse à natura, sed à peccato, vel libidine propter prohibitionem. Nam esus ligni vetiti per se, & secundùm suam naturam, non immundus erat ad inquinandam animam, sed homo à prauitate sua, & præuaricatione edens est inquinatus. Non ergo ex eo quòd ingressus est in ventrem, inquinatus est, sed ex eo quòd exiuit è corde contumaci, & obedire nolente. Ita Deus olim Iudæis prohibuit multa ciborum genera, quò eos abstinentiam, & temperantiam doceret, & intelligerent, quasi in typo quodam, vitia, à quibus esset abstinendum, & quæ hominum genera vitiosa vitanda essent, ne alios corrumperent. Nam sola ruminantia, & fissas habentia vngulas, de terrestribus animalibus erant in cibum permissa; vt intelligerent in ruminatione meditationem doctrinæ, & in vngula fissa, discretionem boni à malo in moribus. Quoduis verò aliud genus ciborum vetitum,

Quartæ qũę stionis solutio.
Cibi quomodo immundi infidelibus.

Genes. 2.
Infrà 3.

Matth. 15.
Leuit. 11.
& Deut. 14

Ruminantia sola, & vngulas diuidentia animalia ad esum concessa Iudæis.

Cur verò cætera omnia eisdem prohibita.

significabat aliquod peccatum vitãdum: vt per sues lutulentos, eos, qui in luto voluptatum malè olente volutãtur: per pisces verò, qui squamas, & pinnulas haberent, significabatur corporis, & animi puritas. Verũ istæ figurę, & significationes ceſſarũt post Domini aduentum, quo tempore populus pueritiam debuit exuere: ideò significatione à cibis amputata, simul & immunditia est sublata. Et vt eleganter docuit Augustinus, immunditia illa non erat naturalis, sed à significatione. Verbi gratia: In his duabus vocibus, Bonum, & Malũ, in se ipsis consideratis, non est plus malitiæ in vna, quã in altera: & si Barbarus, qui non intelligeret, audiret proferri, Tu es bonus, vel, Tu es malus, nihil magis vna voce, quàm altera turbaretur: secus si vim, & significationem intelligeret. Continuò enim perturbaretur non quidem à voce, vt per se mala, sed propter significationẽ. Sublata ergo significatione in cibis, nihil est in illis quod inquinet edentem.

B. Augusſt. lib. 50. contra Fauſtũ Manich. c. 5 tom. 6.

Elegans exẽplum Augustini, nullum ostendens cibum immundum natura, nisi tantùm significatione.

Fidelibus ergo, & ijs, qui cognouerunt veritatem, istam nempè, *Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* Fidelibus, inquit: quia etsi Deus pro omnibus condiderit creaturas, etiam pro infidelibus, secundũ illud: Implens cibo, & lætitia corda eorum; maximè tamen pro fidelibus, quos Hæreticis docentibus malos esse naturâ cibos opponit, & subdit: *Quia omnis creatura Dei bona est.* Sicut dictum est: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Et perceptio, moderata est ciborum sumptio: non enim ingurgitationem, aut delicias superfluas commendat. Et loquitur de esculentis, & poculentis humanæ naturæ accommodis ad alendam vitam, & non de serpentibus, aut liquoribus venenatis, qui naturam humanam corrumpunt.

Fidelibus quam cognoscentibus veritatem, Deus illis cibos ad percipiẽdum creauerit.

Act. 14.

Gen. 1.

Cibos Apostolus à Deo creatos curdicat ad percipiendum.

Additq;: *Cũ gratiarũ actione.* Quia edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum. Nullus enim agit gratias de re illicita, sicut de fornicatione. ¶ *Et nihil* (ait) *reijciendum.* Tanquam ex natura sua malum; bene autem vt inuitans ad lasciuiam, aut vt fratrem scandalizans, aut voto peculiari à nobis ipsis detractum, aut ab Ecclesia pro salute nostra prohibitũ, vt facit in diebus ieiunij.

Quare cum gratiarum actione cibi percipiẽdi fidelibus.

Psal. 21.

Nulli ergo cibi per se immũdi esse possunt, quoniam sanctificantur, & mundantur ab illa immunditia priori, quæ processit ex peccato Adæ antiquo. ¶ *Sanctificatur:* Id est, Applicatur diuino cultui: vt, Sãctificatur vir infidelis per mulierem fidelem, saltẽ oratione, dum oratur pro illo. ¶ *Per Verbum Dei, & orationẽ.* Quia oratur, & commemoratur Verbum Christus, qui cuncta mũdauit. Vnde dicitur Petro: *Quod Deus* (scilicet Christus) *purificauit* (id est, mundauit) *tu commune ne dixeris.* Vbi perpende, homini peccatori in Adam omnia remanere immunda, & ipse immũdus à seipso est, non à cibo, sed per inobedientiã suã. Cùm autem ipse factus est immũdus, omnis creatura cum illo facta est immunda. Maledicta enim terra fuit à Deo in opere suo, seu propter illum: quæ maledictio tollitur per Christũ, modò applicetur nobis eius benedictio, & cibis illius ex maledicta terra productis.

Nihil quare reijciendum cum gratiarum actione perceptum.

Rom. 14.

1. Cor. 8.

Prima ciborum immũditia vnde: & quomodo illi sanctificantur per verbum Dei, & orationem.

Gen. 3.

1. Cor. 7.

Act. 10.

Adam cur immundus effectus sit.

Gen. 3.

Et hoc agnoscant Principes, & Prælati, qui nomine Christi non inuocato mensæ accumbunt more brutorũ animantium, ad implendum vẽtrem: qui abusus remouendus esset à populis per seriam prædicationẽ. Quamobrem non ab re docuit Euangelista, in cœna Dominum expressam fecisse de ipsa gratiarum actione mentionẽ, & quod hymno dicto, exierit foras versus montem Oliueti. Hinc Prudentius in hymno ante cibũ scribit:

Te sine dulce nihil Domine,
Nec iuuat iure quid appetere,
Pocula ni prius, atque cibos,
Christe tuus fauor imbuerit,
Omnia sanctificante fide.

Mensæ accũbentium absque præuia eius benedictione, sineque gratiarũ actione ab illa surgentiũ, Christianorũ maximè Principum cõsuetudo notat⁹.

Matth. 26.

Prudent. ferè in principio.

Nam olim dæmon ante Christi aduẽtum, magnam potestatem acceperat ad varijs modis nocendum hominibus, etiam per cibos, & alimenta, vt docet Augustinus lib. 4. de ciuit. cap.

Cibi ante Christi aduẽtum, quare pernicioſi.

B. Augusſt. tom. 5.

B. Gregor. tom.2.

B. Chryſoſt. hom.12.

Quid cibos etiam menſæ ſanctificet ſecundùm Patres.

Auguſt. epiſtol.109.ante med. tomo 2.

Idem ſerm. 112.de tempore, tomo 10.

Baſil. epiſt. 1.ſub fin.tomo 2.

Gregor. tomo 2.

Eſſenorum ante, & poſt cibum conſuetudo laudabilis.

Soluitur quæſtio dubitatio. An ieiunia Eccleſiaſtica, cœlibatusque Sacerdotum Apoſtoli de cibis, & nuptijs doctrinæ repugnent.

Chryſoſt. homil.iam dicta.

Ambroſ. hoc eod. loco.

19.& 26.& lib.18. cap. 16. & duobus ſequentibus. Gregorius etiam lib. 1. Dialogorum, cap.4. meminit monialis cuiuſdam, quæ vna ſumpta lactuca non benedicta, obſeſſa eſt à dæmone. Hinc in Eccleſia benedicitur ſal, & exorcizantur libri qui benedicendi ſunt. Et Chryſoſtomus negat vllam creaturam eſſe communem. Deinde quòd ſi ſit communis, medicamentũ in promptu eſt. *Signum illi crucis*, inquit, *imprime, gratias age, Deo gloriam refer, & protinus immunditia omnis abſceſſit.* Hæc ille. Sed ſi quid in menſa ſpiritale legimus, & tractatur, magis cibus mundabitur, vt docet Auguſtinus faciendum in epiſtola ad Moniales quaſdam; vt non ſolùm fauces, ſed etiam mens Deo paſcatur: & alibi docet, aſſiduam lectionem Scripturarũ purificare omnia. Idẽ tradit Baſilius epiſt. ad Gregorium Nazianzenũ, ſed apertiùs in Regulis breuiorib. capite 130. & Gregorius Papa lib. 2. epiſt. c. 37. ad Natalem. Ac ne hoc, quod dixi de præuia ciborum benedictione, deq; poſt illorũ ſumptionem, actione gratiarum cõſequenti, quibuſdam forſan incredibile, & inſolens videatur; audiat quid Ioſephus Iudæus de Eſſæis ſolitariam vitam agẽtibus, ſed Chriſtum ignorantibus, ſcribat lib. 2. De bello Iudaico cap. 7. poſt med. *Deinde voce cibum Sacerdos anteuenit: neque guſtare quenquam fas eſt, niſi prius Deo celebretur oratio. Poſt finem quoque prandij vota repetunt. Nam & cum incipiunt, & cum deſinunt, quaſi datorem victus, Deum laudibus canunt* Hæc ille.

Vt quintum dubium expediamus, illud eſt diligenter examinandũ quã extra chorum ſaltent Hæretici noſtri ſeculi, qui has nuptiarũ prohibitiones, & ciborum certorum abſtinẽtiã Eccleſiæ Catholicæ falſò, & impudẽter impingunt. Certa ſiquidem eſt Patrum in hæc verba ſententia, ſermonẽ eſſe de Manichæis, & Encratiſtis, & Marcioniſtis, omnibusq; illorum ſectatoribus, vt Chryſoſtomus cum ſuis teſtatur, & Ambroſius, qui etiam Patritianos hæreticos complectitur. Auguſtinus item lib. contra Adimãtium, cap.14. à medio: *Hos*, inquit, *ꝓpriè deſignat, qui non propterea tẽperant à cibis talibus, vt aut concupiſcentiam ſuam refrænent, aut infirmitati alterius pareant, ſed quia ipſas carnes immundas putant, & earum creatorem Deũ eſſe negant.* Sic etiam Irenæus lib.1. cap.30. docet de Encratiſtis, ſiue Continentibus: *Vt exẽpli*, inquit, *gratia dicamus, à Saturnino, & Marcione, qui vocantur Continentes, abſtinentiam à nuptijs annũtiauerunt, fruſtrantes antiquã plaſmationem Dei, & obliquè accuſantes eum, qui & maſculum, & fœminam ad generationem hominum fecit, & eorum quæ dicuntur apud eos animalia, abſtinentiã induxerũt, ingrati exiſtentes ei, qui omnia fecit, Deo.* Epiphanius quoq; Hæreſi 43. de Marcione teſtatur: *Docet hic animatis non veſci, pronuntians reos eſſe iudicij eos, qui carnem edunt, velut qui animas edant.* Idem in Hęreſin 66. tradit, Manichæos docere qualia Marciõ de abſtinentia ab animatis. *Edentem*, ait, *carnes, animam edere dicit, & eſſe ipſum reũ, vt & ipſe tale quid fiat: veluti ſi porcum comedit, vt porcus rurſus fiat, aut taurus, aut auicula, aut aliquid ex eduli creatura, quapropter ab animatis abſtinent iſti. Et ſi quis*, inquit, *vxorem duxerit, etiã ipſe poſt diſceſſum ex hac vita in aliud corpus trãſit, & fit mulier, quò etiã ipſe nubat.* Auguſt. lib.30. contra Fauſtum cap.5. initio: *Audi ergo quod confiteris te non videre, qua mente, aut cõſilio hoc aduerſum vos capitulum proferamus: non ꝙ à carnibus abſtineatis: nam hoc à quibuſdã & primi Patres noſtri fecerũt, ſicut commemoras: non tamen ea damnãdi, ſed ſignificandi gratia, quòd non intelligitis: & vnde iam quantum ſufficere videbatur, in ſuperioribus partibus operis huius locutus ſum: & Chriſtiani non Hæretici, ſed Catholici, edomandi corporis cauſſa, propter animam in orationibus amplius humiliandam, non quòd illa eſſe immunda credant, non ſolùm à carnibus, verùm à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent: vel ſemper, ſicut pauci: vel certis diebus atq; tẽporibus, ſicut per Quadrageſimã ferè omnes, quãto magis quiſq;, vel minus ſeu voluerit, ſeu potuerit. Vos autẽ ipſam creaturã negatis bonam,*

Auguſt. tomo 5. ꝓcul à princ.

Irenæus. Encratiſtæ qui: eorum in Creatorẽ cõtumelia.

Gen.1.

Epiphan. titu. De euangelio ſecundùm Marcionem, conſut.24. initio.

Idem, agens de epiſtola Mærcelli ad Manichæũ, ſub initiũ.

Manichæi & Marcioniſtæ cur â carnibus abſtinerent teſte Epiphanio.

Auguſt. tomo 6. Manichæi dogmatis de carnium abſtinentia, Auguſtini confutatio.

& immundam dicitis, ꝙ carnes diabolus operetur fœculẽtiore materia mali; ac per hoc eas tanquã immundiora, & truculẽtiora Dei vestri vincula, exhorrentes abijcitis. Posteà Augustin. miratur quâ ratione aduersus Apostolicam doctrinã proferant hoc capitulum Pauli, cũ de cibis testatur: *Abstinentes à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cũ gratiarum actione fidelibus, &c. Qua in re,* inquit, *Creatorem earũ sine dubio blasphematis, hoc est quod pertinet ad doctrinam dæmoniorum. Nolite ergo mirari hoc de vobis tanto antè à sancto Spiritu prophetatum.* Et cap. sequenti docet ex Apostolica doctrina: *Qui dat nuptum, bene facit: & qui non dat nuptũ, melius facit; vt bonũ esse nuptias diceretis, sed meliorem virginitatẽ: sicut facit Ecclesia, quæ verè Christi est Ecclesia, non vos Spiritus sanctus ita prænuntiaret, dicens; Prohibentes nubere. Ille enim prohibet, qui hoc malum esse dicit, nõ qui huic bono aliud melius anteponit. Denique vos eum præcipuè concubitũ detestamini, qui solus honestus, & coniugalis est, & quẽ matrimoniales quoq; tabulæ præ se gerunt, liberorum procreandorum causſa, vnde verè non tam cõcumbere, quàm nubere prohibetis.* Et infrà: *Videtis ergo multum interesse inter hortantes ad virginitatẽ, bono minori bonum amplius præponendo: & prohibentes nubere, cõcubitum propagationis, qui solus propriè nuptialis est, vehementiùs accusando: multum interesse inter abstinentes à cibis, propter sacratã significationem, vel propter corporis castigationem: & abstinentes à cibis quos Deus creauit, dicendo, ꝙ eos Deus nõ creauit. Proinde illa doctrina est Prophetarum, & Apostolorum, hæc dæmoniorum mẽdaciloquorum.* Hæc Augustinus, qui lib. de Hæresib⁹ tradit, Manichæos docere, substantiã carnis humanæ nõ à Deo, sed à diabolo conditam esse: & Epiphanius Hæresi 45. Seuerianos notat, ꝙ docerent vitem ex diabolo ortam, & mulierem opus esse Satanæ: velut etiam Archontici Hæresi 40. idẽ senserunt: quare matrimonium contrahentes, Satanæ opus explere dicebãt: sed & hominis dimidiam partẽ esse Dei, dimidiam diaboli. Nam ab vmbilico, & suprà dicunt esse formationem Dei, ab vmbilico, & infrà, malæ potestatis formationem. Paternianis, siue Venustianis hæreticis etiam idẽ tribuit Augustin. Et Hæresi 30. Ebionitis, qui fuerunt tempore B. Ioannis Apostoli, tribuit ꝙ ab animatis, & carnibus Ebiõ abstinuerit, & ab omni Edulio ex carnibus facto: quẽ secuti Ebionitæ, penitus ab his abstinent. Et rogati quare ab animatis abstineant, respondent imprudenter, ac dicunt: *Propterea quòd ex coitu, & commixtione corporum talia sint, non vescimur.* In Hæresin quoq; Gnosticorum 26. tradit, ipsos quidẽ se polluere, verùm vitare liberorum generationem, & tamen omnibus carnibus vesci. Docet quoq; Epiphanius Apostolicos, & Hierachitas damnare nuptias, non tamẽ quòd putarent esse à Satana, vel carnem naturâ malam. Gnostici, vt diximus, & Carpocratiani auersant filiorum generationem: de quibus Irenæus lib. 1. c. 24. & Epiphanius, qui docẽt notari ab eis suos discipulos cauterio in inferiori auris dextræ parte: & ad hoc certè videtur respexisse Apostolus, cũ dixit cauteriatam habere eos cõscientiam, ꝙ notam cauterij in aure dextra gestarent. Neq; necesse est eorum omnes cauterio notatos fuisse, aut omnes ꝓhibuisse nuptias, & cibos, sed sufficit, si quidam de schola Simonis Magi nuptias prohibuerint, quidam cibos, quidam vtrumq;, & quidã fuerint cauterio notati. Hos hodie hæreticos sequũtur Anabaptistæ nostri seculi, & Dauidgordiani, & similes, qui dicuntur sibi cauterium inurere. Et omnes hæreses antiquæ & dilatatæ fuerunt, & multos fecerunt, & omnes tandem mysteriũ incarnationis euertere nituntur, dũ carnem à Deo bono esse negant, & Deum Christi Patrem dicunt non esse creatorem: quod Hebion tamẽ nõ dicit, etsi circa Christũ non minus quàm cæteri, erret. Hi autem hæretici exurgere cœperũt circa tẽpora Apostoli, vt cõstat de Ebione, & Saturnino, quos tertiam hæresin condidisse à Christi aduentu, tradit Epiphanius.

Idẽ Augusſt. in fine capitis eiusdẽ.

1. Tim. 4.

Idem.

1. Cor. 7.

Coniugalem concubitum bonũ esse & honestũ, cõtra Manichæos, probat Augustinus.

Idem hæresi num. 46. à med. tom. 6 initio. Epiphan.

Seuerianorũ, & Archõticorum de nomine diabolicum figmentum.

Augusſt. lib. De hæresib. c. 85. Epiphan. paullò ante dimid.

Ebionitarũ origo: eorũdem imprudens, ab animatis cur abstinerent, responsio.

Idem non ꝓcul à princ.

Idem Hæresi 61. & Hæresi 67.

Hæretici ꝓhibentes nubere, qui.

B. Irenæ. Epipha. Hæresi 27. à medio.

Quos Apostolus cauteriatam innuat habere conscientiam.

Cauterium, eorũ instar, nostra tẽpestate qui sibi inurant.

Quãdo illas dæmon Hæreticorũ pestes excitauerit.

B. Ignat. epist. 9. circa med.

Iam verba Ignatij producẽda, quibus testatur iam suo tempore hęreses extitisse. Ait enim in epist. ad Philadelphienses post factã de Ebione mẽtionem: *Si quis hæc cõfitetur, corruptionẽ autem, & coinquinationẽ vocat legitimam cõmixtionem, & filiorum procreationem, aut aliquã escam execrabilẽ putat, huiusmodi habet cohabitatorem draconem apostatam.* Quo vltimo verbo alludere videtur ad verba Apostoli, qui hanc doctrinam tribuit spiritib⁹ erroris, vel dæmonijs. Idẽ ad Heronẽ diaconũ: *Vino, & carnibus non ex toto abstineas, nõ enim ex toto sunt abominabiles.* ¶Malè igitur Lutherani detorquent hunc locũ cõtra legẽ Ecclesiæ de cœlibatu Sacerdotum: quia matrimoniũ tenet esse sanctũ, & immaculatum, & vnũ ex septem Sacramentis Noui Testamenti, dignè accedẽtibus gratiã conferens. Consulit etiam Ecclesia cũ Paulo: *Qui non se continent, vxores ducant: melius est enim vxorẽ ducere, quàm vri.* Et neminem arcet à cõiugio, etiam certis anni temporibus, cũ fidelibus interdicit nuptias. Nam etsi publicã celebritatem nuptiarum interdicat, nõ tamen coniugium, aut eius vsum, legem tamen cœlibatus ab his qui Sacros ordines suscipiunt, & qui Corpus Christi tractant, exigit, neminẽ verò cogit ad Sacerdotium: sicut etiam Ecclesia nullum cogit ad habitũ Carthusianum, etiamsi qui illũ sponte assumunt, cogãtur à carnibus, sicut à coniugio, in perpetuum abstinere. Sicut si Imperator ad militiam nolit admittere professos Christianã religionẽ, vel medicinæ, & iurisprudentiæ Doctores, non propterea cẽsetur damnare Iurisprudentiam, aut Medicinam, aut Christianam religionem. Si etiam ad cõsilium suum non admittat mechanicos, non propterea damnat artes mechanicas. Ita Ecclesia etiamsi ad Sacros ordines non admittat vxoratos, & nisi illos qui ꝓfiteantur castitatem, nõ prohibet nuptias, sed prohibet violare cœlibatum voto Deo nuncupatũ: qui cũ sit bonus, & votũ bonum, obligatio secundũ Christũ nascitur. Christus laudat castrãtes se propter regnũ cœlorũ: hortatusq; est; *Qui potest capere, capiat.* Paulus etiã in hac eâdẽ epistola dicit peccare mulieres volẽtes nubere, & habere damnationẽ, ꝙ primã fidẽ irritã fecerint.

Qui habeat cohabitatorem Draconem apostatam, secũdũ Ignatium.

Idem epist. 13. initio.

Cœlibatum Sacerdotum Apostolicæ doctrinæ de nuptijs, vt impu i Hæretici vociferãtur, minimẽ repugnare.

Heb. 13.

Ephes. 5.

1. Cor. 7.

Hæc lex Ecclesiæ de Sacerdotũ cœlibatu qualis.

Matth. 19.

Prohibetur ergo doctrina, quæ tradit matrimonium esse per se malum, vel necessariò habere annexũ peccatũ: nõ qui præfert illi virginitatem, quia Paulus dixit: *Qui matrimonio iungit virginem suã, bene facit: & qui non iungit, melius facit.* ¶Nec ꝓhibet monachos, qui à principio Ecclesiæ fuerunt, & certã ciborũ abstinentiã professi sunt, qui Patres à Fide nõ discesserunt, cũ eos, & eorum institutũ Ecclesia semper cõmendauerit. ¶Nec possũt Hæretici nostri gloriari, quòd primi hoc telũ cõtra Ecclesiã intorserint: nã fecerat hoc ante eos eorum pater Iouinianus, quem Hieronymus lib. 1. in eũ, introducit sic loquentem: Manifestũ est, vos Manichæorum dogma sectari, prohibẽtium nubere, & vesci cibis, quos Deus creauit ad vtẽdum. Et respõdet Hieronymus: Neq; verò nos Marcionis, & Manichæi dogma sectãtes, nuptijs detrahimus: nec Tatiani Principis Encratitarũ errore decepti, omnem coitũ spurcũ putamus: qui nõ solùm nuptias, sed cibos quoq;, quos Deus creauit ad vtendũ, damnat, & reꝓbat. Et August. lib. 2. De nuptijs, & concup. c. 5. & lib. 2. cõtra duas epistolas Pelagianorũ, cap. 2. Ambros. item epist. 81. ad Syriciũ Papã, approbãs damnationem Iouiniani, quæ habetur in epistola ꝓcedenti, quæ est Syricij Papæ, & epist. similiter 82. ad Vercellensem Ecclesiam: de niq; Chrysostomus, qui hoc loco habet: *Si Idolothytũ sciens ac prudẽs percipias, immũdus iam eris:* nõ ideò quia idolothytũ est, sed quòd, cũ tibi operatũ sit nõ cõmunicare dæmonijs, per id cõmunicasse cõuinceris. Itaq; neq; illud naturâ huiusmodi est, verùm ex sententia tua, atq; inobedientia immundum fit. Hæc ille. Et hoc eôdem modo dicendũ est de vescente carnibus in Quadragesima, sicut de esu pomi in Adam: quorũ neutrũ immũdũ ex se fuit, sed perceptũ cõtra obediẽ-

Ibidem.

1. Tim. 5.

Prohibentes nubere quos tantùm damnet Apostolus 1. Cor. 7.

Monachos etiam certũ ciborum delectũ obseruantes, hoc loco minimè damnari.

Primus omniũ, Iouinianus Christianorum Epicurus, hinc cœlibatũ Sacerdotum demoliri conatus est.

Hierony. ferè circa prĩcip. tom. 2. initio.

Tatiani Principis Encratitarũ error.

August. tomo 7. paullò ante medi.

Idem ibidẽ paullulũ à medio.

B. Ambros. tom. 3. propè finem.

Chrysost. homil. 12. subinit. tomo 4.

1. Cor. 8.

1. Tim. 4.

Gen 3.

Bonus Christi minister non solum e nutriri, sed etiam alios enutrire verbis fidei, & doctrinæ debet.

tiam, immundum reddidit edentem.

Sextam dubitationem diluamus super illud; *Exerce teipsum ad pietatem*, præmittentes tamẽ pauca verba quæ præcedunt: *Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ quam assecutus es.* Verbum illud, *Enutritus*, participium est mediæ coniugationis, & passiuè accipi potest, vt interpretatur Chrysostomus; & actiuè etiam, alios enutriens, & pascens in verbis fidei, & solidæ doctrinæ, quã magnis tuis laboribus es assecutus, vt alios nutrias, & pascas.

Chrys. prædicta hom.

Timotheo ineptæ & aniles fabulæ quæ vitãdæ.

Subdit: *Ineptas autem, & aniles fabulas deuita, vel reijce.* Per fabulas intellige Iudæorum deuterosas, qui ad intempestiuæ legis obseruationes, fabulas fingebant. Et vt alij volũt, hoc spectat ad scholam Simonis, qui longas cõtexebat fabulas de rerum creatione, de pugna Angelorum, & cõiugijs deorũ, de Deo bono, & malo: vt quisq; videre potest apud Irenæum, Epiphanium, & August. lib. de Hæresib⁹.

B. Irenæ. Epiphan. hæres. August. lib. de Hæres. c. 1. tom. 6. in princip.

Sequitur iam illud, de quo dubitatum fuit: *Exerce teipsum ad pietatẽ. Nam corporalis exercitatio ad modicam vtilis est; pietas autẽ ad omnia vtilis est.* Pietas, Græcè est εὐσεβία, generale nomen, complectens totam Christi religionem. Et quidã (inter quos est Ambrosius) hoc explicarunt de operibus misericordiæ, & pietatis ad proximũ, & per corporalem exercitationẽ accipiendũ esse ieiunium docẽt; qđ parũ prodesse dicit sine operibus pietatis.

Sexta quæst. solutio. Circa illud: Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est; pietas autem ad omnia vtilis est. *Ambros. hoc loco.*

Verùm hæc intelligentia Chrysostomo non placuit, qui ait: *Quidã hoc Apostolũ de ieiunio aiunt dixisse, sed profectò errant: neque enim est corporalis exercitatio ieiunium, sed spiritalis. Nam si corporalis esset, corpus profectò nutriret: cũ autem illud maceret, & extenuet, macieq; conficiat, corporalis dici omninò non potest.* Hæc ille. Cuius sensum Ecclesia confirmat, quæ canit; Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia. B. quoq; Ambros. lib. de Helia, & ieiunio: *Quid est*, inquit, *ieiunium, nisi substantia, & imago cœlestis? Ieiuniũ refectio animæ, cibus mentis est. Ieiunium vita est Angelorum. Ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum est castitatis. Hoc ad Deum citius peruenitur.* Hæc ille, quæ accepit ex prima, & secunda homilia Basilij de laudibus ieiunij.

B. Ambros. cap. 3. init. tom. 4. Ieiunij laudes.

B. Basil. tomo 1. Alter sensus Apostolicæ menti congruentior.

Sensus ergo est: Tu docebis populũ quæ dixi: sed quantum ad te attinet, cogita te athletam: nam corporalis exercitatio vulgariũ athletarum parũ cõfert, & nõ nisi ad præsentẽ vitã seruit. Corporalis quoq; exercitatio, id est artificiũ manuale (nã fortè Timotheus manibus laborabat exẽplo Pauli) vitæ præsenti sufficit: at pietas, vitæ huius, & futuræ cõmoda pstat.

Ambrosij nomine quæ inscribuntur enarrationes in Paulũ, vnde constet illius nõ esse, sed alterius. *Ambros. tomo 1. in princip.*

Videtur autem Ambrosius illorum Cõmentariorũ, quæ eius nomine circũferuntur, autor non esse. Nã in eis nomine pietatis cultũ parentum, & misericordiæ erga Proximũ intelligit; & tamẽ alibi certus ac verus Ambrosius, hoc est lib. 1. Officior. c. 27. per pietatem accipit cultũ Dei præcipuã religionis partem. Nam ex Prouerb. 11. iuxta Septuaginta interpretes citat illud: *Pietas in Deum, initium intellectus: Quo aduertimus*, inquit, *illud ab huius seculi trãslatum magis, quã inuentum sapiẽtibus, quia pietas fundamentum est omnium virtutum.* Idem in illud psal. 118. *Intellectum da mihi, & viuam*, idem insinuare videtur. Et ita sanè superiùs accepit, cum dixit: *Cùm omni pietate, & castitate*: rursus, *Manifestè magnum est pietatis Sacramentum.* Et infrà: *Pietas cum sufficientia*: ad Titum etiam, *Agnitionem veritatis quæ secundùm pietatem est*: & B. Petrus, *Quæ ad vitam, & pietatem donata sunt nobis.* Vt iam idem sit Pietas, quòd Timor Dei. *Ecce*, inquit sanctus Iob, *timor Domini, ipsa est sapientia.* Vbi Septuaginta legunt, εὐσεβία, id est sapientia, hoc est, Pietas in Deum, siue cultus; & Salomon, *Principium sapientiæ, timor Domini*, id est, pietas in Deũ. Esaias quoq; *Timor Dñi, ipse est thesaurus eius.* Ad eũ modũ, Timere Deũ nihil est aliud quàm colere Dominum, vt habes 4. Reg. 17. *Fuerunt igitur*, inquit, *gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus*

Quid Pietas ad omnia valens, Ambrosio. *Idem serm. 18. in vers. 8. tom. 4.* 1. *Tim. 2. Infra 3. Infra 6. Tit. 1. 2. Pet. 1.*

Iob 28.

Prou. 9. Psal. 111. Esa. 33.

4. Reg. 17.

B. Auguſt. tomo 5.

Pietas in quos etiam præter Deũ habeatur. Opera miſericordiæ cur dicantur operapietatis, Auguſtino.

Oſeæ 6.
Matth.12.
Apoc. 15.

Pietas quam promiſsionẽ habeat vitæ quæ nũc eſt, & futuræ.

B.Thom.lectu. 2. tomo 16.
Exo. 20.
Leuit. 18.
Gal.3.
Deut. 5.

Pſal.33.

Senſus alter illorum verborum Apoſtoli.

Matth.6.
D. Thom. ibidem.

Temporalia, vt ait Thomas, quatenꝰ à Deo promittãtur bona.

Hieronym. in cap. Matt 19. in fine, tom.9.

Fidelis ſermo quis, & omni acceptione dignus.

Chryſoſt. homil. 12.
Ambroſ.tomo 5.

Ad ſextum dubium. Quo modo

lominns & idolis ſuis ſeruientes. Quare Auguſtinus lib.10. De ciuit. Dei, cap. 1. in fine habet, *Pietas quoq; propriè Dei cultus intelligi ſolet, quã Græcè ἐυσέβειαν vocant. Hæc tamen & erga parentes officioſe haberi dicitur. More autẽ vulgi hoc nomen etiam in operibus miſericordiæ frequẽtatur: qđ ideò arbitror euenisſe, quia hæc fieri præcipuè Deus mandat, eaq; ſibi vel ꝑ ſacrificijs, vel præ ſacrificijs placere teſtatur. Ex qua loquendi conſuetudine factum eſt, vt & Deus ipſe dicatur pius.* Hæc ille.

Quod verò ſequitur: *Promiſsionem habens vitæ quæ nũc eſt, & futuræ* B. Thomas putat eſſe in quarto præcepto adiectã vitæ promiſsionem de honore parentũ, quo ſubintelligitur omnis pietas erga ꝓximũ. Certius tamẽ eſt, Apoſtolum reſpicere ad promiſſa legis, quibus vita promittitur obediẽti Deo, vt quæ faciens homo, viuat in eis: & Dñs dixit; *Quis det talẽ habere mentẽ, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata mea in omni tempore, vt bene ſit eis, & filijs eorum in ſempiternum?* & Dauid, *Non eſt*, inquit, *inopia timentibus Dominum.* ¶ Fortaſsis etiã reſpicit ad Euãgelium, vbi Dominus quærẽtibus primùm regnum Dei, & iuſtitiã eius, adijcit etiam tẽporalia, & nõ tantùm æterna. Quanquàm & rectè illud dictũ ſit à B. Thoma, promitti à Deo tẽporalia, quatenus ſpiritualibus, & æternis ſubſeruiũt: eãq; promiſsionem omninò impleri, dum Deus cõpenſat in ſpiritualibꝰ bonis, quicquid in corporeis, & caducis defuerit: ſecutus Hieronymũ in illud Euangelicũ dictum: *Cẽtuplum accipiet, & vitam æternã poſſidebit.* ¶ *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus.* Hoc eſt, certus, & non fabuloſus, vt ille Manichæorum. Et hæc Chryſoſtomus cum ſuis, & Ambroſius referũt ad ſuperiora, quaſi diceret Apoſtolus, Verax eſt, & omni fide digniſsimũ, vitam præſentem, & futuram pietati ꝓmiſſam.

Sequitur reſpõſio ad ſeptimo loco propoſitum: *In hoc laboramus, & maledicimur, quia ſperamus in Deum viuum, qui eſt Saluator omniũ hominũ, maximè fidelium.* Id eſt: Propter hoc, quia ſperamus vitã æternam à Deo viuo, qui dat omnibus ſalutem, maximè fidelibus, maximos labores ſubimus, & ꝓbra libenter ferimus. Vbi dubiũ fuit, quomodo Deus det omnibus ſalutẽ: quæ dubitatio multas ſolutiones habet. Primam tradunt Chryſoſtomus, & Ambroſius. Intelligunt enim, omnibus dare vitam præſentem, fidelibꝰ etiam futuram: vnde magnum eſt argumentum, repoſitam eſſe vitam in futuro, quòd tam conſtanter tot labores ſuſtineãt Sancti, vt in labore permaneant. Vnde martyrium, ſiue teſtimonium vocatur mors pro pietate. Sic enim in epiſtola ad Corinth. probat Apoſtolus reſurrectionẽ ex quotidianis periculis quæ ſubibant, & ex pugna cum beſtijs Epheſi habita: quæ nihil profuiſſet, ſi more pecudum homo pro pietate interiret, & nihil ei eſſet in cœlis repoſitum. Hinc Iuſtinus Martyr, Euſebio teſte, dicebat: *Nam & ego ipſe*, inquit, *ſectis Platonicis inſtitutus, audiens infamari Chriſtianos, & videns eos impauidos ad ſuſcipiendam mortem, atque omne ſupplicium tolerandum, conſiderabam quòd impoſsibile eſſet, in malitia eos, & in libidine conuerſari.* Hæc ille Sanctus Martyr in Apologia ad Antoninum Pium.

Verba porrò Ambroſij prædictum ſenſum aſsignantis hoc loco, hęc ſũt: Ipſe eſt enim ſalus omnium, quia ex ipſo, & per ipſum viuunt quãtum ad præſentem vitam attinet, omnes: quãtum verò ad promiſſam ſalutem, fideles. Cognoſcentibus enim ſe poſt hanc vitam, quæ morte finitur, aliam ſe daturum promiſit, quæ immortalitate vigebit.

Sed hic ſenſus non videtur ſaluare ꝓprietatem verbi Saluandi, & ſalutis, quia non ſolet ſignificare, Dare, aut tueri vitam præſentem, ſed ſaluũ facere à peccatis, dare gratiam, & alia dona Spiritus. Eſſet quòque in eõdem contextu verbi ſaluandi homonymia, quod abſurdum videtur. Vnde quod Dauid dixit, *Homines, & iumenta ſaluabis Domine*, non eſt ſoluẽdum per diſtinctionem præſentis, & futuræ ſalutis, ſed per diſtinctionem

Saluator omnium hominũ, maxime fidelium Deꝰ, cum eorum plurimi damnentur?

Chryſoſt. loco præſcripto.
Ambroſ. ibidem.

1. Cor. 15.

Iuſtini Martyris modus conuerſionis ad Chriſtum.

Euſeb. Caſarien. lib. 4. Eccl. hiſtor. cap.8. prope fin. tomo 1.

Iuſtin.tom. 1.

Cõtra hunc ſenſum: Deꝰ eſt Saluator omnium hominũ, id eſt, Dat eis vitã, & ſaluté præſentem, maximè fidelibus: quia fidelibꝰ dat vitam æternam.

Pſal.35.

Quos homines, & iumẽta saluabit Domin⁹, iuxta Prophetã.

simplicium & rudiorũ, qui sunt velut iumenta, & hominum, qui ratione vigent, vel per aliam distinctionem eorum, qui viuũt in actiua, vel in cõtemplatiua vita.

Altera solutio propositę quæstionis de modo salutis omniũ hominum. *1. Tim. 2.*

Secundus sensus est Theophylacti, qui ait hîc, illud quod superiùs dixerat, explicans illa verba: *Qui omnes homines vult saluos fieri*, scilicet quantum ad se spectat, etsi id non contingat nisi solis fidelibus. Iam hic sensus præstantior priori mihi videtur.

Tertia solutio, non incommoda.

Tertius sensus est, vt per fideles nõ quoslibet intelligamus, sed eos, qui peculiariter nouerunt Messiam Christum, & in illo omnem suæ salutis spem collocarunt: alij verò non propriè sunt infideles, sed non fideles: datur enim medium inter fideles, & infideles, videlicet non fideles. Omnis infidelis est non fidelis. Explico singula: *Si non venissem*, Christus inquit de Iudæis, *& locutus fuissem eis, peccatum non haberent*, scilicet infidelitatis, & ita non essent infideles, sed nec fideles quidem, quod de fide plena in Christum intelligitur. *Ioan. 15.*

Sine fide explicita salutem posse cõtingere. *Heb. 11.*

Nec propterea asserimus aliquem sine fide implicita ingredi posse regnum cœlorum: nam sic apertè contra B. Pauli doctrinam doceremus; sed illud asseruimus, quòd sine explicita fide de Christo non sit impossibile: quemadmodùm nec olim fuit impossibile, vt docet B. Thomas in epistolam ad Hebræ. 11. Vbi etiam affirmat, satis tunc fuisse illos duos articulos, *Quia Deus est, & inquirentibus se remunerator sit*, quibus nimirũ plures non fuerant reuelati, & cogniti. Et ita in hunc sensum dicitur venisse Fides, Galat. 3. explicita scilicet & aperta de Messia: dicitur etiam apparuisse gratia Dei omnibus hominib⁹, quasi prius nunquam apparuisset, sed est sermo de insigni gratia Noui Testamenti. Qui autem illos duos articulos accipiebant, implicitè credebant in Christum.

D. Thom. lectu. 2.

Ibidem. Quid illa: Vbi venit Fides: &, Apparuit gratia Dei, & reliq. *Gal. 3. Tit. 2.*

Hunc sensum verborum Pauli tradunt duo Patres, Clemens Stromate sexto, vbi habet: *Porrò autẽ genus quoque actionis est manifestissimum, & per testamenta Domini, & per leges quæ sunt apud Græcos, quin etiam per ea quæ sunt præcepta in Philosophia. Et vt semel dicã, omnis vtilitas, quæ ad vitam pertinet, suprema quidẽ ratione à Deo omnipotẽte, qui præest omnibus Patre, perficitur per Filium, qui etiam propterea est seruator omnium, inquit Apostolus, maximè autẽ fidelium. Proximè autem ab ijs, quæ sunt proxima singulis, per iussum, & præceptionem eius, qui est propinquus primæ causſæ, nempè Domino.*

Clem. prope fin. lib. tom. 2.

Duo gradus salutis hominum.

Alter est Ambrosius, siue potius Prosper lib. 2. de vocatione Gẽtium, cap. vlt. *Elaboratum est enim*, inquit, *quantum Dñs audiuit, vt non solùm in nouissimis diebus, sed etiam in cũctis retro seculis probaretur gratiã Dei omnibus hominibus affuisse, prouidentia quidẽ pari, & bonitate generali, sed multimodo opere, diuersaq; mensura: quoniam siue occultè, siue manifestè, ipse est, vt Apostolus ait, saluator omnium hominũ, maxime fidelium. Quæ sententia subtilissimæ breuitatis, & validissimi roboris, si trãquillo consideretur intuitu, totam hãc, de qua egimus, controuersiam dirimit. Dicendo enim, Qui est Saluator omnium hominũ, confirmauit bonitatem Dei super vniuersos homines esse generalem. Adijciendo autem, maximè fidelium, ostendit esse partẽ generis humani, quæ merito fidei diuinitus inspiratæ, ad summam atq; æternam salutẽ specialibus beneficijs prouehatur: quod vtiq; nulla iniquitate agitur iustissimi, & misericordissimi Dei, cuius iudicium in his dispensationibus non cum arrogantia discutiendum, sed cũ tremore laudandum est: siquidem in ipsis quoq; fidelium populis, quod iam superius ostensum est, non eadem omnibus, nec paria cõferantur, & ante vlla humanorũ pondera meritorum, dissimillima diuinorum mensura sit munerum.* Et paullò pòst: *Nec possumus hanc diuersitatem graduũ causſis aptare meritorum, cum totius boni meriti principalis causſa sit gratia, de cuius opibus sumitur, quicquid in singulis probabile reperitur. Sicut ergo de ijs quæ intra Ecclesiam multiformiter Spiritus sanctus operatur, impium est vllam querelam corde concipere: ita etiam de illa prouidentia quæ infidelibus præsidet,*

Ambros. ferè in princ. cap. tom. 2.

Elegans & docta illorũ duorum graduum explicatio.

Fons omnis boni meriti gratia Dei est.

nulla-

nullatenus murmurandum est, quoniã & iustus, & bonus arbiter, nec voluntatis iniquæ est, nec discretionis incertæ, vt sub immensa omnipotentis Dei misericordia, atque iustitia putemus quòd quisquam pereat, qui perire non debeat. Nulla pars mundi ab Euangelio vacat Christi: & licèt illa generalis vocatio nõ quiescat, tamen etiam ista specialis iam vniuersis est facta communis. Hæc ille sanè pereleganter, & catholicè, & ad præsentem Pauli locum accommodatè.

Ad octauam dubitationẽ. Quãm apte Timotheo Apostolus præcipiat, vt eiº adolescentiã nemo contemnat.

Octauò dubitatum fuit super illud: *Præcipe hæc, & doce. Nemo adolescentiã tuam contemnat.* Ad quod dubiũ respondemus, sensum esse: Hæc præcipè vt imitentur, & faciant: & doce, vt sciantur: multi enim nouerũt præcipere, vix docere, quia non didicêre, nec operã dant vt sciant. ¶Illud autẽ: Nemo adolescentiam tuã cõtemnat, Græcè est νεότητος, quæ vox iuuẽtutem significat, quæ exacto tertio ætatis septennio contingit. Et idem intelligẽ dum est in illis verbis: Adolescẽtulus sum ego, & cõtemptus, vbi Græcè habetur νεώτερος, id est iunior, siue iuuẽculus. Et quia in præcipiente requiritur autoritas ad præcipiendũ, quæ in iuuene deest, ideò supplenda est grauitate morũ, & sancta vita. Et ita etsi honor sit in honorante, & non in eo qui honoratur; nostrum tamen est ita viuere, & operari, vt digni reddamur honore illo, quem gradus personæ quam sustinemus, promeretur.

Illud Philosophi: Honor est in honorãte, quomodo verum. *Arist. lib. 1 Ethic. c. 5. tomo 3. in princip. Chrysost. homil. 13.*

Potestq; duplex esse sensus teste Chrysostomo. Primus: Non sinas te, quãuis sis iuuenis, cõtemni, sed autoritate, & imperio vtere, ne cõmunis salus turbetur. Alter sensus est: Ita sis maturus, & grauis, vt ob defectũ ætatis nõ cõtemnaris. Atq; hic sensus cõsonat cũ his quæ sequuntur: sed exemplum esto fidelium, & forma quædã, ad quã exprimantur aliorum imagines; id est, Præcede, vt alij te imitentur, tanquam lex, & regula animata: Quia, teste Hieronymo, vehementer destruit Ecclesiam Dei, laicos meliores esse quàm clericos.

Dicti illius Apostolici duplex Chrysostomi intelligentia.

Hierony.

Subdit: *In Verbo*: id est, in doctrina. ¶*In cõuersatione*, Puræ, & sanctæ vitæ, qua ædifices. ¶*In charitate*, Quæ bonũ sermonem, & bonos mores præstat. ¶*In fide*, Recta, & firma, qua quis credit Deo in omnibus, etiamsi sibi impossibilia videantur. ¶*In castitate*, Interna, & externa, quę in verbo, & oculis, & incessu ostenditur. Pro his duabus postremis vocibus Græcè legunt Theophylactus, & Oecumenius, in Spiritu, id est, in ordine spirituali, & charismate Spiritus, nihil de secularibus loquaris. Non sunt ergo hominũ ingenia à vetustate, vt vina, æstimanda, ait Hieronymus, sed à pbitate, eruditione, morũ grauitate. Hinc Sapientia: *Senectus*, inquit, *venerabilis est non diuturna, neq; annorũ numero cõputata. Cani autem sunt sensus hominis; & ætas senectutis, vita immaculata:* qualis Tobias cæteris in tribu sua iunior, nihil in opere puerile egesit, & alij sãcti, vt Daniel: Samuel puer Heli nonagenariũ redarguit, & Ieremias qui dixit, *Puer ego sum:* Salomõ duodẽnis causam meretricũ admirabili, & diuina sapientia iudicauit, & alij similes. In Veteri lege cõtra legimus non semel senes imprudentes, & impudentes, impudicos, & pueros centum annorũ morituros: tales fuêre duo illi senes, qui accusarũt Susannã de falso crimine. Elegãter Hieronymus: *Inter eũ*, inquit, *qui decẽ vixit annos, & eũ qui mille; post quã idem vitæ finis aduenerit, & irrecusabilis mortis necessitas; trãsactũ omne tantundem est; nisi qp senex magis onustus peccatorũ fasce proficiscitur.* Et B. Ignatius epist. ad Magnesianos: *Et vos oportet nõ contemnere ætatem Episcopi, & secundũ Dei Patris omnem venerationem exhibere, & secundum quod cognoui etiam sanctos Presbyteros ei deferre, non propter iuuentutem (quæ in eo videtur) arbitrantes cõtemnẽdum, sed in sapientia Dei ei obedire, quandoquidẽ nõ lõgi temporis sunt sapientes, neq; senes sciunt prudentiam, sed Spiritus, qui est in hominibus.* Deniq; Daniel sapientissimus *duodecim annorũ effectus, Spiritu sancto repletus est, & illos seniores canitiẽ vanã habentes, calumniatores, & alienæ pulchritudinis appetitores esse manifestauit. Samuel etiã cum esset pusillus, nonagena-*

plum esse debeat fidelis in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, & castitate.

Theophyl. Oecumen. c. 9. initio.

Hierony. epist. 104. initio: Desiderij mei, &c. tom. 3. in princ. ferè.

Sap. 4.

Tob. 1.

Dan. 1.

1. Reg. 2.

Ierem. 1.

3. Reg. 3.

Esai. 65.

Dan 13. & seq.

Hieronym. epist. 3. post med. tom. 1 in princ.

D. Ignat. epist. 6. propè initium.

Dan. 1. Daniel duodennis senilis prudẽtia.

1. Reg. 2.

Ierem. 1.

3. Reg. 3.

Salomonis item duodénis sapientia; & Iosiæ octénis prudétia.

2. Paral. 34

Iuuẽtus quæ minime sper nenda.

Eleutherius quotennis ordinatus. *Nicephor. Callist. lib. 3. cap. 29.*

Suum Timotheo cur Paulus promittat aduentũ.

Rom. 15.

Cui lectioni Timotheus iubetur attẽdere.

Cui item exhortationi.

rium Heli Sacerdotẽ per increpationem redarguit, ꝙ filios suos honorificaret super Deum. Similiter & Ieremias audit à Dño: Noli dicere quia iuuenis sum ego. Salomõ quoq;, & Iosias in iuuentute mirifici, & sapientes in operibus suis apparuerunt. Salomõ quidem duodecimo anno ætatis regnare incipiens, arduã, & ininterpretabilem mulie rũ pro paruulis quæstionem, terribili i udicio dissoluit. Iosias verò octo annorũ existens, aras, & monumenta subuerte re cœpit, lucos excidere, tẽpla deijcere, quæ nõ Deo, sed dæmonibus fuerant cõsecrata. Nam & falsos Sacerdotes interfecit vt corruptores, & seductores hominum, non diuinitati, sed diabolo seruientes. Propter quod non est cõtẽnenda iuuẽtus, cũ Deo adiacuerit, atq; adhæserit, sed illa ætas, quæ ex sententia nocet, etiamsi inueterata fuerit dierum malorum. Iuuenis fuit etiã Christophorus Timotheus; sed audite quid ei scripsit magister: Nemo, inquit, iuuentutem tuã cõtemnat, sed forma esto fidelium in verbo, in conuersatione. Dignum est ergo & vos obedire Episcopo vestro, & in nullo ei cõtradicere. Hæc ille beatus Martyr satis appositè. Nicephorus quoq; in Eccle siastica historia refert, Eleutheriũ matre Anthia, quã Paulus ad fidẽ conuertit, & ab Aniceto Papa Sacras literas doctũ, sacro Cleri numero insertum, & quintodecimo ætatis anno diaconi gradũ consecutum; mox triẽnio post Presbyterũ creatũ: & deinde viginti natũ annos Illyrici Episcopũ delectũ, vita priore signis, miraculisq; ingentibus edendis transacta. ¶ Subdit Apostolus: *Dũ venio* (Græcè est, Ἐως ἔρχομαι, hoc est, vsquedũ venero) *attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* Optabat Timotheus aduentũ Pauli; ideò spe illius illũ solatur, & mittit ad Scripturas, quę planè cõsolantur. Attẽde, inquit, lectioni, nimirum Veteris Testamẽti, & Noui: nã probabile valde est tunc fuisse Euangelium scriptum. Quòd si hoc Timotheo præcipitur, quanto magis nobis? Et sanè huic libro ꝑcipuè vacare debent omnes qui curã animarũ habẽt, vt inde hauriãt, vnde se, & alios pascant, & doceant.

Addit: *Attende exhortationi.* Ad excitandũ ad bona opera agenda: nam exhortari, & docere, duo sunt dona distincta, vt habes ad Rom. 12. & tàm doctrina, quã exhortatio ex lectione procedit. Quòd autẽ Dñs dixit: *Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini:* locũ habet in extremis periculis, cũ de Fide agitur, & cũ iam humana sapientia, & vires non sufficiunt.

Ad nonam quæstionem circa illud. Noli negligere gratiã, respondemus: quia Græcè habetur χάρισμα, de dono & autoritate docẽdi præsertim id accipiendũ esse. Mittitur enim Episcopus, cũ consecratur, ad euangelizandũ, vt nouerit quale sit eius potisimũ munus. Mitra quæ capiti superponitur, geminata, duorum Testamẽtorũ scientiam quã tradere debet, denotat. Datur & baculus, quo lupos, & inemẽdabiles abigat, & percutiat, vigilando super gregem suum. Et hoc præcipuè dicitur cõtra eos, qui putãt se satisfacere officio suo, si quippiam sceleris nõ admittant, nõ cogitantes quantũ malum sit non vti credita Dei gratia: quoniã hoc est negligere gratiam, & abscondere talentum, de quo seruus piger punitus est. ¶ Dicitur gratia data *Per prophetiam*, quia reuelante Spiritu sancto idoneus, & aptus consecrationi cũ in Episcopum ordinaretur, agnitus est: sicut de Saulo, & Barnaba habetur Act. 13. Nam eo tẽpore sic eligebantur, vt Matthias, & Fabianus Papa descensu columbæ super caput eius, & Ambrosius Mediolanensis, & Gregorius Romanus, & Nicolaus, & alij cõplures. Hoc est & qđ superiùs dixit: *Secundũ præcedentes in te prophetias*, Græcè habetur κατὰ τὰς προφητείας, vbi quidã volunt, præpositionẽ κατὰ accipiendã pro altera τὶς. Et sensus est, ad prophetãdum. Incũbit enim ex officio Episcopo ꝓphetare, hoc est Sacras literas interpretari.

Habebat etiam Timotheus impositionẽ manus Presbyterij, id est cœtus Presbyterorum: sicut Διακόνιον est cœtus Diaconorum, seu locus, in quo congregantur Diaconi, & Cornelius Papa ad Cyprianum scribens, presbyterij meminit, quanquã dicat adfuis-

Rom. 12. Quo sensu venetur à Domino cogitare quomodo, aut quid loquamur.

Matth. 10. Nona dubitationis solutio.

Quam gratiã Timotheus non negligere debebat.

Capiti Episcopi quæ superponitur mitra quid denotet.

Matth. 25.

Gratia Timotheo data ꝑ quã prophetiam.

Act. 13.

Episcopi qui nam diuinitus electi. *1. Tim. 1.*

Proprium Episcopi munus prophetandi quod.

Quid impositio manuum Presbyterij. *Lib. 3 epist. Cypri. epist. 11. circa med.*

se in

Quomodo sit Presbyteri ordinandus.

Synod. Carthag. IIII.

Presbyterū, ipsum esse Episcopum, Apostolo. *Heb. 7.*

Episcop⁹ quis â quot Episcopis ordinandus. *2. Tim. 1.*

Ambros. tomo 5. Manuum impositio quid Ambrosio.

Concil. Mileuitanum.

Ordinationes sine verbis Sacris ab Apostolis nō conferebantur.

B. Dionys.

se in eo quinq; Episcopos. Poterant ergo in cœtu Presbyterorum adesse Episcopi ordinantes Sacerdotes, quibus cæteri Presbyteri de more etiānum manum imponunt. Sicut can. 3. Concilij IIII. Carthaginēsis præcipitur. *Presbyter*, inquit, *cū ordinatur, Episcopo eū benedicente, & manū super caput eius tenēte, etiam omnes Presbyteri qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum Episcopi super caput illius teneant.*

Ex hoc loco Pauli habes, Presbyteri vocē accipi pro Episcopo, nā aliôqui Presbyter simplex nō habet ius imponendi manus Episcopo: nō em̄ qđ maius est, à minori benedicitur. Deinde colligitur, ordinatorē Episcopi nō debere esse solū, sed cū alijs duobus, vt habet primus Canon Apostolorū: & ex illis tribus manum imponētibus Timotheo, vnū fuisse Paulū, vt ipse testatur 2. Timoth. 1. An verò impositio manuū sit materia ordinationis Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, alio loco huius epistolæ explicandū erit. Ambrosius tamē interpretās hūc locū, ait: *Manus impositiones, verba sunt mystica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens autoritatem teste conscientia sua, vt audeat vice Dñi sacrificiū Deo offerre.* Hæc ille. Et dū Episcopus cōsecrat more Romano Sacerdotem, ait: *Accipe potestatem offerendi sacrificiū ꝑ viuis, & mortuis in nomine Patris*, &c. ¶ Vbi illud attētè notādum, ꝙ manus impositiones vocauerit verba, quæ ipsam manus impōsitionem comitātur, vt in Concilio Mileuitano, c. 12. habetur: *Placuit etiam & illud, vt preces, vel orationes, seu Missæ, quæ probatæ fuerint in Cōcilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur.* Hæc ibi.

Quibus ideò annotandū duximus, ne quis per manus impositionē in Actis Apostolicis, dū de cōfirmatione, & ordinatione est sermo, vel etiam in his Epistolis ad Timotheū, intelligat manus impositionē nullo imposito verbo; aut ne quis putet, ceremonias nunc esse alias in Ecclesia, quàm illæ ipsæ quibus vsi sunt Apostoli. Vnde Dionysius in fine Ecclesiasticæ hierarchiæ, asserit, suppressa esse verba, quibus Sacramenta cōficiebantur ꝓpter Infideles: & ita dictū est, vt fideles satis intelligerent, & nōnisi tātùm externū signum expositum esset sensib⁹ infideliū. Vnde baptismum, lotionē, nō tamen inuocationem Trinitatis; ordinationē, manus impositionē tacitis verbis adhiberi solitis; communionē, fractionem panis; diaconatum sacrum, nonnisi ministerium viduarum, & mensarum appellarunt.

Verba illa mystica cur tātùm secretò dicerētur teste Dionysio.

Act. 2.

Infra 6.

Propter Deū operātes, naturā cōsequitur honor, & aliorum bonum.

Matth. 5.

Deniq; addit Apostolus: *Hæc meditare, in his esto; vt profectus tuus manifestus sit in omnibus.* Sensus est: Hæc exerce, & in his totū teipsum impēde. Et particula, Vt, vim habet consecutionis, nō causæ: nō enim suadet hæc ideò facere, vt ipse manifestetur, sed vt hoc faciat, ex quo laus Dei consequatur, iuxta illud: *Sic luceat lux vestra coram hominibus; vt videant opera vestra bona, & glorificēt Patrē vestrū qui in cœlis est.* Vt em̄ signū sciētis est posse docere teste Philosopho, & doctos habere discipulos; ita virtus, & gloria Episcopi est sānctitas cōmissi populi, & pax.

Arist. 1. Metaphys. c. 1. tom. 3. Vitus & gloria Episcopi quænam.

Ad postremum dubium, in illud: *Attende tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.* mira est vis, & energia Apostolicæ eloquentiæ: sæpè em̄ breuis est, & Laconicè paucis multa perstringit, interdum verò multa oratione vtitur ad eandem rem inculcandam. Dixerat: *Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi*: adiecit: *Præcipe hæc, & doce*: rursus, *Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* Posteà subdit: *Hæc meditare, in his esto*: nunc verò quasi repetens, *Attende*, ait, *tibi, & doctrinæ: insta in illis.* In illis duobus, inquit, & non in vno tantū. Sunt enim nonnulli, qui ita instant doctrinæ, vt seipsos planè deserere videantur: è conuerso sunt qui solis sibi volunt sine lectione attendere: & tales sæpè contingit errare, quia nesciunt quid sit hominem verè esse spiritualem. Contrà sunt aliqui, qui nec sibi attēdunt, nec doctrinæ: qui videlicet in Episcopatu non quærunt aliud nisi honores, diuitias, & opes, qui nec se

Paulinæ virtutes eloquentiæ.

Ad vltimam quæst. respōsio. In id: Attende tibi, & doctrinæ.

Qui nec sibi attēdāt, nec doctrinæ.

ipsos,

ipsos, nec alios docent, nec pro se, aut pro suis sibi à Deo creditis aut orare, aut sacrificare nouerunt. Porrò alios videre licet, etsi raros, qui sibi, & doctrinæ sapienter vacant: & prius quidem sibi, vt ex se queant alios agnoscere, & medicamenta eorum morbis accommoda adhibere.

Sibi attendentes, & doctrinæ, quę fructum ferant. *Matth. 5.*

Fructus autē huius attentionis sibi factæ, & alijs, erit pretiosus: nimirum tùm se, tùm alios saluos facere. Qui autē fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Cùm autem Iesu nomen à saluando ductū, magnificum sit, & glorioſum; promittit quòd eorum salutem pariat. Episcopus igitur operam suæ, & aliorum saluti, imò laicus hoc idem præstans, saluator erit sui, & aliorum, de quibus Frater Domini dixit: *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Vbi non solùm datur cuiq; salus animarum, sed & tegere aliorum peccata, ne à Deo amplius videantur ad vindictam.

Supra 1. Vnde ductū nomen Iesu: quibus eius beneficio cōmune.

Iacob. vlt.

Psal. 31.

Nemo ergo in posterum admiretur, si Sancti vocentur aduocati, mediatores, & saluatores; vt olim in lege fuerunt multi Saluatores, Christū spiritualem saluatorem præsignātes: De quibus Rupertus lib. 4. De victoria verbi Dei, cap. 6. scriptū reliquit: *Erant in disciplina iudices, in prælio duces, in vtrôq; Saluatores.* Et Abdias .c. vnico prophetat, ascensuros saluatores in mōtem Sion, montem Esau iudicaturos; Christi scilicet discipulos, qui quodcūq; ipse dicitur, seruis quoque tribuit, vt dicantur. Nemo igitur miretur, si de B. Virgine canat Ecclesia: Vita, dulcedo, & spes nostra, saluatrix, & mediatrix: qui tituli Catholicè intellecti, non solùm Christo nihil derogant, sed ei permultum laudis, & gloriæ arrogant.

Christi nomina Sanctis attributa. *Gen. 41. Iudic. 3. Ruper. Tuitien.*

Abd. 21. Saluatores Ascēsuri qui in montem Sion, montē Esau iudicaturi, iuxta Prophetam.

DISPVTATIO XIIII.

In verba Apostolica cap. 5. *Seniorem ne increpaueris; sed obsecra vt patrem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores in omni castitate. Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Si qua autē vidua,* &c. in finem vsque verborum, in quibus agit de viduis Apostolus.

Primum dubium, secundum, tertiū.

QVæritur in primis de scopo Apostoli in hoc cap. 2. ac dubitatur quæ sint istæ viduæ, & quomodo honorandæ; & qua de causſa nihil disſeruit de honore virginitatis, quæ viduitati præstat: & quæ sint illæ verè viduæ, & quomodo distinguantur à non verè viduis. Quartò quid est: *Discant primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere parētibus.* Quintò, quomodo est intelligendum, quòd vidua quæ videtur in delicijs esse, viuens mortua est: quia videtur esse implicatio in adiecto. Si enim viuit, quomodo mortua est? & si mortua est, quomodo est, vel viuit in delicijs? Sextò cur ait, Non alere suos domesticos, esse fidem negare, & esse infideli deteriorem. Est enim infidelitas summum peccatum, & cætera vincit. Septimò ambigitur de ætate viduarum, nimirum sexaginta annorum; cùm tamen viri eiusdem ætatis non excludātur à religione. Octauò, quid est viduas luxuriatas esse, & deliciatas in Christo: videtur enim obscurius esse dictum. Nonò, magnum du-

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum dubium.

bium

bium est, quomodo damnationē habeant viduæ, quæ primam fidem irritam reddiderunt: & Hęretici hanc fidem ab illis irritam redditam aiunt esse Catholicam, quæ est de articulis Fidei. Decimò, quid est quod ait: *Volo iuniores viduas nubere*; cum qua sententia pugnat illud eiusdem Apostoli: *Dico non nuptis, & viduis: Bonum est illis* (id est melius more Hebræo) *si sic permanserint sicut & ego.*

Decimum. 1.Cor.7.

Primum dubium facilè expeditur. Nam Apostolus munus suum, quod Apostolo incumbit, per partes exequitur, vt præcepta videlicet, & monita saluti accommoda omnibus adferat. Et in primis exorditur ab his, qui ætate sunt grandiores, quos blandè, & leniter vult admoneri. ¶ *Seniorem*, inquit, *ne increpaueris.* Græca habent, Presbyterum ne percusseris. Et Presbyteros intellige ætate, vt explicat Chrysostomus, & docent subiuncta: *Iuuenes, vt fratres.* Et infrà ait, *Anus, vt matres*, vbi Græcè dicitur πρεσβυτέρας. Etsi Epiphanius ex hoc loco adstringat Aërium, quòd nō idem est Episcopus, & Presbyter: *Quid negotij*, ait, *esset Episcopo, vt Presbyterum non obiurgaret, si non super Presbyterum potestatem haberet? Et non dixit ad aliquem Presbyterum, Ne admiseris accusationem contra Episcopum: neque scripsit ad aliquem Presbyterum, vt ne Episcopū obiurgaret.* Et cōdē verbo vtitur quo superiùs: *Oportet Episcopū non esse percussorem*, scilicet lingua, acriorem obiurgationem adhibendo, aut plagosum. Quanquàm senior stultus, vt ait Gregorius, vehementer est increpandus: vt fecit Daniel cum iniquis Susannæ accusatoribus. ¶ *Sed obsecra*, inquit, vel adhortare, vti Chrysostomus, & Oecumenius; quia vox Græca vtrumque significat. Deinde iuuenes, siue iuniores, quia Græcè νεωτέρας masculinè, & iuuenculas similiter per comparationē πρεσβυτέρας, siue iuniores fœminino. Sed verisimile est comparatiua posita loco positiuorum more Hebræo.

Ad 1. quæst. responsio. De cōtinuatione huius capitis cum præcedenti.

De quo dictum: Seniorem ne increpaueris. *B. Chrysost. homil. 13. tom. 4.*

D. Epiphan. in Hæresin 75. à med.

1. Tim. 5.

Supra 3.

B. Gregor. apud Haymonem.

Dan. 13.

Chrysost. ibidem.

Oecume. c. 10.

Addit: *In omni castitate.* Id est vitæ puritate, ita vt nullam mali incurrāt suspicionem. Et apertè prodit Timotheum fuisse adolescentem, cui hæc monita dabat. Et Verbum hoc, *in omni castitate*, circa iuuēculas obseruari iussit. Nicena quoque Synodus cap. 3. præcepit hoc munus Episcopis, & Sacerdotibus, atque clericis, ne secū retineant externam mulierem præter matrem, vel sorores, & eas personas, quæ suspicionem effugiant. Augustinus Episcopus à fœminis vt visitaretur, & salutaretur, rogatus, nunquam sine clericis testibus intrabat, & solus cum solis loquebatur. Et Hieronym. ad Neopotianum de vita clericorum: *Hospitiolum tuum aut rarò, aut nunquā mulierum pedes terant. Omnes puellas, & virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne sub eodem tecto mansites: nec in præterita castitate confidas. Nec sanctior Dauid, nec Samsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper, quod paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit.* Athenagoras Christianus philosophus sic scripsit in oratione ad Imperatorem Antoninum, & Commodū pro Christianis, prope finem; *Pro ætatum gradu alios quidem filios & filias agnoscimus, alios autem fratrum, & sororum loco habemus: tùm autem ætate prouectioribus patrum, matrumq́, tribuimus honorem. In quibus igitur fratrum, & sororum, cæterorumq́ genere, & necessitudine nobis coniunctorum nomina esse nouimus, nihil nobis est, quàm vt eorum ab omni iniuria, & contumelia libera & incorrupta permaneāt corpora, prius, aut antiquius.* Hæc ille, ad Pauli proculdubio alludens doctrinam.

Quid est obsecrare in omni castitate: quiq; obsecrandi in omni castitate.

Concil. Nicenum can. 3.

Possidius in vita Augustini. cap. 26. in fine.

Hierony epist. 2. ante med. tom. 1 in princ.

Cōtubernia Episcopoque maxime fugienda.

Gen. 3.

Iustin. tom. 1.

Christianorū charitas, modestia, pudicitia.

Ad secundum dubium de viduis dicendum, illas tunc honorari, quando Ecclesiæ oblationibus sustentantur; quemadmodùm Matth. 15. honor explicatur esse subsidium. Et Cicero ad Tironem: *Curio misi, vt medico honos haberetur*: & Sapiēs dixit: *Honora medicum propter necessitatem*; id est, Subsidium præsta ad eius inopiam subleuandam: & Iurisconsulti vocant munus honorarium, quòd à clientibus datur patronis.

Solutio 5. quæst. Quomodo viduæ honorādæ. *Matth. 15. Cicer. lib. 15. epist. fam. 44. à medio. Ecclesiastici 38.*

Differt autem merces ab honore:

quia

Merces & honor in quo differant. *Ierem. 31. Matth. 20.*

quia merces operi, & labori ex ipsa iustitia redditur; honor autẽ debitũ est honorabile, quod redditur non habita ratione operis, vel laboris, sed potiùs inspecta ipsius personæ dignitate. Ideò honoraria vocantur, quæ sublimibus viris tribuuntur ob ea opera, quæ non cadunt sub æstimationem, vt illa mercenariorum.

Verè viduæ cur tantum honorandæ. *Chryſ. hom. 13.*

Et cùm ait: *Quæ verè viduæ sunt*; indicat, quasdam esse fictas, quas etiã inferiùs suis coloribus depingit. Vnde Chrysostomus: *Datur*, inquit, *intelligi, fieri posse, vt aliqua sit, quæ virũ non habeat, nec vidua tamen sit. Quemadmodùm enim virginem non hoc facit, viri ignorare concubitum, sed & alijs virtutibus plurimis illi opus est ad promerendam veræ integritatis laudem, vt, scilicet, sine querela sit, & Diuinis rebus intenta, Domino semper aßideat: ita & in viduitate magno honore necessariò indigent.* Hæc ille. Dicit ergo viduas honorandas, quę data opera, vt exponit Ambrosius, viduæ sunt, & quæ cùm possent nubere, vt meliores essent, & dignæ Deo, secundas nuptias respuerunt, scientes semel benedici coniugiũ: æmulæ sanctissimæ Annę, quæ ieiunijs & obsecrationibus Deo seruiebat noctu dieq; vnius viri experta concubitum.

Virginem teste Chryſ. quid faciat.

Amb. to. 5. Verè viduæ quęnã Amb.

Lucæ 2.

Veris viduis quid incumbat secũdum Apostolum.

Chryſ. ibid. Ambroſius.

De his ait: *Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discant primum domum suam regere.* Græca vox verti potest, Discant, scilicet, regere filios & nepotes; etsi in singulari legãt Chrysostomus & Ambrosius, Discat: & illis faciat, sicut factum est ei à suis parentibus, qui eam educarũt. Hinc Augustinus de matre sua libro nono Confessionũ, cap. 9. in fine ait: *Fuerat vnius viri vxor, mutuam vicem parentibus reddiderat, domum suam piè tractauerat, in operibus bonis testimonium habebat. Nutrierat filios, toties eos parturiens, quoties abs te deuiare cernebat. Postremo nobis, Domine, omnibus, qui ex munere tuo finis loqui seruis tuis, qui ante dormitionem eius in te iam consociati viuebamus, percepta gratia baptismi tui, ita curam gessit, quasi omnes genuisset; ita seruiuit, quasi ab omnibus genita fuisset.* Hæc ille. Theophylactus tamen legit in plurali, *Discant*, & refert ad filios, & nepotes, & sic habent hodie Græca exemplaria. ¶ *Domum suam regere.* Græcè est εὐσεβεῖν, hoc est, teste Theophylacto, matrem senio confectam curare, vel auiam: quandoquidem diuina sit dignitas parentum, vt impietas est senium non curare. Quod addidit, quia εὐσεβέα propriè est Dei cultus. Pertinet ergo ad viduã, domum suam piè tractare, & mutuam vicem reddere ad filios: quod verbo quodam Græco, & prouerbiali dici solet ἀντιτελαργεῖν: est enim τέλαργος ciconia, quæ sola inter omnia animantium genera hoc præstat, vt cùm reliqua tantisper ament, & agnoscant suos parentes, dum egent illorum opera ad nutricationem, vna ciconia senecta defectos vicissim alit, & volandi impotentes humeris suis gestat. Quod postremum magnis laudibus celebratur in Ænea, cui inde pij cognomentum datum est. Alterum verò magnoperè commendatur exemplũ in puella, quæ matrem in carcere positam suis vberibus per plures dies aluit. Et modò etiam idem contingeret, si Latini Patres, qui olim Grę-corũ fuerunt discipuli, & quasi filij, nunc Græciam veluti anum, atque effœtã, vicissim suas literas doceant; aut genti Iudææ sua reddant elementa, & sensus Scripturarum, quos non vident. ¶ *Hoc enim acceptum est coram Deo.* Acceptum dixit, pro, acceptius, more Hebreo.

Theophyl.

Domum suã regere, Theophylacto quid.

Ciconiæ natura: eius qui similes.

Virg. lib. 2. Æneid. circa finem.

Duo pietatis in parentes filiorũ exempla.

Latini nunc Græcos quales deberent agnoscere, & tractare.

Porrò ad intelligentiam eorum, quæ de viduis hîc dicuntur, nõ erit ab re illud præfari, quòd olim viduæ non viuebant simul in monasterijs, dum docet Apostolus, eas vagari per domos solitas. Et Chrysostomus libro tertio de Sacerdotio, hoc idem testatur. Vnde in Concilio Carthaginensi Canone trigesimotertio statuitur, vt virgines sacræ, si parentibus, à quibus custodiebantur, priuatæ fuerint, Episcopi prouidentia, vel Presbyteri, vbi Episcopus

De viduis quędam documenta traduntur.

B. Chryſoſ. tom. 5. Synod. Carthag. III.

absens est, in monasterio virginum, vel grauioribus fœminis commendentur.

Secundum documentũ.

Deinde istæ viduæ castitatem vouebant, de quo Paulus infra ait: *Habentes damnationem, quia primam fidẽ irritam fecerunt.* Nam cùm virginũ, & viduarum status ad eius puritatẽ natura non euehat, voto ab institutione Christi, & præstantiæ Euangelicæ instituebantur, nec absque voto instituebantur ad talem statum. Idẽ tradit Diataxis Apostolica lib. 3. qui inscribitur, De Viduis, cap. 1. vbi legimus: *Viduis constituite non minores annis sexaginta, vt quodammodo propter illarum ætatem sitis certi eas bigamiæ suspicione vacare. Si iuniorem in viduali statu constitueritis, & illa non ferens in iuuentute viduitatem, nupserit, dedecorabit gloriam vidualis gradus, & rationem Deo reddet, non quoniã secundas nuptias secuta est, sed quoniam suã professionem non seruauit, luxuriata Christo. Quare oportet non temerè facere professionem, sed cum consilio & consideratione: præstat enim eã non vouere, quàm vouere, & non reddere.* Hæc ibi.

Clem. Rom.

Viduæ cur eligi deberẽt ad mĩn. sexagenariæ: si secundo nuberẽt, quatenus peccarẽt

Eccl. 5.

¶ Tertiò deligebantur quædam ex illis, quæ docerent imperitas mulieres, & baptizandas præpararent, vt supra ex Epiphanio, cap. 3. dictum fuit.

Tertium documentum de viduis.

B. Epiph. in hæres. 79. ante mediũ

¶ Quartò cõmunibus Ecclesiæ expensis, & oblationibus alebantur. Vnde ait Apostolus: *Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, & non grauetur Ecclesia; vt ijs quæ verè viduæ sunt, sufficiat.* Idcirco Cornelius Papa lib. 6. Hist. Eccles. cap. 33. recensẽt, Ecclesiam Romanam alere præter Clericos, viduas cum indigentibus mille quingentas, & satis hoc docet caput sextum Actuum Apostolorum, vbi iuxta Græcorum Patrum sententiã, agitur de ministerio, quo ministrabatur de Ecclesiæ eleemosynis.

Quartum documentum.

Euseb. Cæs. tom. 1.

¶ Quintò, erant aliæ viduæ vulgo honorabiliores propter maioris sanctitatis professionem: vnde tertia collecta in die Parasceues, quo preces fiunt pro omni Ecclesiæ gradu, præmissis Clericis, Confessoribus, atque Virginibus, fit mentio viduarum, & pòst, totius populi Dei.

Quintum documentum.

¶ Sextò, cura earum erat penes Episcopum, vt ex loco paullò antè citato ex Diataxi Apostolica colligitur, & ex Capite tertio eiusdem libri. Idẽ etiam colligitur ex tertio libro Chrysostomi de Dignitate Sacerdotij. ¶ Septimò, tempore Augustini, & Innocentij Papæ gestabant habitum distinctum, vt docet Augustinus epistola ad Ediciam, & Caput 104. Concilij quarti Carthaginen. & Dionysius cap. 6. Eccleiast. hierarchiæ part. 3. id in monachis fieri solitum testatur. Neque sanè mirum id esse debet, cùm etiam Genes. 38. & in lib. Iudith tũc esset distinctus viduarum habitus à reliquis fœminis, atque harum status in principio primitiuæ Ecclesiæ frequentatus fuit, & multiplicatus, quod in veteri etiam Testamento idem obseruatum est, vt patet ex Iuditha, & Anna Lucæ secũdo.

Sextum documentum.

Clem. Rom.

Chrys. to. 5.

Septimum documentũ.

Aug. epist. 190. tom. 2.

Synod. quarta Carthag.

Dionysius Areopagita

Genes. 38.

Iudith 10.

¶ Temporis autem progressu, & inualescente religione, cœpit multiplicari virginitatis professio vt 2. Machab. 3. De his ergo viduis agit hoc loco Apostolus, vt explicat Chrysostomus.

Luca 2.

2. Machab. 3.

Mouit etiam quæstionẽ, cur nihil de virginitate disseruerit, neq; dixerit, Virgines honora. Et respondet: *Vt equidem reor, virgines tunc fortasse non erant, siue etiam à proposito virginitatis exciderãt, præsertim Ephesi: aut quia virgines minori deuotione virginitatem amplexæ erant: aut fortasis erat ex Græcis & Iudæis parum cognita, & minùs in pretio habita. Apud Corinthios tamen cùm res esset cognita, Paulus amplam doctrinam de virginibus tradidit.*

Cur nihil de virginibus dixerit honorandis Apostolus.

B Chrysost homil. 13.

1. Cor. 7.

Verè autem viduæ sunt, quæ in primis sunt desolatæ, id est, non habent maritos, aut filios, fratres, nepotes, &c. à quibus iuuari possint. Et videtur Paulus alludere ad vocẽ Græcam χήρα, quæ ducitur à verbo χηρῶ, quod est desolor, vel orbo: Latinis vidua dicitur quasi à viro diuisa, aut à viduando, siue desolando: & viduitas, & solitudo, & calamitas Catoni est, eò quòd bonis viduet.

Verè viduæ quænam desolatę. Vidua vnde dicta.

¶ Secundò verè vidua *Sperat in Deo.*

Verè vidua vt speret in Deo.

Etsi

Etsi Græcè dicitur, Sperauit, (sed præteritum ponitur pro præsenti) id est, A solo Deo pendet, & illi toto animo deuota nititur. ¶ Tertiò, *Instat*, seu insistit *obsecrationibus & orationibus nocte & die*. Cùm enim careat illis quę necessaria victui, & vestitui sunt, postulat, & vt honorē eius tueatur, conuertit se ad precibus assiduis Deum pulsandum, à quo vno & honestatem viduitatis, & alimenta expectat. Et verba, Sperat, & instat, de præsenti sunt; quia nō tam præcipit quid agere debeāt, quàm quid agāt veræ viduæ, quæ totæ sunt Deo sacratæ.

Eadem est instet obsecrationibus nocte & die.

Ad quintum illud dubium: *Nā quæ in delicijs*, inquit, *est* (vidua) *viuens mortua est*. Dicimus, Apostolum ab oppositio declarare quæ non sit vera vidua: illa nimirùm, quæ non seruat luctum perpetuum, sed blanditias mundi & carnis quærit; etsi corpore viuat, non viuit tamē Deo in anima, quæ sub nomine viduæ delicijs vacat. Multæ enim viduæ viduitatem amplectuntur, vt liberiùs voluptatibus vacēt. Et verbum, Viuēs, melius refertur ad sequentia, quàm ad præcedentia, vt sit sensus, Viuit, & non viuit: viuit nomine, & statu mortua est, quia virtutibus, & operibus viduarum caret. Et ita verbum viuēdi homonymum est. Sicut etiā Apoc. 3. habetur: *Nomen habes quòd viuas, & mortuus es*. Dominus etiam homonymia vsus est verbi Moriendi, cùm dixit: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*. At Augustinus in Psalmum 9. iungit: *Viuens*, cum præcedēti voce, *in delicijs*, sicut & Cyprianus lib. 3. ad Quirinum: *Quæ autem delicata est*, inquit, *viuens mortua est*.

Solutio quintæ quæstionis.

De hoc paradoxo: Vidua quæ in delicijs est, viuēs mortua est.

Quale hoc dictum Apostoli.

Apocal. 3.

Matth. 8.

D. Aug. t. 8.

B. Cyprian. cap. 74.

Addit Apostolus: *Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint*. Id est: Vt nemo eas possit criminari, vel reprehēdere. Et ait: Hoc præcipe: non enim, ô Timothee, sufficit te hoc nosse. Vbi Chrysostomus: *Præcipe*, inquit, *non vacare delicijs, quasi pro confesso malum perniciosumq; habeatur: quasi nefas sit eum qui delicijs studeat, mysteriorū esse participem*. Hæc ille. Vnde apparet, q; viduæ illę aliquid peculiaris religionis, & obseruationis habuerunt.

Viduæ quæ sint irreprehensibiles. *Chrys. ho. 14. in fine.*

Sextæ dubitationi respondemus, dicentes, illam sententiam quibusdā duram videri: Qui suos negligit, fidē negare. Asserimus tamen illum satis dici Fidem factis negare, qui contra Fidei præcepta aliquid agit; & maximè si quæ agit, ex fide se agere putet, vt filij qui ex Pharisæorum doctrina, parentibus dicebant: *Corban* (quod est donum) *quodcunque ex me, tibi profuerit*. ¶ Infideli verò est deterior: quia quatenus talis nō violat iura naturæ: at qui talia agit, & negat parentibus huius vitæ subsidia, contra instinctū naturæ agit, & contra quartum præceptum Decalogi de honore parentum. Adhęc infidelis etsi peccet, nescius peccat: fidelis verò sciens, aut saltem tanquā magis sciens, ac scire debens. ¶ Verbum, Si quis, Erasmus vertit, Si qua, scilicet vidua, vt etiam legit Oecumenius, & interpretatur Ambrosius, etsi legat, Si quis. Et intelligit Chrysostomus eos, qui ex eadem familia sunt, & pro qua vox domus accipi consueuit. Sunt enim amici multi, & nō cōsanguinei. Augustinus verò epist. ad Lętum, ac Theophylactus ad filios referunt respectu parentum, sicut & interpres noster fecit: qui sensus etiā verus, & magis congruus videtur, ita vt Paulus de filijs, & nepotibus agat, qui parentes negligere solent.

Ad sextam quæstionem responsio.

Quo sit verū modo, Qui suorū maximè domesticorum curā non habeat, fidē negare, & esse infideli deteriorē. *Marci 7.*

Exod. 20.

Theophylactus domesticos fidei nouè interpretatur, id est, fideles: vt & Beatus Cyprianus ad Quirinum. Ad Timotheum, inquit, prima: *Si quis autem suorum, & maximè domesticorum, non agit curam, fidem denegat, & est deterior infideli.*

Domestici qui Paulo, secundū Patres *Ambrosius. Chrysost. Aug. epist. 38. in fine. tom. 1.*

Theophyl. Alter sensus, mysticus scilicet, & allegoricus. *B. Cypr. lib. 3. ad Quirin. cap. 75.*

Curam non habet. Id est, Prouidentiam non habet tā quę est circa corpus, quàm quę est circa animam, vt ait Chrysostomus. Turpe enim est, te extraneos docere, & tuos in errore relinquere.

Curam non habere quid suorum domesticorum. *Chrys. hom. 14.*

Est autem in Scripturis fidei negatio, atrocis criminis nomen; & propriè pertinere videtur ad apertam Dei blasphemiam, vel ad ea

Negare fidē, quantum facinus.

opera, propter quæ Deus blasphematur, & ab eius fide homines auertuntur. Vnde cũm hoc ad Dei abnegationem inuitet, meritò negatio fidei vocatur. Vt si quis inter infideles constitutus negligat parẽtes, aut filios, aut si serui Christiani rebelles sint dominis suis, mox id in Christianam reijcitur religionem: sicut infrà de famulis ait Apostolus: Ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur. Contrà verò is facto confitetur, qui ita viuit, vt suo exemplo alij ad Fidem trahantur; aut in ea confirmentur. Ita qui die Veneris, Lutheranis præsentibus, carnibus vesceretur, Catholicam Fidem negaret. Erat autem nomẽ Negationis in primitiua Ecclesia Christianæ scholæ vox, sicut & Confessionis, iuxta illud: *Qui negauerit me coram hominibus; negabo & ego eum corã Patre meo, qui in cœlis est*; &: *Qui confitebitur me coram hominibus; confitebor & ego eum coram Patre meo:* & Ioannes Baptista confessus est, & non negauit; cùm tamen negatiuè dixerit: *Nõ sum Christus*, neque Helias, neque Propheta.

1. *Tim. 6.* Fidem factis qui neget. *Tit. 1.*

Negandi fidem, & confitendi hæc phrasis quando maximè viguerit.

Matth. 10.

Ibidem.

Ioan. 1.

Ibidem.

Septimam diluamus dubitationẽ de ætate viduarum, de qua scilicet vidua habeat sermonem Apostolus, an de quacunque, quæ ingreditur in cœtum aliarum, quę ex bonis Ecclesiæ viuunt, an de illis, quæ præsunt eiusmodi viduarũ cœtibus. Respondeo, duas esse sententias; alterã Hieronymi cum suis, & Ambrosij, dicentium sermonem esse de illis, quæ inscribuntur Catalogo, siue in ordine viduarum: & id indicat Græcũ verbum καταλεγέσθω, id est, allegetur, seu catalogo inscribatur, & in numerum redigatur, & Diataxis Apostolica lib. 3. cap. 1. idem docet, & inferiùs postulat, vt iuniores viduæ nubant, filios gignant. Et ab eis tria exigere videtur, vt in eo statu persistere queant. Primum est ætas sexaginta annorum, in qua non est periculum incontinentiæ, quia illa ætas deferbuit.

Ad sextum dubium. Vidua quæ sexagenaria sit eligenda.

Prima opinio Hieronymi, & Ambrosij.

Clem. Rom.

Sexaginta annorum vidua cur eligenda.

Quòd si vrgeas, tunc in feruore ætatis admitti virgines ad continentiæ professionem, quod maius est, videtur ergo in Apostoli præceptũ peccari. Respondet Hieronymus in epistola ad Saluinam: *Non te moueat*, inquit, *quòd sexagenaria eligatur vidua, & putes adolescentulas ab Apostolo reprobari. Et te crede eligi ab eo, qui discipulo dixerat, Nemo adolescentiam tuam contemnat, non continentiam, sed ætatem. Alioquin omnes, quæ ante sexaginta annos viduatæ sunt, hac lege accipient maritos. Sed quia rudem Christi instituebat Ecclesiam, & omni ordini prouidebat, præcipuèq; pauperibus, quorum ei cura cum Barnaba fuerat demandata, illas vult Ecclesiæ opibus sustẽtari, quæ proprijs manibus non queunt laborare, quæ verè viduæ sunt, quas & ætas probat, & vita.* Hęc ille, tradens, minores, & adolescentiores posse suscipi ad professionem castitatis, sed non ideò, vt alãtur Ecclesiæ opibus.

Adolescentulæ quatenus virgines eligi queant, teste Hieronymo. *Hieronym. epist. 9. paulò ante medium, to. 1. in principio 1. Tim. 4.*

Secunda conditio eligẽdę viduæ, est, quòd fuerit *Vnius viri vxor.* Vt Anna vidua Euãgelica, filia Phanuel, quæ vnius tantùm viri fuit experta coniugium. Hoc vt argumentum cõtinentiæ sumitur, vt docent Græci Patres, & inter eos Chrysostomus. Et Thomas ponit aliam causam: quia aliæ possunt labore sibi victum quęrere; & quia, quæ plurium fuit vxor, irregularis in hoc efficitur, vt tradit Glossa Interlin. & Petrus Lombardus, & alij.

Vidua etiam eligenda cur vnius viri vxor. *Luca 2.*

Chrys. iam productus. D. *Thomas lect. 2.*

Sed arguet quis: Cur nõ & in viro Religionem profitente obseruatur, vt tantùm sexaginta annorum assumatur, etsi non propter signum vllũ, saltem propter indecentiam? Dicendum, non ita esse indecentẽ in viris, sicut in fœminis digamiam. Semper enim in mulieribus magis quàm in viris notatur impudicitia, & digamia. Et propriè viduitas est fœminarum, non virorum, qui non ita vxoribus indigent, vt propterea dicantur vidui, sicut fœminæ viris. Nam Ecclesiam significari per viduam, ex Scripturis constat: vt per Sarepthanam, & Sunamitidem, & illam ciuitatis Naim: quorum filios suscitauit Dominus, & per Annam

Cur non eadem ætas in viris in Religionem admittendis monogamiæ conditio requiritur.

Viduitas quare fœminarũ propria. Viduæ olim quæ Ecclesiã designarint. *3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Luca 7.*

viduam,

Supra 2.

Infra 21.

Viduæ vniuirę eligędæ quã tradidérat causam irregularitatis, alibi Thomas quare non probet. *Tom. 12.*

Ephes. 5.

Sanctus Doctor ibi forsitan quam excludat irregularitatem.

Leo Magn. epi. 87. c. 1.

Quàm olim honorabilis viduitas.

B. Hilarius

Ambros. nõ procul à princip. t. 1 circa finem.

Vniuiræ viduæ & biuirę collatio.

viduam, & per pauperculam etiam viduam, quæ dicitur misisse duo æra minuta in Gazophylaciũ, id est, quic quid habuit & spiritualis, & temporalis gloriæ.

Sed hoc de irregularitate, reijcit Thomas hoc loco; cùm tamen in Additionibus ad tertiã partẽ, quæst. 63. art. 1. ad secundum, & art. 2. ad secundum, tradat, nuptias secũdas carere honore significationis, qui tamen est in primis nuptijs, vt vna sit vnius, sicut est in Christo, & in Ecclesia: & ratione huius defectus, benedictio secundis nuptijs subtrahitur.

Posset tamen Thomas defendi, dicendo, eum intellexisse eam irregularitatem, quę de Sacramento à muliere administrando loqueretur. Et certè si ratione agamus, videtur viduam non esse ab Ecclesia alendam, quæ in matrimonio cõtrahendo nõ significauit Christi Ecclesiam. Et id videtur satis cõsonum verbis Leonis Papæ, qui in verbis de Episcopo vnius vxoris viro, maritum viduæ reiectũ intelligit ab Episcopatu.

Fuit autem olim honorifico loco habita viduitas. Vnde Hilar. in Psal. 131. super id: *Viduam eius benedicens benedicam: Quanta,* inquit, *viduarum dignitas est, & honesta vnius tori conscientia, & felicis continentiæ indemutata constãtia. Hæc enim benedicitur, & benedicendo benedicitur: ex iudicio scilicet benedicẽtis benedictione fit digna, &c.* Et Ambrosius libro de Viduis: *Neque verò si quæ in secundas nuptias inciderit (quas vtique Apostolica præcepta non damnãt) quasi fructu pudoris amisso, si rursus soluta fuerit viro, ab effectu viduitatis arcetur. Habebit illa quidem vel seræ meritum castitatis, sed probatior erit, quæ alterius non fuerit experta coniugium. In illa enim eminet studiũ castitatis, huic aut senectus, aut pudor modum videtur fecisse nubendi.* Hæc ille. Sicut ergo virgo semel corrupta, non habet excellentiã virginitatis, ita vidua, quę bis nupsit, non est corã hominibus in viduali castitate. Contingit tamen interdum, vt biuira sanctior sit, & castior vniuira, vt docet Augustinus libro de Bono viduitatis, cap. 13.

Caluinus vanè expẽdit de vidua, quæ fuerit vnius viri vxor, de Episcopo verò idem negat, quia ait: *Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum.* Sed mira est hominum stupiditas, vt à vidua alenda ex eleemosynis, exigat Apostolus, vt tota vita sit vniuira, & Episcopum admittat digamum vel trigamũ. An fortasse maior continentia ab infirmiori sexu, quàm à fortiori, & maior à laico, quàm à Prælato Ecclesiæ requiritur?

Tertium quod à vidua eligenda exigitur, est: *Vt habeat bonum testimonium* (ab ijs, scilicet, qui foris sunt, nõ in fide tantùm, sed etiam) *in operibus bonis.* Et declarat quæ sint illa opera bona: *Si filios educauit, si hospitio recepit, si Sãctorum pedes lauit, &c.* Et hactenus explicuimus priorem sententiam, quòd intelligitur hic locus de viduis, quę allegũtur numero earum, quæ in Ecclesia aluntur.

Alter sensus est, vt hìc agatur de vidua illa, quę præesse debet, & alias catechizare: ita enim in suis Commentariolis scribit Hieronymus (si tamẽ eius sunt) videlicet de electione Diaconissarum esse sermonem, de quarum ministerio, & operibus loquitur Concilium Carthaginense superiùs productum, & Ignatius, ac Nicena Synodus in Concilio Laodiceno, cap. 11. vbi decernitur: *Mulieres, quæ apud Græcos presbyteræ appellẽtur, apud nos viduæ seniores, vniuiræ, matricuriæ appellantur, in Ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere.* Epiphanius quoq; in hæresin Collyridianorum, hunc locum de Diaconissis intelligere videtur: *Diaconissis,* ait, *solũ indiguit Ecclesiasticus ordo, viduasque eas nominauit, & ex his adhuc seniores, aniculas.* Vbi ostendit, non quasuis viduas diaconissas dici, sed tantùm seniores. Item Tertullianus in libro de Velandis virginibus: *Scio alicubi virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam. Cui si quid refrigerij debuerat Episcopus, aliter vtique saluo respectu disciplinæ præstare*

B. Aug. to. 4 procul à med.

Contra hoc insanũ Caluini commẽtum: Viduam Apostolus vult esse vniuirã, nõ autẽ Episcopum vnius virum vxoris. *1. Tim. 3.*

Vidua in quibus habere bonum testimonũ debet operibus bonis.

Altera opinio, quenam scilicet vidua sexaginta annorum eligi debeat. *Hieron. t. 9.*

Concilium Carthag. III. c. 104. B. Ignat. epist. 12. in fine. Syno. Laod.

Epiphan. in hæres. 29. ante med.

Tertul. paulò post med par. 2. paulò remotiùs à principio.

potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum, in Ecclesia denotaretur: virgo vidua hoc quidem portentuosior, quòd nec quâ vidua caput texit, vtrumque se negans, & virginem quæ vidua deputetur, & viduam quæ virgo dicatur. Sed ea autoritate illic sedet intecta, quæ & virgo. Ad quam sedè præter annos sexaginta non tantùm vniuiræ, id est, nuptæ aliquando eliguntur, sed & matres, & quidem educatrices filiorum: scilicet, vt experimentis omnium affectuum structæ, facilè norint cæteras & consilio, & solatio iuurre. Idem libr. 1. ad vxorem, prope finem: *Quantum fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati nuptiæ secundæ, disciplina Ecclesiæ, & præscriptio Apostoli declarat, cum digamos nō sinit præsidere, cùm viduam allegi in Ordinationem nisi vniuiram nō concedit: aram enim Dei mundam proponi (lego, præponi) oportet.* Hæc Tertullianus.

Idem eadē part. 2. Digamiæ malum quod Tertulliano

Iam verò huic sententiæ verbum fauet, Eligatur: quia præsidētes alijs fœminæ ab ipsis eligi solet. Deinde quia ætas sexaginta annorū maximè spectat ad eam quæ præsidere, & docere debet: alioquin aliæ iuniores profiteri viduitatem non possent. Tertiò seruit & illud, quòd illas velit esse vniuiras, & irreprehēsibiles, & habere testimonium bonum in operibus bonis: sed hæ conditiones in Episcopis, & Diaconis qui præsunt, exiguntur; ergo & in hoc loco in ijs, quæ viduis præesse cupiunt, requiruntur. Quartò, quia cū dixisset: Honora verè viduas, descripserat etiam quæ verè viduæ sant, & quæ mortuæ, & quæ impeditæ ad tempus; declarat modò quæ inter eas præhonoranda sit, & præeligēda in caput viduarum. Et ita vtrumque sensum vt probabilem recipi posse puto.

Posteriores sententiæ de vidua, quòd sit dia omissa nimirūm, eligenda, rationes quatuor.

1. Tim. 3.

Sequitur: *Si filios educauit.* Vel Filios per Synecdochen accipit pro liberis tam masculis quàm fœminis. Græca vox habet: *Si liberos educauerit*, vt etiam filias comprehēdat, hoc est enim propriè Τεκνωτροφεῖν, mulierum educare paruulos, non tātùm cibo corporeo, sed integritate etiā bonorum morum. Et vidua notatur, quæ curam nutricationis filiorum in nutricem reijcit, aut si nō ad pietatem educat.

Viduæ, siue matres filijs duplicem debent explicationem.

Si hospitio recepit. Hospitalitas tempore primitiuæ Ecclesiæ admodùm erat necessaria, cùm publica diuersoria plena essent idololatris, nec extarent xenodochia, quò pauperes possent diuertere. Chrysostomus hoc loco scribit: *Quid oro si pauper illa sit? Nec sic quidem muneribus omnibus fungi desistat: neque enim est illa pauperior, quæ duos obolos sacris thesauris ingessit. Nam licèt pauper sit, habet tamen domum; non enim sub dio manet.* Hæc ille. Sed iam rari sunt, qui velint dum viuunt, sua bona dispensare: malunt enim aliquid legare testamento post mortem ipsorum ab alijs non certò distribuendum, quàm vt per se ipsi viuentes hoc faciant. At Dominus vult viduas eleemosynas ante mortem erogare.

Vidua quæ indigna matris nomine

Vidua cur esse debet hospitalis.

B. Chrysost. hom. 14.

Lucæ 21.

Qui sint hodie inhospitales.

Si Sanctorū pedes lauit, seu lauerit. Id est, Christianorum; hoc enim officium etsi in speciem videatur vile, & sordidum, ab illis tamen Apostolus exigit; imò Christus per se primus docuit, dum lauit pedes discipulorū per seipsum. Et vidua non permittat eiusmodi officia ancillis imperari, sed per seipsam præstet. Augustinus quoque tract. 58. in Ioannē: *Apud Sanctos*, inquit, *vbicunque hæc consuetudo non est, quod manu non faciunt, corde faciunt. Multò autem est melius, & sine controuersia verius, vt etiam manibus fiat: nec dedignetur quod fecit Christus, facere Christianus. Cùm enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiā corde ipso vel excitatur, vel si iā inerat, confirmatur ipsius humilitatis affectus.* Hæc ille. Et sub vno intellige reliqua. *Si Sanctorum*, inquit, *pedes lauit.* Hoc est, (vt ait Clemens lib. 7. Informationum, apud Oecumenium) Si extrema ministeria Sanctis absque rubore exhibuit. Vnde Abigail dixit Dauidi: *Famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei.* Conseruatur in hodiernum diem apud

Quorū pedes sanctorum vidua debebat abluere.

Ioan. 13.

Aug. à med. tractatus. tom. 9.

Manu potiùs, quàm corde cur pedes fratrū abluendi teste Augst.

Oecumen. cap. 11.

1. Reg. 25.

religiones

religiones quasdam reformatas hęc consuetudo pedes lauandi, vbi primũ exitinere accipiuntur hospites.

Tribulationem quibus vidua patientibus subministrabat.

Si tribulationem patientibus subministrauit. Tribulationem patiuntur pauperes, & infirmi, & nobiles egẽtes, qui præ verecundia non audent mendicare, & illi, qui in carcere detinentur propter fidem, & fœminę, quæ præ nuditate non audent in tẽplum venire. Isti sunt, quibus necessaria suppeditanda sunt, & maximè illis, qui apud infideles captiui detinentur. Et exemplum huius rei habemus in Phœbe ministra Ecclesiæ Cenchreensis, de qua Paulus: *Astitit,* inquit, *multis, & mihi ipsi;* & in Aquila, & Priscilla, qui pro anima Pauli, ipso teste, suas ceruices suppossuerunt; & Maria, *Quæ multum*, ait, *laborauit in nobis.* Secutæ sunt harum documentum, & fidem beatæ Potentiana, & soror eius Praxedes.

Rom. 16.

Ibidem.

Ibidem.

Omne opus bonũ vidua quale subsequi debebat.

Subdit: *Si omne opus bonum subsecuta est*, id est, corporale ministeriũ. Et mulieres in primis idoneæ sunt ad hæc officia, vt lectulos sternere, ministerio fouere infirmos: quia vt ait Sapiens, *Vbi non est mulier, ingemiscit egens.* Et benè ait: *Subsecuta est*, vel prosecuta est: quia etsi desit facultas ad operandum omnia, adesse tamen debet voluntas ad omnibus ministrandum.

Eccli. 36.

Octauę solutio quæstionis.

Adolescentiores quę viduæ Timotheo deuitãdæ forent.

Ad octauam dubitationem in id: *Adolescentiores autem viduas deuita. Cũ enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt.* Sed his verbis eas fugiendas esse viduas præcipit, quæ rerum penuria oppressæ, victus gratia profitebantur: at cùm pabulum accepissent, & carni vires suas restituissent, (quia sine Cerere, & Libero, vt ille dixit, friget Venus: nam à Cerere, & Baccho proximus incontinentiæ gradus est ad inconcessam Venerem.) tentationibus carnis resistere nolentes recalcitrabant: & delicias expertæ, nuptias repetebãt. Ideò ait, Deuita, id est, reijce, & refuta, id est, ne recipias alendas in aliarum Catalogum, vel in hac suscipi professione, vt interpretatur Ambrosius. ¶ *Cùm enim luxuriatæ fuerint Christo.* Rationem reddit, cur sint reijciendæ, id est, vbi lasciuierint; qualem lasciuiam videmus in equis benè pastis, & cæteris iumentis, quæ cũm pabulo ferociunt, & ruptis habenis suopte feruntur arbitrio. ¶ *In Christo*, id est, de Christi bonis altæ, vel potiùs cõtra Christum, quem in sponsum & maritum sibi delegerant. ¶ *Nubere volunt.* Nõ tantùm nubunt, sed etiam voluntate nuptijs insistunt. Nec est sensus, Adolescentiores viduas, id est, minores deuita, sed de iuuenculis viduis est sermo, de quibus inferiùs ait: *Volo iuniores* (viduas) *nubere, filios procreare*: & sexagesimum annũ exegit, vel quia præesse debent, vel quia ad illud vsque tempus ad victũ conquirendũ ipsę sibi sufficere possunt. Intellige ergo per iuniores, iuuenculas, de quibus superiùs dictũ est, Iuuẽculas, vt sorores, obsecrandas scilicet. Græcè habetur in Genitiuo, iuxta regimen verbi: Cũ luxuriatæ fuerint Christo. Haymo iungit verbum, In Christo, cum verbo nubendi, & interpretatur; Id est, in Fide Christi, & fidelem Christianũ accipere in maritum. *Solent*, inquit, *mulieres, mortuis viris suis, promittere Deo viduitatem, castitatem, & accipere velamen super caput suum, postea verò miscent se seruis suis, & alijs fornicatoribus, atque ad vltimum in Christo volunt nubere, id est, aliquem Christianũ accipere.* Sic Haymo. Cyprianus legit, *In Christo*, sicut & Ambrosius, & alij. Et luxuriare in Christo, vel in Christum, dupliciter accipitur, vel in bonam, vel in malam partẽ. Tertullianus lib. de Monogamia: *Postquàm*, ait, *in delicijs habuerunt Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quòd primam fidem reciderunt.* Potest & Cyprianus ita intelligere videri lib. 3. ad Quirinum: *Iuniores autem viduas præterì. Cùm enim indeliciatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes iudicium, quoniam primam fidẽ reprobauerunt.* Faber Stapulensis interpretatur: *Quid est, Quãdo in Christo*

B. Ambrosius tom. 5.

Eæ viduæ quomodò luxurientur in Christo.

Quid est, q illiæ nubere volebant, & quales essent adolescentulæ.

Haymo Episcopus.

Viduæ etiã vt nubeãt in Christo.

Cypria. lib. 3. ad Quirinum, ca. 73.

Tertul. non procul à fine lib. par. 2. ante med.

Cypria. loco iam dicto.

deli-

Luxuriari, siue deliciari quid rursus in Christo vidua,& nubere velle.
Faber Sapulensis.
Hebr. 6.

Quo sensu forsitã dictũ: Quę in deliciis est vidua, viuens mortua est.

Coloss.3.

Verbum delicandi, vbi benè sonet.
Esai.58.

Chrysost. homil.15.initio ferè.

Hier. epist. 11. ferè in princ.to.1. sub init.

1.Cor.7.

2. Petri 2.

Apoc. 18.

Ad nonã dubitationem. Viduæ luxuriatæ in Christo, quam ob primam fidẽ violatam habeãt damnationem.
Epiphan.

deliciatæ fuerint, nisi quãdo Christi delicijs vsæ fuerint, quæ sunt orare, Ecclesijs sacris interesse, & insuper in sacris educari. Cùm has gustauerint, incipiũt plerumque eas fastidire, & nubere volunt homini mortali. Et ita hic locus similis esset illi ad Hebr. 6. *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, &c. rursus renouari ad pœnitentiam.* Et superioris dicti: *Quæ in delicijs est* (vidua) *viuens mortua est*, posset esse sensus: Vidua quæ in Christo deliciatur, viuens corpore, mortua est mũdo, nec delectatur rebus huius mundi: sicut dicitur ad Colos. 3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Esai. 58. accipitur in bonam partem verbum Deliciari: *Si vocaueris*, inquit, *Sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenietur voluntas tua, &c.* Chrysostomus tamen cum suis in malam partem accipit. *Cur id?* inquit, *Quia cùm fornicatæ fuerint, nubere volũt. Quid est, cùm fornicatæ fuerint? Cum in lasciuiam fuerint, deliciasque resolutæ.* Similiter Hieronymus accipit ad Agerũchiam, vel Gerontiam: propter has igitur, quę fornicatæ sunt in iniuriã viri sui Christi, (hoc enim καταστρηνιάσωσιν Græcus sermo significat) vult Apostolus alterum matrimonium, præferens digamiã fornicationi, secundùm indulgentiam dumtaxat, non secundùm imperium. In malum accipitur à Petro, cùm ait: *Percipientes mercedem iustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias, coinquinationes, & maculæ delicijs affluentes, in cõuiuijs suis luxuriantes vobiscũ.* Et Dilectus in Apocalypsi: *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.*

Iam nonum dubium resoluendũ est circa illud: Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerũt; de qua scilicet fide sit sermo, Græci namque Patres fidem interpretantur διαθήκην, id est, pactum. Epiphanius in hæres. 48. ἐπαγγέλεον, id est, promissionem. Augustinus lib. de sancta Virginitate, capit. 33. & lib. 1. de adulterinis coniugijs, cap. 24. votũ, Ambrosius, professionem, & Tertullianus eodẽ ferè modo accipit libro de Monogamia. At Lutherani fidem illam, qua credimus Euangelio: & producunt locum, de quo superiùs dictum est: *Fidem negauit, & est infideli deterior.* Ad hoc etiam allegant, interpretem vertere vocem Presbyteri per seniorem, cùm dixit, *Seniorem non increpaueris* aliter cùm subdit: *Qui benè præsunt Presbyteri.* His addũt, per nullam Hebræam, vel Græcã phrasim dici, irritam fieri fidem, cũ vota violantur.

Aug. tom.6. sub finem. Ambros. Tertul. circa fin. libri, part. 2. sub init.
Sẽsus Lutheranorum.

Sed ad hęc non est difficile respõdere, has voces sic sumi in Scriptura. Legimus enim Num. 30. *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut sẽ cõstrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, &c.* & Gen. 17. *Pactum meum irritum fecit*, vbi est vox Hebræis propria. Et Dauid Psal. 88. *Quæ prodeunt de labijs meis, nõ faciam irrita.* Et Marc. 7. *Benè irritum fecistis præceptum Dei*: vbi idem est verbum Pauli: ἀθετεῖν.

Irritam facere fidem, esse votorum, pactũque violare, more Scripturæ.
Num. 30.
Gen. 17.
Psalm. 88.

Marc. 7.

Iam altera vox πίστις plerumque pro pacto, & promissione vsurpatur, vt ad Rom. 3. *Nunquid incredulitas illorum fidem euacuauit?* hoc est, promissionem. Et apud Poetam: *Accipe, daque fidem.*

Quòd fides etiam pactũ significet.
Rom. 3.
Virgil. lib. Æneid. 8. ante med.

Ita dicitur: *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.* Ergo irritam facere fidem, est votum continentiæ violare. Ita etiam accipit Chrysostomus: *Fidem pactum dicit. Contra veritatem mentitæ sunt*, inquit, *ipsum irritauerunt, & fœdera violarunt.* Oecumenius pactum erga Christum dicit: Pactæ sunt enim, quòd Christo adiungerẽtur. reijciũt tamen ipsum ad humanas deuolutæ nuptias. Theophylactus: *Fidem appellat fœdus. Fefellerunt*, inquit, *pactum, quod cum Christo sponso fecerunt; ac propterea hæbent condemnationem.* Et Ambrosius: *Dicit temerarium esse profiteri, quod adhuc iuuenili ætati credi non debet.*

Grauissimis Patrum testimonijs confirmatur hic sensus.
Chrysost. homil. 25.
Oecumen. cap. 11.

Theophyl.

Ambro. hoc loco.

Epi-

Epiph. in hæ. resf. 58. circa med.

Epiphanius contra Montaniſtas citatis his Apoſtoli verbis, ait: *Quæ enim promiſerunt, & reprobauerunt, iudicium habent.* Cyprianus lib. 1. epiſtola 11. ad Pomponium, & Innocentius I. epiſt. 2. cap. 12. irrita docent virginum velatarum matrimonia, quæ Chriſto nuptæ ſunt, ſicut & Baſilius, & Bonifacius extendit ad profeſſas in probata religione: at cap. 13. de nõ velatis virginibus hũc textum Apoſtoli docet intelligendum, & quòd peccant contrahẽtes, etſi ratum ſit matrimonium. Concilium verò IIII. Carthaginenſe ſtatuit: *Si quæ viduæ*, inquit, *quantumlibet adhuc in minoribus annis poſitæ, & matura ætate à viro relictæ, ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio Epiſcopi, & Eccleſiæ, religioſo habitu appparuerint, poſteà verò ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundùm Apoſtolum damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant, quæ etiã nec in conuiuio cum Chriſtianis communicent.* Clemens quoque lib. 1. Diataxeon Apoſtolicarum, cap. 3. damnationem ait habere viduas adoleſcentiores, quæ nubunt, non quia nubunt, ſed quia vt nuberent, primam fidem irritam fecerunt, & promiſſionem ſuam non ſeruarunt. Accedit Auguſtinus, qui lib. 1. de adulterinis coniugijs cap. 33. ita ſcribit: *Caſtitas, & ſi qua aliæ ſunt, quæ rectiſſimè vouentur, cùm homines vouerint, nulla conditione rumpenda ſunt, quæ ſine vlla conditione vouerunt. Quia & hoc Dominum præcepiſſe intelligendum eſt, vbi legitur, Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. Vnde Apoſtolus de quibuſdam quæ continentiam vouent, & poſteà nubere volunt, quod eis antequã vouiſſent, vtique licebat: Habentes, inquit, damnationem, quoniam primã fidem irritam fecerunt.* Hieronymus quoque lib. 1. aduerſus Iouinianum. *Si nupſerit*, inquit, *virgo non peccauit. Non illa virgo, quæ ſemet Dei cultui dedicauit: harũ enim ſi qua nupſerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit: quantò magis de virginibus præualebit; cùm etiam his non liceat, quibus aliquando licuit?* Lege etiam Hieronymũ in epiſtola ad Furiam de viduitate ſeruandâ, & Innocentium I. epiſt. 2. cap. 13. *Si Apoſtolus Paulus*, ait, *quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit eas habere condẽnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quantò potiùs virgines, quæ prioris profeſſionis fidem minimè ſeruauerunt?* Hæc illi Patres. ¶ Et dicitur promiſsio caſtitatis, prima fides reſpectu poſterioris, quam cum marito homine inire voluit.

Clem. Rom.

Aug. tom. 6. circa fin.

Pſalm. 75.

Hier. inter med. & princip. tom. 1. init.

1. Cor. 7.

Primam fidẽ irritam facientes quæ maiorẽ viduis habeant cõdẽnationem.

Idem epiſt. 10. à med. tom. 1. ſub init.

Innocentius Primus.

Poſſet quoque eſſe ſenſus, Habẽt damnationem, primò quia fidẽ reijciunt, deinde quia otiosè circumeũt domos, tertiò, quia verboſæ, & curioſæ. Nam vt Chryſoſtomus ait, non huic damnationi tãtùm obnoxiæ ſunt, ſed & criminibus alijs. Poteſt etiam dici prima fides, nõ quòd altera debeat ſequi, ſed quia nihil eam in hoc ſpirituali matrimonio nio anteceſsit: quia ab ipſa promiſſione incipit coniugium, & poſteà ſequitur concubitus. Et ita Auguſtinus lib. 1. de nuptijs & concupiſcẽt. c. 11. ait: *Maria cõiux Ioſeph vocatur ex prima fide deſponſationis, quã cõcubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus.*

Vtiuæ inſuper fidei violatrices cur habeant condemnationẽ.

Chryſoſ. homil. 15.

Iam expendamus, quid circa hũc locum hæretici ſenſerint. Brentius enim in confeſsione Vvittembergẽſi leuiter, vt ſemper ſolet, ita de hoc loco ſenſit: *Nego autem Apoſtolicis illis temporibus fuiſſe tale viuendi inſtitutum, quale modò eſt apud fraterculos, & ſacrificulos. Quomodò enim Paulus ſecum ipſe pugnaret? Scribit autem mox: Volo iuniores viduas nubere; &, Melius eſt nubere, quàm vri; &, Non vt laqueum vobis iniũciam. Quid eſt aliud: Nõ vt laqueũ vobis iniũciã, quàm, Nõ vt vota facienda exigam? Sunt enim talia vota, quæ hypocritæ excogitarunt, inextricabiles laquei, quibus conſcientiæ ita hominum irretiuntur, vt niſi verbo Domini ſoluantur, non inueniant quò euadant. Quod igitur ait: Primam fidem*

B. Aug. to. 7. circa medium.

Matth. 1.

Hæreticorũ de hoc Pauli loco ſententia qualis, Habentes dãnationem, quia primam fidẽ irritam fecerunt.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Brentius homo hæreticꝰ in illud: Ad vtilitatẽ veſtrã dico: nõ vt laqueũ vobis iniiciam, quid effutierit.

irritam fecerunt, nomine fidei nō intelligit votum perpetui cœlibatus, quòd magis secundam, quàm primā duxisset, sed intelligit pactū, quod in Baptismo iniri solet, in quo Deus recipit in gratiam, (ait) & recipimus nos gratos fore, ac ducturos piam, & honestam vitam. Hoc est pactum, quo Deus, & homo inter se conueniunt. Hanc stipulationem vocat Paulus primam fidem, & primam vocat respectu secundæ, quæ solet præstari, cū quis ad publicam seruitutem alienam vocatur. Hæc ille homo attonitus, vt Græcum nomen sonat.

Brētius quid sonet.

Sed iā hominē vrgebimus: Quomodò viduæ lasciuientes, & nolentes nubere, habent damnationem, quia volūt nubere? Nunquid in Baptismo promiserunt se nunquā nupturas? quomodò ergo lasciuientes, & scortantes, pactum cū Christo initum violant? Sed quid ad id quod ait, nubere volunt, dicet, si illis viduis perinde atq; alteri Christianæ nubere liceat post fornicationē, & scortationem? Vnde ergo nubere illis est damnabile; cùm potiùs puella scortata, quæ nubere voluerit, à damnatione recedat, & à violatione voti, & redeat ad obseruationem, & fidem primam non irritam, sed potiùs ratā faciat? Quomodò ergo vidua lasciua volēs maritum honestum accipere, habet dānationem, quòd primam Baptismi fidem violauerit?

Contra hanc interpretationē: Viduę volentes nubere habent damnationē, quia primam fidem, continentiæ scilicet in baptismo datā irritam fecerūt.

Deinde dicit, illos inijcere laqueum conscientiæ, qui vota exigunt. Laqueum ergo inijcit, qui dicit, *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere*, & ille qui ait: *Vouete, & reddite Domino Deo vestro.* ¶ Si vero intelligit, Qui mandant, vt quis cœlibem profiteatur vitam, inijcere laqueū, verum est: sed sub speciosis verbis vult hic impius persuadere, impia esse vota. Certè sicut non inijcit laqueum, qui consulit virginitatem, ita nec ille qui consulit vota: sed ille qui inuitum ad id, ad quod non obligatur, adigit, aut si quis decipit, vt in perniciem suam sponte incurrat. Qui autem ad maius bonum inuitat, is non illaqueat. In his autem quæ spectant ad tempora Apostolica, magis credēdum est Dionysio Areopagitæ, Chrysostomo, Hieronymo, Augustino, quàm Brentio, qui facit Deum nostrum similē idolis, de quibus Baruch 6. capite dixit: *Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neque hoc requirunt.*

In dictū Brētij, Laqueum inijciūt, qui vota exigūt. *Eccles. 5. Psalm. 75.*

Laqueū quis inijciat.

Baruch. 6.

Caluinus verò præsentem locum de fide Baptismi interpretatur, & à Christiana professione dicit viduas deficere, sed non explicat, cur nubere volentes habeāt damnationem. Et ait: *In Papatu vocatur continentia, quasi virtus per se accepta Deo.* Et in eo quod subdit, Ita gratam vitam coniugalem Deo, atque continentiæ votum, certè Iouinianū à Hieronymo profligatum agit.

Impugnatur & hæc Caluini interpretatio: Primā fidem irritā fecerunt, id est, Christiana professione defecerūt

Hier. lib. 1. tom. 2.

Alio modo exponitur prima fides, quæ scilicet priori marito data fuit, quæ irrita fit, cùm nubere volunt. Sed hunc sensum ipse Caluinus reprobat, & Paulo aduersatur dicenti: *Si dormierit vir eius, soluta est à lege viri: cui vult, nubat, tantum in Domino.*

Primam fidē alij ineptè quā vocent.

Rom. 7. 1. Cor. 7.

Brentius in Prolegomenis suis aduersus Petrum à Soto, affirmat loqui de mulieribus, quæ viris suis orbatæ tradebant se in ministerium pauperum Ecclesiæ, idque ea promissione tantùm, qua solent ancillæ se ministerio dominarum suarū tradere: quæ vbi saginatæ erant Ecclesiæ bonis, ac metuentes, ne in inferiori loco, quàm antè inter Christianos nuberent, maluerunt à Christiana religione deficere ad Ethnicas, quàm inter Christianas contemptiores haberi. Hoc significat, cū ait, eas lasciuisse aduersus Christum, & conuersas esse ad Satanam. Et ita interpretatur Brentius: Habent damnationem, postquàm scilicet per suam lasciuiam, & scortationem apostatauerunt à Christi fide, & volunt nubere.

Brentij aleera de prima fide sententia ineptissima, atque falsissima.

Sed mirum, & planè ridiculū est hoc figmentum. Nam cùm Paulus liberum reliquerit mulieri viduæ, cui vellet nubere; tamen secundùm

Bren-

De ancillis pauperũ viduarũ metu contemptus cũ Ethnicis nubere volẽtibus, hũc locũ accipi nõ posse. 1. Cor. 1.

Brentium, solis pauperum ancillis probatum erat nubere, vt huius infamiæ metu vellent magis apostatare à Christo, & Gentili nubere, quã Christiano. Adhæc si Episcopus cõiugatus tunc erat, cui contemptui habebatur ancilla pauperum, si alteri nupta fuisset ministerio suo cedens, quod coniux nequiuisset amplius implere, etsi non omnes viduas quas reijcit Paulus, à ministerio reijciat, sed ab Ecclesiæ alimonia, & professione viduarum? Et qualis, quæso, est verborum consequentia; Postquàm Christi iugum abiecerunt, volunt nubere, cùm nubere, Christi iugo non repugnet? Nunquid est recta verborum consequentia, postquam quis à fide defecerat, facit, vel facere vult quod sibi licet? hoc est, postquàm puella scortata fuit vsque adeò, vt pagana fiat, vel hæretica? quod est dicere, Tunc demùm vult rectè agere? Ita hîc, quę nubere volunt, damnationem habent, quòd à Christi fide discesserint? Quid sanctis, & honestis nuptijs cum condemnatione? Quid illi cum nubendi voluntate, quæ in scortationibus cum damnatione vixit? Imò lasciua puella qua parte nubit, à damnatione recedit.

Adolescentiores quatenus viduas Timotheo velit esse deuitãdas Apostolus.

Sequitur in Textu: *Simul autem & otiosæ discunt circuire domos.* Adijcit aliud crimen viduarum Apostolus, quòd scilicet otiantur, & quia diuino timore vacuæ sunt, orationibus non occupantur, nec domus cura tenentur, quia sub viri potestate non sunt: & alimoniam ab Ecclesia accipiebant, facientes se aniculis pares, quæ laborare non poterant. Discunt circuire, id est, non assuescunt vagari per domos aliorũ prætextu officij, & visitationis, nõ negotij causa, & officij necessitate. ¶ Plutarchus in Opusculo de aliena perscrutandi necessitate refert, Locrenses peregrè reuersum, si rogasset, Nũquid noui? multa affeciſſe; Thurienses in Comœdijs ciuem taxari vetasse, præterquàm curiosum; Xenocratem negare quicquam referre, pedes, an oculos inferas in alienas ædes. Ad hũc locum Apostoli alludere videtur Tertullianus libro 1. in fine dicens: *Loquaces, otiosæ, vinosæ, curiosæ, contubernales, vel maximè proposito viduitatis officiunt: per loquacitatem irrepunt verba pudoris inimica: per otium securitatem inducunt: per vinolentiam quiduis mali ali insinuant: per curiositatis æmulationem libidines conuehunt. Nulla huiusmodi fœminarum de bono vniuiratus loqui nouit. Deus enim illis (vt ait Apostolus) venter est, ita & quæ ventri propinqua.* Hæc Tertullianus doctè, & acutè. ¶ Et ex hoc Pauli verbo, Discunt circuire domos, patet, viduas conclusas monasterio nõ fuisse. Pulchrè autem Oecumenius inscripsit: *Mens nobis à Creatore ad operãdum fabricata est. Vbi ergo bonum opus ei non subministrauerimus, ipsa assumit opera absurda.* Sic ille.

Viduæ curiosę circuirent domos, & quomodò.

Addit: *Sed & verbosæ*, id est, nugaces, garrulæ, deferentes secreta, & familiarũ quas adibant arcana, passim effutientes. Erãt & curiosæ, inquirentes ea, quæ ad se non pertinebant, aliena negotia sciendi cupidę, nec secretorum tenaces; quia vt idẽ Apostolus declarat, loquentes quæ non oportet. Nuptiarum enim sunt proximæ, vt ait Ambrosius, multorum secretorum participes, adulatrices, seruorum querulæ, arridẽt ad impudica, & loquuntur ad gratiam nonnunquam, vt & maritos captẽt. Otium est mater curiositatis, curiositas garrulitatis. *Percunctatorem fugito*, (vt quidã Ethnicus dixit) *nam garrulus idem est.*

Locrensibꝰ, ac Thurien-sibus populis curiosi homines nõ erant imoũnes.

Ad decimam dubitationem circa id: *Volo iuniores nubere.* Volo, inquit, quia ipsæ volunt. Sed dubium est, an præcipiat. Certè nihilominus, imò ne prohibet quidem, sed tantũ ostendit non esse idoneas, quæ in sublimi illo cœlibatus statu proficiant. ¶ Iam enim quædam conuersæ sunt retrò post Satanam. Prohibet igitur huiusmodi à professione, ac deterret, non quòd adolescentulas viduas esse nolit; sed quia adul-

Tertul par. 2. longius à princ. Adolescentiores viduas egregiè notat Tertullianus.

Philip. 3.

Mẽs nostra, teste Oecumenio, quãdo operetur absurdè. *Oecum. capit. 3.*

Viduæ quomodò verbosæ, & curiosæ.

B. Ambros. Adolescentularũ alia quędam vitia viduarum. *Horat. epist. 19. ad Lollium: Si benè, &c. à med.*

Solutio decimæ quæstionis.

Quomodò accipiẽdũ illud: Volo iuniores viduas nubere, filios procreare, matres familiãs esse.

teras

Ephes. 4.

teras esse vetat, loquentes quæ non oportet, nolens illas diabolo occasionem dare.

Hieronymus de hoc loco quid senserit *Hier. epist. 11. ad Agerunchiam, sub init. t. 1. in princ.*

Hieronymus ad Geruntiã ita interpretatur: Propter has, quæ fornicatæ sunt in iniuriam viri sui Christi (hoc enim καταχρηνιάσωσιν Græcus sermo significat) vult Apostolus alterum matrimonium, præferens digamiam fornicationi, secundùm indulgentiam dumtaxat, non secundùm imperium. Simulq; singula testimonij verba tractanda sunt. *Volo*, inquit, *adolescentulas nubere*. Cur, quæso? quia nolo adolescentulas fornicari. Procreare filios: quàm ob causam? Ne metu partus, ex adulterio filios necare cogantur. Matres familiàs esse. Quare obsecro? Quia multò tolerabilius est, digamam esse, quàm scortum, & secũdum habere virum, quàm plures adulteros: in altero enim miseriatũ consolatio, in altero pœna peccati est. Sequitur: *Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia*: in quo breui, accinctoque præcepto multa simul monita continentur. Ne propositum viduæ exquisitior cultus infamet. Ne oculorum nutibus, & hilaritate vultus, iuuenum post se greges trahat. Ne aliud verbo, aliud habitu polliceatur, & conueniat ei versiculus ille vulgatus:

Risit, & argutis quiddã promisit ocellis.

Atque vt omnes nubendi causas breui sermone concluderet; cur hoc præcepisset, ostendit, dicens: Iam enim quædam abierunt retro post Satanam. Ideò ergo secunda, & si necesse est, tertia incontinentibus aperit matrimonia, vt à Satana abstrahat; vt magis mulierem qualicũque viro iunctam faciat esse, quàm diabolo. Sed ad Corinth. tale quid loquitur: *Dico autem innuptis, & viduis: bonum est illis, si sic permanserint vt ego. Si autem non se continent, nubant: melius enim est nubere, quã vri.* Cur Apostole? Statim intulit: Quia peius est vri. Alioquin absolutum bonum est, & sine comparatione prioris, esse quod Apostolus est, id est, solutum, non ligatum; nec seruum, sed liberum, cogitantem ea, quæ Dei sunt, non ea quæ vxoris. Et protinus in cõsequentibus: *Mulier*, inquit, *alligata est viro, quãdo vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, libera est: cui vult, nubat, tantùm in Domino: beatior autem erit, si sic permanserit, secundùm consilium meum. Puto autẽ, quòd & ego Spiritum Dei habeam*: & in hoc idem sensus est, quia idẽ Spiritus: diuersæ epistolæ, sed vnus autor epistolarum. Viuente viro, mulier alligata est, & mortuo soluta. Ergo matrimonium vinculum est, & viduitas solutio. Vxor alligata est viro, & vir vxori alligatus est, in tantum, vt sui corporis non habeãt potestatem, & alterutrum debitum reddant; nec possint habere pudicitiæ libertatem, qui seruiunt dominatui nuptiarum. Quodq; addidit, *Tãtùm in Domino*, amputat Ethnicorum coniugia. De quibus etsi in alio loco dixerat: *Nolite iugum ducere cum infidelibus.* Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ conuentio Christi cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui consensus templo Dei cum idolis? Ne scilicet aremus in boue, & asino: ne tunica nuptialis vario sit texta subtegmine. Extemplòque tollit, quod concesserat; & quasi pœniteat eum sententię suæ, retrahit: Beatior erit, si sic permanserit: suique hoc magis dicit esse consilij: quod ne contemnatur vt hominis, Spiritus sancti autoritate confirmat; vt nõ indulgens homo fragilitati carnis humanæ, sed in Apostolo Spiritus sanctus præcipines audiatur. Nec sibi in eò annorum puellarium debet vidua blandiri, quòd nõ minus sexagenariam eligi præcipit: neque enim innuptas, vel iuuenculas cogit, vt nubant, qui de nuptis quoque loquitur: *Tempus breue est*: superest vt & qui habẽt vxores, sic sint, quasi non habeant: sed de his viduis disputat, quæ suorũ nutriuntur alimentis, quæ filiorum, & nepotũ ceruicibus imponũtur. Quib⁹

Idẽ explicat illud quod sequitur: Nullam occasionẽ dare aduersario maledicti gratia.

Ouid. lib. 3. Amor. eleg. 2. in fine.

Quid item: Iã enim quædam abierũt retrò post Satanam.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Rom. 7.

Id prætereà: Puto autem, quòd & ego Spiritum Dei habeã, quid sit.

1. Cor. 7.

Quorsum illud etiã: Nolite iugũ ducere cum infidelibus.

2. Cor. 6.

Deut. 22. Leuit. 19.

1. Cor. 7.

Paulus quas tãtùm velit iuniores nubere, &c. teste Hieronymo.

1. Cor. 7.

im-

imperat, vt discãt domum suam colere, & remunerare parentes; & sufficienter eis tribuere; vt non grauetur Ecclesia, & possit certis viduis ministrare. De quibus scriptum est: *Honora viduas, quæ verè viduæ sunt*, hoc est, quæ omni suorum auxilio destitutæ sunt, quæ manibus suis laborare non possunt; quas paupertas debilitat, ætasque conficit; quibus Deus spes est, & omne opus oratio. Ex quo datur intelligi, adolescentulas viduas, exceptis his, quas excusat infirmitas, vel suo labori, vel liberorum, ac propinquorum ministerio delegari. Honor autem impræsentiarum, vel pro eleemosyna, vel pro munere accipitur, vt est illud: *Presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina.* Et in Euãgelio Dominus disserit, mandatum legis, in quo dicitur, *Honora patrem tuum, & matrem tuam*: non in verborum sono, qui inopia parentum cassa potest adulatione frustrari, sed in victus necessarijs ministrãdis debere intelligi. Iubente enim Domino, vt filij alerent parentes pauperes, & redderent beneficia senibus, quæ paruuli acceperant, Scribæ, & Pharisæi è contrario docebant filios vt parentibus respõderẽt: Corban, hoc est, donũ, quod altari pollicitus sum, & in tẽpli dona promisi, si tu à me acceperis cibos, vertetur in tuum refrigerium. Atque ita fiebat, vt egentibus patre, & matre, sacrificium offerrent filij, quod Sacerdotes, Scribæque consumerent. Si ergo Apostolus pauperes, eas tamen quæ adolescentulæ sunt, & nulla debilitate franguntur, cogit suis manibus laborare; ne grauetur Ecclesia, & possit anus viduas sustentare: qua excusatione vtetur, quæ opibus mundi affluit, quæ potest etiam alijs ministrare, & de iniquo mammona sibi facere amicos, qui possint ea in æterna tabernacula recipere. Simulque considera, quòd vidua non eligatur, nisi vnius viri vxor: & nos putabamus Sacerdotum hoc tantùm esse priuilegium, vt non admittatur ad altare, nisi qui vnam habuerit vxorem. Non solùm enim ab officio Sacerdotij digamus excluditur, sed & ab eleemosyna Ecclesiæ, dum indigna putatur stipe, quæ ad secunda cõiugia deuoluta est. Quanquã lege Sacerdotali teneatur & laicus, qui talem præbere se debet, vt possit eligi in Sacerdotium: non autem eligitur, si digamus fuerit: porrò eliguntur ex laicis Sacerdotes. Ergo & laicus tenetur mandato, per quod ad Sacerdotium peruenitur. Aliud est, quod vult Apostolus: aliud, quod cogitur velle. Vt concedat secunda matrimonia, meæ est incontinentiæ, non illius voluntatis. Vult omnes esse sicut seipsum, & ea cogiatre quæ Dei sunt, & solutos nequaquam vltra alligari: sed si labentes per incontinentiam ad baratrũ stupri viderit peruenire; digamiæ porrigit manum.

Ambrosius libro de viduis: *Apostolus adolescentiores viduas deuitandas putat, eoquòd nõ valeant operã implere virtutis. Etenim vicina est lapsibus adolescentia, quia variarum æstus cupiditatem, feruorem calentis inflammat ætatis. Bonique doctoris est materiam arcere peccati. Prima enim institutionis est disciplina, culpam auertere: secunda, virtutem infundere. Tamen cùm sciuerit Apostolus, Annam illam ab adolescentia octogenariam viduam Dominicorum operum extitisse prænuntiam; non puto, quòd iuniores reuocandas putauit à viduitatis affectu, maximè cùm dixerit: Melius est nubere, quàm vri. Nam vtique pro remedio nuptias suasit, vt peritura sanetur, non pro electione præscripsit casta & continens quid sequatur. Aliud est enim subuenire labenti, aliud suadere virtuti.*

Augustinus quoque lib. de bono no viduitatis: *Qui dixit: Si non se cõtinent, nubant; potuit dicere, Si filios nõ habent, nubant. Sed post resurrectionẽ, prædicationemque Christi, quando iam ex omnib⁹ gentibus filiorũ spiritualiter gignendorum tanta suppetit copia, tale*

Quæ itẽ verè viduæ Hieronymo.

Illarũ honor qualis.

Matth. 15.

Exod. 20.

Scribarũ, & Pharisæorũ impietas in parentes. *Marc. 7.*

Inexcusabilis quæ vidua. *Luc. 16.*

Sacerdotali lege qui teneatur laicus.

1. Cor. 7.

Ambros. nõ lõgè à libri princip. t. 1. circa finem.

Cur vicina lapsibus adolescentia, & quomodò instituenda.

Luc. 2.

Quare mẽlius nubere, quàm vri.

Aug. to. 7. paulò post med.

1. Cor. 7.

officium cesset ex carne filios procreare, quale primis temporibus fuit. Et quod alibi dicit, Volo igitur iuniores nubere, filios procreare, matres familiàs esse: nuptiarum bonum Apostolica sobrietate, & autoritate commendat, non procreandi officium etiam ijs, quæ continentiæ bonum cupiunt, tanquàm ad obsequelam legis imponit. Denique cur hoc dixerit, pandit, cùm adiungit, & dicit, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædã conuersæ sunt retrò post Saranam: vt his verbis eius intelligamus, eas, quas nubere voluit, melius posse continere, quã nubere, sed melius nubere, quàm retrò post Satanam ire, id est, ab illo excellenti virginalis, vel vidualis castitatis proposito, in posteriora respiciendo, cadere, & interire.

Quidnã viduas retrò abijsse post Satanam, Augustino.

Ex quibus Patrum sententijs colligimus, Dei Ecclesiam non peccare in hanc Pauli legem, vt stultè putauit Caluinus, dum ad reformata monasteria, & castitatis votum recipit probatas adolescentulas: hæc enim lex ex certa quadã causa lata est, qua sublata, nullam vim habet: vt dictũ de lege non constituendi Episcopũ neophytum: nam tempore Pauli vt nec simul viuebant, ita nec probationis annum agebãt, nec magistras perpetuò, vt nũc fit in monasterijs, præsentes habebant. Deus etiam interdũ regit Ecclesiam humana prudentia, & cõsilio: tantisper enim ad continentiæ vota iuniores viduę admissæ sunt, dum experientia magistra cognitum est, id nõ ampliùs expedire, sicut alia multa abolita, vt illud ex multis, *Quando misi vos sine sacculo, & opera, &c.* Et quòd viduis per Apostolos prouidebatur, nõ per aliquot certos, & deputatos ministros: & quòd Presbyteri vnà cum Episcopis Ecclesiam regerent.

Quæ causa fuerit, iuniores adolescẽtulas, nõ sexagenarias, aut grandæuas in monasteria recipiẽdi.

1. *Tim. 3.*

Ecclesiã qua conueniat interdũ à Deo prudẽtia gubernari.

Luc. 22.

Presbyteri olim cũ Episcopis Dei Ecclesiã gubernabant.

Volo ergo iuniores, inquit, viduas nubere, vtique illas, quæ non vouerant, vt ex Concilio IIII. Carthaginensi, & ex Augustino, & Epiphanio recitatum est. Absit ergo, vt Apostolus violari votum continentiæ suadeat. Quare rectè Oecumenius hoc loco ait: *Bonum quidem fuisset, vt quæ simul inter viduas electæ essent, non lasciuè agerent aduersus Christũ, neque primam fidem reijcerent. Verum quia hoc faciunt, seipsas Christo non desponsant, & ita nubant: hoc enim peccato vacat, illud verò impium est, & scelestum.* Et eundem etiam sensum tradit Theophylactus: minus etiã malum est, post votum nubere non solenne, quàm in fornicatione permanere: & si solenni voto alligatis suaderet nuptias, suaderet etiam aduersario occasionem dare maledicti.

Viduæ quæ iuniores dũtaxat, nubere permittuntur.

Conc. IIII. Carthagin. Can. 104.

Oecum. c. 9. propè fin.

Theophyl.

Nubere, filios procreare. Id est, Non delicijs, & otio vacare, sed viuere sub mariti iugo. Et filiorum procreatio finis est, qui intendi debet in nuptijs, vt sanctæ sint, & sine peccato. Plato in lib. de legibus, ait, maris autem, & fœminæ legitimam coniunctionem concedi natura, & liberorum causa concessam, & licitam. Et sub procreatione intellige rectam filiorum educationem. Quare eleganter Augustinus lib. de bono coniugali, cap. 3. scribit: *Habent etiam* (præter prolis propagationem) *id bonum coniugia, quòd carnalis, vel iuuenilis incontinentia, etiamsi vitiosa est, ad propagandæ prolis redigitur honestatem, vt ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio coniugalis. Deinde quia reprimitur, & quodammodò verecundiùs æstuat concupiscentia carnis, quam temperat parentalis affectus: intercedit enim quædam grauitas feruidæ voluptatis, cùm in eo ipso quòd sibi vir, & mulier adhærescunt, pater & mater esse meditantur.* Hęc ille egregiè quidem.

Quid viduas nubere, & filios procreare.

Plato lib. 1. & 8. tom. 2.

Duplex bonum coniugij.

B. Aug. to. 7. propè fin.

Quod verò hìc ait Apostolus de iunioribus viduis; idem de masculis est sentiendum, qui se non continẽt. Vult enim Apostolus hos vxores ducere, filios procreare, patres familiàs esse: vt rectè docuit Augustinus lib. 1. de nuptijs, & concupiscentia cap. 16.

Idẽ de adolescentioribꝰ esse masculis intelligẽdũ.

1. *Cor. 7.*

Idem to. 7. circa med.

Quod ait: *Matres familiàs esse*, Græcè vno verbo dicitur οἰκοδεσποτεῖν, hoc est, domum gubernare: nam vxores maritis suis obe-

Quid itẽ: Matres familiàs esse.

dien-

dientes, occupatæ esse debent in curanda domo, ac re familiari. Plutarchus in apophtegmatis Laconicis refert, cū distraheretur captiua, & rogaretur quid sciret? respondit, domui rectè præesse. ¶ *Nullam occasionem aduersario dare maledicti gratia.* Diabolo scilicet, siue Gentili, vel Iudæo, vel hæretico; nam hi omnes sunt aduersarij, vnde accipiant maledicendi ansam. Et hęc occasio sita est in violatione castitatis. Datur etiam occasio, quando viduæ exquisitior est cultus, quando oculorum nutibus, & hilaritate vultus iuuenum post se greges trahat, nec aliud verbo, aliud habitu polliceatur, & conueniat ei versiculus ille: *Risit, & arguris quiddam promisit ocellis.*

Iuniores viduæ quę nullam dare occasionē aduersario maledicti gratia.

Ouid. lib. 3. Amor. eleg. 2. in fine.

Iactabant etiam Gentiles, ficta, & simulata esse omnia apud Christianos: & cùm viderent eas, quæ castitatem vouerant, iterum nubere, aiebant, eas quæ nō nubebant, cum Sacerdotibus habere consuetudinem. Incontinentes enim omnes ex seipsis existimabāt, & impurissimus Nero Imperator neminē putabat posse castè viuere. Victor lib. 2. de Vvandalica persecutione asserit, Ecclesiā per stupra sacrarum virginum commaculari. Et Augustinus epistola ad Cierum Hipponen. *Ad quid sedent isti, & quid aliud captant, nisi vt quisq; Episcopus, vel clericus, vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, iactent, contendant, sed non omnes posse manifestari?*

Adolescētiores viduę nō nubētes, cui paterent infidelium maledicto.

Sueton. in vita Neronis, cap. 29. Victor historicus.

Aug. epist. 137. ad med. tom. 2.

Sequitur: *Iam enim quædam cōuersæ sunt retrò post Satanam.* Ratio est, cur iuuenculas viduas velit nubere: non sunt nunc Christi negligenda consilia, etiamsi pauci illa non seruent, & quantum in se est, ea maculent: at rudi adhuc Ecclesiæ statu, & vita continentium, nondum ita, vt iam sit per arctiorem cancellorum custodiam, id est, per annum probationis, & gubernatricum prudentiā probè munita, multum afferebat incommodi Ecclesiæ, si vel vna tunc retrocederet. Et tamen ipsi etiam (vt verbis Augustini vtar) cùm aliqua maritata inuenitur adulterata, nec proijciūt vxores suas, nec accusant matres suas. Cùm autem de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis, vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur. Quare Ambrosius lib. 3. de Virginibus sapienter admonet: *Aiunt plerique, maturioris ætatis virgines esse velandas. Neque ego abnuo, Sacerdotalis esse cautionis debere, vt non temerè puella veletur. Spectet planè, spectet ætatem Sacerdos, sed fidei, vel pudoris. Spectet & maturitatem verecundiæ, examinet grauitatis caniciem, morum senectam, pudicitiæ annos, animos castitatis. Tamen deinde si matris tuta custodia, comitum sobria sedulitas, si hæc præsto sunt, non deest virgini longæua canicies. Si hæc desunt, differatur puella moribus, quàm annis. Non ergo ætas reūcitur florentior, sed animus examinatur. At certè Theclam non senecta, sed virtus probauit.*

Iuniores nubere, filios procreare, Apostolica permittendi causa.

Idē ibidem.

Virgines quando maturioris ætatis, quādo iunioris velandæ, secundū Ambrosium. Ambros. ante dimidiū, tom. 1. circa med.

Theclam nō senecta (ait Ambrosius) sed virtus probauit.

Quare cōuincitur Caluinus, qui putat validum Paulo argumentum fuisse defectionem quorundam, vt remediū vniuersale quæreret. *Quàm multa*, inquit hic impurus nebulo, *hodie Papistis argumenta essent absoluendæ impuri cœlibatus, si quem ædificationis haberent respectum? Sed crudelibus impij, & diabolici decreti laqueis malunt strangulari animarū myriadas, quàm nodum vnum relaxari.*

Caluini Epicurei sui in hunc Apostoli locum impurissimus grunnitus.

Sed certè constat ex his verbis, Caluinum nullū habere respectum illius Apostolici dicti: *Melior erit vidua, si sic permanserit secundū meum consilium*; &; *Qui nubit, bene facit, & qui non nubit, melius facit*: & illius etiam dicti: *Vouete, & reddite Domino Deo vestro.* Et hunc locum intelligit, quasi præcipiat Apostolus, iuniores nubere; cùm id tantùm fieri velit, cùm est periculum stupri, & scandali. Si autē propter scandala legis essent absoluendæ, nullam iam positiuam legem haberemus.

1. Cor. 7.

Psal. 75.

Adolescẽtiores viduæ deliciosæ quomodò retrò post Satanã conuersæ. *Ioan.8.*

Conuersæ retrò post Satanã porro dicuntur: quia deflexerunt, & defecerunt à Christo sequentes Satanam, non solùm quia omnis qui facit peccatũ, ex diabolo est, sed quia etiam diabolus est pater mendacij. Vnde & Ananiæ, & Sapphiræ vouẽtibus, & non soluentibus, dictũ fuit: *Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto?* Et qui apostatat à Christo, necessariò sequitur Apostatarum omnium principẽ Satanã.

Act.5.

Fideles, tam uiri, quã fœminę subministrare viduis pauperibus debent. *Chrys.hom. 15. Theophyl. Oecum. ca. 11. propè finem. Hier. epist. 11. tom. 1. in princ.*

Subdit Apostolus: *Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, vt nõ grauetur Ecclesia; vt ijs quæ verè sunt viduæ, sufficiat.* Si quis fidelis, inquit, adde etiam, qua fidelis, & sic legunt Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius: & sensus est idem, quia genus masculinum concipit in se fœmininum. Hieronymus ad Geruntiam intelligit de filijs, & nepotibus. Et redditur ratio præcepti supra posita. *Habet*, inquit, *viduas*, id est, possidet viduas tanquàm famulas, & ancillas ad labores subeũdos inutiles. Nam antè præscripserat fifilijs & nepotibus, vt alerent viduas parentes. ¶ Subministret illis, suppeditando necessaria ad vitam. ¶ Et rectè ait, fidelis: quia Apostolus infidelibus leges non ferebat; nec decẽs erat, vt fideles pauperculæ ab infidelibus alerẽtur, ne eorum subsidio indigere viderentur, vt ait Chrysostomus. Porrò Gentiles senes abijcere solebant, quos tamen Christiani colligebant, etiamsi nondum essent fideles. Lege Eusebiũ lib. 11. Eccles. Hist. cap. 8. & lib. 7. cap. 20.

Cur fideles, nõ infideles iubentur viduas alere, & sustentare. *Chrysos. loco prædicto.*

Christianorũ charitas in senes.

Pauperibus suis subministrantes, quibus etiã subministrent simul.

Vt non grauetur Ecclesia; vt ijs, quæ verè viduæ sunt sufficiat. Qui igitur pauperibus suis vnde viuant, suppeditat necessaria; etiam pauperibus Ecclesiæ prodest, cùm non eis adimit, quę isti erant habituri. Quòd si peccant, qui suos, quos alioqui sustẽtare possent, Ecclesiasticis eleemosynis ali patiuntur: quid de ijs sentiendum, qui spoliata Ecclesia, & sibi vendicãt, & luxu perdunt? Et caueant venatores Ecclesiasticorũ beneficiorum, qui vndique accumulãt, vt veris ministris nihil supersit.

Iudæi etiam ante Christũ viduas egentes alebant de more. *2. Mach.3.*

Porrò mos iste alendi viduas, etiã in Veteri Testamento fuisse videtur, sicut lib. 2. Machab. cap. 3. legimus in Ærario Ierosolymitano depositã fuisse pecuniam ad victualia viduarum, & pupillorum, non sine miraculo ab impio Heliodoro Regis Antiochi ministro seruatam.

Non esse vidualem statũ ex quorundam solutiore vita damnandum. *Matth. 26. B. Aug. tomo 8.*

Aduerte igitur, in omni statu accidere corruptionem: perfidi milites à suo duce, & imperatore ad hostes deficiunt, & in Collegio Apostolico prædicator à Christo defecit ad Iudæos. Propterea pulcherrima sunt verba Augustini in Psalmũ 49. sub finem: *Nemo vos fallat, fratres, scitote omnem professionem in Ecclesia habere fictos. Non dixi omnem hominem esse fictum, sed omnem professionem habere fictas personas: sunt Christiani mali, sed sunt & boni. Quasi plures malos vides, qui palea sunt, & te ad grana peruenire non permittunt. Sunt ibi & grana, accede, tenta, excute, adhibe oris iudiciũ. Inuenis sanctimoniales indisciplinatas. Nunquid ideò sanctimonium reprehendẽdum est? Multa non stant in domib⁹ suis, circumeunt domos alienas curiosè agentes, loquentes quæ non oportet, superba, linguata, ebriosa. Et si virgines sunt, quid prodest integra caro mente corrupta? Melius est humile coniugiũ, quàm superba virginitas. Si enim nuberet, non haberet nomen vnde extolleretur, & haberet frænum, quo regeretur. Sed nunquid propter virgines malas damnaturi sumus & sanctas & corpore, & spiritu? Aut propter istas laudabiles, etiam illas improbandas laudare cogemur?* Hæc magnus Augustinus.

Matth.3.

1.Tim 5.

Coniugium. vt sentit Augustinus, quasit virginitate melius, ac præstantius. *1.Cor.7.*

DISPVTATIO. XV.

In illa verba cap. 5. *Qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborãt in verbo, & doctrina. Dicit enim Scriptura, Nõ alligabis os boui trituranti: &, Dignus est operarius mercede sua,* & cætera vsque in finem.

Primum dubium, secundum, ac tertium.

PRIMO loco declarandũ est, quomodò hæc cum superioribus cõsonẽt. Deinde qui sint isti Presbyteri, & quis duplex honor, quo digni sunt, qui benè præsunt. Tertiò, locus ille: Non alligabis os boui trituranti, & alter, Dignus est operarius mercede sua, dubitatur, an ad literam producti sunt ab Apostolo, an in mystico sensu. Quartò, an sint redditus Ecclesiastici auferendi per contrarium sensum ab his, qui malè præsunt, nec laborant in verbo, vel doctrina, sed tantùm otiantur, & rapiunt. Quintò ambigitur de accusatione presbyteri non susci-pienda, nisi sub duobus, aut tribus testibus; & cur hoc hodie non obseruetur; quomodò etiam peccantes arguendi, cùm Dominus dixerit: *Corripe eũ inter te, & ipsum solùm.* Et quare hoc testatur per Deum, & Christum, & Angelos electos, vt illa seruet. Sextò quæritur circa illud: *Manus citò nemini imposueris*, de qua videlicet impositione manuum sit sermo hoc loco. Septimò dubium est, quomodò communicatur peccatis alienis. Octauò circa illud: *Noli adhuc aquam bibere*, ambigitur, an vini vsus sit prohibitus Sacerdoti: quia modicũ tantùm concedit Timotheo: & hoc tùm ob causam infirmitatis, deinde ob stomachi debilitatem. Nonò quæritur, quæ sint illa peccata, quæ præcedunt, quæ itẽ quæ consequuntur iudicium. Hæ sunt difficultates minimè contẽnendæ, & quoad eius fieri possit, à nobis explicandæ.

Deut. 25. 1. *Cor. 9.* *Luc. 10.* *Matth. 10.*

Quartum, ac quintum.

Matth. 18.

Sextum dubium.

Septimũ, & octauum.

Nonum.

Ad primum igitur respondebimus, quòd cùm de honore viduarũ sit locutus Apostolus, quæ pro Ecclesia precabantur assiduè Dominum, ita & nunc loquitur de Presbyteris, qui non tantùm precibus, sed & verbo, & doctrina erudiebãt populum.

Solutio primæ qnęstionis. De doctrinæ huius cũ superiori consonantia.

Ad secundum dicimus, apertè esse sermonem de Presbyteris, & Episcopis, quos pręesse ponit Apostolus, & ministrare Sacramẽta, & spiritualia, & quibus alimenta ex publico concedi debebant. Hinc Ambrosius in illud: *Seniorem ne increpaueris: Apud omnes*, inquit, *vtique gẽtes honorabilis est senectus. Vnde & Synagoga, & postea Ecclesia seniores habuit, quorum sine consilio nihil agebatur in Ecclesia. Quod qua negligentia obsoleuerit, nescio, nisi fortè doctorum desidia, aut magis superbia, dum soli volũt aliquid videri.* Hæc Ambrosius de pastoribus, qui pastores non erant, non autem de plebeijs, & laicis, vt vult Caluinus: & Chrysostomus apertè hoc dictum refert ad Præsules, & Episcopos.

Secũdæ quæstionis solutio. Qui sint Presbyteri digni duplici honore. *Ambros. in cap. 1. prioris ad Timotheũ, init. tom. 5.* Senectꝰ quã olim venerabilis extiterit.

B. Chrysost. homil. 15.

Porrò per duplicem honorẽ quidam intelligunt duplicem ad illum viduarũ, quasi duplex & maior sit, alij, vt Ambrosius, referunt ad honorem reuerentiæ, & subsidij, quoniã mente, & corpore laborant. Vt sapiẽs enim dignus est honore; vt verò docens, & adferens vtilitatem, meretur vt nõ militet suis stipẽdijs.

Chrysostomus autẽ videtur optimè interpretari, id est, de multo, & abundanti subsidio: sicut dicitur

Quis ille duplex honor Presbyteris habẽdus, variæ sententiæ.

1. Cor. 9. Qualis hæc Apostoli phrasis de duplici honore.

4.Reg.2. requieuisse duplex Heliæ spiritus in Helisæo, id est, copiosus, & abundans: tale est illud; Duplici contritione contere eos, id est, magna; & id Salomonis, *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus.* Oportet, inquit Chrysostomus, doctoribus necessarium victum affatim ministrari, ne deficiant, neque soluatur, neque minimis occupati, magnis seipsos, atque alios priuent, vt spiritualia operentur, nullam secularium habentes rationem. Ita communiter Episcopatus omnes, & Canonici Ecclesiarũ amplos, & pingues reditus habent, quò possint ipsi indigentibus dispensare.

Ierem. 17.

Prouer. vlt.

Chrysost. homil. 15.

Duplici etiã secundũm alios honore quo digni Presbyteri habeantur.

Per duplicem etiam honorẽ possumus intelligere alterum, qui est ab hominibus, alterũ qui est à Deo, qui dicet, *Euge serue bone, & fidelis, &c. intra in gaudiũ domini tui.* ¶ *Maximè*, inquit, *qui laborant in verbo, & doctrina.* Ex qua sententia colligimus, non omnes bonos Episcopos in verbo laborare potuisse. Exemplum sit in Alypio, & Augustino: hic enim laborabat in verbo, Alypius aliter: sicut & Valerius gratiã verbi non ita habebat. Etsi possent veritatẽ simpliciter proponere; sed eximia gratia proponendi, & defendẽdi destituti erãt. Requiritur quidem in Episcopo, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere: sed omnes virtutes eminenter raro inueniuntur in vno.

Matth. 25.

Laborare in verbo, & doctrina, esse munera distincta.

Et ne Rhetorem clamosum putares tantùm hìc laudari, adiecit, vt ait Chrysostomus: *Et doctrina.* Est enim necessarium in Ecclesia verborum quoque magisterium. Cùm enim de dogmatibus differitur, quẽ hìc locum vitę sanctitas habet? quid habet virium? Neque verò cùm sermonem laudauerim, qui fastu tumidus, externæ peritiæ iactantiam sequitur; qui virtutis, ac succi habeat plurimum, qui sensibus grauis sit, & sapientia plenus. Ideò ait, Qui laborant. Doctor enim magnum sustinet laborem. Cùm enim alius (qui scilicet non præsidet) non vigilet, neque curis maceretur, sed passim securus, & quietus in quotidianis fabulis, & consessibus sit, hic autem concidatur solicitudine, & meditationi perpetuò insistat: idque maximè, si exterioris disciplinæ sit rudis: quis non videat, quãtum sit cæteris in honore præferendus? Hos sanè labores, & molestias nemo nouit, nisi qui experitur. Vnde comparat B. Paulus bonum Prælatum, ac decentem, boui trituranti fructus, & operario. ¶ *Dicit enim Scriptura, Non alligabis os boui trituranti*, &, *Dignus est operarius mercede sua.* Græci putant, Apostolũ allegare Christi verba, cùm potiùs locum Scripturæ Veteris producat, quãdoquidem tunc noua nondum edita erat: vt illud, *Dignus est operarius mercede sua*, proferat ex communi hominũ sententia. Sed certius est dicere, quòd ex vtraque Scriptura producat Apostolus, quia tẽpore quo Paulus scribebat, fortasis edita erãt tria Euangelia, in quibus hæc sententia habebatur; & Apostoli eius erant memores, quia cùm mitteret eos ad prędicandum, à Christo prolata fuerat.

Laborare nõ tantũ in verbo, sed etiam in doctrina, cur iubeat Apostolus.

Chrysost. ibidem.

Tit. 1.

Doctori Euãgelico, vt dixit Paulus, quare laborãdum.

Hęc de boue triturante, & de operario digno merce de sua, vnde sumpserit Apostolus.

Deut. 25.

Luc. 10.

Altera opinio probabilior.

Ad tertium, an ad literam, an verò in mystico sensu sit accipiendus hic locus, dubium fuit. Cùm enim mos esset in Palæstina, vt etiam in Italia, Gallia, & Hispania, excutere triticum per boues pedibus triturãtes, & circumactos; at auari agricolæ bobus triturantibus ora infrẽnabant, ne triticum inter laborandum assumerent. Quod Deus Iudęis prohibuit tanquã pueris, regere, & alere iumenta nescientibus. ¶ Mysticè verò, vt sentit Chrysostomus, prædicatoribus magno labore parantibus panem spiritualis doctrinæ, non modò non subducenda, sed largiter præbenda esse vitæ subsidia. Vt enim lex per pecora munda, & immunda mysticè significabat homines, vt patet Act. 10. Ita & per bouem triturantem, prædicatorem. Hæc est sententia Chrysostomi capite 11. prioris ad Corinthios.

Mysticè, an ad literã illa Paulus produxerit testimonia Scripturarium.

Mũda quid, & immũda legis animãtia designarent.

Leuit. 11. & Deut. 14. Act. 10.

Chrys. hom. 11. ante medium, tom. 4.

Alter sensus Augustini, tom. 8.

At Augustinus in Psalmum 145. & alibi, putat in Deuteronomij cap. 25. de prædicatore, & non de boue ad literam esse sermonē: quia Deus indidit scientiam, qua vtiliter sua pecora regant, nec ad id opus fuisset præcepto, & quia Paulus 1. Cor. 9. dixit: *Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos vtique scripta sunt, &c.* Vbi videtur excludere sensum de bobus. Et ita nomē bouis metaphoricè pro prædicatore posuit: & in idem res recidit, siue mysticè, siue ad literam intelligas.

1. Cor. 9.

Vbi Scriptu rarum veterū prædicatores boues nomi nentur.

Et certè secunda sententia Christi facilè priorem explicat ad literam esse de prædicatore accipiendā. Nec primus Apostolus fuit, qui vocem bouis pro prædicatore vsurpauit: nā Salomon: *Vbi non sunt*, inquit, *boues, præsepe vacuum est: vbi autem apparent plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bonis*; & Esaias: *Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini.* Est & prouerbium illud à Hieronymo vsurpatum: *Bos lassus fortiùs figit pedem.* Bos ergo triturans in area fruges, doctor est Scripturas terens, & discutiens in Ecclesia: nam frumentum Scripturæ continent sub rudibus verbis, quasi sub spicis, & paleis contectum, vt nudū granum prodeat. Terit autem bos pedibus fortiter: quoniam conatus affectusque laborioſi, quibus insudant in Scripturis Doctores, quasi de spicis veros sensus, & vtiles producunt, quibus alant Ecclesiam. Et ad hunc laborem hortatus est Paulus Timotheum, cùm dixit superiùs: *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ*; & rursus: *Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis*; id est, Intende omnes neruos, & fige pedes tuos, vt bos triturans.

Prouer. 14.

Esaiæ 32.

Hieron. epi. 91. à medio to. 2. circa finem.

Cur sic appellentur.

1. Tim. 4.

Altera sententia Christi est: *Dignus est operarius mercede sua:* quam Thomas putat ex Capite 19. Leuit sumptam esse, vbi habetur: *Non morabitur opus mercenarij tui vsque manè.* Vocat autem operarium, in agro Domini laborantem, cui duplex honor debetur pro mercede. Neque denotat Apostolus, prædicatorem suum laborē impendere pro temporalibus tanquam pro mercede: gratis enim docet, & annuntiat Euangelium, & mercedem æternam à Deo expectat. Sed sensus est, quòd vt operarius viuit ex mercede sibi debita, ita prædicator dignus est vt sustentetur. Ideò Lucas cap. 10. habet: *Dignus est operarius cibo tuo.* Hinc Augustinus lib. de Pastoribus, cap. 2. in fine: *Accipiant*, inquit, *pastores sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à Domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Euangelij seruiunt: non expectent illi mercedem, nisi vnde & isti salutem.* Sic ille. Nota ergo, quòd Apostolus nullam legem produxit, sed ius naturale, ac Diuinum à Christo inculcatum.

Illud: Dignus est operari mercede sua, vnde sumptum est. Operarius quis ille.

B. Thomas lect. 3. Leuit. 19.

Si dignus est operarius Euangelicus mercede sua; quomodo, qđ gratis accepit, gratis dabit? Matth. 10. Aug. to. 9.

Ad illud verò dubium, an ex hoc Apostoli dicto, & iure naturæ, ac Diuino pastoribus mutis, & officij sui laborē non præstantibus, aliquid suppeditare teneamur, Dicendū est, iure illo, de quo hìc tantū est sermo Apostolo, nihil ipsis deberi: quia nō sunt boues triturantes, aut laborantes verbo, & doctrina, nec operarij digni mercede. Tibi tamē non licet iudicare an benè vel malè præsint; ac proinde perinde teneris soluere decimas, & oblationes, & alios prouentus Ecclesiasticos, ac si suum illi munus rectè præstarent.

Solutio quartæ quæstionis. An ijsqui nō laborant in verbo, & doctrina, vlla merces debeatur.

Præter etiam ius Diuinum, inspiciendum est & Canonicum, & ius ex legatis, & fundationibus piorū hominum proueniens, qui bona sua reliquerunt Episcopis, & alijs ministris. Nam quicquid datum est aut legatum pauperibus, aut Religiosis, & Sacerdotibus; spe quidem orationis, & suffragiorum, non autem obligando eos ad orādum, hoc eorum est, etiamsi non orent, nec suffragia præstent, nec de talibus hìc instituitur sermo.

Quo iure debeatur.

Laici etiam non possunt iure suo indignis decimas Ecclesiasticas subtrahere, quia ipsi iudices eorum non

sunt:

Concilium Constant. sess.8. Quid illud: Si te non audierit, dic Ecclesiæ. *Matth.18.*

Qua in re iuxta Hieronymum, neminé oportet esse patientem. *B.Hieron. epist.61.ad Pammach. in principio tom.2.*

Ecclesiastica restituere beneficia qui debeant. Decimæ cur Deo offerantur.

Malach.2. & infra 3.

Quintidubij solutio.

De accusatione aduersus Presbyterum non recipienda nisi sub duobus, aut tribus testibus.

Quis Presbyter ille sit Chrysost. *Chrysost. hom.15. Cypr.lib.3. ad Quirin. cap.67.*

sunt: sed vbi hoc legitimo iure constaret, non essent debitores soluēdi. Vnde Ioannis VViclef articulus 18. damnatus Constantiæ à Concilio, & à Martino V. erat: *Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & Parrochiani possunt propter peccata suorum Prælatorum, ad libitum suum auferre eas.* Dices; Quid ergo agendum? Regulam Dominus dedit: *Dic*, inquit, *Ecclesiæ*, id est, Adi superiorē, cuius est in illos animaduertere, & manus lauisti tuas. Nec oberit ad meritum quorumcunque superiorum improbitas. Secus est, si hæretica docerent: quo tempore neminem oportet esse patientem, vt ait Hieronymus. Et temporalium bonorum dissipatio, non tanti est facienda, vt te propter illa ab vnitate separes Ecclesiæ. ¶ Nihilominus tamen, qui beneficia indignis conferunt, & ipsi qui recipiunt, & officium suum non præstant, fructus perceptos iubentur restituere, iuxta Cap. Commissa, libr.5. de Elect. & electi potestate, & cap. Tua nos, de Decimis lib.3. vbi habetur, Decimas Deo deberi in signum vniuersalis dominij, nec posse prætextu nequitiæ Clericorum alteri quàm Clericis concedi, quibus Dominus eas dedit. Si ergo in veteri lege omnes decimę iubentur exhiberi Sacerdotibus, etiā improbis, vt habes Malach. Capite secundo, & tertio: ita & nunc iure positiuo laici obligantur ad eas pendendas.

Ad quintam dubitationem circa illa verba: *Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere nisi sub duobus aut tribus testibus*, respondendum est in primis, quòd vbi de honorandis Presbyteris egit; nunc iam de ijs quæ iniquè inferuntur calumnijs, tractationem aggreditur. ¶ Deinde perpende, Chrysostomum cum suis per Presbyterum intelligere seniorem ætate, siue natu maiorem: & idē facit Cyprianus ad Quirinū. Quod mirum est; cùm ipse Timotheus, teste Chrysostomo, Archiepiscopus fuerit, & Textus ipsius consequētia, præcipuè eorum quæ præcedunt: Qui bene præsunt Presbyteri, &c. docent magis de Episcopo intelligenda. ¶ Patres etiam huic sensui fauent, vt indicat expositio inscripta Ambrosio. Epiphanius verò in hæresin Aërij, de simplici Sacerdote accipit; & Sixtus Papa II. in epistola secunda, Capite quarto: *Accusatio*, inquit, *Episcoporum non est facilè recipienda, dicente Domino, Non suscipies vocem mendacij. Et Apostolus inquit, Aduersus Episcopum inscriptionem non recipiendam absque duobus, vel tribus idoneis testibus. Si hæc de Presbyteris, vel cæteris fidelibus sunt præcauenda; quantò magis de Episcopis.* Sic ille. Et in tota Asia ætate illa multi erant seniores, etiam Christiani, & laici, super quos Episcopi laicam iurisdictionem non habebant: nec forum Ecclesiæ laicos respicit, nisi in fidē, vel præcepta Ecclesię peccauerint.

Alter sensus Epiphanij.

Sixtus II.

Secundò ex hoc loco habes, iuxta Chrysostomi sententiam, cognitionem aliquam causarum forensium fuisse apud Episcopos, & hanc eorū partem longè esse difficillimam. Et Augustinus libro De opere Monachorum, Capite vigesimonono, & Ambrosius cū Hieronymo in Commentariolis, siue potiùs Pelagio, & Oecumenio, hìc finiunt Apostoli sententiam, nec adijciunt illud; Nisi sub duobus, aut tribus testibus. Vt sit sensus: Non esse facilè admittendam accusationem contra alium, & multò minùs contra Presbyterum: Quoniam (ait Ambrosius) huius Ordinis sublimis honor est, huiusmodi enim vicarij Christi. Idcircò non facilè de hac persona accusatio debet admitti. Incredibile enim debet videri, istū, qui Dei antistes est, criminosè versatum, sicut credibile est scenicum esse turpissimum.

Episcopi forensia interdum exercebant iudicia *Chrys.ibid.*

Aug.tom.4. post mediū. Ambr. to.5. sub finem. Hieron.t.9 Oecumen. cap.12.

Aduersus Presbyterū accusatio quare nō sit recipienda.

Ambrosius Catharinus quosdam refert sentientes, quòd accusatio non sit recipienda in Presbyterum, nisi duobus, vel tribus testibus sit suffulta: & hoc non solùm habere locum in Presbyteris, sed in omnibus regulariter. Et ideò ait de Presbyteris prærogatiuam esse, vt non

Quorundam circa hoc Pauli testimonium sententia minus idonea.

accipiatur

accipiatur eorũ accusatio, nisi prius idonei testes appareant: sed nullum habere effectum, nisi priùs idoneis testibus comprobetur. ¶ Sed hanc interpretationem non approbat, & adiungit lectionem quæ adimit illa verba ab hac sententia: *(Nisi sub duobus, aut tribus testibus)* sibi magis probari ad quæstiones submouendas. Et simpliciter prohiberi accusationem in Presbyterum, vel Episcopum, tanquam vnam de grauioribus causis: & hoc etiam comprobari ex Capit. Maiores, de Baptismo, vbi inter causas Sedi Apostolicæ reseruatas, continetur Episcopi accusatio. Quòd si hoc non intelligitur de Episcopo, sed de simplici Presbytero; adhuc non mirum, si Paulus prohibeat hãc causam Timotheo propter adolescentiam, vt vel sic ab actu accusandi deterreat homines, qui in Sacerdotes Dei odium concipiunt.

Chrysostomus verò, & Theophylactus, & Sixtus II. lectionem nostri interpretis sequuntur. Hieronymus etiam illã probat in epistola ad Marcellam, vbi habet: *Illi* (scilicet scioli) *aduersus Presbyterum accusationẽ omninò putent recipiendam: nos legamus; Aduersus Presbyterum accusationem ne receperis, nisi sub duobus, aut tribus testibus.* Hæc ille.

Duo autem, vel tres testes de crimine delato testari debẽt: quia enim multa ex suspicione sunt, oportet testes, qui iuxta veterem legẽ ipsum arguant, adesse, quia recepta accusatione, adhuc accusatus habet locum defendendi se, & reijciendi testes.

Beatus verò Thomas, & Caietan⁹ putant aliquid peculiare Episcopo tribui, quòd non debeat scilicet accusari, nisi priùs constet de testibus idoneis. Laicus autem, qui tantæ integritatis non præsumitur, accusari potest, & expectare an testes deficiãt, an non, modò sint fideles, & honestæ conuersationis: & hoc magis est conforme legi, & verbo Christi dicentis: *In ore duorum, vel triũ testiũ stabit omne verbum.*

Ratio verò cur Apostolus hoc peculiariter præscribat de Episcopo, est: quia semper subditi iniqui sunt, & ingrati suis pastoribus; tùm quia maioribus, & sibi prępositis inuidere solẽt; & si quid humani accideret in tam arduo officio, vehementer exaggerant: tùm denique quia eorũ admonitiones, & correptiones, suas putant esse iniurias.

Porrò numerus testium etsi Lege Diuina positiua in veteri Testamẽto, & lege positiua Ecclesiæ sit determinatus ad binarium, vel ternarium; is tamen nonnisi regulariter est veritatis argumentum. Vnde ius Ciuile interdum plures tribus exigit, vt in Testamento condendo; & in purgatione canonica quãdoque septem testes requiruntur, vt cap. Tã literis, de testibus. Contingit enim interdũ, plenum esse numerum testium, accusati tamen vitam ita probatam esse iudici, vt in veritate, & æstimatione bonorum virorum adhuc superior sit; vt habet Caput, In nostra pręsentia, de testibus. Vincunt etiam interdum pauciores testes aduersus etiam numerosiores, si sibi non constent. Moyses ducẽtis quinquaginta testibus, qui erant testes Synagogæ, atque eius consiliarij, fuisset conuictus falsitatis, si eorum sentẽtia fuisset audita. Notum etiam est, Damasum à duobus Diaconis de adulterio fuisse accusatum, qui à quadraginta quatuor Episcopis fuit absolutus. Et Sixtus III. à 56. Episcopis fuit purgatus, & Symmachus eiusdem criminis accusatus tã indignè, vt cùm accusatores probare non possent, duobus testibus vellent per mancipiorum quæstiones, & torturas probare: qua de re extat sexta Synodus Romana sub Symmacho, & liber Euodij Diaconi. Ob quas causas valdè vigilantes voluerunt esse iudices, ne facilè admittantur subditi contra superiores, aut laici contra Clerum testari sine exacta testiũ discussione: quia ex affectu potiùs, quã ex recto iudicio accusant, & testantur, sicut Lex Dei docet: Dijs nõ detrahes. De quibus habes apud Gratianum 2. q. 4. & 7.

Hæc lectio: Accusationẽ &c. sine illo addito: Nisi sub duobus aut tribus testibus, cur magis Catharino ꝓbetur

Mirum, & incredibile im meritò videri Apostolum Timotheo vetare accusationem recipere vel simplicis Sacerdotis.

Hieron. epi. 102. in fine, to. 2. in fine.

Ad accusationẽ Presbyteri cur duo, vel tres testes â Paulo requirantur.

De hoc Pauli loco B. Thomas, Caietanusque quid sentiant.

B. Thomas lect. 2.

Deut. 14. Matth. 18. Ioan. 8.

Aduersus Episcopũ præcipuè cur Apostolus recipi accusationẽ nolit, nisi sub duobus, aut tribus testibus.

An duorum, vel trium testiũ testimonijs sufficiat.

Numer. 16. De accusationibus Romanorum Pontificum, Damasi, Sixti, & Symmachi eorumque absolutionibus.

Exod. 22. Gratian.

B.Thom to. 11.part. 2. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Cardinales, cùm reliqui inferioris Ordinis Clerici quot testibus debent conuinci: & cur tot numero testes requirãtur, prima solutio Gratiani.

B.Thomas.

4. & 7. & apud Thomam in Secunda secundæ, q. 68. art. 1. ad secundum.

Quod verò ibi ex Syluestro 2. q. 4. cap. Præsul, 72. requiruntur testes, antequàm dãnetur Episcopus Cardinalis, & 44. ad damnandũ Presbyterum Cardinalem, & 28. ad damnandum Cardinalem, subdiaconus verò & reliqui gradus indigent septem testibus: dupliciter soluit Gratianus. Primùm, hoc esse priuilegium supremæ Ecclesiæ Romanæ in Episcopis, Presbyteris, & Diaconis suis, & alijs ministris: quam solutionẽ sequitur Thomas in Secunda secundæ, q. 70. art. 2. ad tertium. Et tres idoneas rationes profert huius rei: quia videlicèt in ea tales institui debent, quorum sanctitati plus credatur, quàm multis testibus; & quia, cùm tales Romani habeãt de multis iudicare, habent multos aduersarios, quibus non sit facilè credendum, & quia ex condemnatione alicuius eius Ecclesiæ, derogaretur multũ in opinione hominum dignitati illius Ecclesiæ, & autoritati: quod est periculosius, quàm in ea tolerare aliquem peccatorem, nisi valdè publicum.

Secunda solutio eiusdẽ.

Soluit deinde, eam legem intelligendam, dum testes nõ sunt idonei, & in aliquibus requisitis deficiunt: quam solutionem sequitur Panormitanus in cap. Licèt vniuersis.

Tertia aliorum solutio.

Possumus & tertiò respondere, q̃ Præsul tantæ æstimetur autoritatis & integritatis, vt 72. quæri debeãt, qui dicta duorum vel trium testiũ hactenus firment, vt perhibeant testimoniũ se credere, eos esse fide dignos: sicut cùm quis septem, vel tribus purgare se vellet, qui testentur, eum esse fide dignum. Sicut etiã in Marcellini historia, & actis habetur: q̃ sicut in 12. vncijs libra census probatur, ita & in 72. testimonijs comparatus damnabitur præsul, hoc est, autoritas eius comparabitur 72. testibꝰ testantibus fide dignos esse, qui contrarium dicunt testimonium. Et hic videtur olim fuisse modus approbãdi testes, quando nullum ab eis exigebatur iusiurandum: vt patet ex iudicio Naboth, Susannæ, Christi, & Stephani. Sic etiam contrà in causa Susannæ adfuêre omnes parentes, cognati, & filij ad ostendendã quodammodò eius innocentiam. Nunc aliæ sunt rationes, quibus testes approbentur. Vnde sunt in gestis Marcellini Papæ 85. testes: sed primi 13. testantur se vidisse Marcellinũ thurificasse (decimusquartus enim vt adulter reijcitur:) Deinde veniunt alij 14. & confirmant priorũ testimonium, etsi videantur asserere se etiã vidisse: nisi velimus potiùs dictos priores 14. ab alijs 14. fide dignis iudicatos. Deinde ingrediuntur 44. testes, non tamen dicentes se quicquam vidisse: & cùm sint 85. testes, tamen dicunt patres in 72. testibus præsidem damnari, quia videlicet tredecim se vidisse, & alij eos fide dignos testabantur. ¶ Placuit autem numerus 72. testium, quoniam (vt habent eadem gesta) annus resurgit, & reparatur in 72. Quod enim inter est temporis inter Sabbatum Septuagesimæ, & Dominicam in albis, tempus est in Ecclesia reparationis lapsus: atque ita meritò numerus ille in lapsu præsulis Ecclesiæ eligitur.

Præsul 72. testibus conuictus, quare damnabatur olim.

3. Reg. 21. Daniel. 13. Matth. 36. Actor. 6, Modus approbãdi testes in causa Marcellini seruatus.

Episcopi septuaginta duobus testibus conuicti, dãnandi mysterium.

Ex quibus calumnia Caluini deprehenditur, qui hìc ait: Videmus quantis, & quàm multiplicibus priuilegijs, suum clerum munierit Papatus, vt cùm nequissimè viuãt, sint tamen à reprehensione immunes? Certè si cautiones obseruentur, quas colligit Gratianus Causa 2. q. 4. item q. 7. non erit periculum, ne vnquam ad rationem vitæ reddendam cogantur. Vbi enim 72. reperiantur, quos in Episcopo damnando requirit putidum edictũ sub nomine Syluestri? Sed mendax est Caluinus, & decreta citat, vel non authentica, vel malè intellecta. Et decretum illud posset videri non esse Syluestri, cùm eius non meminerit Damasus, recensens diligenter eius Decreta.

Hoc decretum multitudinis testium Caluinas impudenter calumniatur: cuius calumnia tripliciter refellitur

Primum argumentum.

Deinde nec sub Sixto III. vel Symmacho, cùm hi accusarentur, nec in alijs Decretis vlla est huius edicti memoria. Deinde falsum est, quòd

Secundum argumentũ.

omninò

omninò arceátur laici ab accusatione criminis in Clericum, vt docet Gregorius IX. cap. Quoniã, de testibus, item cap. Tam literis. Postremò Episcopũ duobus, aut tribus testibus posse damnari, liquet tit. de accusationib. cap. Qualiter, & quando.

Gregor. IX.

Tertium argumentum.

Quomodo sint arguẽdi peccantes.

Ad aliam verò dubitationẽ factã, Quomodò peccantes sint arguendi, dicendum est: quòd cùm Apostolus prospexerit honori Episcoporum, noluit tamen hoc priuilegium fieri incentiuum peccandi. Solent enim impij omnia rapere ad suam libidinem. Peccantes ergo Episcopos, vel quoscunque, qui manifestè fuerint deprehensi peccasse, siue id cõtingat testimonio duorum, vel trium, siue pro euidentia facti, arguendi sunt seuerè, & obiurgãdi corã omnibus, vt & cæteri Episcopi, vel laici videntes Episcopis non parci, timorẽ habeant, & metu pœnæ in officio contineantur. Et qui cum scandalo viuunt, qui cæteris vitæ exẽplo præire debebant, publicè sunt arguendi: occultè autẽ peccantes, occultè sunt arguendi. Quòd si quis Episcopum non audierit, habẽdus est sicut Ethnicus, & publicanus.

Quinam illi peccantes, & quare sint arguendi.

Matth. 18.

Peccantes corripiendi quanta necessitas.

Hinc collige, etiam in primitiua Ecclesia, à primo pietatis feruore tãtam factam fuisse declinationem, vt timore etiam fideles deberent in officio contineri; quantò magis nũc legum timore est opus, quando etiã seueræ Episcopi obiurgationes paruipenduntur? Deinde melius est timore Episcopi suum officium præstare, quàm negligere.

Fraternæ correptionis qualis fructꝰ Apostolo.

Vt & cæteri, inquit, *timorẽ habeant.* Hic est enim vnus fructus puniendi peccata, vt vnius correctio admonitio sit, & exemplum multorum: nam pestilenti castigato, cæteri timent. Ita Deut. 17. Qui superbierit, nolẽs obedire Sacerdotis imperio, &c. iubetur lapidari, vt cunctus populus timeat, & nullus deinceps intumescat superbia.

Deuter. 17.

Addit: *Testor coram Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis eius, &c.* Terribilis adiuratio, qua præcipit Timotheo. Et sensus est: Testis est mihi Deus Pater, & filius eius Iesus Christus, & electi Angeli testes, vt serues eius præcepta, quæ tibi coram ipsis præcepi. Et ita non omninò damnauit Paulus iuramentum. Quasi dixerit Paulus, secundùm Chrysostomũ: *Deus est mihi testis, quòd fecerim quod meum est.* Alibi dixit Apostolus: *Contestor vos ab hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium:* qd̃ est dicere, Timothee, me excusabo in die iudicij, si tu non feceris officium; ita vt non solùm sis reus Pauli neglecti, sed & Dei, & Iesu Christi, & Angelorum. Et Paulus, qui de seipso dicere non erubuit: *Timeo ne cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar*; multò minùs de Timotheo est veritus idem dicere. Est & ratio iudiciorum valdè ardua, & seria: nam iudices vices gerunt Dei, & iustum est, vt eius conspectum, cuius sunt vicarij, vereantur. Denique videtur hoc Paulus adiecisse, vt importunis solicitatoribus satisfaceret Timotheꝰ: pluribus enim modis ad acceptationem personarum solicitant, vbi nisi opponant hominibus timorẽ diuini iudicij, non habẽt quid respondeãt. Et vt ait Ambrosius, in vno Timotheo Episcopos omnes instituit Apostolus; & Christus Deus est & homo; & Angeli electi omnes actus nostros speculantur, & ad futurum iudicium cum Christo venient. Ita aliàs vult mulieres velatas esse capite ob Angelorum conspectum, quibus pudor placet, impudentia displicet. Christus quoque pusillos minimè contemnendos esse docet ob Angelorũ custodiam, vt qui vident faciem Patris qui in cœlis est.

Hæc Pauli adiuratio qualis sit: Testor corã Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis.

Homil. 16. in princip. Actor. 20.

1. Cor. 9.

Quas ob causas illa fiat adiuratio.

Ambros. hoc loco, & superioribus.

Mulieres in templo cur debent esse velato capite propter Angelos.

1. Cor. 11.

Dicuntur electi Angeli, non solùm quia non sunt reiecti, sed quia etiam septem Angeli præ alijs sunt electi, vt habes Tobiæ 12. Lucæ 1. & Apocal. 1.

Matth. 18. Electi Angeli cur dicãtur.

Tobiæ 12.

Lucæ 1.

Apoc. 1.

Vt hæc custodias. Quæ scilicet dixi de ordinatione Episcoporum, Diaconorum, & de admonitione fratrũ. Theophylactus rectiùs ad ea quę antecedunt de iudicio absque prę iudi-

Quænam Timotheus custodire debebat.

Theophyl.

cio

cio refert. Id est, Caue ne in tribunali tuo aliquid præiudices nimio fauore causam iustam deferēs, re nondum satis bene examinata.

Huius dicti: Nihil faciés in alteram partem declinando, varia interpretatio producitur.

Et addit: *Et sine præiudicio nihil faciens, in alteram partem declinando.* In quo alludit ad bilancem, vbi non est æqualitas inter pondus, & rem ponderatam, declinat in alteram partem. Ita iudex, qui odio, vel fauore alterius partis mouetur, fit iniquus. Consentiunt autē Græca scholia, & intelligunt præcipitationem iudicij; id est, Vt nihil eorum quæ dicta sunt, temerè, & imprudenter, ac non præeunte iudicio, aut cōsilio facias. Et tradūt, Clementem lib. 7. Stromatum ita explicasse. Oecumenius verò legit: *Iuxta propensionem animi.* Et interpretatur: hoc est, Ex præsumptione: siquidem præsumptiones frequenter destituuntur veritate. Est enim Ῥόσλησις, affectatio, quæ aliquem prouocat ad quippiam sine iudicio faciendum. Ita Basilius homil. 12. in principium Prouerbiorum: *Nihil*, inquit, *facias secundùm acclinationem, sed recta, & non peruersa ferens iudicia.* Sic vertit Tilmanus: quemadmodùm is, qui sagittam tenens, ad metam dirigit, nec vtrobique errando à via proposita excidet. Ita rectus iudex factitabit, nec in factitādo personam accipiet. Oecumenius docet, Basilium hîc legisse προσκλίσιν per ἴσως, id est, in alteram partem declinādo, vt vertit interpres. Theophylactus legit: Nihil faciens per aduocationem, seu inuitationem, id est, ad instantiam, vel gratiam aduocati, vel cuiuscunque alterius fauorem. Quæ variæ lectiones eodem tendere videntur. Erasmus vocat præiudicium, præcipitatum iudicium, cùm ex concepta opinione temerè quippiam agitur.

Oecumen. cap. 12.

Clem. Alex.

Oecum.

B. Basil. t. 1

Iudex nihil faciens in alterā partem declinando, qualis.

Oecum.

Theophyl.

Præiudiciū Erasmo quid

Ad sextam dubitationem in id: *Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Dicendum est, multiplicem esse manus impositionem. Primam in Catechumenos, & energumenos, de qua Dionysius in lib. de Eccles. hierar. & Cōcil. Carthag. IIII. & in hac nō video quomodo peccatis alienis communicari possit, cùm fiat ad expellendum dęmonem, quem citò expellere meliùs est quàm tardè. Secunda est illa, cuius vsus est in Confirmatione, de qua: *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Et cùm hæc fierit in iam baptizatis, vt acciperent robur, & fortitudinē, non poterat quis dubitare quin danda esset quamprimùm omnibus accedentibus, & postulantibus. Tertia manus impositio erat in vsu Patrum, & spectabat ad Absolutionis Sacramentum, per quam recipiebantur hæretici, & magni peccatores, qui ad Ecclesiam redibant. In hoc autem dando Sacramento, poterat error admitti: vel absoluendo eos, qui nō sunt contriti, vel attriti, vel non habent deliberatam voluntatem ampliùs non peccandi: id tamen rarò solet contingere, si prudens sit Sacerdos. Verùm huius impositionis manuum nulla est in sacris literis mentio. Quarta erat impositio manuum ad Ordines sacros conferendos, nempè Episcopatum, Presbyteratum, ac Diaconatum: & in hac poterat quis communicare peccatis alienis, prouehendo indignos, & minùs idoneos, id est, eos, qui peccatis grauibus, & publicis inquinantur, & sacrarum literarum ignaros, & ineptos ad docendum, vel imprudentes ad gubernandum: & de hac esse intelligendum præsentem locū, probant tùm sacræ literæ, vt Lucas Act. 6. & 13. & 14. & Paulus superiùs, cùm dixit: *Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiā, cum impositione manuum Presbyterij:* & 2. Tim. 1. *Admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearū.* Deinde interpretatur de Ordinatione hæc verba Chrysostomus cum suis, Ambrosius hoc loco, & Hieronymus in cap. Esaiæ 58. à medio: Plerique, inquit, nostrorū χειροτονίαν, id est, ordinationē Clericorū: quę non solū ad imprecationē vocis, sed ad impositionē impletur

Circa illud: Manus citô nemini imposueris.

Quotuplex manuum impositio.

Dionysius Areop. cap. 2. part. 2.

Concilium Carthag. quartum, cap. 90.

Secunda manus impositio.

Act. 8.

Tertia.

Duobus modis conferendo Sacramētū absolutionis peccatur

Quarta.

Primum argumētum ad probandum, dei impositione manuum Sacramenti Ordinis hîc esse sermonē

Actor. 6.

Infra 13.

Infra 14.

1. Tim. 4.

2. Tim. 1.

Secundum argumentū.

Tom. 5. sub finem.

Tom. 5. in princip.

manus:

manus: ne scilicet vt in quibusdam risimus, vocis imprecatio clãdestina, clericos ordinet nescientes: sic intelligunt, vt assumant testimonium Pauli scribentis ad Timotheum: Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Nõ est enim peccatum leue, mittere margaritas ante porcos, & dare sanctum canibus; & ordinationem clericatus ne quaquam sanctis, & in lege Dei doctissimis, sed assecliis tribuere, & vilium officiorum ministris: quodque his dedecorosius est, mulierc ularum precibus. In quo considerandaloquẽtis in se Christi Apostoli sapiẽtia, qui vt ordinationis periculũ demonstraret, iunxit tormenta peccantium: neque cõmunicaueris peccatis alienis. Sicut ergo in ordinationibus malorum, particeps est peccatorum, qui tales constituit: sic in ordinatione Sãctorum, particeps est eorum iustitiæ qui bonos elegit. Accedit Augustin. lib. 2. contra epistolam Parmeniani, cap. 21. initio: *Docuit*, inquit, *Apostolus ex sequenti, quemadmodùm quod prius dixit, intelligendum sit: qui enim seipsum castum custodit, nõ communicat peccatis alienis. Si enim communicat, consentit: Si consentit corrumpitur: si corrumpitur, castum se non seruat.* Et infrà: *Parum est enim eorum facta non facere, nisi displiceant: parum est vt displiceant, nisi redarguantur.* Denique accedit Leo Papa, qui in epistola quadam latè hunc locum de ordinationis Sacramento edisserit, in hæc verba: *Quid est, citò manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinãtem, qualis ille est qui nõ meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum sectatur in eligẽdo corpore iudicium; ita graui semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegiũ sublimat indignum.* Hæc ille magnus Pater, & quæ sequuntur.

Quare corruit sensus Lyrani, qui interpretatur hanc manuum impositionem esse ad puniẽdũ, & manibus peccatum castigãdũ: vt scilicet instituat Episcopum, vt clemẽter puniat. Sed hoc esset facere Episcopum percussorẽ, contra ea quæ superiùs dixerat; imò etiam carnificẽ, qđ peius est. Et certè etsi in vulgari & materna lingua manus imponere sit punire, aut offendere pugno, aut alapa, aut ense proximũ; nõ legi tamẽ eã vim habere Græcam locutionem, aut Latinam.

Qui ergo indignum promouet, seu temerè ordinat, varijs modis præbet aliorum peccatis consensum. Primò, cum quis aliòqui rectè sentiens, succumbit aliorum importunæ solicitationi, quos tamen reijcere deberet: & quia horum Apostolus non meminit, potius ad ordinantis, & ordinati peccata refertur. Deinde præbetur consensus alienis peccatis, quæ aliquãdo ab ordinatis sunt cõmissa, quę fuerũt ab ijs neglecta, quorũ erat munus ea corrigere. Tertiò ea quæ iam ab ordinatis probabiliter metuuntur perpetranda, tanquam perpetrata cẽsentur. Vnde Theophylactus rectè ait: *Nam committendorum ab ipso flagitiorum tu causa es: propterea quemadmodùm operum es particeps, sic & peccatorũ. Insuper & præteritorum peccatorum es reus, quòd ea neglexeris, ac tenebras feciſti lucem, nec dimisisti eum vt lugeret, atq; ob commissa sua plangeret.* Hæc ille. Deniq; is cõmunicat peccatis alienis, qui peccata aliorum, quæ præuenire potest, ne fiant, non præuenit; vel si peccata eorũ finit esse impunita. Et quia ita cõmunicare peccatis alienis est ꝑ priũ Principũ, siue pastorũ Ecclesiæ; ꝑptereà Dauid de se dixit; *Ab occultis meis munda me; & ab alienis parce seruo tuo:* & Timotheo Archiepiscopo præcipit ne cõmunicet peccatis alienis.

Porrò illud: *Teipsum castum custodi:* sic intelligendum est: Purum te serua à peccatis tuis, & alienis quæ castitate præueniuntur ne fiant: absit vt finistrum quid homines de te suspicari valeant, sed lubricam ætatem exabũdantia monuisse pietatis est: quæ dico, non tam tibi, quàm iuuenili ætati à me dicta esse intellige.

Matth. 7. Cita ac præceps manuũ impositio quantũ quãtum scelus.

B. Augusſt. tomo 7. in princ. Castum qui se custodiat, secundũ Augustinum.

Leo Papa epiſt. 87. c. 1 sub initiũ. Quid ei ô manus imponere, atque communicare peccatis alienis, teste Leone.

Contra hunc sensum: Manus citò nemini imposueris: id est: Ne facilè punieris peccãtes. *1. Tim. 3.*

Ad 7. dubitationem. De quadruplici modo communicãdi peccatis alienis.

Secũdus modus asserti.

Theophyl.

Quartus ac postremus.

Psal. 18.

Quomodo Timotheus seipsum custodire debebat.

Ad 8. dub. Quid sit: Noli Timothee, adhuc aquâ bibere, sed modico vino vtere.

Hierony ante med. tomo 2. in initio.

Et quia sobrietas iuuat ad castitatem, subdit: *Noli adhuc aquam bibere.* Id est, Ne posthac abstemius esto, hoc est aquæ potor. Ex quo ratiocinatur Hieronymus lib. 2. in Iouinianum, Timotheum vsq; ad id tempus aquam potasse. Et quia castitatis, & puritatis caussa est abstinentia, & sobrietas; rectè subdit de aquæ potandæ abstinentia; ne nimia debilitate Deo seruire non possit, & posteà meritorum suffragia requirat. In quo multi feruore spiritus ducti interdũ peccant, inhabiles se reddendo ad opera spiritus. Quanquàm, vt Anselmus, hoc loco scribit: Modicum vinũ præcipit ob infirmitates sumendum, medici consilio magis quàm Apostoli vsus, licèt Apostolus sit medicus spiritalis. Et ne Timotheus imbecillitate superatus, non posset implere prædicationis opus, &c. B. Chrysostomus homil. prima ad Populũ Antiochenum, initio, egregiè super hâc Apostoli sententiam philosophatur.

Altera Anselmi tomo 2.

D. Chrysost tomo 5. in princip.

Erat Timotheus studio temperantiæ, & castitatis, nõ naturâ abstemius, imitatus scilicet Rechabitas, qui ore Ieremiæ ob abstinentiam vini à Domino commendantur. Abstemij in lege fuerunt tempore ministerij Leuitæ, Leuit. 1. Nazaræi Num. 6. Samson Iudic. 13. Samuelis mater Anna 1. Regum 1. Essæi quoque testibus Hieronymo lib. 2. in Iouinianum, Iosepho, & Philone Iudæis ab eo citatis à vino abstinebãt. Chrysostomus homil. 81. ad Antiochenos: *Vinum*, inquit, *est datum, vt delectemur, non vt dehonestemur: vt rideamus, non vt rideamur: vt valeamus, non vt ægrotemus: vt corrigamus corporis valetudinem, non vt animæ prosternamus virtutem. Ie dono Deus honorauit, cur te ipsum per immodestiam affi cis contumelia.* Hæc ille.

Timotheus naturâ, an propositò fuerit abstemius.

Ierem. 35. Leuit. 10. Num 6. 1.Reg. 1. Iud. 13. Hierony. ante med.

Chrysost. à medio.

Vinum cur datum nobis à natura, teste Chrysostomo.

Sed cur Apostolus non dixit simpliciter: Vino vtere? nunquid periculum erat, ne ebrietatis inde caussam arriperet? Dicendum est, id Apostolum fecisse, vt continentissimo Timotheo vini vsum suaderet, quasi dicat: Scio te abstemium, & laudo continẽtiam. Sed hunc rigorem ob debilitatem stomachi nonnihil relaxa, ob id maximè, quia & in veteri, & in noua Scriptura mali Prælati declinaturi erant ad poculorum incontinentiam. Quidam tamen interpretantur, Modico vino vtere, id est debili ac infirmo, seu tenui; vt vox illa, modico, nõ tam referatur ad quantitatem, quàm ad qualitatem. Sicut & illud accipiendum est: *Modica fidei quare dubitasti? Sed modico vino vtere.* Non semel, sed in vsu habe, quia sic castitati non nocet: & exercendo Episcopi officio ne cessarium videtur. Scriptura enim vini vsum, & abusum docet. *Cogitaui*, inquit Salomon, *in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meũ transferrem ad sapientiam*; & Iesus filius Sirac: *Quàm sufficiens est homini erudito vinum exiguum* (id est tenue, & modicum) *& in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem.* Et infrà: *Aequa vita hominibus, vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius*, &c.

Alijs quid: Modico vino vtere. *Matth. 14.*

Modico vino vti, quid: Modici vini vtilitates.

Ecclesiastes 2.

Ecclesiastici 31.

Ibidem 32.

Petit deinde Chrysostomus, cur Timotheum Apostolus non sanauerit, vt cum alijs faciebat? Respondet: Vt si quoq; viderimus viros magnos, & virtute præclaros infirmari, nihil moueamur: & illud enim fiebat vtiliter. Si enim illi datus est Angelus Satanæ, ne extolleretur; multò magis Timotheo oportuit dari. Poterant signa illum in arrogantiam tollere. Idcirco medicinæ legibus illum inseruire permittit, vt & ipse humilior sit, & cæteri non scandalizentur. ¶Haymo addit aliam caussam: quia miracula edebant Apostoli propter Infideles. Sic sanauit patrem Publij febribus, & dysenteria laborantem, vt sanaret mentem eius; Timotheum verò non sanauit, vt plenum fide. Hæc ille ad sensum. Chrysostomus homilia illa ad Populum Antiochenum 1. *Cuius vestes*, inquit, *mortuos suscitabãt, etiam potuit oratione firmare stomachũ.* ¶Nunc pauci sunt, quibus suadendus sit vini modici vsus ob infirmitatem: multi verò, quibus dicẽdũ, vt aquam bibant ob ebrietatẽ, & fornicationẽ cauendam; quia in vino luxuria est.

Timotheũ, vt alios plerosque, cur non sanauit Apostolus.

Chrysost. homil. 16. sub initium.

2. Cor. 12.

Altera ratio Haymonis Episcopi.

Act. vlt.

Chrysost. tomo 1.

Epheſ. 5.

Non

Non est ergo vini vsus Sacerdotibus omninò interdictus, si parcè, & ad sanitatem tuendam tantùm illo vtantur. ¶ *Propter stomachum.* In quo sedes ægrotationum, & frequentes in alijs membris eiusdē morbi æstuationes, qui dicuntur accessus, & paraxismi.

Hoc quomodo ad literam accipiēdum sit: Quorundam hominū peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium, quorundam autem sequūtur.

Postrema dubitatio fuit, quæ sint illa peccata, quæ præcedunt iudiciū, & quæ sint illa, quæ illud consequuntur. Et in litera in primis nota, bis dici, manifestè vbi Græcè habemus πρόδηλα, id est præmanifesta, siue præcognita. Deinde quod ait: Quosdam autem & subsequūtur: verti potest, quibusdam subsequuntur, & supplenda est præpositio, in, vt legamus, in quibusdam subsequuntur. Hæc autē dixit, respiciens ad id quod superiùs præceperat: *Manus citò nemini imposueris, neque cōmunicaueris peccatis alienis.* Vbi, teste Chrysostomo, docet, quomodo sint agnoscēda peccata ordinandorum, vt ab illorum communicatione fugiamus: siquidem tūc rectè iudicamus, cùm iuxta notitiam illam procedimus, quæ à nobis haberi potest.

Chrysost. p dicto sermone.

Distinguūtur autē homines in bonos, & malos, & sunt quidam in manifesto eo vsque mali, vt ante iudiciū sint manifesti, aut oporteat eos per iudicium manifestari, & agnosci. Similiter & boni quidā sunt manifesti & probati coram oculis Ecclesiæ: nam virtus vel inuitā se prodit; aut adhuc latent, qui tamen nō poterunt sua die latere, quia in iudicio detegentur. Illi ergo, quorum est manifestè vita scelerata, fugiendi; at ij, quorum manifestè vita sancta, ad ordinationes suscipiendi sunt. De reliquis verò, qui nec se per manifestam malitiā ostendunt, neque per præclara charitatis opera certam sui notitiam exhibuerunt, expectandum est verum iudicium: quia Nihil occultum, ait Dominus, quòd non oporteat aliquando reuelari. Si quid ergo præter hæc egeris, communicabis aliorum peccatis. Peccata ergo quæ præcedunt, dicuntur veluti anteambulones quidam, à quibus admonita sit Ecclesia, vt agnoscat quis sit ille, qui mox est venturus. Ex quo fit, vt Ecclesia falli non possit, vt patet in Simone Mago, cuius propterea quòd nota esset, & manifesta magia, non sunt ei manus impositæ à Petro, vt habetur Act. 8.

Ad 9. propositam quæstionem. Quorum hominum peccata manifesta sint, præcedentia ad iudicium.

Act. 8.

Alia verò peccata dicuntur subsequi, quia tunc apparent, cùm bonos viros fefellerunt, atque quasi à tergo imminentia: vt in Iuda, Saule, & alijs hypocritis cernere possunt. Hieronymus verò ad Furiam de viduitate seruanda ita præsentem locum edisserit: Quòd dicit Apostolus, istiusmodi est: quidam tàm libere, & palàm peccāt, vt postquam eos videris, statim intelligas peccatores: alios autem, qui callidè occultant vitia sua, ex sequenti conuersatione cognoscimus. Similiter & bona apud aliquos in propatulo sunt, in alijs longo vsu discimus. Atque ita Hieronymus docuit hæc verba referenda esse ad humanum iudicium. Et quòd ait, *Subsequuntur*: intelligit longa tandem experientia cognoscere, sit ne probus, an improbus.

Quibus non sint, quibus verò sint manus imponēdæ.

Matth. 10.

Augustinus verò ad futurum Dei iudicium hęc accommodat. Ait enim lib. 2. De serm. Domini in Mōte, cap. 18. ante medium: *Manifesta ea dicit, de quibus clarum est quo animo fiant. Hæc præcedunt ad iudicium: id est, quia si fuerit ista subsecutum iudicium, non est temerarium. Subsequuntur autem illa quæ occulta sunt, quia nec ipsa latebunt tempore suo. Sic & de bonis factis intelligendum est. De manifestis ergo iudicemus; de occultis verò Deo iudicium relinquamus.* Ita etiam Basilius lib. de Virginitate, circa medium: *Sicut enim*, inquit, *sanctum, atque admirabilem Paulum, dum adhuc esset in corpore, alia quidem præcesserunt opera; cùm plurimi ex his, qui propter doctrinam, & conuersationē eius perfecti euasere: in æternam illum vitam præcedentes, sudorum præmia, quos pro illis pertulit, apud iustum iudicem Deum illi parauerūt: alia verò solutum carneis vinculis, & iam cum Christo regnantem vsque ad hanc diem consequuntur, eorum scilicet, qui in sacris epistolarum eius monitis se ad vitam exercentes, laudes semper ac præmia præclaro illi duci, & præce-*

Alter sensus Hieronymi. *Hicrony. epist. 10. ante med. tomo 1. prope principiū.*

Tertius sensus Augustini. *B. August. tomo 4 circa fin.*

Pauli Apostoli bona opera quænam manifesta sint, præcedētia ad iudicium: quænā verò subsequantur, Magno Basilio.

Hæreticorũ è contrario, malefacta p̃cedentia, & subsequentia iudiciũ quæ nam.

ptori optimo hinc transmittunt: sic cõtrà alia quidem peccata eorum, qui pessimis sermonibus, & operibus læsi, atque impediti à virtutis tramite, in infernum præcessere; supplicia suæ damnationis autoribus illic paraturi: alia verò etiam sequuntur, eorum scilicet, qui post ipsorum mortem per summam nequitiam, & exempla pessima quæ mundo reliquêre, dum eos imitari pergunt, maximè læduntur. Hæc ille, qui posteà exẽplum vtriusque in Dauide, & in Marcione assignat. Explicans illud Esaiæ: *Anteibit faciem tuam iustitia tua: &, Iustitia ante ipsum ambulabit, & ponet in via gressus suos.* Quia in oculis Dei præcedit præmium eius, vel quia maior est in eò iustitia, quàm iniquitas: & præcedit Dei faciem, quia per hæc quisque innotescit.

Esai.58.
Psal.84.

Chrysostomi & Ambrosij in superiorũ Patrum de hoc Pauli loco dicta consensus.

Eundem sensum sequuntur Chrysostomus, & Ambrosius. Et intelligunt, subsequuntur, scilicet in notitia, & manifestatione, quasi diceret: Si ordinaueris manifestos peccatores, communicabis alienis. Si autem solùm post ordinationem manifestẽtur, tuam conscientiam non grauabunt, quòd eos ordinaueris, quia occulta nosse non potuisti. ¶Illud quod sequitur, *Similiter & facta bona*: ita cohæret: similiter si nolueris ordinare eos, qui boni quidem sunt, sed de quorum virtutibus nihil constat, non eris reus; aut si qui velint aliquos à te ordinari minus idoneos, & tu iusta de caussa recusaueris, etiamsi non possis plebi persuadere te rectè agere, animo non deijciaris: benefacta enim tua nunc occulta, suo tempore prodentur.

Vt ista præcedẽtibus cohæreant: Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

Altera horũ verborum ratio cõsequentiæ ũ Hieronymo tradita.

At verò secundùm sensum Hieronymi (qui profectò non est contemnendus) ita est consequentia verborum ordinãda: Cùm dixi tibi: *Manus citò nemini imposueris*, non sum locutus de apertè malis: hi enim ante omnẽ inquisitionẽ apertè reiecti sunt: nec de apertè bonis, quorum eximia virtus clarescit, in his enim nõ est cita, aut temeraria ordinatio, sed de ijs qui sunt occultè boni, vel mali, vel quorum bonitas, vel malitia non est in aperto. Hos debes diu ꝓbare, nec citò manum imponere. Et si hos diu distuleris, eorum vitam bonã, vel malam suo tempore cognosces.

Tertius sensus Oecumeni & aliorũ. *Oecume. c. 14.*

Oecumenius verò ita hunc locum absoluit: *Scio me apud quendam Sanctorum huiusmodi legisse interpretationem: quòd quorum præcedunt peccata, hi omnibus manifesti sunt: sint ergo & tibi: quos autem subsequuntur, hos tu obserua prospicientibus oculis. Si quid igitur præter hoc facias, communicabis peccatis.* Etsi Theophylactus aliter intelligat: vt ea peccata dicantur præcedere sui autorem ad iudicium, quæ committũtur, antequam hinc migret per mortem: ea verò subsequi, quæ discipuli eius, vel qui per eum scandalizati sunt, post eius mortem committunt. Similiter & ea benefacta præcedere quæ hìc fiunt: sequi verò, quæ à discipulis, & eius exemplum imitantibus exercentur. Et ita Paulus hæc diceret, vt nouerit Timotheus bona, & mala ordinatorum opera ipsum ordinantem secutura.

Quartus Theophylacti.

Quintus Ambrosij.

Ambrosius aliter explicat hunc locum: Vt dicantur quorundam peccata esse manifesta, quia eminẽtia sunt, & maiora præ benefactis, & eos præcedentia ad condemnationem; quosdam verò (nempè iustos) sequi, quia minora sint, quàm eorum bona, nec eis dominentur. Similiter in his dicuntur bona facta præponderare, & excellentiora esse, & quæ sunt mala, & bonis operibus præponderant, per bona opera abscondi, siue ignosci nõ possunt. ¶ In qua intelligentia non habetur, quòd peccatum mortiferum non remissum, possit bonis operibus tegi: docet enim peccata vel multitudine, vel acerbitate eis præponderare. Et ita videretur hic esse sensus: Cùm dixi tibi, Ne communicaueris peccatis alienis; nolo te ab ordinibus reijcere leuibus delictis laborantes, vel qui insignibus operibus commissa texerunt, sed eos, qui grauibus peccatis subiacent. Eos autem quos peccata sequuntur, ordinare non prohibeo. Hoc habet Ambrosius lib. De Apologia Dauid, cap.

Irremissum operibus bonis peccatũ mortiferum tegi non potest.

Ambros. tomo 4. circa medium.

Quid Ambrosio: Quorundam hominũ peccata manifesta sũt, præcedentia ad iudiciũ; quorundam autem & subsequuntur.

6. in princip. *Quia non potest*, inquit, *sine peccato esse humana fragilitas, cauendum ne plura peccata sint, quàm opera virtutum. Quod magna vi sapientiæ sanctus Paulus expressit, dicens: Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur. Hoc est: Non inuenitur quisquam illibatus à culpa, habet quis bona merita, habet & vitia, atque peccata. Omnia itaque nostra quasi in trutina ponderantur. Si bonis igitur factis peccata præponderant, præcedunt ad iudicium. Vergunt enim peccata quasi in profundum, vergunt quia & manifesta sunt vel pondere atque acerbitate, vel multitudine. Quosdam autem, inquit, & subsequuntur, hoc est, eos qui se egerint sobriè, sed fragilitate conditionis dederint aliquando etiam errori locum. Bona facta præcedunt, mala sequuntur. Hi honestiores, sed tamen homines lapsi leuioribus vitijs, & erratis. Ergo iustos sequuntur peccata, non præeunt: iniustos præcedunt, & præponderant peccata quæ vergunt; sequũtur autẽ, si quæ rectè facta sunt, quasi quodam præiudicio peccatorum præeuntium prægrauata. Similiter & facta bona manifesta sunt: lucent enim opere virtutum, & splendore meritorum: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt. Ergo talia non teguntur, non obumbrat ea charitas, quæ operit multitudinem peccatorum: non operit bonorum operum gratia, non abscondit virtutum multitudo, quia nuda & intecta produntur.* Hæc Ambrosius. Et simili penè ratione interpretari videtur Chrysostomus de peccatis grauibus, & quorum nulla sit correctio. In secunda enim expositione ait Chrysostomus: *Quid est præcedentia ad iudicium? Cum, scilicet, quis peccauerit, quæ illius iam conscientia damnat, cum quis corrigi renuit eum, qui emendationem pollicitus est, opere implere non vult.* Sic ille iudicium pro emendatione accipiens, & ea ad damnationem præcedere, quæ hominem superant, & pœnitentia non superantur. Et subdit: Cur ergo istud dictum est? quia etsi hìc lateant quidã, ibi tamen latere non poterunt, vbi nuda sunt omnia.

1. Pet. 4. Prou. 10.

B. Chrysost. hom. 16.

DISPVTATIO XVI.

In Apostoli verba 6. cap. *Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant quia fratres sunt, sed magis seruiant quia fideles sunt, & dilecti, quia beneficij participes sunt,* & reliqua vsque ad illud; *Tu autem ò homo Dei hæc fuge: sectare verò iustitiam,* &c.

Prima dubitatio.

PRIMO loco quæritur scopus, & cur Apostolus tantopere instructioni, & eruditioni seruorum, siue haberent dominos ethnicos, siue fideles, insistit, non solùm in hac, sed etiam in reliquis epistolis: & quomodo possunt cogitare serui dominos suos omni honore dignos, si agnoscãt illos impios, & insignes peccatores. Secundò quæritur, an aliquis sit seruus; cùm omnes simus ex eisdẽ parẽtibus orti,

Secunda.

orti, & nullus alteri pręstet, sed naturâ omnes homines inter se sint æquales. Tertiò dubitatur, quis est ille qui aliter docet, & qui non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi; quem vocat superbũ, & nihil scientem, & languentem circa quæstiones, & pugnas verborũ: Quomodo enim ait, nihil scire Iudæum, vel Hæreticum, cùm multa nouerint in externis disciplinis, & ex Sacris literis multa producant, & negotium facessere soleãt? Et an his Apostoli verbis aliquid contineatur cõtra Doctores Scholasticos, qui de omnibus docent dubitare, & quęstiones de subtilissimis Fidei rebus proponũt. Quartò, qui sunt illi, qui pietatem quęstũ esse existimant: quomodò etiam est magnus quæstus pietas cum sufficientia. Quintò dubitatur circa illud: *Qui volunt diuites fieri*: nam videtur Apostolus ab studio ditescendi deterrere; cùm tamen parẽtum sit pro filijs thesaurizare, & alimenta filijs suis relinquere. Sextò, quare vocatur cupiditas radix omnium malorum; cũ contradicat alteri sententiæ quæ habet: *Initium omnis peccati superbia.* Nam si radix omnium peccatorũ, seu malorũ est cupiditas, ergo & ipsius superbia: & si superbia est initiũ peccati, ergo & auaritiæ, siue cupiditatis.

Tertia dubitatio.

Quarta.

Quinta.

2. Cor. 12.

Sexta.

Ecclesiastici 10.

Ad primum horum respondemus, Paulum varias præceptiones tradere ad instituendam vitam diuersorũ statuum, & inter alios docet Timotheũ, & in eo omnes Episcopos, quid seruis fidelibus, siue dominos habeant fideles, siue infideles, obseruandum sit, vt salutem æternã consequantur. In quo licet bonitatem Dei maximam contemplari, quæ nec vilissimos quidem homines, & miseros negligit, sed eorum salutem se sitire, & promouere ostendit. Erat prætereà erronea quorundam doctrina, qui putabãt seruos baptismo initiatos, & ad Christũ vocatos, dominis suis amplius non subesse, cũ iam essent ad libertatem vocati. Vnde Chrysostomus hoc loco ait: *Non quia fidelis es, liberum te esse putes; hoc enim libertatis documentum est seruire magis.* Ita ille ad sensũ: & Hieronymus in cap. 6. ad Ephesios: *Plurimi*, inquit, *inter initia fidei putabant Gẽtiles dominos contemnẽdos.* Augustinus in quæstionibus super Exodum vnum quodammodo argumentum seruorũ proponit, dicens: *Quæ de seruo Hebræo præcipiuntur, vt sex annos seruiat, & dimittatur liber gratis; ne serui Christiani hoc flagitarent à dominis suis, Apostolica autoritas iubet seruos dominis suis esse subiectos, ne doctrina, & nomen Dei blasphemetur. Illud enim ex hoc satis cõstat in mysterio præceptum, quia & pertũdi subula eius aurẽ ad postem præcepit Deus; qui libertatem illam recusaret.*

Primæ dubitationis solutio.

Quo tendat Apostolus in hoc capite.

Prima ratio, cur tam sedulò ac frequẽter Apostol⁹ seruis iubeat suis dominis obedire.

Secunda ratio.

Chryso. homil. 42.

Hierony. in id: Serui obedite, &c. tom. 9. Auguſt. q. 77. tom. 4. propè init.

Exo. 21. Quid serui Hebræi libertatem recusantis, per subulam auris pertusio significaret, Augustino.

Tertia ratio.

Matth. 23.

Tertiò, etsi nulla extaret manifesta hæresis, docens fideles dominis suis saltem infidelibus nõ esse subiectos; vbi tamen audiunt omnes esse fratres in Christo, animos tollunt, & ad carnis libertatem rapiunt; quod de spirituali à peccato, & à dæmone libertate traditur. Et licèt nihil tale in mẽtem illis veniret, necessaria erat adhortatio, & consolatio, quæ ærumnarum multitudinem, & acerbitatem temperaret. Dicente Chrysostomo in 2. cap. epistolæ ad Titum: *Quòd si seruum fortasse conspexerit apud se in Christo philosophari, atque vberem continentiæ fructum præ se ferre, summaq; cũ modestia atque beneuolentia dominis ministrare: profectò vim prædicationis, ac religionis nostræ mirabitur. Neque enim ex verbis dogmata, verùm ex ipsis rebus atque vita Gentiles iudicare consueuerunt. Sint igitur illis & vxores, & serui in magisterium rectissimæ conuersationis norma. Quippè & apud eos, & vbique terrarum istud pro confesso habetur, seruorum genus impudẽs fermè esse, formatuq; difficilè, lasciuum, lubricum, parumq; idoneum ad virtutis doctrinam capessendã. Non id quidem naturæ causſa, absit; verũ propter conuersationis, vitæq; negligentiam. Solent enim huiusmodi in his, quæ mores tangunt, à dominis negligi. Nihil enim fermè aliud curant hi, in quorum potestate sunt, quàm ministerium suum. Quòd si mores illorum aliquando componere studeant; & hoc sui gratia tantùm faciunt, ne istis negotia præbeant, molestiq;*

Chryso. homil. 4. in id: Seruos dominis sui subijci, &c.

Ethnici vnde de Christianis iudicium ferè cõsueuerint.

Quale seruorum genus Chrysostomo.

Dominorũ in seruos negligentia, & incuria à Chrysostomo notatur.

stiq; sint, si fornicationi, furto, aut ebrietati deseruiant: cum itaque sic negligantur, neminemq; habeant, cui componendi illos, ac formandi studium sit; meritò ad ipsa nequitiæ præruptа, atque præcipitia deuoluuntur. Si enim vbi pater instat, & mater, & pædagogus, ac nutritius, & magister, & æquales, ipsaq; libertatis opinio, & alia plurima, perdifficilè quispiam malorum contubernia, consortiaq; deuitat: quid putas his omnibus destitutos, qui quotidie scelestis commiscentur hominibus, & quibus volunt, licenter congrediuntur, cùm sit nemo, qui ipsorum amicitias, societatesq; disquirat? Quid, inquam arbitraris, huiusmodi homines fore? Nonne ad supremos scelerum vertices euasuros? Idcircò profectò difficile est seruum fieri bonum. Præterea neque doctrinæ adminiculo perfruuntur, neque externa, neque nostra erudiuntur sapientia. Non cum viris liberis educantur, & honestate præstantibus, & quibus opinionis suæ, ac gloriæ magna sit cura. Ex his omnibus datur intelligi, difficile esse atq; mirabile, vt seruus aliquando bonus, atque vtilis fiat. Hæc ille.

Seruî quare difficilè boni & vtiles fiant.

Quartò, meminit Apostolus seruorum in epistolis ad Ephesios, Colossen. & in hac quæ est ad Episcopũ Ephesinum, eo quòd in Asia plurimi essent serui, & verè seruili ingenio: vsque adeò, vt Cicero in oratione pro L. Flacco in Asianos testes dicat: *Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia: vtrùm igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus prouerbium: Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria? nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciundũ? Quid porrò in Græco sermone tam tritum, atq; celebratum est, quàm si quis despicatui ducitur, vt Misorum vltimus esse dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? quis vnquam Græcus comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium nõ Lydus esset?* Hæc ille. Petrus quoque Apostolus in epistola priori (quæ ad electos aduenas dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, quæ prouintiæ sũt in Asia Minori, scripta est) seruos cohortatur, vt subditi sint in omni timore dominis, non tantũ bonis, & modestis, sed etiam dyscolis. Onesimus Philemonis seruus furax, & fugax, Colossensis erat, quæ est ciuitas non longè dissita à Phrygia. Eâdem ratione in epistola ad Titum Cretensium Episcopum, subiectionis seruorũ meminit, quæ insula ab Asia non lõgè distat. Nouerat autẽ Paulus cuiusq; gentis vitia, & proprietates. In priori ad Corint. c. 7. etsi seruitutis meminerit Paulus; nõ tamen tã ob seruos mouendos, quã ob cõiugia, de quibus habebat sermonẽ, mẽtionem fecit. ¶ Dicit autẽ Apostolus: *Qui sub iugo sunt serui.* Id est, conditione, non natura. Homo em naturaliter superbus, semper sibi videtur reliquis præcellere; propterea alterius imperium detrectat: at si necessitate ferre cogatur iugum, fremit contra se, obmurmurat, & respondeat, iussaq; implere recusat. Hæc omnia vitia Apostolus à Christianis seruis amouere conatur.

Quarta ratio, commemoratæ scilicet ab Apostolo subiectionis seruorum.

Ephes. 6.
Coloss. 3.
M. Tull. orat. 24. post medi. tomo 2.
De testibus, seu seruis Asianis quid scribat Cicero.

Coloss. 4.

Tit. 2.
De seruis in priori ad Corinth. faciendi sermonem occasio.

1. Cor. 7.
Seruos quid esse sub iugo.

Est autem triplex seruitutis species, altera naturalis, de qua Aristoteles in Politicis, vbi docet naturâ seruos esse minus sapientes eorum qui magis sapiunt: vt corpus naturâ seruus est animi. Altera est ciuilis, quæ diuiditur in Politicam, & Despoticã seruitutem, & de qua hîc est sermo: & hæc iuris est Gentium. Nec tamen est contra rationem naturalem. Fit enim tripliciter quis seruus, aut bello captus: nam propterea seruus, seu mancipium dicitur, quia seruatus est, & manu captus, vt tradit Iustinian. Imperator: aut si se vendiderit ratione pretij participandi. Quæ omnia sanè certa ratione non carent: quia bellum posita legitima causa, iustũ est; ergo & quod sequitur iure belli, quod radix est captiuorum, & vernaculorum. Non enim est absurdum, posito inconuenienti contra legem, aliud etiam iure sequi inconueniens. Nam bellum ex iniustitia alicuius partis oritur; quod est inconueniens, vt sapiẽtiores sint serui insipientiorum.

Naturalis seruitus aque fit, quæ ciuilis.

Philosophꝰ lib. 1. Politico, cap. 1. tom. 3.
Rationi seruitutem minime repugnare, & quot illa modis incurritur.
Iustinia. in §. serui autem. Instit. de iur. nat. gent. & ciuili.

Tertia est seruitus Euangelica, qua Deo ex charitate, & proximo propter eum seruimus. Cùm igitur seruitus

Quæ nã seruitus Euangelica.

opponatur libertati, & Christi doctrina prædicaretur lex libertatis; putabãt Christiani se nõ amplius in Christo seruire debere, præsertim verò infidelibus dominis. Istis ergo seruis præcipit Apostolus, vt omni honore dominos suos dignos arbitrentur, etiamsi non sint, id est gerant se erga illos ac si tales essent: quia hoc decet illos cogitare de dominis vt domini sunt. Sicut de mulieribus quidam dixit, quòd proprius vir videri debet pulchrior, & sapientior omnibus, etiamsi non sit: quod nõ est aliud, quã illo contentas esse debere. Tales olim serui fuerunt Iosephus apud Pharaonem, Daniel cum socijs apud Nabuchodonosor, Mardochæus apud Assuerũ, Caphra paruula ex Israël apud Naaman Syrum, & alij permulti.

Gal. 5. *Iaco. 1.*

Infideles dominos omni honore dignos arbitrari quomodo serui debeãt Christiani.

Gen. 41. *Dan. 1.* *Esther 2.* *4. Reg. 5.*

Addit: *Ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur.* Id est: Ne malè audiat Euangelium. Arguit enim Apostolus iniquũ esse, vt filij Dei causſam præbeant, cur Dei nomen, & doctrina cõtemnatur. Cùm enim serui satis aliôqui infideles, & dominis suis parum morigeri iam Christiani facti, non modò non emendarentur, verũetiam furaciores, magisq; proterui redderentur; mox vt idololatræ, Christo, & doctrinæ eius oblatrabant, tanquam ea sedicioſa foret, & contumacibus facta, vt ait Oecumenius. Hæc est eñ præcipua causſa, cur tantopere seruis Christianis mãdetur subiectio, vt domini bene afficiantur Christianæ religioni per illorum promptam obedientiam, & per vitæ malæ mutationem in bonam, etiam domini ad Christum conuerterentur. Mirum autem erat, dominos à seruis à fidem ad duci potuisse: sed in Christianismo mitiores facti domini, faciliùs seruos ad Fidem alliciebant. Vnde in gestis S. Sebastiani legitur, quòd mille quingenti promiscui sexus familiæ Chromatij vrbis præfecti, vnà cum eôdẽ à Polycarpo Presbytero baptizati sũt. Et in Actis S. Laurentij recenſetur, totam Hippolyti familiam, in qua seruî erant quamplurimi, vnà cum ipso domino fidem recepisse. In vita quoque S. Hermetis legitur, quòd ipse cum vxore, filijs, & sorore sit baptizatus vnà cum mille ducentis quinquaginta seruis, cum seruis etiam & filijs eorum, prius tamen ingenuitate conceſſa. Quòd si per improbos vilium seruorum mores Christi doctrina blaſphematur; quanto magis per scandaloſam, & fœtentem Sacerdotum, & Doctorum vitam?

Oecumen. cap. 15.

Familiæ Romanorũ ampliſsimę quę nam dominorum ſuorum exẽplo, Christi religionẽ sint complexatę.

Vnde maximè nomen Dei, & doctrina blaſphemetur.

Qui autem fideles habent dominos, nõ contemnant quia fratres sunt: Hactenus dixit de seruis infidelium dominorũ, qui ab initio plures extiterunt, nunc de his agit, qui fideles habent dominos: qui quoniam per fidem conſerui facti sunt, & tanquam fratres, æqualitatem statuere conabãtur ad dominium proprium: idcircò se illis opponens Paulus monet, vt propterea q̃ fideles sint domini, ijs libentius seruiant, timori adiungẽtes dilectionẽ, qui beneficij sunt participes. Hoc refertur nõ ad dominos, sed ad seruos, vt sensus sit: Cogitent serui quòd recipient multa beneficia à dominis suis: vt quod aluntur, quòd vestiuntur, eorũ prætereà munere Christiani sunt, & in eo fouentur: reddãt igitur beneficium eis, bene, & fideliter seruiendo. ¶ Aliter interpretatur Oecumenius: *Sed magis,* inquit, *inseruiant.* Nempè serui. Per hyperbaton enim ponitur. In medio autẽ locetur, *Quod fideles sint ac dilecti:* & subaudiendum est, domini. Aut ſimpliciter, vt habet, intelligendum est. Qui beneficiũ recipiunt, hoc est domini, curã habeãt, vt etiam seruis benefaciant.

Fideles habẽtes dominos serui, vti contemnere non debeant eos, quia fratres sunt.

Alter sensus. *Oecume. c. 15.*

Hæc doce, & exhortare. Doce, cũ autoritate; exhortare cum lenitate. Exhortare scientes, sed negligentes. Et hæc Ambrosius refert ad Gentiles: Græci Patres magis applicãt ad fideles dominos, quos vult institui de omnibus ante etiam dictis, scilicet de viduis, de hæresibus, & de seruis peculiariter.

Docendum quomodo, & exhortandũ.

B. Ambroſ.

Ad tertium super id: *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini, &c. ſuperbus est, nihil ſciens* Iudæos notare videtur Apostolus, qui producebant ex lege, seruum nonnisi

Soluitur tertia quæstio.

per

per sex annos ad seruitiũ teneri. Sed responsum superiùs ex Augustino est datum, qui asserit omni tempore quo seruus vixerit, debere domino suo seruitutem impendere, nisi ab eis libertatem promeruerit.

Augustin. libro 2. qq. in Exod. c. 27. tom. 4.

Obijciet quis, cautum esse titu. De Iudæis, & eorum seruis, ne Christianus famulus vllo modo seruiat Iudæis. Et idem docet Gregorius lib. 3. Epistolarum cap. 9. Dicendum ergo, Paulum præcipere seruis, vt subditi seruiant, intelligendum quandiu subditi manserint: sed non prohiber, seruos illos lege Imperiali fieri posse liberos, & ingenuos autoritate superiorum ius & dominium super dominos illorum seruorum habẽtes. Cùm igitur Iudæi commorantes in terris Christiani imperij, sint subditi Imperatoris, imò & serui eius, potest Iudæos fidem Christi cõtemnentes dominijs priuare, & bonis iure Gẽtium debitis spoliare. Quod comprobatur in l. fin. C. De clericis & Episcopis, vbi habetur: *Vt neque Iudæus, neque Hæreticus seruos Christianos habeãt. Quod si in tali reatu fuerint, sancimus, seruos modis omnibus liberos esse secundùm anteriorem legum nostrarum tenorem. In præsenti autem hoc amplius decernimus, vt si quis ex prædictis Iudæis, vel Paganis, vel Hæreticis, habuerit seruos nõdum Catholica fide imbutos, & prædicti serui desiderauerint ad orthodoxam Fidem venire: Tùm, postquam Ecclesiæ Catholicæ sociati fuerint, in libertatem modis omnibus secundùm præsentem legem eripiantur.* Hæc ibi. Nam talia potest Imperator constituere, sicut & ipse Dominus in Veteri Testamento legem tradidit iudicialem, vt Iudæus seruus septimo anno liber esset. Et Concilium IIII. Toletanum capite 45. ita refert: *Ex decreto*, inquit, *gloriosissimi Principis hoc sanctum elegit Concilium, vt Iudæis non liceat Christianos seruos, nec Christiana mancipia emere, nec cuiusquam consequi largitatem. Nefas enim est, vt membra Christi seruiant Antichristi ministris. Quod si deinceps seruos Christianos, vel ancillas Iudæi habere præsumpserint, sublati ab eorum dominatu libertatem à Principe consequantur.* Leo quoque Magnus in omnibus ferè sermonibus id vnũ rogat, vt domini seruos è vinculis relaxent, & delicta condonent. Consule sermonem eius 2. & 4. & similia doceẽt sermones, 1. 3. 5. 6. 7. 9. 11. & 13. vbi eũ agere de seruis intelligimus, quos domini in vincula, & carceres coniecerant: & inuitat, & hortatur Romanos Imperatores, vt in honorem Dominicæ passionis reos culparũ præcipiant relaxari.

Iudæi Christiano Imperatori quatenus subsint.

Exo. 21. Deut. 15. Ierem. 34. Concil. Tolet. IIII.

Christianis seruis cur vetitum seruire Iudæis.

Magnus Leo.

Est ergo verbum ἑτεροδιδασκαλεῖν aliter, siue diuersa docere, quod verbum etiã in principio capitis posuit, deuteroses Iudæorũ, siue ex Philosophia Ethnicorum, siue ex magia Simonis diuersa, aut contraria tradere: sicut, qui modò serunt hæreses, vel cõmentitia exẽpla, vel falsa miracula: aliter profectò docere, & tradere censendi sunt.

Aliter docere, quid.

Et nõ acquiescit, Correctus scilicet, & conuictus, vt ait Ambrosius, sed qui, postquam ei veritas detecta est, nihilominus in peruersa doctrina persistit. Est enim peruersa doctrina, secundùm Haymonem, & Lombardũ, illa quę tradit, seruos fideles dominis infidelibus subiectos non esse. ¶ Sermones autẽ Domini nostri Iesu Christi, sunt doctrina Fidei, quam Christus nos docuit; vt illi sint Christi sermones, qui sunt de Domino Iesu; sicut Euangelium Christi, & verbum Christi, quod Christus annũtiauit. ¶ Sanos porrò sermones Domini vocat, qui integri sunt, & pleni veritate, cui omnia consonant. Infirmi autem sermones sunt, quos mendacium, & falsitas inualidos, ac reprobos præstat. Et sanitas doctrinę per metonymiam est illa, quæ sanos homines in fide efficit. Et ferè cum Paulus agit contra Iudaizantes, vt in hac epistola, & secunda, & in illa ad Titum, vocat sanã doctrinã Christi. Augustinus quoque agens in Pelagium, doctrinam Catholicam illius doctrinæ repugnantem, sanam vocat: libro etiã cõtra 1. epistolas Pelagianorum cap. 14. ait: *Hæc est fidei Catholicæ sanitas, quã sanctus vbiq;*

Non acquiescat, quando quis sanis sermonibus Domini nostri. *Ambros. Haymo. Petrus Lõbard.*

Sani qui sermones Domini nostri.

Cur sani sint, qui contrà infirmi sermones.

Sanam quãdo appeller doctrinam Apostolus. *August. tomo 7. circul à med.*

Idem ibid. circa med.

seminat Spiritus, non prauitatis hæreticæ vanitas, & præsumptio spiritus. Et lib. de natu. & grat. cap. 68. *Meminerimus Christianos hac instruere sanitate doctrinæ.* Et hanc sanam doctrinam Apostolus per paraphrasim quandam explicat, cum ait: *Et ei, quæ secundùm pietatem est doctrinæ*, id est eius quæ docet verè pium esse, verum Deum colere: cuius cultus caput est agnoscere, Deũ omnium bonorũ quæ desiderari possunt, esse largitorẽ propter Christũ, illiq; gratias pro acceptis beneficijs, & pro accipiendis immensas incessãter agere. Hæc doctrina est de gratia Dei, vt Augustinus docet lib. de Spiritu, & litera cap. 11. id est doctrina Euangelica: nam illa Veteris Testamenti seuera magis erat, quàm pia.

Quænam secundum pietatem sit doctrina.

Idem tom. 3 paullò longiùs à fine.

Subdit: *Superbus est, nihil sciens, & languens circa quæstiones, & pugnas verborum.* Superbus est, inquit, siue superbit, siue tumore inflatus, vt Græca vox sonat. Superba autem reuera erat inflatio Pharisæorum Iudaizantium, & Pelagianorum tantum naturæ tribuentium, & gratiæ vim negãtium, quam primis parentibus serpens inspirauit, cùm dixit, Eritis sicut dij: vt eôdem capite libri de Spiritu, & lit. tradit Augustinus, & cap. 9. epistolæ Celestini Papæ. Adde Apostolũ, qui pluries notat Iudaizantes tanquã cõfidentes in carne, vt ad Philippens. 3. Rom. 2. & 3. & cap. 10. Et erat hæc superbia causa, cur pietatis doctrinam, quæ docet à Christo petendam esse iustitiam, declinarent.

Iudaizantes quare sint superbi.

Gen. 3.

Augusti. tomo 2.

Philip. 3. Rom. 2. & seq.

Infra 10.

Additque: *Nihil sciens*, Quia scioli sunt, & sibi vindicant pietatis doctrinam, ignorant tamen omnia: qui eam ignorat quæ scire debet, nihil scit. Nihil sciens, inquit, videlicet de doctrina Euangelica, & Christo, & quẽ vel solum nosse, Apostolus gloriatur. Cuius tamen scientiam illi sibi vendicabant, & miro modo sibi placebant. Et Rom. 10. quòd zelum, siue æmulationem quidem Dei habent, sed non secundùm scientiam. Aliôqui non negarent Deum esse creatorem omniũ, & futuram esse mortuorum resurrectionem. Vt enim docet Augustinus

Quare nihil sciant.

1. Cor. 2.

Rom. 10.

B. August. tom. 7. sub initium.

lib. De vnico Baptismo contra Petilianum, cap. 5. in principio, *Hanc & nos per maiores nostros traditam nobis sequentes Apostolicam regulam, si quid recti etiam in peruersis inuenerimus, eorum peruersitate correcta, illud quod rectum est, minimè violamus; vt in vno homine ex ijs quæ vera tenet, etiam falsa emendentur, non ex falsis conuictis etiam vera destruantur. Sicut ergo dicitur Iudæo: Tene fidem resurrectionis mortuorum, sicut tenebas, sed crede iam Christũ resurrexisse à mortuis, quod non credebas*, &c. Hæc Augustinus.

Quam tenere debeamus cum Augusti no Apostolicam regulã.

Asserit ergo Apostolus, Iudaizantem Doctorẽ nihil scire, videlicet de primo religionis nostræ capite, hoc est de agnitione Christi, & gratiæ eius necessitate, iniquitatis, ppriæ, ac infirmitatis, corporis etiam ipsius, qd est Ecclesia, in qua manẽdum est. Etsi ergo multa quis sciat de Deo, & de rebus diuinis; nihil tamen illum scire pronuntiat. Vel: Nihil scit: quia inerdulus vni articulo probato, nihil credit de alijs. Et tolerabilius esset errare sine pertinacia circa Dei naturam, & Trinitatẽ, quàm circa Christi gloriam, vel Ecclesiam: quia ille error circa rem quidem sublimiorem, hic verò circa rem hoc tempore nobis vtiliorem, & magis necessariã versatur. Vnde Scriptura in Christi gratia, & Ecclesia commẽdanda, tota occupata est. Quare videtur hoc loco Apostolus Hæreticũ pulchrè depingere. Est enim superbus, & inflatus, & nihil sciens, vel ignorãs quædam superbè.

Iudaizãtem nihil scire doctorem, quomodo verum sit.

Ephes. 1. Coloss. 1.

De Christo, & Ecclesia, quã de Deo, cur peius malè fetire quodammodo.

Subdit: *Languens circa quæstiones, & pugnas verborum.* Est enim languens, siue ægrotans animo, delirus, vel desipiẽs, etsi maximè corporali sanitate floreat. Et opponit hanc ægrotationẽ sanis sermonibus Domini, id est, qui reddebãt animo sanitatem spiritus. Et conuenit curiosis omnibus citra Fidem, veritatem quærentibus. Omnes enim homines vitiati sunt, & ægrotant animo per peccatum. Vnde Basilius lib. 5. aduersus Eunomium: *Morbus est animæ, malè & curiosè de Deo quærere, ea maximè quæ cum fide cunctis perspicua sunt.* Hæc ille. At qui fide, &

Hæreticus qualis Paulo.

Langueat quis circa quæstiones, & pugnas verborum.

Basil. circa fin. libri, tomo 1.

Christi gratia, propriæq; infirmitatis agnitione Christo adhæret, paullatim sanitati restituitur. Nam qui gratiam Christi, & suam infirmitatem non agnoscit, languori, & insipientiæ obnoxius est. Hinc Ambrosius de languore eorum superborum loquitur, dicens: *Hoc est propria fiducia inflari, hoc vanam gloriam quibuslibet ambire dispendijs, hoc postremò est nolle habere quæ Dei sunt: & ibi suum constituere meritum, vbi diuinum cessarit auxiliũ.* Hęc Ambrosius, siue Prosper, vt alij volunt, in epistola ad Demetriadem virginem. Languida igitur est anima sine fide inquirens veritatem.

Ambrosius quẽ definat superbum. *Ambros. epistol. 84. circa fin. tom. 3. versus finem.*

Circa quæstiones, inquit, *& pugnas verborum.* Simile est illud huic loco, quod Eccles. 7. habetur: Fecit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis immiscuit quæstionibus. Scientia nãque veritatis stabilit, & solidat hominem, ignorantia infideliũ omnia dubia reddit, & in quæstiones vertit. Et ita quærere, languere est, vt ait Chrysostomus. Et est sermo de quæstionibus, quæ ex infidelitate oriuntur. Vt cum Iudæi quærunt: Quomodò vos Christicolæ asseritis nos lege Mosaica non iustificari; cùm lex dicat; *Iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in eis?* Scilicet mandatis legis. Et Pelagius ait: *Quomodo potuit transire peccatum Adæ in animam, quæ non est ex traduce?* Et Nestorius: *Quomodo Deus est natus ex muliere bimestris, & trimestris?* Et Arrius: *Quis nouit patrem, qui prior tempore nõ fuerit filio?* Et Caphar naitæ dicebant: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quo loco Chrysostom. scribit: *Quãdo subit quæstio quomodò aliquid fiat, simul subit & incredulitas. Ita & Nicodemus perturbatus est, inquiens: Quomodo potest homo in ventrem matris suæ iteratò introire?* Et subdit: *Quando anima cogitationum vritur febre, quando ambiguitatis iactatur fluctu, tunc quærit: Cũ verò illa sana est, non quærit, sed fideliter credit. Nam ex quæstione, & cõcertatione verborum inueniri nihil potest. Quæ enim fides profitetur sola, succedens quæstio neque ostẽdit, neque permittit intelligi. Neq; enim si quis clausis oculis quærat, inuenire quid poterit: sicut item si apertis illis seipsum homo obruat, auersatusq; Solem ibi inquirat, inuenire aliquid nequaquam poterit. Adeò sine fide nihil inuenire potest, eaq; absente pugnas nasci necessariò contingit.*

Fides, id est, certa scientia, quid efficiat. *Ecclesiastes 7.*

Chrysost. homil. 17. Iudæi, vel Hæretici langueant circa quas quæstiones, & pugnas verborũ. *Lenit. 18. Rom. 10. Gal. 3. Rom. 5.*

Ioan. 6.

Idem hom. 45. tom. 3.

Supra 3.

Idem hom. 17. prædicta in Paulum. Qualis anima non credens, ideoq; nullum verũ inuenire valens, Chrysostomo.

Similia penè Theophylactus docet: *Aegrotare igitur*, inquit, *est haud perinde necessaria quærere: nam vbi non est fides, istic omnia languent, & ægrotant, neque quicquam aliud atque pugnæ verborum nascũtur, eloquentiore, & persuasibiliore alterum peruertere viso. Fides oculus est: qui non habet oculos, nihil inuenit, sed solummodò quærit.* ¶ Similis huic locus est ille de quæstionibus in secunda epistola: *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* Et in illud; *Stultas, & sine disciplina quæstiones deuita*, rectè p Chrysostomum annotatũm est: *Sũt*, inquit, *aliæ perutiles quæstiones de Scripturis, de alijs necessarijs, à quibus ille nos minimè prohibet: sed ita, vt in conquirendo cessent lites, iurgia, rixæ.* Et Augustin. De natur. & grat. contra Pelagianos, cap. 20. Credere ista fortasse sufficeret: sed tamen quia disputare vis, nec obest, imò etiam prodest, si firmissima præcedat fides, ita illi Patres egregiè.

Theophyl.

2. Tim. 3. Vtiles ad Scripturis, deque alijs rebus necessarijs quæstiones quomodo tractãdæ. *B. Chrysost. hom. 6. D. August. tom. 7. circa med.*

Non ergo est hoc loco sermo de vtilibus quæstionibus, quales proposuit Christus in Euangelio, nec de inutilibus fidelium, sed de infidelium, qui non acquiescunt sanis sermonib⁹ Domini nostri Iesu Christi. Rursus non agit Paulus de scholasticis Doctorum quæstionibus, etsi quidam ex illis plus satis in quibusdã sibi indulserint: quia non animo dubitãdi, sed comprobãdi res Fidei per Iudæos, & Hæreticos, & Paganos agitatas tractant, & gratia explicandi Scripturæ locos inter se pugnantes: quæ quidẽ vtilissima est, & necessaria in Ecclesia Dei, si sobrie, & cum modestia tractetur. ¶ Quare falsa est Caluini interpretatio, aientis, Apostolum hic agere de sophistis. Sed ostendendum illi esset, tempore Apostoli sophistas extitisse. Sed ille odio habebat Scholasticos, qui suas nouerant fraudes detegere,

Theologiæ Scholasticæ quam vocãt, de Deo, & diuinis rebus quæstiones quas tractat, ab Apostolo nequaquam damnari.

Theologos Caluinus Scholasticos magnus ille nebulo cur vocet sophistas.

tegere, sed de hoc alibi latiùs disputauimus.

Quæ pugnæ verborum Apostolo, nobis vitandæ, ac fugiendę. *2.Tim.2. Tit. 1.*

Subdit Apostolus: *Pugnas verborũ.* Quas vna voce Græca exprimit λογομαχίας. Et vnus morbus est inquisitio absque fide Christi, alter pugnæ verborum, de quibus & hìc, & in secũda epistola, & ad Titum, notat Iudaizantes, quòd relicto scopo, & fine legis, intenderent fabulis, & genealogijs, quærentes disputationibus res Fidei oppugnare, quas è contrario Stephanus Acto.6. Paulus, & Barnabas Act. 15. propugnabant. Nam Iudaizantes sequebantur potius verba, quàm res verbis inclusas. Et hoc est languere, non sustineri neruis, & fundamentis Fidei. Vt, Oportet semper orare. Ex quo Eutychæ volebant semper esse orandum. Ita etiam Heluidius mordicus adhærescens in illis verbis: *Antequam conuenirent.* Et, *Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum,* perpetuæ virginitati Deiparæ iniurius fuit. Itẽ ex illis verbis: *Omnia munda mundis;* &, *Omnis creatura Dei bona est,* docebat Iouinianus, omnibus cibis vtendum omni tempore: & modò Lutherani ex illis verbis: *Arbitramur iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis,* colligunt non opus esse charitate, vel bonis operibus ac iustitia ad vitam æternam.

Act. 6. Infra 15.

Luc. 18. Eutyches, Heluidius, & Iouinianus in his quomodo lãguerint. *Matth.1. Ibidem 25. Tit. 1.*

Rom. 3.

Quæstiones vanæ & inutiles Iudaizãtium, & Hæreticorum quos fructus pariant, teste Paulo.

Ex quibus oriuntur inuidiæ, contẽtiones, blasphemiæ, &c. Vitia satis cõmodè prosequitur Apostolus, quæ ex inutilibus quæstionibus Iudæorum, & Hæreticorum oriũtur, vt, inuidiæ, & contentiones. Vna enim secta à principio in plures diuiditur: vt illa Simonis Magi in diuersos variè sentientes discipulos, vt Menandrũ, Carpocratem, Marcionem, Valentem, Manichæum: quanquã in blasphemia Creatoris, & libidinis turpitudine conuenirent. Arrius etiam autor negandæ consubstantialitatis discipulos inter se digladiantes sortitus: quales fuére Semiuiriani, Macedoniani, Aëriani, & qui merè sunt Arriani. Ita vnus Lutherus peperit Anabaptistas, Confessionistas, Sacramẽtarios, Antimonos, Libertinos. Vnus credit esse Christũ in Eucharistia cum pane, nec tamen adorandum; alij, absentis tãtùm corporis signum; alij corpus Christi esse vbique, & ideò in Sacramento.

Simõ Magꝰ, Arrius, atque Lutherus, hydræ instar Lernææ, in quot capita diuisi.

Nota etiam, aliud esse docẽdi, disputandique gratia disputare, vt Catholici solent, quemadmodùm Cyprianus cum Stephano Papa, Hieronymus cum Augustino, salua Fide, disputarunt. Hinc ad Augustinũ Hieronymus epist. 30. *Nos inter nos eruditionis caussa disserimus; cæterùm æmuli, & maximè Hæretici, si diuersas inter nos sententias viderint, de animi calumniabuntur rancore descendere.*

Sancti Ecclesiæ Doctores interdum cuius rei tantũ gratia inter se disceptauerint. *D. Hieronym. tom. 2.*

Ex quibus, ait, *oriuntur inuidiæ.* Cùm enim eorum dubitationes, & argumẽta, aut contemnuntur, aut dissoluuntur, & eorum sententia cum risu exploditur, inuident successui Euangelico, & sanctis Patribus. Nam Apostolus ad Philippen. 1. testatur quosdam sibi inuidisse, & ad Titum 3. se in inuidia, & odio egisse testatur: sicut Pharisæi liuore concepto clamabant totum mundum post Christum abijsse, Ambrosius legit in singulari, inuidia, sicut & Græci; sicut etiam, cõtentio, non cõtentiones. Eleganter sanè Augustinus in Proëmio Retractationum scripsit: *Absit vt multiloquiũ deputem, quando necessaria dicuntur, quãtalibet sermonum multitudine, ac prolixitate dicantur. Ita asserere posſumus; Absit vt contentio vocetur, quantalibet argumentorum multitudine, ac prolixitate necessaria probentur, vel elucidentur.*

Quemadmodum ex stultis quæstionibus inuidiæ oriantur. *Philipp. 1. Tit. 3.*

Sequitur: *Blasphemiæ.* Per quas etsi quidam intelligunt maledicta, & cõuicia quæ in se mutuò iaciunt disputãtes, cui sensui consonat Ambrosius: Græci tamẽ intelligunt, maledicta in Deũ, quibꝰ eũ afficiũt illi, qui rationi humanæ nixi diuina tractare volunt. *Necesse est,* inquit Oecumenius, *eũ qui humanis permittit rationibus diuina, etiam in blasphemias incidere ex quæstionibus.* Haymo: *Blasphemat,* inquit, *sacram Scripturam per malam interpretationem.*

Ioan. 11.

Ambros. hoc loco.

B. August. tom. 1. initio. Multiloquiũ quod minimè censendum, Augustino.

Blasphemias etiã quas pariãt quæstiones illæ. *Ambros.*

Suspiciones malæ. Falsæ sunt de Deo opiniones, & peruersa dogmata, quæ ex quæstionibꝰ ducũtur, vt ait Chry-

Oecumen. c. 16.

Haymo Episcopus.

Suspiciones item malæ quæ, & conflictationes hominũ mente corruptorum, ex illis procreentur.

sostomus.

sostomus. ¶ *Conflictiones hominũ mente corruptorum, qui veritate priuati sunt.* Græcè legimus παραδιατρίβαι. Et significat inutiles, & superfluas diatribas, id est, consuetudinẽ, & exercitium, & congressum, siue disputationem: nam defendebãt hęc vitia repugnante conscientia, & accipiente cauterium.

Alijs quid conflictationes hominũ mente corruptorum. *Quintil. li. 3. cap. 8. post medium. Theophyl.*

Alij legunt, peruersæ exercitationes, Gręcè διατρίβαι, quæ à Quintiliano scholarum exercitationes vocantur: quę seruiebant ad acuendum ingenium, & ad confirmandum iudicium. Præpositio verò παρὰ, quę præponitur, adiuncta est ad innuendum peruersum harum exercitationum vsum ad Fidem. Theophylactus legit superuacaneum ac diligẽs studium: *Transfusio*, inquit, *morbi prauorum dogmatum.* Et Græci docent metaphoram sumptã ab ouibus scabie infectis, quæ, dum alias fricant, inficiuntur: quod maximè Iudaizantibus conuenit, de quibus Actorũ 15. legimus, quomodò venenum suum alijs insperserint: tales enim alios circumueniunt, trãsfigurantes se in Angelos lucis, veluti ministros iustitiæ.

Actor. 15.

2. Cor. 11.

Soluitur quartũ dub.

Quinam existiment quæstum esse pietatem. *Tit. 1. Rom. 10.*

Ad quartam dubitationem dicimus, Qui pietatem quæstum esse existimant; illi sunt, qui lucrum ex prædicatione intendunt, vt etiam Apostolus ait ad Titum: quorum maior sanè fuit animi corruptio, quàm eorum, qui zelum Dei habẽt, sed non secundùm scientiam. Erat enim gens Iudæorum auarissima, quibus ait Apostolus: *Qui prædicas non furandum, furaris:* & hodie Iudęi infami, & vilissima arte fœnerandi viuunt. At nostri seculi Lutherani, Fidei Catholicæ hostes, pietatis loco quærũt securitatem in peccatis, quæ statim fide in propitiatorẽ aboleantur: rursus à legibus omnibus libertatem, imò licentiam faciẽdi quodcunque placuerit. Æstimãt prætereà pietatem, quæstum esse, quòd Ecclesias, & Monasteria spoliant, auream & argenteam supellectilẽ sacrilegè diripiant, fundos, ac possessiones earum contra ius omne sibi vendicent. Prætereà Augustinus in epist. ad Hilarium: *Multi sunt*, inquit, *tales qui etiam putant sibi ad augendas opes suas, & multiplicanda delectamenta terrena, religionem suffragari debere Christianam.* Cuiusmodi animo complures ad monachatum ac Sacerdotium aduolant, vt pietatem æstiment quæstum, otium, & vitæ huius delicias.

Supra 2.

Hæreticorũ nostræ tempestatis vana fiducia; eorundem sacrilegia, rapinæ.

D. Aug. epi. 79. circa finem. to. 2.

Aliud quoddam genus hominũ existimantium quæstũ esse pietatem.

Post hæc verba, Gręci codices habent, quod in Latino non habetur: ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων, id est, Secede ab his quæ sunt huiusmodi, & sic legit Chrysostomus, cum suis, & Ambrosius. Haymo verò annotat, subaudiendum esse in Latino textu: *Hos deuita.* Pulchrè Oecumenius habet: *Non dixit*, ait, *implicare talibus, & è conuerso contendè, sed sciungere post vnam & alteram admonitionem. Quando enim persuadere poteris hominibus, qui pecuniæ gratia pugnãt? Cùm igitur incorrigibiles sint, deuita illos.* Chrysostomus quoque annotat, locum hũc similem esse ei, qui est ad Titum: *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita.* Si enim, cui summa erat pugnandi necessitas, admonet, vt illorum congressum, & consuetudinem deuitet: quantò magis nos, qui adhuc erudimur, qui in discipulorum ordine sumus? Et diligenter annotent hoc Apostoli dictum, qui sibi & colloquia hæreticorum, & librorum ab eis conscriptorum lectionem permittunt.

Iliud: Secede ab hisquę sunt huiusmodi, quid secundùm Græcos. *Chrys. 17. Theophyl. Oecum. ca. 16. Haymo, ini. huius sexti capitis.*

Quibusnam hominibus difficillimè persuadeatur *Chrys. ibid. Tit. 3.*

Ab hæreticis, & eorum libris secedẽdum.

Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Corrigit illorum dictum, qui æstimant pietatem esse quæstum. Imò, inquit, pietas satis per se magnum lucrum est, vtpotè ęterna bona præstans. Quod, ait, Cũ sufficientia, potest referri ad affectũ animi, vt sufficiens is dicatur, qui eo quod habet, contentus est: sicut ad Philippenses ait Apostolus: *Ego didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio humiliari, scio & abundare, &c. & penuriam pati.* Vnde Ambrosius: *Magnas*, inquit, *diuitias, & acquisitio-*

Vt sit quæstus magnus pietas cum sufficientia.

Philip. 4.

Ambr. hoc loco.

nem in eo dicit, si quis fidelis suo contentus sit. Et quidam verbum illud, Cum sufficientia, verterunt: Vt maneant sua sorte contenti, quò pertinet illud Poëtę:

Ausonius Gallus ex Biãte Prien.

Quisdiues? qui nil cupiet. Quis pauper? auarus?

Alter sensus eius loci.

Potest quoque referri ad rerum necessarum sufficientiam, vt sensus sit: Pietas quæ semper coniuncta est rerum necessariarum sufficientiæ; magnum est lucrum, etiamsi diuitijs careat. Ita intellexit Theophylactus & Augustinus epistola 121. ad Probam cap. 6. Est enim propriè sufficientia, tantum, quantum sufficit, & non vltra quicquam quærere. Aiunt autẽ quidam minus pij, Christum non ordinauisse Religiosis vt quærerent, & mendicarent, ac ita de alieno viuerent: quia non est res pietatis. Et ideò Dominus Lucæ decimo dixit: Edentes & bibentes quæ apud illos sunt.

Theophyl. Aug. to. 2.

Lucæ 10.

Quęstus in pietate quare nõ possit dici pietas.

Sed reuera quæstus in pietate non potest dici pietas, aut pietatis res, quia nomen quæstus significat quod supra necessitatem quæritur. Quod ergo excedit sufficientiam, quæstus est, non pietas, & pietatem violat: quod verò non accedit, cum pietate est, & ex pietate. Sic enim dictat pietas, & non est quæstus, quod cum pietate est, & ex pietate. Et cùm id quod sufficiens est, habetur per humilitatem, & abiectionem mendicitatis, certè magis ex pietate est, per quam homo se subijcit huic sorti vilissimæ propter Christum, quæ est ex emendicato viuere.

In dictum Caietani: Pro alijs, nõ pro nobis mendicare licet.

Ridiculum porrò est, concedere Caietanum, alium pro alio posse mendicare, pro seipso autem non posse: nam si mendicitas malum est propter rapinam, quantò magis prohibenda, ne pro alio fiat? Etsi bonum est propter humiliationem, quantò id meliùs pro se agetur? Præterea quid interest an id fiat per se, vel per alium, modò idem bonum, vel malum resultet ex facto?

Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quòd nec auferre quid possumus. Probat cur pietas sit sua semper tenuitate contenta, sibique satis habere videatur, licèt interim absit copia. Et discurrit ab ingressu nostro in mundum, vsque ad egressum per mediam vitam. Nihil enim diuitiarum intulimus in mundum, sed nudi prodijmus. Rursus certum est, hinc emigrantes nihil ablaturos, sed vt Iob Capite primo ait: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc*, ita vt si quando vetera sepulchra franguntur, diuitum ossa non internoscantur. Hinc beatus Augustinus sermone 205. de Tempore: *Communem habetis* (alloquitur pauperes) *cum diuitibus mundum, non communem habetis cum diuitibus domum, sed commune habetis cœlum, communem lucem. Sufficientiam quærite: quod sufficit quærite, plus nolite. Cætera grauant, non subleuant; onerant, non honorant.* Hæc ille magnus Pater. Similia Propheta Dauid Psalm. quadragesimo octauo docet: *Dies cùm interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* Et iterum Psalmo septuagesimoquinto: *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*; & Sapiens capite septimo: *Vnus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.*

Quæstus magnus cur pietas cum sufficientia, secũdùm Apost.

Iob 1.

B. Aug. cap. 5. sermonis to. 10.

Psal. 48.

Psal. 75.

Sapient. 7.

In via verò media: *Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus.* Ecce quid sit sufficientia, quæ Græcè vocatur αὐτάρκεια: alimenta, scilicet, & quibus tegamur, id est, cibum, potum, vestem, & domum. Etsi nomine alimentorum apud Iurisconsultos soleant venire vestes, & alia necessaria ad vitam humanam. Et non est dignatus Apostolus vestes vocare, in quibus quidam inaniter gloriantur, sed tegumenta, quibus teguntur iumenta, & quibus homo, futurus aliquando puluis, & vermium, esca, tanquam Æsopi cornicula furtiuis nudata coloribus. Alienæ proinde

Quid est: Habentes alimenta, & quib⁹ tegamur, his contenti simus.

Dives qualis tandem erit, ac modò quidem sit *Genes. 3.*

sunt

Blãtis dictũ.

sunt à nobis diuitiæ, nec inter bona nostra recensendæ, vt dixit Sapiens ille, qui interrogatus cur in communi ciuitatis incendio fugiens nihil portaret; respondit: *Omnia bona mea mecum porto.*

Rebus ad vitã necessarijs cur debeam⁹ esse cõtenti. *Matth. 6.*

Et subdit Apostolus: *His contenti simus.* Quia quærentibus regnum Dei, & iustitiam eius, reliqua adijciuntur, iuxta Domini pollicitationem. Et ita Iacob Capite vigesimo octauo Genesis: *Si dederit,* inquit; *mihi Dominus panem ad vescendum, & vestimentum ad vestiendum.* Sapientissimus quoque, ditissimus, ac potẽtissimus Rex Salomõ precabatur: *Mendicitatem ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria.* Blondus Decade secunda libro sexto refert, Saladinum Sarracenum, vnum sui seculi & gloria, & magnitudine rerum gestarum, facilè principem, interulam, qua cadauer eius indui testamento disposuerat, præcepisse vt lancea sublimem seruus circumferens per compita, vicosque clamaret, Saladinum Asiæ dominatorem nihil aliud ex tanta opum affluentia secum auferre; rarissimum spernendæ gloriæ mundi, & diuitiarum exemplum. Sint ergo mores sine auaritia, contenti præsentibus. *His,* inquit, *contenti simus.* Nos verò contrà in victu & amictu, & habitatione nihil aliud præter luxum, delicias, & ostentationem quærimus: quo fit, vt nihil vnquam sufficiat, & semper nouis lucris inhiemus, semperque egeamus; cùm passim Scriptura nobis ad memoriam reuocet, vt externa hæc nihil ad nos pertinere consideremus, ad quæ tandem dimittenda cogimur tot Scripturarum testimonijs, & sanctorum virorum documentis. Rursus ex his bonis externis non est nobis certum iudicium vel ad felicitatem æternam, vel ad perpetuam miseriam, sed ex operibus nostris bonis, vel malis expectandum est. Et si sanari volumus, resecanda nobis est omnis cupiditas, nec sequendum vulgi iudicium: nihil enim ei sufficiet, qui cupiditatem suam non refrænauerit. Lege Homiliam septimam Basilij Magni ad eos qui ditescendi studio tenentur: & Hieronymum libro secundo aduersus Iouinianũ: *Sapientiæ,* inquit, *operam dare non possumus, si mensæ abundantiam cogitemus, quæ labore nimio, & cura indiget. Citò expletur naturæ necessitas: frigus, & fames simplici vestitu, & cibo expelli potest. Vnde & Apostolus: Habentes, inquit, victum, & vestitum, his contenti sumus. Deliciæ, & epularum varietates, fomenta auaritiæ sunt.* Et paullò post: *Tolle epularum, & libidinis luxuriam: nemo quæret diuitias; quarum vsus aut in ventre, aut sub ventre est.* Vnde Horatius libro primo epistolarum:

Prouerb. 30

Saladini Asiæ dominatoris, moribũdi, rarissimũ spernendæ gloriæ mũdi & diuitiarũ exemplum.

Contra immoderatum victum, & vestitum.

Secunda ratio, cur victu & vestitu debeamus esse contenti.

Mag. Basil. tom. 1.

Hieron. inter med. libri circiter & init. t. 2.

Quòd natura nostra sit paucis contenta.

Seruiet æternum, quia paruo nesciet vti.

Horat. li. 1. epist. 10. ad Fusc. Arist. prope finem

Ad quintum circa illa verba: *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, &c.* Disputat per occasionem Apostolus de auaritia Sacerdotum, ob quam apud vulgus malè audiunt. Nihil, inquit Ambrosius, tam asperum, tamque perniciosum est, quàm si Ecclesiasticus, maximè qui in sublimi loco est, diuitijs huius seculi studeat: quia non solùm sibi ipsi, sed & cæteris obest. Contrariam enim formam dat hominibus: necesse est enim multos imitatores eius existere ad perditionẽ. Chrysostomus Homilia decimaseptima rectè expendit, Apostolum non dixisse: Qui diuites sunt; sed, Qui volunt fieri diuites. Sunt enim & qui pecunias habentes, eas ritè dispensent, ac aspernentur, easque pauperibus diuidant: profectò non eos, qui sunt huiusmodi, sed cupidos notat.

Quintæ solutio quæstionis.

In id: Qui volunt diuites fieri, incidũt in tentationem, & in laqueum diaboli, &c. *Ambr. hoc loco.*

Chrysost. hom. 17.

Prætereà Augustinus in Psalmũ cẽtesimumtrigesimum sextum, illud acutè considerauit, hîc mentionem fieri eorum, qui non sunt diuites: nã de ijs, qui sunt diuites, infrà dicetur: *Præcipe diuitibus huius seculi, &c.* Incidunt, inquit, in tentationem.

Aug. procul à med. to. 8

Multa enim diteſcere volentibus occurrunt, quibus tentantur; & vt ait Chryſoſtomus, multis periculis inuoluuntur.

Chryſ.ibid. in illud: Cõfeſſus es bonam confeſſionem, &c. Altera ſolutio.

Alius ſenſus eſſe poſſet: Incidunt in tentationem; id eſt, ſuperantur à tentatione: ſicut in Oratione Dominica dicitur induci in tentationem. Quaſi dicat: Qui diteſcere vult, ſingulos quoſque veretur, & timet, ne quo pacto in re augenda ab eis impediatur. Quare dum homines offendere metuit, iniquè frequenter agit: potiſsimùm verò incidit in illam tentationem ſuperbiæ & elationis. Nam etſi tentari malum non eſt, niſi nos in eam tentationem noſtra culpa incidamus, & ad reſiſtendum noſtra culpa imparati inueniamur: alioquin tamen & bona eſt, & magni meriti materiam præbet. Nam qui non eſt tentatus: qualia ſcit? & Dauid ait: *Proba me, Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.* Si tamen homo pigritiæ, & otio, & curioſis rebus intendat, tentationi dat locum: ſicut ſi in tribulatione, & aduerſis caſibus preces non fundat, contra Domini præceptum: *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem:* quemadmodùm ſi in proſperis gratias nõ agat, nec ſe tanto magis humiliet, in ſuperbiæ tentationem incidet: ſi habet ſcandalum ab otio, & non fugit, nec amputat ſibi oculum, vel manum, vel pedem ſcandalizantem, hic incidet in tentationẽ; ſic homo, qui vult fieri diues, intrat in tentationem furandi, rapiendi, iniuſtè agendi, & abutendi poteſtate, aduocatione, mercibus: tentatur etiam vt mentiatur, iuret, periuret, & omnibus fraudibus ac dolis ſeipſum exerceat, ac muniat. Vnde rectè habet dictum Menandri:

Οὐδεὶς ἐπ λάτησε ταχέως δίκαιως ὤν

Tale eſt illud Sapientis: *Qui feſtinat ditari, non erit innocens.*

Tẽtatio quæ bona & vtilis nobis ſit; quę noxia ac perniciosa. *Eccli. 34. Pſalm. 25.*

Matth. 26. Superbiæ, otij, & auaritiæ quomodo tentationibus occurrendum. *Eccli. 3. Matth. 18.*

Nullus (ait Menander) citò ditatus, fuit iuſtus. *Prouer. 23.*

Et in laqueum diaboli. Græci codices non habent Diaboli, nec in textu Ambroſij legitur, nec apud Auguſtinum ſermone quinto de verbis Apoſtoli, nec in Homilia octaua libri quinquaginta homiliarum, nec denique apud beatum Thomam in interpretatione. Legit tamen hoc verbum verus Ambroſius ſermone decimoquarto, in illum verſiculum Pſalmi 108. *Poſuerunt peccatores laqueum mihi, & à mandatis tuis non erraui*, vbi ait: *Aperuit tibi Apoſtolus autorem omnium peccatorum, &c.* producens hunc textum, Diuitias eſſe tentationem, & laqueum diaboli, quem tetendit etiam Saluatori. Et Chryſoſtomus exponit laqueum, infidelitatem, quæ in Scripturis ita vocatur. Et diuitiæ à fide aberrare faciunt. Haymo interpretatur laqueum diaboli, damnationem.

Aug. to. 10

B. Thomas lect. 2.

B. Amb. t. 4.

Matth. 4. Laqueũ quẽ incidant diteſcentes. *Chryſ. hom. 17. Haymo.*

Addit: *Et deſideria multa, & inutilia.* Perfectio hominis in vno poſita tunc læditur, quando cor eius ad multa diſtrahitur. Et in ſecunda epiſtola aſſerit de mulierculis quæ ducuntur varijs deſiderijs. Inutilia vocat deſideria, Græcè ſtulta: quia homo ſtudio diteſcendi incipit habere oculum ad domum proximi, ad vineam, & oliueta, vel alia, dicens: Vnde habeas, quæret nemo, ſed oportet habere. Hinc Chryſoſtomus reſpiciens ad vim vocis Græcę ἀνοήτους, ait: *An non ſtulti, qui fatuos, qui nanos habent, oblectationis, non clementiæ gratia, qui piſces includunt atrijs, qui feras nutriunt, qui canibus ſtudent, qui equos ornant phaleris, horumq; non ſecùs ac paruuli affectu rapiuntur? Hæc omnia inutilia ſunt, ſuperflua, nihil in his neceſſarium, nihil vtile.* Subdit etiã *Nociua*, tùm proximis quos quærit ſpoliare; tùm ſibiipſis, qui quærunt diteſcere, difficultatesque, labores, anxietates, & inuidias ſibi accerſunt.

Identem deſideria multa quæ incidãt, & inutilia. *2.Tim. 3.*

Chryſ. ibid.

Deſideria quæ nociua.

Quæ mergunt homines in interitum. Id eſt, More aquarum multarum, à quibus emergere non datur. Et bene Dominus dixit, ſpinas ſuffocare verbum Dei, vt non valeant euadere, propter ipſum peccatorũ pondus. Mergunt autem in interitum animæ in præſenti tẽpore, & in perditionẽ

Deſideria inutilia, & nociua quomodo mergãt homines in interitum *Matth. 13.*

in futuro ſeculo & animi & corporis. Nam in primis reſtituenda non reſtituunt, aut difficillimè, aut rariſſimè, aut tardiſſimè.

Ad ſextum, in id: *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas*, dicendum eſt, cupiditatem Græcè dici φιλαργυρίαν, id eſt, ſtudium pecuniæ, ſeu argenti amorem. Et veteres, & recentes legere ſolent, Auaritia, vel pecuniæ ſtudium. Nam eſt cupiditas gloriæ, imperij, vindictæ, voluptatum, & aliarum rerum. Ita Origenes in cap. 5. Matthæi, Arnobius in Pſalmum 61. & Hilarius ad hoc alludẽs, ait in eundem Pſalmum: *Radix maximè iniquitatum, in pecuniæ cupiditate eſt: quam qui appetit, grauiſſimè tempeſtatis naufragio mergitur.* Ambroſius in Textu & Commentario legit: *Auaritia. Auaritia*, inquit, *omnia mala poteſt admittere; ideò radix omnium malorum eſt, quia vt deſideria ſua expleat, (quod impoßibile eſt) & maleficia, & homicidia, & obſcœnitatem, & quicquid ſceleris eſt, perpetrat.* Hęc ille. Et probatur ex eo quod præcedit: *Qui volũt diuites fieri.* Et in moralibus, ſicut & in naturalibus non quid ſemper fuit quæritur, ſed quid in pluribus accidit, quia voluntas non ex neceſſitate operatur. Prout autẽ cupiditas inordinatus eſt cuiuſuis rei appetitus, in omni peccato includitur, quia eſt conuerſio ad bonum temporale. Rectè autem Bion quidam Ethnicus dixit, teſte Diogene Laërtio φιλαργυρίαν eſſe κακίας μητροπολίν, id eſt, malitię metropolin. Timon verò dicebat duo eſſe malorum elemẽta, ἀπληστίαν, καὶ φιλοδοξίαν; hoc eſt, inexplebilem opum auiditatem, & gloriæ appetitionem.

Origenes. Arnobius. Hilarius.

Ambroſius.

Bion Philoſophus, & Timon de amare quid ſenſerint. Diogenes Laert.

Dicitur autem radix omniũ malorum, cupiditas, quòd omnis generis mala ex ea oriri debeant, non vt genera ſingula, ſed vt genera ſingulorum: nullum enim genus peccati eſt, quod non quandoque à ſuperbia oriatur. Nã ſunt qui diuitias cupiũt, vt per eas ad culmen honorum pertingere valeant. Sunt rurſus alij, qui dignitates, & honores appetunt, vt ex illis ditiores fiant. Vt ſuperiùs ex Ambroſio ꝓtulimus. Auaritia ideò radix omnium malorum eſt, quia vt deſideria ſua expleat, quicquid ſceleris eſt, perpetrat. Non enim viuentibus parcit, neque mortuis, ſed hos quoque deprædatur. ¶ Aliter ſoluit Auguſtinus libro vndecimo in Geneſin ad literam, Capite decimoquinto: *Meritò*, inquit, *initium omnis peccati ſuperbiam Scriptura definiuit, dicens: Initium omnis peccati ſuperbia. Cui teſtimonio non inconuenienter aptatur etiam illud, quod Apoſtolus ait: Radix omnium malorum eſt auaritia: ſi auaritiam generalem intelligamus, quæ quiſque appetit aliquid ampliùs quàm oportet, propter excellentiam ſuã, & quendam propriæ rei amorem.* Et infrà: *Specialis eſt autem auaritia, quæ vſitatiùs appellatur amor pecuniæ. Cuius nomine Apoſtolus per ſpeciem genus ſignificans, vniuerſalem auaritiam per genus volebat intelligi, dicendo: Radix omnium malorũ eſt auaritia. Hinc enim & diabolus cecidit, qui vtique non amauit pecuniam, ſed propriam poteſtatem.* Idem in Pſalmum 118. explicans illud: *Inclina cor meum, Deus, in teſtimonia tua: Auaritia*, inquit, *eſt radix omnium malorum, culpæ, & pœnæ. Et alibi Charitatem vocat radicem, iuxta illud: In charitate radicati, & fundati: Vt enim radix omnium malorum eſt cupiditas, ita omnium bonorum charitas.* Hæc ille.

Altera ſolutio.

B. Aug. to. 3 Eccl. 10.

Si initiũ omnis peccati eſt ſuperbia iuxta Sapientẽ: quomodo radix omniũ malorum eſt cupiditas?

Eſaiæ 14.

Idem ſerm. 11. tom. 10. Pſal. 118. Epheſ. 3.

Solutio ſextæ dubitationis.

Radix omnium malorũ cur ſit auaritia.

Quam (ſcilicèt cupiditatem, ſiue rectiùs, Quam pecuniam) *quidam appetentes, aberrauerunt à fide.* Sex genera malorum ab auaritia proficiſci dixerat; nempè, incidere in tentationem, & in laqueum, & deſideria multa irrationabilia, & nociua, & quæ mergunt in interitum, & perditionem. Addit & ſeptimum, quod facit apoſtare à fide: qđ apertũ redditur in nouo Teſtamẽto in Iuda ꝓditore Dñi: patet etiam in Phariſęis & Iudæis, qui dicebant: *Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem.* Liquidum etiam redditur in Simone Mago, qui voluit pretio cõ-

Auaritia quorum malorũ radix ſit.

Amore pecuniæ quinam aberrarint à fide.

Ioan. 11. Actor. 8.

parare Spiritum sanctum, vt illum alijs impertiretur, & inde ditesceret. In veteri quoque Testamento respice Balaam, qui amore pecuniæ Fidem reiecit, & in scelera multa incidit, docens Regem Balac, quomodò populus Israël idôla coleret. In hæreticis etiam idē perspicimus, quorum multi hodie ab hæresi non recedunt, ne potissimum cogantur restituere, quæ furto ab Ecclesia, & Monasterijs abstulerūt. Idem posset Osij Cordubensis Episcopi exemplo confirmari, qui solicitatus à Constantio, vt causam ageret contra Gregorium Illibertinum, lucri studio Fidem abnegauit, vt testis est Isidorus in libro de Ortu & obitu Sanctorū.

Numer. 23. *2. Petri 2.* *Iudas.*

Osius Cordubens. à quo mercede corruptus.

Isidorus Hispalensis

Et inseruerunt se doloribus multis. Id est: Non solùm est radix omnium peccatorum, sed etiam omnium malorum pœnæ in hac vita per syntaresim conscientiæ, & in futura vita ob abiuratam Fidem, & propter vermem conscientiæ perpetuò rodentē cor hominis. Inseruerunt se, inquit, doloribus multis: quia vt quidam Sanctus rectè considerauit, inseruerunt se priùs amoribus multis. Et alludit Apostolus ad insitionem arboris, quæ si mala est, malos fructus producit; si bona, bonos. Et qui ingerit se per charitatem Christo, bonos fructus facit: qui verò in dæmonem per amorem suiipsius, malos fructus peccatorum, & suppliciorū germinat. Vnde per dolores intelligunt quidam peccata, & mala culpę more Hebræo, vt sæpè aliàs vsurpatur. Vnde Psaltes: *Ecce parturijt*, inquit, *iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem*; & alibi: *Sub lingua eius labor, & dolor*; Esaiæ quoque 10. vox Amal, quæ alibi vertitur doloris nomine, ibi conuertitur per nomen iniustitiæ. *Scribentes*, inquit, *iniustitiam scripserunt*. Sunt enim mala culpæ verorum dolorum causæ.

Auari quibꝰ se inseruerint doloribus multis, & quare.

Matth. 7.

Quibus quoque, secundū alios, cupidi illi se doloribus inseruerint multis. *Psal. 4.* *Esaiæ 10.*

DISPVTATIO XVII. ac postrema.

In illa Apostoli verba: *Tu autē, ô homo Dei, hæc fuge; sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatē, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamē fidei: apprehende vitam æternam, in quam vocatus es, & confessus bonam confessionem corā multis testibus. Præcipio tibi coram Deo qui iustificat omnia,* & reliq. vsque in finem capitis.

Primum dubium, secundum, tertiū.

PRIMO dubitatur quò tendat Apostolus. Deinde quis dicitur homo Dei apud Paulum. Tertiò, quæ sint illa quę fugienda Timotheo absolutè, & non explicando illa, præcipit: & quæ sunt illa quæ sectari debet; & quomodò certādo bonum certamen, apprehēditur vita æterna. Quartò quæ est hæc bona confessio, quam confessus erat coram multis testibus Timotheus. Quintò, quale fuit illud mandatum, quod sub tāta contestatione proponit, vt illud seruet sine macula, & irreprehensibile. Sextò, quomodo solus Deus dicitur habere immortalitatem, quę est tam Angelorum, quàm beatorum omnium hominum; & cuius Personæ conueniunt illi tituli, Qui solus habet immortalitatem, & lucē habitat inaccessibilem, cui honor, &c. Septimò, qui sunt diuites huius seculi, quos Apostolus vult à Timotheo doceri, & instituit. Octauò, quod est illud depositum seruandum à Timotheo

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum, ac decimum.

motheo, & non speciatim expressũ. Nonò, quæ sunt profanæ vocũ nouitates: semper enim in Ecclesia fuerunt nouæ voces ad explicanda mysteria Noui Testamenti. Decimò, & postremò, quos tangit, cùm ait; Et oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittebant, qui tamen à Fide exciderunt. Hæc pauca videntur breuì explicanda, & illustranda.

Primæ solutio quæstionis. Qui scopus Apostoli.

Ad primum de scopo non est difficile respondere: dixerat enim multa cõtra auaritiam eorum, qui in Ecclesia præsunt: ipse iã exhortatur ad exercitia spiritualia, & virtutes, quibus munus Episcopi perficitur: nam in vno Timotheo instituere intendit omnes Episcopos, & Sacerdotes, quorum quidam adeò inhiant diuitijs accumulandis, & congerendis, vt seculi huius diuites longè post se relinquant; quod plenum est scandali, & infamiæ.

Secũdæ quæstionis solutio. Homo Dei quis Apostolo. *Hier. to. 5.*

Ad secundum: Dei homo est, qui populo in rebus Dei præest, qui pastorem agit, & Episcopum. Hieronymus in cap. 17. Ezechielis asserit, eos propriè, & peculiariter vocari homines Dei, qui non modò conditionis, sed familiaritatis iure Deo sunt coniuncti. Alioqui omnes animæ Dei sunt, quia ab ipso conditæ. Vnde in veteri lege qui iustus vult designari, vir Dei, vel homo Dei dici consueuit, is nimirum dumtaxat, cui Deus loquebatur, & sua reuelabat. I. Reg. 2. dicitur; *Venit vir Dei ad Heli*, & cap. 9. *Vir Dei est in hac ciuitate, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate verum est.* 3. Regum 13. *Tu ne es vir Dei?* Ita Helias, & Helisæus vocari solent: *Si homo Dei ego sum*, inquit, *descendat ignis de cœlo, & deuoret te, &c.* Dauid quoq; vocatur homo Dei, hoc est, Propheta; Augustinus etiam in Ioan. Cyprianum, & similes vocat homines Dei per quandam excellentiam; cũ omnes isti sint populus Dei.

1. Reg. 2. *Infra 9.* *3. Reg. 13.* *1. Reg. 1.* *2. Paral. 8.*

Tertiæ solutio dubitationis. Timotheus quæ fugere debebat.

Ad tertium circa id: *Hæc fuge*: intellige vitandam teterrimam auaritiæ pestem, de qua erat sermo: non secùs atque auari ipsi paupertatẽ fugiunt, quam vt non valeant expellere à seipsis, nullum non mouent lapidem. Et vt Poeta quidam dixit,

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Horat. lib. 1. epistol. 1. circa med.

Fuge ergo promptè, & impigrè, tanquàm à facie colubri: quia rapit hominem voluptas, rapiunt diuitiæ, nisi fugiat, eoquòd homo proprio suæ naturæ vitio, & affectu inclinetur ad illas. Et fuga hæc fit affectu, & mentis alienatione, non autem corporis gressibus, quia *Cœlum* (ait ille) *non animum mutant, qui trãs mare currũt.* Et scripsit Ambrosius elegantem librum de fuga seculi. Ac vt expeditus est nudus ad cursum, & ad fugã, ita adolescentulus amictus sindone super nudo, relicta sindone euasit eos, qui tenere eum volebant. Et tales debent esse omnes religiosi, qui mundum se reliquisse profitentur.

Illa quomodò eidem fugienda. *Eccli. 21.* *Horat. lib. eod. epist. 11. ad Bullatiũ, in fine.* *Marc. 16.*

De his verò quæ sectanda sunt, subiungit: *Sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, &c.* Fugimus ea, à quibus nobis metuimus, & festinanter recedimus; sectamur verò, quæ magno conatu, & studio nitimur apprehendere. ¶ Sectamur verò iustitiam, cùm in studio pietatis conamur nos ipsos superare, & nouum semper assumimus spiritum, & iustitiam; ne immodica cupiditate alicui iniuriam faciamus: pietatem verò, dum Dei cultui vacamus: fidem, quæ in futura prospicit, dũ ad præmia æterna aspiramus: quia Fides est substantia rerum sperandarum. Porrò charitatem Dei, cùm erga proximos liberales, & beneficos nos ostẽdimus. ¶ *Patientiam.* Ne in paupertate victus & amictus, animo deficiamus. *Mansuetudinem verò*, hoc est, animum mitem, & tranquillum, dũ ea quæ nostra sunt, nobis eripiũtur.

Quid fugere, quid verò sectari. Iustitiã quomodò sectemur, pietatẽ, charitatem. *Hebr. 11.* Patiẽtiã quoque, ac mansuetudinem.

Certa bonum certamen fidei. Certamen bonum fidei certamus, dũ omnis pugna, & conatus suscipitur propter cœlestia. Et apprehendimus vitam æternam, hoc est, regnũ cœlorũ,

Certemus bonum certamẽ fide quando.

quod

Matth. 11. quod vim patitur, & à violentis rapitur, non à tepidis. Hæc enim victoria, quæ vincit mũdum, fides nostra. Est etiam bonum certamẽ, quia ad summum bonum possidendum ducit, & malum summum deuitat. Hinc Augustinus rectè dixit: *Melius consligitur cum vitijs, quàm cùm sine vlla conflictatione dominãtur. Melius est, inquam, bellum cum spe æternæ pacis, quàm sine vlla liberationis cogitatione captiuitas. Cupimus quidem etiam hoc bello carere, & ad capessendam ordinatissimam pacem, vbi firmissima stabilitate potioribus infirmiora* (alij legunt, inferiora) *subdantur, igni diuini amoris accendimur.* Hæc magnus ille Pater.

1. Ioan. 5.

B. Aug. lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 15. in fin. to. 5. Melius quòd bellum captiuitate sit.

Alij putant, certamen fidei, esse defensionem fidei. Apprehẽde tanquàm palmam victoriæ vitam æternam, quam cum vitijs certando quis consequitur. Et apprehendere est cõsequi. Et vt fructum arboris nobis altiorem non apprehendimus, nisi saltu quodam à terra nos erigendo; ita vitam æternam non assequimur, nisi terra relicta, saltem corde in cœlum nos eleuemus.

Quid itẽ certare bonum certamen fidei: & apprehendere vitam æternã.

Ad quartum: *In quam*, inquit, scilicet vitam æternam) *vocatus es, & confessus bonam confessionem*, vel bonam professionẽ. Vocat igitur Deus ad vitam æternam, non ergo retrocedendum est, nec oscitanter agendum. Et ob illam eandem vitã professus es bonam confessionẽ: quod triplicem habere potest intelligentiã. Prima est Chrysostomi, & Theophylacti, quòd in periculo vitæ ob Euangelium versaretur, & ideò corã multis confessus est Fidei doctrinã. Secundò intelligi potest de professione, quæ fit in Baptismo, qua professi mur abrenuntiare Satanæ, & põpis eius: & in hac sententia est Ambrosius, Oecumenius, & Haymo. Petrus verò Lombardus, & Thomas ita interpretantur: Confessus es bonam doctrinam, cùm coram multis testibus tuæ pietatis bonum specimen dedisti: vel in consecratione cũ fieres Episcopus, professus es bonã professionem, te scilicet semper euãgelizaturum. Secunda autem expositio magis placet, quia dicit se in vitam æternam vocatum; quod tunc ꝓpriè fit, cũ Christiani efficimur: & interrogat⁹ in baptismo Christianus, Quid præstat tibi fides? respondet, Vitam æternam. Timotheus etiã vocanti non defuit. Turpe igitur fuerit terga dare, & fidem solenniter datam deserere.

Soluitur quarta dubitatio. Timotheus quã confessus sit bonã confessionẽ coram multis testibus, triplex intelligentia.

Chrys. hom. 11. & 18. Theophyl.

Ambrosius. Oecum. cap. 16. in fine. Haymo. Petr. Lombardus. D. Tho. lect. 2. in fine.

Multi testes bonæ cõfessionis Timothei quinam illi fuerint.

B. Aug. t. 1. sub init.

Multi testes bonæ cõfessionis Timothei quinam illi fuerint. Quinam sensus illorum trium præstãtissimus.

Multi testes bonæ cõfessionis Timothei quinam illi fuerint. *

Quare adiuret corá Deo, qui viuificat omnia.

Adiungit: *Coram Deo, qui viuificat omnia*, id est, qui potentissimus est; vt ita alacrior sit ad certamen, & pericula subeunda. Resurrectio enim diuinæ opus est virtutis. ¶ *Et Christo*, inquit, *Iesu*. Hunc inducit vt exemplar, quod imitetur. *Qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonã confessionem.* Quod secũdùm Patres Græcos refertur ad id, quòd coram Pilato confessus est se Regẽ Iudęorum. *Ego*, inquit, *in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* Idem etiam facto martyrij sui, quo mortem subijt, & suppliciorum tolerantia contestatus est. Sic Haymo exponit, ac Thomas.

Christus quale testimonium reddiderit sub Põtio Pilato bonam confessionem. *Ioan. 18.*

Haymo Episcopus. *B. Tho. lect. 2. in fine.*

At Theodoritus bonam confessionem explicat salutem hominum, pro qua Christus passionem sustinuit, & confessus est, quòd ipse solus sit Saluator omniũ: id quod nos in Baptismo confitemur; & ita eam testimonio stabiliuit. Testimonij siquidem vox pertinebat ad iustificationem, quæ fit opere, & sanguine, & voluntaria morte. Christus igitur id quod erat, antè verbis professus est, & opere postcà contestatus. Ita tu Timothee hoc cogita, vt id quod verbis es professus in Baptismo, opere exequaris, & ipso facto mortis, si opus sit, contesteris.

Alter sensus, nempè Theodorti, par. 2.

Ad quintum dubium.

Timotheus seruandũ sine macula, irreprehensibile quodnã acceperit mãdatum. Variæ solutiones. *Ioan. 10. 1. Ioan. 3.*

Ad illud verò, quale sit illud mandatum sine macula irreprehensibile vsque in aduentum Christi, respondeo, quoſdã, sentire esse illud, quod superiùs dixit: Certa bonum certamen fidei, alij verò mandatum per eteroſin numeri, id est, quæcũ q; mãdaui spectantia ad boni Episcopi munus. Alij intelligunt mandatũ prædicationis verbi Dei, quod accepit in Episcopatus professione. Alij, mãdatum dilectionis proximi per Antonomasiam mãdatum absolutè dictum, quod qui præstat Episcopus, boni pastoris opera præstabit, & ponet animam suam pro ouibus suis.

Timotheus quomodò se immaculatũ, & irreprehẽsibilem, vel mandatũ seruare sine macula, & irreprehensibile deberet. *Chryſoſ. homil. 13. Theophyl.*

Addit: *Sine macula irreprehensibile.* Græca litera potest referri ad Timotheum, vt Chrysostomus facit, & Theophylactus. Vnde quidam conuertit: Vt serues præceptum immaculatus, & irreprehensibilis; & in idem redit: ita vt neque vitæ, neque dogmatum gratia aliquam maculam contrahas, vnde meritò reprehendaris. ¶ Oecumenius autem refert ad mandatum: maculat enim, & reprehensibile facit mãdatum, qui punit, secũdum illud: *Qui detrahit fratri, detrahit legi.* Ita maculat, & reprehendi facit legem, qui eam non seruat, maximè si sit Episcopus, propter cuius malam vitam, aut praua dogmata, sicut nomen Dei, ita & mãdatum eius vituperatur, & blasphematur.

Oecum. cap. 17. init. *Iacob. 1.*

Porrò per immaculatum intelligo, sine macula magni, & grauis delicti; nam sine leuibus, & venialibus non viuunt etiam perfecti viri. Vnde prorsus esse sine macula, in seculum futurum seruatur. Nam Ephes. 5. dicitur; *Vt exhiberet ipse sibi (Christus) gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi.* Verumtamen Paulus apertè subdit hoc tribui hominibus in die iudicij, quia subdit: *Vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi*; ita ergo locutus est, ad illud tempus respiciẽs.

Seruari sine macula quis possit. *Ephes. 5.*

Pro quo sensu perspice ritum, & ordinem Baptismi. Primò enim instituitur Catechumenus de Fide, deinde baptizatur, & post Fidem, & Baptismum præcipienda sunt ea, quæ sunt seruanda: sicut Hieronymus apertè docet super illud Matthæi: *Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis*; vt quodammodò baptizato dicatur: *Ecce sanus factus es: iam noli peccare*: quod præceptum non tantùm verbo, sed & ceremonia quadam baptizato proponitur, cùm eius vertex chrismate inungitur, & veste candida induitur, & ardens cereus datur in manibus eius, ac dicitur ei; *Accipe vestem candidam, sanctam, immaculatam, quam feras ante tribunal Christi, & habeas vitam æternam, & viuas in secula seculorum, Amen.* Hieronymus in epistola Damasum meminit cerei, qui datur, ac dicitur: Accipe lampadẽ ardentẽ,

Baptismus quo ritu, & ordine celebretur. *B. Hieron. in cap. Matthæi 28. & vltimum, in fine, tom. 9. Ioan. 15.* *B. Hieron.*

irre-

irreprehensibilem custodi Baptismũ tuum, serua Dei mandata; vt cũ Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei vnà cum omnibus sanctis in aula cœlesti, habeasque vitã æternam, & viuas in secula seculorum. Huius vestis mentionem fecerunt Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiastica Hierarch. cap.2. par.3.sub finem; & Ambrosius lib. de ijs, qui mysterijs initiantur, capit.7. initio: *Accepisti*, inquit, *vestimenta candida, vt esset indicium, quòd exueris inuolucrum peccatorum, indueris innocentiæ casta velamina.* Paulinus in carmine:

Inde parens sacro ducit de fonte Sacerdos
Infantes niueos corpore, corde, habitu.

Et Lactantius in carmine Paschali, in fine:

Cãdidus egreditur nitidis exercitus vndis,
Atque vetus vitiũ purgat in amne nouo.

Ideò Sabbatum post Pascha primũ, dicitur Sabbatum in albis; quia tũc candidam vestem neophyti deponebant. Et ad hanc fortasse vestem alluserit Iudas in Catholica sua, cùm ait: *Odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.*

Ad rem igitur, vocat Paulus præceptum immaculatum, & irreprehensibile, quia præcipit homini agere, vt in die iudicij immaculatus, & irreprehensibilis appareat: quemadmodũ præceptũ tẽperatũ, ac forte dici posset, quòd tẽperantiá, ac fortitudinem præscriberet. Nam leges à rebus præscriptis nomina sumunt, vt lex repetũdarum, & lex sumptuum.

Sequitur: *In aduentum.* Græcè est, in apparitionem: frequenter enim inculcatur nouus secundus Christi aduentus, quia res præcipua est, & sanctorum spes, & consolatio contra miras Satanæ insidias, & carnis, & mũdi technas. Et sicut in veteri lege omnia designabant primum Christi per incarnationem aduentum: ita quod nunc agitur à pijs, vt impleatur secunda petitio Orationis Dominicæ: *Adueniat regnum tuum.* Ideò Apostolus sæpè proponit secundum Christi aduentum, vt ad Philippen. 1. *Vt sitis synceri, & sine offensa in diẽ Christi*; Cap. 3. ejusdem Epistolæ: *Vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam.* Et infrà: *Si quomodò occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis.* 1.Cor.1. *Qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.* Ita etiam dicitur ad Coloss.1.& in 2.ad Timotheũ: *Non solùm autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius.* Dixit ergo Apostolus Timotheo, vt seruet mandatũ vsque in adnentum Domini nostri: quod interpretatur Chrysostomus, vsque ad consummationem tuá, vel vsque ad exitũ. Quod alibi expressum est à Spiritu sancto: *Esto*, inquit, *fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronã vitæ.* Et vt Augustinus docet ad Hesychiũ: *Vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum inueniat eum Domini aduentus. Imparatum autem inueniet ille dies, quem imparatũ inuenerit suæ vitæ huius vltimus dies.* Hæc ille. Acfortasis Spiritus sanctus hoc sermone libenter vtitur, quia melius capiunt homines totius hominis, quã solius animæ iudicium; ac vt fides resurrectionis inculcetur, & sit quisque in hac vita solicitus, quia ex ea in extremo iudicio omnes iudicabũtur. Quem scilicet aduentum, siue quam apparitionem, suis temporibus ostendet, siue reuelabit: Tẽporibus, inquam suis, à se decretis ac difinitis, ac Patri soli notis, vt Christus dixit, & cõgruis quia Deus opportuno, ac congruo tempore omnia facit.

Neque dixit in singulari, suo tempore, sed in plurali, suis temporibus; vt intelligat quisque suã è vita migrationẽ fore diẽ iudicij. Et hoc addit; ne contristeturquis, quòd nondũ adsit Domini aduentus: *Beatus, & solus potẽs, Rex Regum, & Dominus dominãtiũ.* Dicitur beatº Græcè cũ articulo, ὁ μακάριος, & Ambrosius legit, Beatus ille, quòd solº ex se, & per se beatus sit, & tanta beatitudine plenus, vt eam in omnes electos copiosè effundat. Vnde capite 1.dixit: *Secundũ*

Matth. 25.

B. Dionysius

Amb. to. 4. Baptismalis candidæ vestis mysteriũ *B. Paulin.*

Lactan.

Sabbatum in albis quale sit, & cur huius nominis.

Iudas.

Immaculatũ cur Apostolus mandatũ appellet.

De secundo Christi aduẽtu idem, & Scripturæ omnes cur sæpius loquãtur.

Matth.6.

Christi aduẽtus ad iudicium, Pauli testimonia. *Philip. 1.* *Infrà 4.* *Ibidem.* *1. Cor. 1.* *Coloss.1.* *2. Tim.4.*

Chrys.hom. 18.

Apoc.2.

Aug. epist. 80.sub init. tom. 2.

Quid est, Christi aduẽtum à Deo suis fore temporibus ostẽdendum.

Matth.24.

Suis temporibus, nõ autem, suo tempore, cur dicitur declarandus.

Ambros.

1.Tim.1.

Euangelium gloriæ beati Dei. Et honorat Patris autoritatem, quia ab ipso procedunt omnia, etiam ipse Filius, & Spiritus sanctus: & quicquid est, habet autorem Deum, quia ipse est Rex verus, & Dominus, qui à nullo regitur, sine quo nemo regit, & per illum Reges regnant, & legum cõditores iusta decernunt.

Prouerb. 8.

Potens hoc loco quid: Deus quare solus dicitur potens.

Dicitur solus potens, vbi Græcè est substantiuum δυνάστης, quod est substantium, & significat satrapam, vel principem, & deriuatur Græca dictio à potentia, quæ est Græcè δύναμις. Et hoc dicitur adsolatium discipuli, ne metuat, neùe admiretur mortales Reges: tũc enim Reges oppugnatores Fidei videbantur beati, & magni principes, & potentes; in quos ait Apostolus, Fili mi Timothee, illi nec verè beati, nec verè principes sunt, sed solus Deus.

Ad sextum dubium. Deus quomodo solus potens; cũm & Angeli sint potẽtes.

Obijcies; Nonne omnis potestas à Deo est, & omnes Principes sunt Dei ministri? Deinde Dauid ait: *Benedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius*: quomodò ergo Deus solus potens? Sed hoc optimè soluit Ambrosius, in hęc verba dicens: Solus est ipse, qui propiam, & à nullo habet acceptam beatitudinem atq; potentiam, dominatum & regnum, nec non immortalitatem. Alij verò intelligunt; Solus perfectè princeps, & potẽs est, solus Rex Regum, & Dominus dominantium.

Rom. 13. Psal. 102. Ambros.

Altera solut.

Quare solus Deus habeat immortalitatem.

Qui solus habet immortalitatẽ. Non accipit ab alio, sed à se habet, & in se ipso; accipit vero Filius à Patre, & à Patre & Filio Spiritus sanctus. Dicitur hoc etiam, ad differentiam nostrorum Regum mortalium, qui tandem omnes morti obnoxij fuerunt: & de quibus Sapiens ait: *Omnis potentatus breuis vita. Breuem languorẽ præcidit medicus.* Sic & Rex hodie est, & cras morietur. Vel vt ait Hieronymus, solus Deus habet immortalitatem: quam per naturam habet, non per gratiam, sicut Angeli: animi verò, & Angeli per gratiam, & participationem habẽt. Rectè quoque Augustinus lib. 3. contra Maximinum *Immortalitatem Deus habere dicitur solus, quia est immutabilis solus. In omni enim mutabili naturæ nonnulla mors est ipsa mutatio, quia facit aliquid in ea non esse quod erat: solus autem Deus immutabilis.* Et Ambrosius lib. 3. de Fide ad Gratianum, cap. 2. *Sed alia immortalitas*, inquit, *suæ naturæ* (id est diuinę) *alia nostræ est: non sunt fragilia comparanda diuinis: vna sola substantia diuinitatis est, quæ mori nescit. Vnde & Apostolus cùm sciret animam, & Angelos immortales, quòd solus Deus immortalitatem haberet, prædicauit. Nam & anima moritur: anima enim quæ peccauit, ipsa morietur. Nec Angelus immortalis est naturaliter, cuius immortalitas in voluntate est Creatoris. Neque ad præiudicium trahas quòd non moritur Gabriel, non moritur Raphael, non moritur Vriel: & in ipsis enim naturæ capacitas vitio obnoxia, sed non obnoxia disciplinæ.* Hæc ille.

Secũda ratio *Hieron. lib. 2. contra Pelag. initium versus, t. 2.*

Aug. cap. 3. post med. to. 6.

Ambros. t. 2

Ezech. 18.

Qui lucem habitat inaccessibilem, vel in accessam, vt Græca vox significat, ἀπρόσιτον, quia videlicet ad eam nullus suis viribus peruenire potest. Nam cùm accedemus, assumemur, & trahemur ab eo, non nostris viribus, sed suo munere.

Lucem Deus cur habitet inaccessam.

Obijcies; Quomodò dicitur inhabitare lucem, cùm ipse sit lux inaccessa, iuxta illud: *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ?* Respondet Oecumenius: *Vides, quòd dum etiam magnum aliquid* (de Deo scilicet) *dicere volumus, lingua impotens efficitur? In accessa verò dicitur, ad quam nemo ob vehementem splendorem potest accedere.* Sic ille. Metaphoricè ergo dictum est, *habitat*, pro, ipse est lux inaccessa; quale illud est: *Amictus lumine sicut vestimento*, cum eius lumen sit ipse Deus, & ipse denique sit sibi omnia: id est, Hoc ipsum quod Deus est, omnium excutit comprehensionem.

Si Deus lux est inaccessa, quomodo lucem habitat inaccessibilẽ 1. *Ioan. 1. Oecum. ca. 17. in fine.*

Psal. 103.

Subdit: *Quem nullus hominum vidit.* Id est, oculis corporis non vidit ipsius substantiam: nam aliòqui per subiectam oculis creaturã sæpè visus est. ¶ *Sed nec*, inquit, *videre potest.* Nã qui vidit, iam non est homo, qnia re-

Deum qua ratione vllꝰ hominũ non vidit, sed neque videre potest. *Ioan. 1.*

pugnat

B. Damasc. Solum comprehensibile quid Dei, teste Damasc. *Exod. 33.*

pugnat hominis conditioni. Id ergo quod Paulo est lux, nobis est caligo, nubes, tenebræ, id est, incomprehensum, in cuius visione caligat oculus intellectus, etiam interior. Vnde Damascenus lib. 1. cap. 4. prope finem: *Infinita diuinitas, & incomprehẽsibilis.* Et hoc solum eius comprehensibile, infinitas, & incomprehensibilitas. *Non videbit me*, inquit, *homo, & viuet* dum scilicet in humana natura, & sola subsistit. Sicuti autem inuisibilis est, ita & incorruptibilis: qui videntur, Reges temporarij sunt; qui non videtur, æternus. Hinc Augustinus Epistola ad Italicá: *Nam etsi mentibus piorum esset inaccessibilis, non diceretur; Accedite ad eum, & illuminamini. Et si mentibus piorum esset inuisibilis, nõ diceretur: Videbimus eum sicuti est.* Hęc Augustinus. Et signanter dixit: *Quẽ nullus hominum vidit*: non excluſit Angelos, sed homines tantùm: nec excluſit visum intellectualem hominũ, sed corporalem. Etsi Augustinus lib. 3. contra Maximinum, cap. 9. & 12. generaliter accipit visionem etiam pro intellectuali, & inaccessam lucẽ, eam, quæ nec spiritali gressu ab homine adiri potest. Neque dixit Apostolus, Nullus hominum poterit, sed, *Nemo potest*. Poterit enim homo, sed tunc, cum æternũ erit fidelium præmium, videre Deũ. Cap. 12. ait: *Quomodò erit verum: Accedite ad eum, & illuminamini; nisi quia hoc nemo potest, si de se quisque præsumpserit, sed si ipse donauerit?* Concione 6. in Psalm. 118. *Dictum est: Deus habitat lucem inaccessibilem: & audimus tamen, Accedite ad eum & illuminamini.* Quæ vtique sic soluitur quæstio, vt inaccessibilis sit viribus nostris, accedatur tamen ad Deum muneribus suis.

Aug. epist. 6. sub init. tom. 2. in princip. *Psalm. 33.*

Circa hoc: Nullus hominum Deũ vidit, sed neque videre potest, duo expẽduntur. *Idem to. 6. circa finem*

Idem tom. 8

Qua ratione autem etiam per corpus sit Deus videndus post resurrectionem, sicut anima rationalis dicitur videri in motibus suis, tractat idem Augustinus libr. 22. de Ciuita. Dei, capit. 29. & Epistola. 112. ad ad Paulinam de videndo Deo, vbi illud: *Nullus hominum vidit*, explicat intelligi de viuẽte vita animali propter Moysen, & Paulum, nam Christus qui prouidebat Dominum in conspectu suo semper, non est purus homo: de quo consule eundem Augustinum libro quarto de Consen. Euangelistarum, capit. vltim. Et ita cùm dixit: *Nullus hominum vidit*, excluſit Moſen, & se ipsum, qui viderunt non viuentes animali vita.

Deus an oculis videri corporeis possit secundùm Augustinum *Idem tom. 5* *Idem to. 2.*

Psal. 15. *Actor. 2.* *Idem to. 4. circa med.* *Exod. 33.* *2. Cor. 12.*

Annotat qnidam, hoc dictum esse contra scholam Simonis, qui multa de Angelis, & virtute eorum iactabat, & ignotum quendam Patrem inducebant. Quoniam tamen Angeli à Paulo inuisibiles dicuntur Coloſſen. 1. non videtur hoc contra illos ab illo productum.

Hanc sentẽtiam, Deum nemo vidit vnquam, vt alijs placet, in quem Apostolus torsisse videatur. *Coloſs. 1.*

Iam ambiguum est, de qua persona loquatur Apostolus, de Pare, an de Filio, an de Spiritu sancto? Ambrosius hoc loco refert ad solum Patrem hæc verba; quem in veteri Testamento negat apparuisse, sed solum Filium. ¶ Augustinus tamen libro secundo de Trinitate capit. 18. hunc sensum egregiè ex Scripturis confutat. Et germanus Ambrosius in illud Lucæ 1. Apparuit Angelus, etiam Spiritum sanctum, & Patrem, per subiectam naturam apparere docet. Augustinus igitur de tota Trinitate putat intelligendum hunc locum: omnia enim hæc tribus personis communia sunt, vt docet libro tertio contra Maximinum, capit. 12. & libro primo de Trinitat. capit. 6. vbi acutè admonet, etiam si expresse diceretur solus Pater Rex Regum, & Dominus dominantium, non debere intelligi seclusso Spiritu, aut Filio, sed ijs tantùm, quæ sunt alterius naturæ, sicut ibi: *Quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi Spiritus Dei*, non excluditur Pater, aut Filius. Et cùm dicitur Eccli. 24. *Gyrum cœli circuiui sola* (scilicet Diuina Sapientia) ibi nec Pater, nec Spiritus sanctus excluduntur.

Quis ille Deus inuisibilis, Pater, an Filius, an Filius, an Spiritus sanctus, varię sententiæ. *Ambr. hoc loco, to. 5. Aug. to. 3. Amb. lib. 1. in Luc. cap. 8. sub init. to. 4. in principio.* *Aug. tom. 6. & 3.*

1. Cor. 2.

Eccli. 24.

Deus cur solus habere dictus est immortalitatẽ, teste Oecumenio. *Oecu. c. 17.*

Quod etiã Græci hîc diligẽter obseruãdũ docẽt. Oecumenius verò dictionẽ Solus, additã putat ad discrimẽ eorum, qui dicuntur dij, & non sunt.

Et

Et vbi Ioann. 17. Pater dicitur solus verus Deus, pulchram accipit interpretationem à Cyrillo ibidē, & lib. 10. Thesauro. cap. 6. & lib. 4. cap. vlt. Solus enim Pater dicitur habere immortalitatem, quia à nullo habet, sed à seipso: Filius verò naturaliter habet ex Patre, & Spiritus sanctus ab vtrôque. Sed hoc loco videtur, id; Qui solus habet immortalitatem, magis referēdum ad Reges terrenos, visibiles atque mortales. Sed rectè monuit Augustinus in epistola ad Paulinam, dicens: *Plus mihi videtur valere in hac inquisitione viuendi, quàm loquēdi modus. Nam qui didicerunt à Domino Iesu mites esse, & humiles corde, plus cogitando, & orando proficiunt, quàm legendo, & audiendo.* Et cap. 20. *Cauendum est, ne dum altercando quærimus inuestigare quomodo possit videri Deus, pacem, sanctificationemq; perdamus, sine qua nemo poterit videre Deum.* ¶ *Cui honor, & imperium in sempiternum. Amen.* Par sanè fuit, vt descripto Deo per tot præclaras conditiones, more suo in vocem gratiarum actionis prorumperet; vt indicet Deum sempiterno tempore dominari, & suos præmio æterno afficere.

Cyrill. lib. 11. in Ioan. c. 16. circa finem.

Idem tomo 2.

Qui plus cogitando, & orando proficiant, quàm legendo & audiendo secundùm Augustinum.

B. August. epist. 112. c. 1. initio.

Matth. 11.

Heb. 12. Ratio huius doxologiæ: Cui Deo honor, & imperium in sempiternum. Amen.

Ad septimam dubitationem dicēdum est, quòd postquam Apostolus docuit quàm periculosum sit studiū ditescendi: nunc de vitijs diuitū agit, cuiusmodi permulti erant Ephesi, ciuitate potenti, & opulenta. Nam etsi ab initio ferè omnes essēt pauperes, & vt ait Apostolus, *Non multi sapiētes secundùm carnem, non multi nobiles:* erant tamen nonnulli, vt Actor. 19. recenseatur: *Quidam autem de Asiæ principibus, qui erant amici Pauli, miserunt ad eum,* &c. Et tamen, vt proposito dubio satisfiat, congruè vocauit diuites huius seculi; ad differentiam eorum, qui in alio seculo diuites erūt, qui ferunt fructum centesimum, & quos Christus in Deum diuites vocat Luc. 12. Sic in parabola de seminante, diuitias vitæ, vel huius seculi vocat, id est non permanentes, neque stabiles. Et qui soli viri boni, & serui Dei sunt; verè, & absolutè sunt diuites. Et de hac diuersa diuitum ratione meminit Tobias cap. 4. cùm ait: *Noli timere, fili mi: pauperem quidē vitā gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deū,* &c.

De diuitibus quæ nunc Apostolo causa differendi.

1. Cor. 1.

Act. 19.

Ad 7. quæst. Quinam sint diuites huius seculi.

Matth. 13.

Luc. 12.

Luc. 8.

Et quia ait: *Præcipe*; necessaria esse præcepta ad salutē indicat. ¶ *Non sublime sapere*, vel sentire, vel superbè, vt legit Augustin. serm. 5. de Verbis Domini, cap. 9. & 10. & Ambrosius: id est animo non efferri. Nihil enim ita supercilium attollit, nihil sic superbiam gignit vt opes, teste Chrysostomo. Augustinus eodem serm. 5. & capite 9. supra producto idem docet: *Præcipe. Quid? Præcipe ante omnia non superbè sapere. Nihil est enim quòd sic generēt diuitiæ, quomodo superbiam. Omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet vermem suum. Alius est vermis mali, alius pyri, alius fabæ, alius tritici; vermis diuitiarum, superbia. Ergo præcipe diuitibus huius mundi, non superbè sapere. Excussit vitium, doceat vsum. Non superbè sapere.* Et serm. 205. de Tempore, cap. 3. *Primus*, inquit, *vermis diuitiarum superbia. Mala tinea, totum rodit, & ad cinerem vsque perducit.*

Tob. 4.

Huius Apostolici: Vt diuites non sublime sapiāt, præcepti necessitas.

B. August. tomo 10. in princip.

Ambros. tomo 5.

Chrysost. homil. 18.

August.

Diuitiarum vermis quis nam ille.

Idem.

Secūdus morbus diuitum est, sperare in pecuniæ thesauris; ideò secūdò præcipit: *Neque sperare in incerto diuitiarū:* quòd putent diuites nihil sibi nocere posse, nihil aduersi accidere, eo quòd diuites sint. Dicuntur & diuitiæ incertæ, quia incertū est quādiu es possessurus. Aut eīm illæ tibi subducentur, aut tu illis, quando minimè credes, subtrahēris. Diuitiæ enim superbos faciunt, quando immortalitatem illis polliceantur. Et subdit: *Sed in Deo viuo.* Id est: Præcipe vt illis spretis, sperent in Deum viuum, ab eo pēdentes, qui diuitias dat, & subtrahit, cùm voluerit. Et rebus pereuntibus opponit Deum viuum permanētem, vel potius Christum resurgentē, qui resurrectione sua æternam vitam nobis pollicetur; quod diuitiæ quas adferre nobiscum non possumus, nemini præstant.

Diuites quo modo sperēt in incerto diuitiarum.

Diuites vt sperare debeant in Deo viuo.

Qui (Deus) *præstat nobis omnia abunde ad fruendum.* Id est, Qui nobis communia beneficia non denegat, annuas cœli conuersiones, & Solis lucem,

Præstet nobis omnia abūde ad fruēdum quomodo Deus.

Matth. 5. Theophylacti sententia

aquam, & reliqua, Quiq; pluit super iustos & iniustos. ¶ Theophylactus exponit. Qui præstat omnibus communiter sufficiẽtiam rerum externarum, quantum ad se attinet, etsi auaritia cũ potentatu omnia etiam cõmunia ꝓpria faciat, & quod erogandum erat, recondat. Dat, inquit, seu præstat nobis omnia abundè ad fruendũ; id est, affluenter; nam cibo, & lętitia implet corda hominum, & aperit manũ suã, & implet omne animal benedictione. Augustinus sermone 5. de Verbis Domi. cap. 10. *Omnia*, inquit, *temporalia, & æterna: sed magis ad fruendum æterna, ad vtendum temporalia. Temporalia tanquam viatoribus, æterna tanquam habitatoribus. Temporalia, vnde bona faciam⁹ æterna, vnde boni efficiamur.* Hæc ille. Omnia ergo temporalia, vt illis vtamur in præsenti, vt perueniamus ad fruendum æternis.

Act. 14.

Psal. 144.

August. tomo 10. in princ. Quæ bona nobis ad vtẽdum, quæ verõ ad fruendum dentur â Domino.

Bene agere. Quòd Græcè est ἀγαθουργεῖν. Id est, Præcipe vt bona agãt: Nec hoc tantùm, sed diuites fieri in bonis operibus, & non tantùm in fide montes etiam transferente. Ita Actor. 9. Tabitha erat plena operibus bonis, & eleemosynis quas faciebat. Præcipe etiam facilè tribuere de suis opibus indigentibus: facilé, inquam, id est hilariter, quia hilarem datorem diligit Deus: & Salomon, *Ne dicas amico, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cùm statim possis dare.* Vocat etiam εὐμεταδότους, id est faciles ad impertiendum, vt ait Ambrosius: & refert ad pecuniam, & charitatem, sociales, placidos, alienos à superbia, aditu, congressu, reliquaq; vitæ conuersatione perfaciles, & humanos. Plinius Iunior in Traiani laudibus, commemorat multam admissionem eius, facilitatem, nullam in audiendo difficultatem, aut in respondendo morã. Regi cuidam se excusanti apud anum pauperculam, quòd non posset eius causam cognoscere: responsum est ab eâdem: Si non vacat audire, nec vacet, inquit, regnare; quod Demetrio Plutarchus, & Philippo Macedoni accidisse memorat: Dio Cassius Imperatori Hadriano tribuit: nec quicquam vetat idem à pluribus dici, vel fieri.

Bene agere, quid Apostolo. *1. Cor. 13. Act. 9.*

Quid, Facilè tribuere. *2. Cor. 9.*

Prou. 3.

Ambros.

Traiani facilitas Imperatoris, & humanitas.

Plutarc.

Dio Cass sub initium.

Præcipe etiam, *Communicare*, Id est beneuolos, amicos, & faciles, & absque fastu proximis se præbere. Est autem Communicare, mortales se recogitare, & socios esse alijs hominibus in fragilitate, vt ait Haymo. Et reuera nihil est cuiquam proprium, sed vero præcipuè Christiano cõmunia omnia putanda.

Cõmunicent proximis diuites quãdo: quid item cõmunicare. *Haymo Episcopus.*

Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam. Vbi bonum est fundamentum, omnia sunt firma, & inconuulsa. Et thesaurizamus, quando diuitias in futurum reponimus: quia proprium est parentum thesaurizare filijs. De quibus diuitijs ait Dominus; Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. ¶ *Vt apprehendant vitam æternam.* Vel verã vitam, vt habet textus Græcus. Hæc enim vita vanitas est, & mors potius dicẽda quàm vita. Et reponẽdæ sunt facultates in loco securo veræ vitæ, vt hoc ibi inueniamus; quod hîc damus. Quemadmodum enim stultus est, qui scit se in alienum locum debere migrare, vbi non inueniet nisi quod præmiserit, nihil tamen vult illuc præmittere: Ita stultus est, qui hîc nihil dat de diuitijs suis, vnde illic sustentetur.

Act. 4.

Ijdem quem admodũ thesaurizare sibi fundamentũ bonum in futurũ debeãt. *2. Cor. 12.*

Matth. 6.

Diuites vitã æternam quales apprehendant; ijdéq; nisi thesaurizent in futurum quales.

Expende, Apostolum hoc loco duplici vti metaphora, altera ædificandi, siue ponendi fundamentum, quod fabricam sustineat, altera thesaurizãdi, quo indies aliquid seponimus, siue recondimus, & hoc est bonorum operum peractio: quam & fundamẽtum nominauit, quòd illa vitam æternam sibi conciliat. Thomas scribit: *Thesaurus spiritualis est congregatio meritorum, quæ sunt fundamentum futuri ædificij, quod nobis præparatur in cœlo; quia tota præparatio futuræ gloriæ est per merita quæ acquirimus per gratiam, quæ est principium merendi.*

Cur Paulus fundamentũ bonum, bona opera nominauit?

B. Tho. lect. 4. tom. 16.

Redditur ergo vita æterna bonorum operum merito, quicquid hîc dicat Caluinus. Ait enim Apostolus, bona opera apertè esse fundamentũ pro futuro tempore, vt vera vita acquiratur, & superstruatur. Indigna est, in-

Bonis operibus redd vitam æternam, contra Caluinum.

quit

quit hic nugator, nostra benignitas, quæ in rationem coram Deo veniat: nam si ad calculũ nos vocaret Deus, nemo est vel perfectissimus, qui non conturbetur: adeò longè absumus à plena solutione. Respõdemus enim, iustos, etsi peccent, tamen in multis operibus suis magna ex parte satisfacere, quanquàm bonum illud nũquã perficiãt: quia iustitia legis impletur in eis, qui non secundùm carnem ambulant. Ioannes etiam pronuntiat, ꝙ fidelis vincit mundum, & peccatum ei non dominatur: & Ambrosius in Apologia Dauid, bona opera in iustis prævalere, in malis præponderare asserit. Augustinus item lib. 2. De peccat. mer. & remis. asserit multos esse perfectos cursores, & ꝓpinquos perfectioni, etsi non perfectos: regnat in multis charitas, & paullatim minuit cupiditatem. Deinde docemur, bona opera, & legis impletionẽ, esse fidei iustitiam, non solùm, vt eius appendicem, sed etiam vt meritũ, & causam. Vnde Apostolus dicit legẽ statui per fidem, & gratiam regnare per iustitiam in vitam æternam.

Rom. 8.

1. Ioann. 5.
Infra 3.
Rom. 6.
Ambros. c. 6. eius lib. tom. 4.
August. cap. 12. & seq. & alibi passim, tom. 7. circa med.
Secundum argum.

Rom. 5.

Aduertendum prætereà, Hieronymum in Commentariolis, siue potius Pelagium hoc loco interpretari, Fundamentum esse, vẽdere omnia, & dare pauperibus: quod vult esse præceptum, iuxta dogma suum falsum: quã sententiam Augustinus epist. 79. ad Hilarium refutat, vbi nominatim huius interpretationis Pelagij meminit, dicens quosdam asserere, Apostolum hoc docere, vt diuites thesaurizent fundamentum bonum, omnia vẽdãt. Sed eos inde refellit, quòd Apostolus domos diuitũ sic instituit, vt permittat illis domos, vxores, filios, & seruos, qui omnes à pauperibus ali nequeunt.

Fundamẽtũ bonum quid Pelagio: cuius sententia refellitur.

Tomo 9.

Matth. 19.
August. tomo 2.

Ad octauam dubitationem respõdentes, dicimus Apostolum ab institutione diuitum redire ad falsam doctrinam iugulãdam, quæ res Paulum angebat. Et ideò ait: *O Timothee.* Nomine ꝓprio vocans, eius attentionem excitat. *Depositum custodi.* Id est. secundùm Oecumenium: Vel præceptum Dei de doctrina Timotheo per Paulum propositum, aut gratiam per ordinationem acceptam. Haymo intelligit: Gratiam fidei, & sapiẽtiam quam tibi commendaui. Alij depositum, id est curam creditæ Ecclesiæ, nõ per vires proprias, sed per Spiritum sanctum custodiendum; Thomas & Caietanus: Gregem tibi commissum in Ecclesia tua, interpretantur.

Solut quæst. octauæ. De deposito quod Apostolus Timotheo cõmendarãt.
Oecume. c. 18.

Haymo Episcopus.

Thom. lect. 4. sub finẽ.

Verùm cum hìc mentio fiat doctrinæ, potius illa nomen Depositi meretur, de qua: *Quæ à me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi.* Rursus: *Quæ à me audisti per multos testes, hæc commẽda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Et infrà: *Rectè tractantem verbum veritatis.* Est ergo doctrina Christi depositum, quia per manus tradita: & Episcopi constituti sunt doctrinæ custodes, vt ne minimã eius partẽ tolli patiantur. Hinc Chrysostomus: *Caue ne minuas: non enim tua, sed aliena sunt quæ seruanda accepisti, nihil imminuas.* Et Basiliꝰ: *Qui diuinis,* inquit, *innutriti sunt eloquijs, corrumpi de Diuinis dogmatibus ne vnam quidem syllabã patiuntur, sed pro his (si contingat) etiã omnes mortis species amplectuntur.* Tertullia. lib. De præscriptio. Hæretic. *Eadem demẽtia est, cum confitentur quidem nihil Apostolos ignorasse, nec diuersa inter se prædicasse, sed non omnia volunt illos omnibꝰ reuelasse: quædã palàm, & vniuersis, quædam secretò, & paucis demãdasse: quia & hoc verbo vsus est Paulus ad Timotheũ: O Timothee, depositum custodi,* &c. Gregor. Nazianz. orat. 3. ad Gregor. Nyssenum: *Fidem Catholicam beatæ ac principalis Trinitatis, in quam credimus, quã colimus, & coram Deo, atque hominibus confitemur, nihil timentes, neminem verentes, vtinam ad extremum vsque vitæ spiritum cum magna libertate confiteamur. præclarum, inquam illud sanctorum Patrum, qui Christo, nascentiq; Fidei propinquiores extiterunt, depositum, confessionem illam nobis collactaneam, quã primam prolocuti sumus, & cum qua vtinam postremò ex hac vita migremus, si nihil aliud, hinc certè pietatem nobiscum efferentes.* Hæc ille.

Thom. lect. 4. sub finẽ.

Probabilior sententia.
2. Tim. 1.

Infra 2.

Ibidem 15.

Christi doctrina cur vocetur nomine depositi.
Chrysost. homil. 18. histor. Trip. lib. 7. c. 36. initio ferè.

Tertul. multo ante lib. dimid. par. 1.
Pro traditionibus cõtra Hæreticos.

Gregor. Naziãz. orat. 22. in fine, Iacobo Billio interpr. tomo 2. sub initium.

Nona quæst. dissoluitur.

Quæ sint ꝓfanæ vocum nouitates deuitandæ.

Ad nonum in illud; *Deuita ꝓfanas vocum nouitates*, dicẽdum est: quòd vt non est permittendum diminui quicquam de sancta doctrina nobis deposita, ita non est ferendum, vt noui aliquid, & peregrini in eam inuehatur. Et in primis perpende, vocem Græcã καινοφωνίας dupliciter posse scribi, aut per, ι, simpliciter, non per, ει, & ita significat inanitates, seu vanitates vocum, & hoc modo legunt Theophylactus, & Oecumenius, & habent exẽplaria Græca; admonent tamẽ, Chrysostomum per ει. legisse, id est nouitates vocum, vt interpres noster transtulit, & hanc lectionẽ sequuntur Ambrosius, & Augustinus, & 2. Tim. 2. Interpres vertit, vaniloquia, respiciẽs ad aliud significatum: & tamen alij sequentes aliam lectionem, vertunt, nouiloquia. Familiare est, hæreticá doctrinã notari nomine nouitatis. Hinc Dilectus; Nõ mandatum, ait, nouum scribimus vobis, sed mandatũ (vetus scilicet) quòd habuistis ab initio; & B. Petrus, & Iudas in Canonicis suis. Paulus etiam bis expressit per verbũ ἑτεροδιδασκαλεῖν, siue aliter docere. Veruntamen has nouas doctrinas certũ est esse inanes, ac vanas; & ideò vtraque lectio bona est.

Huius loci variæ lectiones.

Ambro. hoc loco.

August. inferius citãdus.

2. Tim. 2.

1. Ioann. 2.

2. Pet. 3.

Iudæ 18.

1. Tim. 1.

Et vocum dictione quidam intelligũt ꝓhiberi noua vocabula & profana, qualia in familia Simonis introducebantur: habebant enim barbara Principum nomina, quibus perterrefaciebant, vt docent Epiphanius, & Augustinus de nomine Abrasax, & de Combo Valẽtini, de nominibus 366. Principum, quæ magno in pretio habebant Gnostici. Alij verò nõ tam ad voces referunt, quàm ad res, & noua dogmata. Vnde Augustin. tract. 97. in Ioan. ad vtrumq; videtur referre, nimirum ad voces prodigiosas, sed magis ad doctrinas, & dogmata. Et annotat, Apostolum dixisse profanas vocũ nouitates. Si enim omnis nouitas ꝓfana esset, non diceretur à Domino, *Mandatum nouum do vobis:* nõ diceret, *Nouum Testamentum:* non cantaret Ecclesia canticum nouum cum Dauide, & cum Esaia, & cũ Ioáne Euãgelista: Christi fideles non noua voce dicti essent Christiani, nomẽ nouum nouæ Ierusalẽ; res tamen erãt ante nomina sua. Rursus Esaias non dixisset: *Nomẽ nouum, quod os Domini nominauit.* ¶ Sũt & aliæ quædã nouæ voces valde religiosæ, vt Trinitas, Incarnatio, Homousion, quã vocem Patres Concilij Nicenĩ condiderunt, vt rem non nouam tali nomine designarent; & non est aliud, quàm: *Ego, & Pater vnum sumus:* pro qua voce Hęretici homausiõ introducebant, vt deciperent: Hypostasis, quæ ab initio fuit Hieronymo profana nouitas, cùm esset ambigua, quòd substantiam, & personam designaret; & ex vno trium Hypostaseon significatu arguerẽt tres essentias, ex altero tres Personas: posteà verò explicatum est significare personã, non essentiam. De qua idem Hieronymus ad Damasum: *Clamamus,* inquit, *Si quis tres hypostases, aut tria enypostata, hoc est tres subsistentes personas non confitetur; anathema sit. Si quis autẽ hypostasin vsian intelligens, non in tribus Personis vnam hypostasin dicit, alienus à Christo est.* Hæc ille. Modò igitur hypostasis non est profana nouitas, vt diximus, sed accipitur pro indiuiduo atomo substantiæ rationalis. Θεοτόκος etiã vox est non noua, aut profana, sed sancta, & religiosa, & probata à Patribus in Concilio Ephesino: quemadmodùm nomen Christianus, monasterium, liberum arbitrium, Purgatoriũ, satisfactio, indulgentiæ, & transsubstantiatio, & pleræq; aliæ voces, quas horrẽt nostri seculi Hæretici. Et adiungit dicto loco Augustinus: *Omnes inspiẽtissimi Hæretici, qui se Christianos haberi volunt, audacias figmẽtorum suorũ, quas maximè exhorret sensus humanus (hac) occasione Euangelicæ sententiæ colorare conantur, vbi Dominus ait: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modò: quasi hæc ipsa sint, quæ tunc discipuli portare non poterant, & ea docuerit Spiritus sanctus, quæ palàm docere, atque prædicare, quantalibet feratur audacia, spiritus erubescit immundus.* Et infrà: *Audite itaq; Apostolũ talia prævidẽtẽ, & ea vitanda salubriter admonentẽ. Profa-*

Quarum vocum nouitates notet Apostolus, varijs sensus.

Epiphan. in Hæres. 24. August. lib. de Hæres. c. 6. tom. 6. initio.

Idem tomo 9.

Vocum nouitates quæ minime profanæ.

Ioan. 13.

Matth. 26.

Psal. 32.
Psal. 39.
Psal. 95.
Psal. 97.
Psal. 143.
Psal. 149.
& Esa. 42.
Apoc. 5.
Act. 11.
Apoc. 2.
Infra 3.
Esa. 62.
Ioann. 10.
B. Hieron. epist. 57. ad Damasum, huius principij: Quoniam vetusto, &c. tomo 2.
Ibidem Hieronym.

Aliæ quædã voces Ecclesiasticæ minime profanæ.

Syno. Ephesi. cap. 1. & Floren. sess. 7.

August. tracta. 97. in Ioan.

Proprijs Hæreticorum.

Ioan. 16.

nas,

nas, inquit, verborũ nouitates euita: multũ enim ꝓficiunt ad impietatẽ. Hæc ille.

D. Thom. lectu. 4. in fine. Secularis, ac Spiritualis Principum officia.

B. Thomas rectè hoc loco philosophatur: *Sicut Princeps secularis ponitur ad custodiendam vnitatem regni, ita Spiritualis ad seruandam vnitatẽ ſpiritualem. Pax autem regni consistit in iustitia. Et ideò ille ordinatur ad iustitiam. Sed vnitas Ecclesiæ est in fide; & ideò principaliter monet ad custodiam fidei.* *Luc. 22.* *Ego rogaui pro te (Petre) vt non deficiat fides tua; & tu (aliquando) conuersus, cõfirma fratres tuos, &c. Similiter autem posset corrumpi fides per fallaciam, sicut etiam quælibet scientia. Sed sicut dicitur 1. Elench. Fallacia est quandoq; ex voce, quandoque ex re. Vnde est fallacia in dictione, & extra dictionem. Et sic fides aliquãdo corrumpitur per aliquas voces inordinatas, sicut dicit Hieronymus, quòd ex verbis inordinate prolatis, fit hæresis.* Hæc Thomas. Nouæ ergo, & profanæ, & voces, & inordinatæ, quibus aliquid contra Fidem inducitur, non sunt audiendæ, vt idem Paulus docet in 2. Epist. cap. 1. *Formam habe sanorũ verborum quæ à me audisti in fide, & in dilectione.* Et per profanas voces intelligit irreligiosas: & ita illa dictio esset posita ad distinguẽdas voces irreligiosas à nõ religiosis: si verò ad res, vel dogmata referatur, quod est verisimilius; tunc non refert hoc Apostolus ad aliqua bona, & religiosa dogmata post se inuenta, sed ad ea, quæ ipsius tempore erãt profana, & à Deo abducebant, & noua sunt, & recenter inuenta. Ita Oecumenius in 2. epist. cap. 4. profanas vocum nouitates intelligit: *Si quid, inquit, nouum in prædicatione fuerit inductum ex recẽtiore inuento, omninò vitiosum est, & profanum.* Et ibi dat exemplum Paulus eorũ qui asserunt resurrectionem iam factam.

Fallacia duplex.

Hieron.

2. Tim. 1.

Quo sensu, vel ad voces, vel ad res ipsas profanæ voces referãtur.

Oecume. c. 4.

2. Tim 2.

Quæ voces aliôqui à Christianis & Catholicis vsurpatæ, profanam aliquam sapiant nouitatem, ideò meritò vitãdæ.

Sunt etiam quædam profanæ vocũ nouitates, quæ cauendæ sunt; vt qui pro Angelis dicunt genios, pro Baptismo lotionem, pro Ecclesia Christianam Rempublicã, pro Episcopo superintendentem, pro Presbyterio Senatum, & his similes, & qui contẽdunt pro Saluatorem dicendum Seruatorem, qui Latiniùs loqui volẽtes, doctrinam sacram in voces Gẽtilitias conuertunt. Quemadmodùm etiam quidam Iudaismum affectantes, pro Iesu, Iosua, pro Maria, Miriam, pro Esaia, Iesaiuahu, ꝓ Ieremia, Iirmiahu, pro Ezechia Chizchiahu, & ꝓ Cyro Cores, pro Nabuchodonosor Nabuchadnesar: non cõtenti vsitatis vocibus Septuaginta interpretum, quas Dominus in Euangelio, & Apostoli in Epistolis tradiderunt.

Ad postremum circa illud, Oppositiones falsi nominis scientiæ, præmittendum est, ꝙ Chrysostomus, & Oecumenius docent, oppositionem aliquam esse, ad quam ob absurditatem non oportet respõdere. An igitur vetat Apostolus respõdere Hæreticorũ argumẽtis? Minimè: sed vult eũ non moueri obiectionibus quas faciũt cõtra veritatem, sub magnificis scientiæ, & veritatis titulis. Vult enim ita disputare, vt nec sibi, nec alijs sit periculum. Vult igitur ita vitari argumẽta, vt quis eis non moueatur. Alioquin Apostoli in Epistolis suis disputant contra Iudaizantes, & in Gentiles: nã vbi fides non est, nec scientia quidem est. Admonet ergo, ne cũ huiusmodi passim manus conseramus, sed illis omissis, Fidem teneamus, quæ petra fixa est, & inconcussa.

Quæstioni huic: Si vitãdę oppositiones falsi nominis scientiæ sunt, an ne igitur Hæreticorũ non est argumentis respõdendum: Chrysostomus respõdet. *Chrysost. homil. 18.* *Oecume. c. 18. in fine.*

Per falsi nominis scientiã, siue falsò nominatæ scientiæ, quidam interpretatur artem Cabalisticam, nã alia non occurrit, quæ falsum nomẽ scientiæ habeat. Ioannes tamen Picus Mirandulanus inter multas cõclusiones publicè disputatas, hanc quoq; à Criticis subnotatam adiunxit: *Nulla est, inquit, scientia, quæ nos magis certificet de diuinitate Christi, quàm Magia, & Cabala.* Sed reprobata fuit etiã post suã Apologiam, & mirum esset, nullum veterum Doctorum, nullum Apostolorum hanc scientiam nobis cõmendasse, vt tantum fructum, quantus est cognitio diuinitatis Christi, assequeremur. Ecclesia etiam esset meritò reprehendenda, quæ tantum thesaurũ nobis occultauit. Illi etiam, qui huius artis principia nouerũt, & quæ dicũtur de elementis, & mutatione vnius

Falsi nominis scientiã, Cabalam accipi non posse probatur. *Caiet.*

Quantũ huic scientiæ tribuerit Ioannes Picus Mirandulanus, immeritò.

Cabala in quibus maxime versetur.

literæ in alterâ, & numero maiori, & minori, & literarũ transpositione, deprehẽderũt nõ magis esse hãc scientiã ℘ Christianis cõtra Iudæos, quàm ℘ Iudæis cõtra Christianos. Mirũ etiam esset, & minimè diuinæ prouidentiæ cõsonum, si gens reprobata Iudæorũ, de qua scriptũ est; *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*, aliquã vtilẽ, & peculiarem artem haberet ad Christũ Deum agnoscẽdum, quã Christiani non habeant. Quare ipsemet Ioãnes, Pico teste Francisco nepote suo, eam postea cõclusionem meliori, & saniori iudicio damnauit.

Esai. 6. 10. & alibi passim.

Franc. Picus Mirãd.

Verùm ambiguum est, an tempore Pauli esset vsus eius artis Cabalisticæ: & si quis fuit, nonnullæ Hæreticorum veterum hæreses, quæ nõnullis eius scientiæ rationibus nitebantur, à sanctissimo, atq; doctissimo martyre Irenæo confutantur. ¶ Quare certius videtur, hîc notari Gnosticos, quorũ hoc loco meminit Chrysostomus; qui, Gnostici à seipsis appellabãtur, quasi qui plus cæteris scirẽt, qui etiã multa profana habebant. Et Paulus Græcè dixit τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, id est falsò nominatæ scientiæ, à qua voce Græca Gnostici dicti sunt. Monet etiam Clemens Alexandrinus lib. 2. Strom. ℘ cũ ab hac voce cõfunderentur Gnostici, Epistolas Pauli ad Timotheũ abrogabant. Et Irenæus: *Secundũ antiphrasim ergo veritatis ignorantiam ægnitionẽ vocant. Et bene Paulus ait: Vocũ nouitates, falsæ agnitionis, Verè enim falsa agnitio ipsorum inuenta est.* Hæc ille. Docet etiam Augustinus epist. 56. Hæreticis solẽne esse, vt magnificos titulos suæ doctrinæ prætendant: vnde alij se Apostolicos, alij Spirituales, alij Catharos, hoc est puros, alij Gnosticos superbè appellarunt.

Ad decimam quæst. Quorum propriè fuerint oppositiones falsi nominis scientiæ, apud Paulum.

Clem. tomo 2.

B. Iren. lib. 2. c. 19. post med.

Quàm aptè vocum nouitates falsi nominis scientiæ à Paulo nominẽtur.

August. tomo 2.

Hieronymus in Oseæ cap. 5. *Hæretici matrem habent iniquitatis suæ superbiam, dum semper altiora se scire iactitant: & in Ecclesiæ contumeliam debacchantur: & excelsam sibi scientiam policentur.* Pulchrè scripsit Tertullianus lib. De præscriptionib. aduersus Hæreticos, initio: *Febrem vt malum, & dũ causſa, & de potentia ſua, vt notũ est, abominamur, potius quàm miramur, & quantũ in nobis est præcauemus, nõ habentes abolitionem eius in nostra potestate. Hæreses verò mortem æternam, & maioris ignis ardorem inferenteis malunt quidam mirari quòd hoc posſint, quã deuitare ne posſint: cum habeant deuitãdi potestatem. Cæterùm nihil valebunt, si illas tantùm valere non mirentur. Aut enim dum mirantur, in scandalum subministrantur, aut quia scandalizantur, ideò mirantur, quòd tantùm valeant, quasi ex aliqua veritate veniant. Mirum scilicet vt malum vires suas habeat: nisi quòd hæreſes apud eos multum valent, qui in fide non valent.* Ibidem; *Omnes tument, omnes scientiam pollicentur.*

Hieronym. sub fin. lib. 1. in Oseã, tom. 6. initio.

Idem initio lib 2. in idẽ cap. 5.

Tertul. p. 1

Hæreses potius cauẽdæ, quàm sunt admirandæ, quòd inferãt mortem æternã, teste Tertulliano.

Idẽ procul à medio.

Vnde Gnostici hæretici sint appellati: cui similes.

Gen. 3.

Subdit Apostolus: *Quam* (scilicet falsam scientiam) *promittentes, circa fidem exciderunt.* Videtur notare Gnosticos, qui à promissione scientiæ, quã pollicebantur, vt diximus, dicti sunt Gnostici: imitantes dæmonẽ, qui decepit primos parentes, dicendo, Eritis, sicut dij scientes bonum, & malum. Quod ait: *Circa fidem exciderũt:* Græca vox habet ἠστόχησαν, id est errauerunt ab scopo, ea est enim vis verbi Græci. Scopus autem est fides. Exciderunt, inquit, à fide, id est, totam religionis substantiam deseruerunt. Ita etiam cap. 1. dixit: *A quibus* (scilicet fabulis & genealogijs interminatis) *conuersi sunt in vaniloquium.* Vbi idem verbum Græcũ est aberrantes.

Falsam scientiam illi promittentes, quomodo erraverint à fide.

1. Tim. 1.

Pelagij verò ridiculus est sensus, qui per falsi nominis scientiam intelligit Dialecticam, per quam miser videbat se ab Augustino, & similibus ex Scripturis reuinci; cùm illa sit instrumentum vtile ad inueniendã veritatem, & sine qua omnis disputatio non tantùm Sanctorum Doctorum, verùm etiam Christi, & Apostolorum frigeret. Nam etiamsi illã artem nõ didicerint, ea tamen ab Spiritu sancto accepta vtebantur tam in reuincendis Iudæis, & Paganis, quàm etiam Hæreticis. Subscripsit autem Apostolus sua manu: *Gratia Dei tecum, Amen.* Id est:

Bene vale.

Contra hũc sensum Pelagianum: Falsi nominis scientiam, ò Timothee deuita, id est dialecticam. *Pelagius tomo 9. operũ D. Hieron. in hæc verba.*

DISPVTATIONES IN OBSCVRIORES LOCOS Epistolæ secundæ ad Timotheum.

PRIMA DISPVTATIO,

Continens Epistolæ argumentum, & quo tempore fuerit ab Apostolo hæc Epistola conscripta.

Scopus Apostoli.

RVRSVS APOSTOlus Ephesinũ Episcopum, ac filiũ charissimũ Timotheũ muneris quod debet Ecclesiæ sibi creditæ commonefacit: in qua quidem pleraque sunt necessaria præcepta, & salutaria monita, quę erant in priori Epistola: quę consultò repetit, & inculcat. ¶ Occasio autem scribendi, iuxta sententiam Theodoriti, hæc fuit: Promiserat Apostolus se ad eum venturum: *Spero*, inquit, *me ad te venire citò*; &, *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* Et cũ non potuisset ad eũ venire, opus fuit, vt pro præsentia literas saltem daret, quibus consolaretur eum, & confirmaret, eo quòd non venisset: simul etiam, vt, cùm omnes, qui cum Apostolo peregrinabantur, eum deseruissent, saltem Timotheum, ad se quamprimum veniret, rogaret, quatenus Apostolus breui, vt putabat, immolandus, eius præsentia confirmaretur, & deferret ad se penulam, libros, & membranas; & vt interim vitaret Hæreticos Philetum, & Hermogenem, & maximè omnium Alexandrum ærarium, quicum graues cõtrouersias Apostolus habuerat, & multis malis & incommodis ab eo fuerat affectus. Ostendit etiam, illos qui ab Asia erãt, Phygellum & Hermogenem, ei in catenis existenti aduersatos fuisse: tantùm de Onesiphoro egregium fert testimonium, & hunc se ad visitandum venisse, & suscepisse, cum primũ Romam appulit. Conscius etiam futurorum temporum, hortatur, vt prædicatione opportunè, & importunè non cesset falsis fratribus se opponere, qui hominum libidini, & aurium pruritui inseruiunt. Admonet etiam legitimè & strenuè pro pietate certare, & certantium præmium proponit, vt ad fortiter ferẽda pro religione pericula cohortetur. Et quia Apostolus mortem præ oculis habebat, & eam suscipere paratus erat pro Euangelij testimonio; hæc Epistola solennis est, pinde, & subscriptio Paulinæ doctrinæ, & institutio omniũ Episcoporum non minus quàm præcedens.

Cur hæc scripta ad Timotheum Epistola.

1. Tim. 3.

Infra 4.

2. Tim. vlt.

Ibidem 14.

Supra 1.

Ibidem 16.

Infra 4.

Quomodo scripta hæc Epistola, secũdum aliquos 2. Tim. 4.

Difficilius autem est assequi, quo tempore Apostolus has literas dedetit ad Timotheum. Nam si verba ipsius: *Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat*, contempleris, in

speciem

Euseb. lib. 2 histo. Eccl. c 22. Hieron. in lib. de scripto. Eccles. propè init. tom. 2.

speciem sonare videntur tẽpore mortis suæ iam instantis conscriptas, vt etiam Patres, & præcipuè Eusebius, & Hieronymus, & alij permulti, qui eos sequuntur, asseruerunt. Putantq; nonnulli, illam secundam sui præsentationem factam corã Nerone, & tũc sententiam tulisse, vt pœnam capitis subiret: non quidem statim, vt venit è Iudæa Romam secundo Neronis anno, sed alia posteriore post decẽnium exactum præsentatione. Et ita cõmuniter sentiunt hanc Epistolam postremo loco fuisse conscriptam, & post eam prætereà nullam aliam.

Altera opinio probabilior.

Sed quoniam hi loci non videntur apertè euincere quod volũt; alij sunt qui tradunt, quòd cũ Paulus scripsit: *2. Tim. 4.* *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt: nõ illis imputetur. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes quia liberatus sum de ore leonis:* tũc quidem putauerit se trucidandũ, ac de medio tollendum, ac vale dixerit amicis, & Timotheo per has literas, in quibus scribit: *Ibid. 6. 7. 8.* *Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ,* & reliq. Cùm ergo se secunda defensione liberatum cerneret; verba præcedentia, quæ de delibatione, & immolatione instante dixerat, expungere noluit, vt indicaret quo animo, & quàm ad mortẽ parato ad tribunal Cæsaris accesserit; vt ita in primo aduentu ad Vrbem, intelligamus eũ Cæsari bis fuisse præsentatum; & agnoscamus coronidis loco adiecisse quæ sequuntur: *Festina ad me venire citò. Demas me reliquit, diligens hoc seculum,* & cætera vsq; in finem: quæ omnia huiusmodi sunt, vt videantur adiecta, postquam secundò sistebatur Cæsari, & tunc omninò liber euasit, ita vt iã cogitaret de prædicatione continuãda, & de nouis peregrinationibus instituendis, in quem finem dixit; *Marcum assume, & adduc tecum. Est enim mihi vtilis in ministerio,* scilicet prædicationis Euangelicæ; & infrà, *Penulam quam reliqui Troade apud Carpũ, veniẽs affer tecum, & libros, maximè autẽ membranas.* Et accepit confirmationem à Domino de prædicando adhuc Euangelio inter Gẽtes. Estq; sermo de prima annuntiatione Euangelij Gẽtibus facta. Hoc autem probabiliter satis, & efficaciter probari videtur ex eo, quòd vt in cæteris Epistolis scriptis ex Vrbe ad Ephesios, Philippẽses, Colossenses, Hebræos, & ad Philemonẽ, mentionem fecit vinculorũ suorum, & catenæ, ita & in hac 2. ad Timoth. non semel idem fecit: vt cap. 1. *Noli erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctũ eius.* Et de Onesiphoro, *Catenam,* inquit, *meam non erubuit:* & cap. 2. *Secundùm Euangelium meum, in quo laboro vsq; ad vincula, quasi malè operans.* Ergo videtur eôdem tẽpore hęc scripta Epistola, quo etiam reliquæ priores dictæ: at illæ scriptæ fuerunt illo biennio, cuius meminit Lucas Actor. 28. ergo & ista. Nam in secundo aduentu ad Vrbem non legitur fuisse in vinculis: quia nec tempus commodum illi datum fuisset à Nerone, in arctioriq; custodia illum retinuisset. Adhæc probabile nõ est, illam secũdam Epistolam tàm serò, hoc est post decẽ annos ab illa liberatione, quæ quarto Neronis anno cõtigerat, scriptã fuisse: qđ ex nõnullis firmis cõiecturis licet elicere. Prima est: quia Paulus in ea Epistola multa cõmemorat, quæ ad ea tempora pertinent, quibus Paulus ex Græcia nauigauit Ierosolymã, vbi & cõprehensus cũ ad Cæsarem appellasset, Romam ductus fuit, in cuius comitatu venit & Lucas, vt ipse de se ait Acto. 16. *Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quòd vocasset nos Deus euangelizare eis.* Vbi ostendit se comitem fuisse peregrinationis Pauli, etiam vltimo capite, cum ait: *Et cũ euasissemus, tunc cognouimus quia Melita, insula vocabatur.* Et infrà: *Cùm autem venissemus Romã, permissum est Paulo permanere,* &c. at in hac secunda epistola scribit: *Lucas est mecum solus.* Secunda coniectura est, quod ait: *Tychicum misi Ephesum*; constat autem,

Ibidem 17.

Posteriorem ad Timotheũ hanc scilicet Epistolam, vnam esse de illis, quæ de vinculis à Paulo scriptæ sunt.

2. Tim. 1.

Ibidem 16.

Act. vlt.

Eandem non esse omnium vltimam Epistolarũ eius. Primum argum.

Act. 21.

Act. 16.

Infra 28.

Ibidem 16.

2. Tim 4.

Secundũ argum.

Ibid. 12.

2. Tim. 4.

Ibidem 13.

hanc

hanc missionem factam tempore illius biennij, quo causſam egit apud Neronem, non autem post decenniũ, quando egit secundo causſam, & morti adiudicatus est à Nerone. Tertia: non peteret penulam, libros, atque membranas quas Troade reliquerat post duodecim annos elapsos. Quarta: In hac Epistola scribit: *Saluta Priscam, & Aquilam:* quos tamen Ephesi reliquisse, testatur Lucas Actor. 18. paullò antequàm vinctus duceretur Romam. Quinta ac postrema coniectura sit, quòd in hac Epistola Paulus scribit: *Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti:* Constat autem ex cap. 20. Actorum, in extrema ex Macedonia profectione, qua redijt in Asiam, in comitatu Pauli fuisse Trophimum, & eo tempore relictum Mileti, quo Mileti vocauerat maiores natu Ecclesiæ, omnes scilicet alios Presbyteros, & Episcopos, eôdem cap. Nam Trophimus ille, de quo Act. 21. fit sermo, alter esse videtur, & distinctus à primo; nam dicitur Ephesius, sicut primus Asiaticus. Et quanquàm Ephesus sit in Asia, aut potius Asię metropolis; distincta tamen sunt cognomenta illa, Trophimus Asiaticus, & Trophimus Ephesius: hæc enim solent distinguere in nominibus personas: nisi fortè dicamus, Trophimũ relictum infirmũ à Paulo Ephesi, quo tempore vinctus nauigabat Romam.

Tertium. *Ibidem 13.*

Quartum. *Ibidem 19.*

Act. 18.

Quintum argum. & vltimum. *2. Tim. vlt.*

Act. 20.

Ibidem 17.

Infra 21.

Quæ verò in cõtrarium obiectiones fiunt, facilè diluuntur. Prima est, quia scribit: Saluta Onesiphori domum; at Onesiphorus Romæ erat, vt cap. primo huius Epistolæ testatur. Sed respondemus, prudenter dixisse Apostolum, domum; vel familiam, non ipsum, qui Romæ erat: & nõ tantùm Ephesi Onesiphorum habuerat propitium, sed totam eius familiam, quàm propterea salutat.

Aduersariorũ obiectionibus respõdetur.

2. Tim. vlt.

Secunda obiectio: Mittit salutem nomine Eubûli, Pudentis, Lini, & Claudiæ. Sed hoc nihil euincit: nam vt alij scribunt, Linum præfecerat Petrus Romæ, & loco Petri Ecclesiam gubernabat, & ante martyrium Apostolorum erat mortuus.

Secunda obiectio. *2. Tim. 4.*

Tertia: Non obstat quòd bis iubet in hac Epistola Timotheum ad se venire citò, quem tamen in Epistolis Philippensium, Colossensium, & ad Philemonem socium sibi in scribendo adiungit, & in ea quæ est ad Hebræos, facit literarum portitorem. Dicendum enim est, quòd eum vocauit, & venit ad se, & tunc scripsit epistolam; vt intelligas Paulũ fuisse Romæ commoratum supra biennium.

Tertia obiectio.

Quarta etiam obiectio efficax nõ est, quòd videlicet Deman in Epistola ad Philemonem appellat adiutorẽ suum: at in hac posteriori ad Timotheum, asserit se ab eo derelictum: nã intelligere debemus, quòd illa prior scripta est ad Philemonem, sicut in illa etiam ad Colossens. 4. Aristarchum vocat vnà secum captiuum; in ea verò, quę est ad Philemonem, vocat adiutorem, & Epaphram solum concaptiuum suum in Christo Iesu. Hæc enim arguunt, Paulum Romæ supra illud biennium egisse: vt primò fuerint quidam captiui cum eo, posteà verò liberi. Et hactenus nobis sit de hac probabiliter disputatum. Ex quibus illud elicimus, hanc secundam ad Timotheum, postremam epistolam Pauli minimè fuisse, vt communiter affirmari solet.

Quarta obiectio. *Philem. 24.*

2. Tim. vlt.

Coloss. 4.

Philem. 24.

Ibidem 23.

Act. 28.

DISPVTATIO II.

In primum cap. Epistolæ posterioris ad Timoth. ab eo loco: *Gratias ago Deo meo, cui seruio à progenitoribus meis, in conscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die, Desiderans te videre*, vsque in finem capitis.

HVius Epistolæ salutationem alibi interpretatam reliquimus, quam qui volet legere, cõsulat primũ librum. ¶ Primùm igitur in dubium venit in hoc capite; cur Apostolus in hac gratiarum actione producat progenitores suos secundùm carnẽ, qui seruiunt Deo in pura conscientia: & quomodo in conscientia, cum Christum abinitio ignorauerint; cum tamen rectè ille dixerit:

Nã genus, & pauos, & quæ nõ fecim⁹ ipsi, Vix ea nostra voco.

Deinde cur in commendando Timotheo, fidem & matris, atque auiæ suæ Loidis proferat, non autem laudet masculinæ lineæ parentes: videntur enim hæc carnem, & mundum, non autem Spiritum sapere, cũ in Christo Iesu non sit Iudæus, aut Græcus, masculus aut fœmina, & quomodò certus erat Apostolus, quòd in Timotheo fides esset non ficta. Secundò admonetur Timotheus de resuscitanda gratia Dei quã acceperat per impositionem manuum suarum; &, quid est nõ accepisse Spiritum timoris, sed dilectionis, & virtutis, & sobrietatis. Tertiò ambigitur de manuũ impositione, an esset materia Sacræ ordinationis, an non; & an illa impositio formã Sacramẽti includeret, vt quidam volunt, an verò non includeret, vt aliàs docui. Quartò ambigitur, an forma qua olim vtebantur Apostoli, sit eadẽ cum illa, quam nunc seruat Ecclesia Romana, saltem in prioribus Episcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus ordinibus per orationẽ imperatiuã: *Accipe potestatem offerendi sacrificiũ in Ecclesia pro viuis, & pro mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:* an verò satis sit pro Sacramenti forma oratio deprecatoria, qua etiam in hodiernum vsque diẽ vtuntur Episcopi Orientales, & Græci, quæ habentur lib. 8. Diataxeon Apostol. Hæc enim duo dubia de materia ordinationis, & forma, grauissimi sunt momenti. Quintò dubitatur quid est quod ait: *Vocauit vocatione sua sancta,* & an possit esse vlla vocatio non sancta; & quæ est illa gratia, quam dedit in Christo Iesu ante tempora secularia. Si enim ante tempora secularia data est hæc gratia; quomodò verum erit gratiam datam nobis, cùm nondum non essemus in rerum natura, quibus daret. Nam quod ad Tit. 1. ait Apostolus de vita æterna, quam promisit qui non mentitur Deus, ante tempora secularia, erant quidẽ, vt Græci putant, Angeli iam creati, quibus illam poterat promittere: at hîc sermo est de gratia data, & non promissa, & hominibus qui nondum erant; nõ Angelis. Sextò in illud; *Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositũ meũ seruare,* dubitatur, an possit esse fides & scientia de aliquo; & an quisquam tantam habere fidem, ac persuasionem de Deo possit quòd seruabit depositum suũ. Septimò, quæ sint sana verba; & quomodò adhortetur seruare in diem illum bonum sibi creditũ, & quale est

Prima dubitatio.

1. Tim. 1.

Ouid. lib 13 Metamor. iuxta principium.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Clem. Rom.

Quinta dub.

Tit. 1.

Sexta.

Septima.

illud

Octaua dub.

illud depositum. Octauò circa illud; *Scis hoc, quòd auersi sunt à me omnes, qui in Asia sunt*, qua ratione hoc verũ esse poterat: nunquid omnes Asiani à Fide defecerant? & quare nominatim Phygelum, & Hermogenem pronuntiat. Cur etiam commendat Onesiphorum, qui ministrauerat Paulo, & Ephesi, & Romæ? In his paucis elucidãdis versabitur præsens disputatio.

Quare Paulus Epistolas suas ab actione gratiarũ ordiretur.

Ad primum dubium, explicãdum venit exordium, quod continet solitam gratiarum actionem, quam de beneficijs acceptis, ab ijs ad quos scribit, Deo reddebat. Hîc autem singulare quid continet, quia agit gratias Deo de memoria ac recordatione Timothei, quam in suis orationibus ad Deum seruabat, ita vt cùm oraret, occurreret ei Timotheus: quem in vltimis vitę temporibus viuere optabat, eo quòd memor esset lacrymarum, quas verisimile est profudisse, cùm ei valediceret, & ab eo seiungeretur, vt infans auulsus à matre facere solet: magno enim omnium fletu Paulus abiens ab Epheso ad nauem deductus est, vt Lucas testatur.

Timotheum Apostolꝰ cur optaret diu viuere. *2. Tim. 1.*

In quo instituimur, non tãtùm pro aliorum bonis agendas esse largitori gratias, sed etiam pro illis omnibus bonis, quæ nos ipsi operamur in aliorum gratiam, & consolationem, etiá pro ipsis precibus fusis pro alijs, & pro ipsa gratiarũ actione. Et hoc est quod ait: *Quod sine intermissione habeã tui memoriam*, intellige, quoties orare contingit, desiderans te videre.

Act. 20. Duplicé Deo gratiarum actionem Pauli nos docet exemplum.

Paulus Deo quomodo seruiret in conscientia pura. *Chrysost. homil. 1. tom. 4.*

Quòd verò asserit se seruire Deo (cultu scilicet latriæ, vt habet vox Græca) in conscientia pura: idem est acsi diceret, se Deum colere in vitæ immaculatæ puritate, vt Chrysostomus hoc loco docet, dicens familiare esse Apostolo conscientiam ponere pro bona vita. Igitur Timotheus tãtum patronũ apud Deum nactus, quãtus erat Paulus, cuius precibus nihil denegabat diuina bonitas, beatus habendus est.

Quinam Pauli progenitores extiterint.

Et ait: *A progenitoribus meis.* Progenitores sunr προγονοι, & nõ tam de auo accipi solet, vt quidam poëta dixerit: *Quid sorti genitore & pgenitore Tonãtis Esse satum prodesi?*

Et etiam anteriores parentes, qui maiores dicuntur, & patres. Imponebãt Apostolo quòd desertor esset patriæ religionis, & à lege Mosis apostataſſet, & à legis datore, quem à maioribus acceperat Deum esse, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, qui se patefecit Iudæis, & legẽ suam tradidit per manum Moysis, non deum aliquem nouitium. Idcircò Petrus in principio concionum suarum apud Lucam in Actis: *Deus patrum nostrorum*, & similiter Paulus ibidem.

Exod. 3. Infra 19. Gal. 3. Act. 7.

Hoc autem non inflatus carne dixit Paulus, sed grauatus spiritu, & debito seruiendi Deo: vt ostendit, quòd in magna felicitatis parte debeant liberi reponere, si à pijs, ac probis parentibus orti sint, quandoquidẽ Deus multa peculiaria dona filijs dilargitur in gratiam parentum, & ob improbos, & vitiosos beneficia sua retinere solet. Vnde in Scripturis dicitur: *Propter Abraham, propter Isaac, propter Iacob, propter Dauid seruum tuum:* & Patres olim recurrebant ad Deum, interponẽdo suorum progenitorum merita: *Recordare Abrahã, Isaac, & Iacob*; & in Euangelica Ioannis Baptistæ historia, primò enumerantur parentes; ex quibus ortus fuit; vt inde colligatur sanctitas quasi ppria filij, & natiua. Solent enim domestica exempla magnam vim habere apud posteros, vt eos imitentur, quorum sunt filij, & eos magistros, quorum sunt discipuli. ¶ Alij interpretantur: A progenitoribꝰ meis, id est, ab ea die, qua renatus sum in Christo. ¶ Probabilius tamen est, quòd antiquos Patres Patriarchas intellexerit, qui omnes in vnum Messiam promissum à Deo, & expectatũ oculos defixos habuerunt. Et sicut Leui fuit decimatus in lũbis Abrahæ, ita Apostolus in Abraham, Isaac, & Iacob patribus Deo seruiuit, vt explicat Haymo. Imò vt ait Theodoritus, quãdo persequebatur Ecclesiam, se pro Deo facere existimabat. Hinc ad Philippen. 3. dixit: *Secundùm æmulationem persequens Ecclesiam Dei:*

Exo. 32.

Luc. 1. Exemplorũ vis domesti. corum quanta.

Progenitores suos Apostolus secundùm alios, quare Patriarchas appellauerit.

Haymo. Theodor. p. 2. Philipp. 3.

secun-

secundùm iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela. Et de tam remotis progenitorib⁹ loquitur. Sic Dan. 3. dicitur: *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum,* & eos explicat: *Abraham dilectum tuum, Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum.* Moses quoque dixit de dijs alienis, & falsis; *Noui, recentesq; venerunt, quos nō coluerunt patres eorum.* Et de Antiocho typo Antichristi: *Faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: Deum quem ignorauerunt colet.*

Dan. 3.

Deut. 32.

Dan. 1.

Et ita Paulus non iactabat parētes suos secundùm carnem infideles, aut fideles, quorum vestigia non sectabātur, vt illi qui dicebant: *Nos semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam.* Quibus respondit Dominus: *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Et eius Præcursor: *Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham.* Isti ergo in parentibus spiritualibus gloriabantur secundùm carnem: & tales fuerunt parentes Timothei: nam mater eius fidelis erat, vt constat Act. 16.

Quorum scilicet Iudęorum, & non Pauli vana gloriatio â p genitoribus suis.

Ioan. 8.

Ibidem 39.

Matth. 3.

Ac dicitur Timotheus filius mulieris Iudææ fidelis in Genitiuo: τῆσης enim Græcè fœminini est generis, & secundi casus. Et ita mater fuit Eunice, id est Bona victoria. Et nomen est meretriculæ apud Theocritum, non autem Eutyche, id est Bona fortuna, vt quidam decepti verterunt: non enim legitur Eutyche, sed Eunice. Et auia eius fuit Lois, non tantùm fidelis per fidem implicitam, quasi tunc nondum venisset Christus, sed etiam per fidem explicitam de Christo, qui iam venerat. Erat enim illis per aliquem prædicatum, antequam Paulus in Lystram vnde erant peruenisset. Et ait habitasse fidem in illis, quasi permanentem, & nunquam mutatam.

Quid sonet Eunice, mater Timothei, quid Eutyche

Act. 16.

Non esse legendum, Eutyche, sed Eunice: Lois auia Timothei, quàm fidelis.

Act. 16.

Quod autē progenitores ex parte masculina supprimat, vt patrem, & auum, id caussa fuit: quia erant Gentiles, nec fide commendabiles: quemadmodùm Gregorius Naziāzenus in oratione in fratrem Cæsarium, genus detegens suum, declarat, parētē suum fuisse Gregorium, hominem Ethnicum, matrem verò ex sacra, & sancta progenie Iudæorum ortam: vnde & illa prima in Christum credidit. Et cùm catechizasset virum suum, ac filios, omnes ad fidem Christi amplectendam conuertit. Prætereà non solùm partus sequitur ventrē, sed multò magis educationem, & instructionem parētum, vt cum lacte pietatem quoque imbibant.

Ad 2. quæst. Quare Apostolus matrē, & auiam Timothei, non autē eius patrem, & auū cōmemoret.

Gregor. orat. 24. tomo 2. sub initium.

Et quia interdum filij non sequuntur exemplum parentum: subdit: *Certus sum autem* (vel, certum autem habeo, vt Ambrosius legit) *quod & in te.* Scilicet quod & in te fides inhabitat, scilicet in matre, & in auia, Græcè legitur Πέπεισμαι, quod verbum spectat ad quamuis persuasionem ex bonis indicijs, & coniecturis profectam, & non ad eam tantùm, quæ fidei Catholicæ est. Nemo enim dicere potest, Paulum fide Catholica, vel Christiana credidisse Timotheum fuisse fidelem. Similis est locus Pauli ad Rom. 15. *Certus sum autem, fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione,* &c. & ad Hebræos, *Confidimus autem de vobis dilectissimi, meliora, & viciniora saluti, tametsi ita loquimur.* Vbi interpres vertit Græcum verbū, Πέπεισμαι per aliud, Confidimus.

Secunda ratio.

Paulus quomodo certus fuerit, etiam Timotheum esse fidelem. *Ambro. hoc loco.*

Certitudo duplex.

Rom. 15.

Heb. 6.

Ad secundum dubium de suscitāda gratia in Timotheo, perpende, gratiam hoc loco non esse χάριν, sed χάρισμα, quod est donū in ordinatione acceptum. Et admonet, non docet, quasi dicat; admoneri indiges, non doceri, ne donum Dei sopitum, & otiosum teneat, sed illud exercitio resuscitet in alios communicando, sicut etiam Christus reprehendit eum pigrū seruum, qui talentum absconderat, & nō posuerat ad mensam, vt cum vsuris exigeret, metaphora sumpta ab igne paruo sopito, vel cinere obtecto, aut lampadis oleo deficiente morientis, qui follibus excitatur. Nam gratia vt ignis delitescens sub cinere nō lucet: nos quoq; indigemus in dies gratiā, & dona accepta tùm precibus, tùm pijs meditationibus, & sacris studijs, & bonis operibus, velut quibusdam spiritualibus follibus excitare, ne sinamus Spiritum Dei refrigescere, aut

Timotheus quā gratiam suscitare debebat.

Matth. 25.

Hæc vnde sit ducta trās latio.

tribu-

tribulationnm metu dormire, & torpescere, & dona Dei in nobis extinguis. Vnde Petrus egregiè dixit: *Vnusquisque sicut accepit gratiam* (Græcè χάρισμα) *in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.* Hoc vltimum verbum est Τῆς χάριτος. ¶ Ex quo constat aliud esse χάρισμα, aliud χάρις; quod expedit annotare, ne inuoluamur homonymia vocis Gratiæ, quæ & illam, qua iustificamur, significat, & præterea alia dona, quę gratis data, seu gratuita vocantur. Vocauit autem multiformem gratiam, etiam illam, qua iustificamur: nam distincta est gratia, quæ porrigitur in Sacramento Baptismi, ab illa Confirmationis, & vtraque ab illa Eucharistiæ, & à dictis, illa Sacramenti Pœnitentiæ. Nam prima est gratia ad renascendum, secunda ad corroborandum, tertia ad alendum, quarta ad medēdum peccatis, in quæ quis prolapsus sit, & per reliqua Sacramenta variæ etiā gratiæ conferuntur. Nam per Sacramentum Matrimonij accipimus grātiam, qua sanctè colamus matrimonium, & prolem Christianè educemus: per sacræ Ordinationis mysterium, accipimus gratiam, qua cùm ædificatione præesse populo valeamus, & purè Sacramenta administremus: denique per extremā Vnctionem gratiam, & robur accipimus vt contra extremos mortis agônes, ac dæmonis tentationes luctari valeamus.

Hoc autem donum quod acceperat Timotheus ad institutionem Ecclesiæ, id est, prædicationem, regimen, siue præfecturam Ecclesiæ suæ, dicit illi collatum per impositionē manuum suarum: quandoquidem scilicet illum constituit Episcopum Ephesinū, & consecrauit, non solus, sed cum alijs, sicut in superiori epistola dixerat, per impositionem manuum Presbyterij.

Subdit: *Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris; sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.* Virtutis, ait, id est, roboris, & potentię, vt possimus nos periculis exponere pro pietate. Et est sermo de Episcopis. Addit: *Et dilectionis*; ne deseramus proximos; & vt in actum illam virtutem, atque potētiam adducamus: quoniam qui diligit, operatur. Et quoniam charitas immodesta, aut ambitiosa esse nō potest; adijcit: *Et sobrietatis*: non corporis, cùm Timotheus esset abstemius, sed doctrinæ, sicut Paulus dixit: *Sed sapere ad sobrietatem*; & ad Festum dixit: *Verba sobrietatis, & veritatis loquor.* Græcè dicitur σωφρονισμοῦ; id est, ne quid supra mensurā fidei, vel virium nostrarum audeamus. Nam sunt qui cadunt per excessum, quò non pertingūt, qui plus sapere volūt, quàm sapere oportet: & tales insanire videntur. Vnde Plato libr. 1. de Republica eleganter ait, Τὸ μαίνεσθαι ἀρά γε ὑπεναντίον, σοὶ δοκεῖ τῷ σωφρονεῖν, id est: Insanire, & sapere, inter se esse cōtraria. Si suis viribus infans alatur, fiet vt crescēdo plus crescat: si autem vires captus sui excedere voluerit, deficiet antequam crescat. Et isti tres effectus consequuntur donum illud impositionis manuum.

Ad tertium, in quo dubitatū fuit, an manuum impositio sit materia Sacramēti Ordinationis, vt quidam volunt, quia sic semper exprimitur in Actibus Apostolicis, & apud Paulum in Epistola priori & posteriori ad Timotheum: & quia hoc Sacramentum non nuncupatur à forma, vel ab effectu, ergo à materia: quem admodùm Baptismus ab immersione, & Sacramentum Chrismatis ab iniunctione, & panis fractio similiter à materia Eucharistiæ denominatur: Dicendum breuiter est, quòd impositio manuum, vt libro primo dictum fuit, ad multa refertur in sacris literis, ad signa videlicet, & ad testimonia reddenda, & ad sanitates conferendas, & dæmones expellendos: sed præsertim in tribus Sacramentis eius vsus inuenitur, in Cōfirmatione, nimirùm, Pœnitētia, & Ordinatione, de quibus alio loco

1. Petri 4.

Multiformē Petrus Apostolus cur gratiam appellauerit.

1. Tim. 5. Rom. 12. Actor. 26. Sobrietatis, & veritatis verba loqui, quid. Rom. 12.

Plato in Alcibiade 2. in principio tom. 2.

Gratia Timotheo cur data per impositionem manuum Apostoli.

1. Tim. 4. Quāobrem Deus dedit nobis Spiritum, non timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

Solutio tertię quæstionis. An materia Sacramenti ordinationis sit manuum impositio. 1. Tim. 4. Infra 5.

Actor. 2.

Quotuplex sit manuum impositio.

Libr.12. & vlt. Enarr. Euangel.in c.14.Actor. in fine.

disputaui. Sed nunc respondemus, non esse materiam Sacramenti Pœnitentiæ, quia alias actiones materię loco habet, nempè, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem: & in contrario confutando non moror, quia alibi id præstiti.

Materia Sacramẽti Pœnitẽtię qualis modò sit.

Actor. 8. Infrà 19.

Florentina Synodus in Bulla vnionis.

In Sacramento verò Confirmationis non est manuum impositio materia, etiamsi Actorum octauo, & decimonono, impositio manuum nominetur: sed vt tradit Concilium Florentinum, ipsum Chrisma ex oleo, & balsamo confectum, & benedictum ab Episcopo. Vnius autem Sacramenti vnica est tantùm materia. Quanquàm titulo De Sacramentis non iterandis, Capit. secundo, in Decretalib. docet Innocẽtius Tertius, vt si quis per errorem fuit non Chrismate, sed oleo delinitus, non sit in talibus aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum. Vbi Chrismatis vnctio non agnoscitur vt vera eius Sacramenti materia; quà prætermissa, iteratò dandum esset Sacramentum, sed vt ritus & ceremonia ab Apostolis vsitata, quæ ratione præcepti obligat ne omittatur; etsi reuera negare nõ possumus, mirum fuisse, quòd Chrisma sit suppressum in Scripturis, & quòd balsamum tam rarum & pretiosum sit constitutum materia Sacramenti.

Innoc.III.

Chrismatis olim vnctio quatenus adhibita.

Prima ratio quorundam, ad probãdũ, impositionẽ manuum, materiam esse propriam sacræ Ordinationis.

In Sacramento verò Ordinationis impositio manuum videtur esse propria materia: tùm quia ita vocatur Actorum sexto, decimotertio, decimoquarto; & 1.Timoth.3. & 5. & hoc loco: & quia in Ordinatione Presbyteri, Episcopi, & Diaconi videtur præcipi manus impositio, & illam in illis tribus gradibus exigit Dionysius Areopagita Capite quinto libri de Ecclesiastica hierarchia; non autem in alijs inferioribus Ordinibus, & inde χειροθεσίαι, & χειροτονίαι Clericorum ordinatio vocatur, eò quòd ad tres summos gradus sit necessaria, & denominatio à re nobiliori accipi consueuerit.

Secũda ratio *Dionysius Areopagita*

Præterea videtur illa Christus vsus, cùm dixit: *Accipite Spiritum sanctum*; & quia Episcopi cùm ea verba proferunt, imponunt manus super caput ordinandi. Et hæc ratio valida est, si etiam illud valet: Christus dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, & tota Ecclesia facit commemorationem sacrificij: ergo ipse priùs obtulit sacrificium, ne nos plus facere videamur. Valet etiam: Christus benedixit pani, edito signo crucis super illum: quia nos idem facimus. Verùm hoc tantùm probaret ad dandam autoritatem remittendi, & retinendi peccata, Christum vsum fuisse manuum impositione.

Ioan. 20.

Luca 22. 1. Cor. 11.

ab exemplo Christi.

Tertia ratio

Contra hæc tamen apertè militare videtur doctrina tradita in Concilio Florentino Armenis, materiam Ordinis Sacerdotalis esse panis cum patena, & calicis cum vino porrectionem: sicut Christus hanc potestatem contulit Apostolis, tribuens patenam cum corpore, & calicem cum sanguine suo. Diaconatus verò confertur per libri Euangeliorum porrectionem: Subdiaconatus autem per calicis vacui sub patena vacua traditionẽ. Si igitur ista est materia trium Ordinum, non erit impositio manuum necessaria.

Oppositæ opinionis primum argumentum. *Florentina Synodus in fine.*

Presbyterij, & Diaconatus ordinum materia.

Facit etiam contra hoc, quod Gregorius Nonus, Capite Presbyter, titulo De Sacramentis non iterandis, decreuit: *Presbyter, & Diaconus cùm ordinantur, manus impositionẽ tactu corporali (ritu ab Apostolis introducto) recipiunt: quod si omissum fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi Ordines conferendos cautè supplendum, quod per errorem extitit prætermissum.* Hæc ille. Vbi impositio pro vera materia non agnoscitur, sed pro ritu ab Apostolis introducto, obligante tantùm ex præcepto.

Secundum argumentũ. *Gregor.IX.*

Adhæc Subdiaconatus non esset Ordo sacer, quia in eo non fit manus impositio, vt tradit Dionysius Areopagita Capite superiùs allegato. Constat etiam tempore Apostolorum in Baptismo dando multos

Tertium argumentum, quòd scilicet Sacramenti Ordinationis propria materia non sit impositio manuum. *Dionysius Areop. cap. 5. libri de Eccl. hiera.*

Quartum argument um

ritus seruatos (vt de exorcismo sale gustando, & de intingenda lingua infantis saliua, & candidæ vestis, & cerei ardentis porrectione, & similibus multis) qui tamen ritus non sunt materia Baptismi, sed tantùm aqua est materia, qua quis tingendus est.

Quintum argumentum.

Præterea, si manus impositio non est materia Sacramenti Confirmationis, etiamsi maximè ita nominetur in Scripturis, non mirum etiam, si ordinatio, quæ eodem verbo ab Apostolo, & Luca vocatur, non sit pars essentialis Sacramenti Ordinis. Adde verba beati Thomæ, qui in Quartum senten. Distin. 24.

D. Tho. art. 3. q. 2. in Respon. t. 7.

Episcopus, inquit, *in collatione Ordinum duo facit: Præparat enim ordinandos ad Ordinis susceptionem, & Ordinis potestatem tradit. Præparat quidem & instruendo eos de proprio officio, & aliquid circa eos operando, vt idonei sint potestatem accipiendi: quæ quidem præparatio in tribus consistit, scilicèt, benedictione, manus impositione, & vnctione. Per benedictionem Diuinis obsequijs mancipatur, & ideò benedictio omnibus datur: sed per manus impositionem datur plenitudo gratiæ, per quã ad magna officia sint idonei: & ita solis Diaconibus, & Sacerdotibus fit manus impositio, quia eis competit dispensatio Sacramentorum, quamuis vni vt principali, & alteri sicut ministro, sed vnctione ad aliquod Sacramentum tractandum consecrantur; & ideò vnctio solis Sacerdotibus fit, qui proprijs manibus corpus Christi tangunt, sicut etiam calix inungitur qui continet sanguinem, & patena quæ continet corpus. Sed potestatis collatio fit per hoc quòd datur eis aliquid, quod ad propriũ actum pertinet: & quia principalis actus Sacerdotis est consecrare corpus, & sanguinem Christi, ideò in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata, character Sacerdotalis imprimitur.* Ruardus quoque Tapper Decanus Louanienſis in Articulis Louanienſibus agens de Sacramento Ordinis, scripsit: *Factæ sunt autem*, inquit, *in forma, & materia* (scilicet, Confirmationis, & Ordinationis) *hæ mutationes ex Apostolica traditione, & Spiritus Christi suggestione. Sicut enim Apostoli sine expresso in Scripturis iussu Christi, imponebant baptizatis manus ad Spiritum sanctum accipiendum, eodemque ritu Presbyteros ordinabant: ita eodem Spiritu ducente, ritum quem nunc obseruat Ecclesia, maximè consentientem ritui quem seruauit Christus, tradiderunt: nisi fortè dicatur hoc relictum fuisse Ecclesiæ, qua forma, quáve materia istud Sacramentum conferendum, modò significatio, quæ in Sacramentis principaliter attenditur, qua scilicet significetur quæ potestas tradatur, seruetur. Nam in Sacramentis, quorum materiam, & formam Christus non determinauit, hæc dispositioni, & arbitrio reliquit familiæ suæ præfecti, cuius exemplum habemus in Pœnitentia, & Matrimonio: imò & forma Baptismi magnam admittit mutationem, modò seruetur eadem significatio. Nam liberum Ecclesiæ relictum est, quod non est per Christum determinatum.* Et hactenus de priori disputatione sit dictum.

In collatione Ordinum obseruantur duo.

Solis Diaconibus, & Sacerdotibus, cur fiat manũ impositio

Quorũ Christus Sacramẽtorum materiã, & formã instituẽdam Ecclesiæ reseruauerit.

Iam ad alteram dubitationem ad formam Ordinationis spectantem accedendum est. Nam Orientales Episcopi, instituti à maioribus suis, conferunt Episcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus Ordines per orationem deprecatoriam; cùm nos more Ecclesiæ Romanæ conferamus per modum imperandi, sicut Christus Lucę vigesimosecundo fecit, & faciendum docuit, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem*: pro quibus Ecclesia ait: *Accipe potestatem, &c.* Dicendum tamen est, nihil hac ratione nos perturbandos, quia etiam Baptismus & Pœnitentia more Latinæ Ecclesiæ datur per Indicatiuum: *Ego te baptizo*; & *Ego absoluo te à peccatis*; cùm tamen Græci dicant deprecatoriè: *Baptizetur seruus Christi*. Forma etiam sacræ, & extremæ Vnctionis per deprecationem confertur, hoc modo: Per istam sanctam Vnctionem, & suam pijssimam misericordiam

Ad quartum dubium. De forma Sacrrmenti Ordinationis, qua Græca, & Latina vtitur Ecclesia, an sit vna & eadem, an diuersa,

Luca 22. 1. Cor. 11.

Forma extremæ Vnctionis Sacramẽti qualis.

Ruard. Tapper art. 17. post mediũ, part. 2. circa med.

parcat tibi Deus quæcunque deliquisti vitio oculorum, vel aurium, vel manuum. Adde etiam Clementem Romanum, qui libro octauo Diataxeon Apostolorum, Capite tertio tradit rationem conferendi Episcopatus ordinem: & Capite vigesimoquarto Presbyteratus, & Capite vigesimoquinto Diaconatus. Et omnes hi Ordines conferuntur modo deprecatorio per orationem emissã ad Dominum.

Clem. Rom.

Qui ordines collati ab Apostolis fuerint modo deprecatorio

Quarto loco, quando electus est Matthias in Apostolatum, oratione quadam vsi sunt Apostoli: & Actorũ decimotertio ordinati sunt Paulus, & Barnabas, fitque mentio liturgiæ, & orationis, & impositionis manuũ: *Tunc ieiunantes*, inquit, *& orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt eos.* Adhæc Diaconi Actorum sexto acceperunt Ordinationem per manus impositionem, & orationem: & Actorum decimoquarto: *Cũ orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino.* In quibus locis quod dicitur de oratione, intelligendum est de precibus, quibus à Deo petebant, vt efficeret illos bonos Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, potestatemque illis ad ea munera præstaret.

Actor. 1.

Infra 13.

Supra 6.

Infra 14.

In eis conferendis quid orarent Apostoli.

Quinto loco formam Sacramenti Confirmationis videntur Græci deprecatoriam facere: quod consonum est Scripturæ Actorum 8. vbi dicitur: *Rogauerunt pro ipsis vt acciperent Spiritum sanctum:* erat ergo forma deprecatoria, qua Deus conferebat Spiritum sanctum ad robur, & confessionem Fidei.

Græci, vt videtur, formã Sacramenti Confirmationis vnde sũpserint deprecatoriam. *Actor. 8.*

Sextò, si Ecclesia Græca potuit formam Baptismi à Christo institutam mutare in aliam idem significantem, nempè: *Baptizetur seruus Christi*; cur non etiam poterit formam, quam non constat esse à Christo institutam, mutare in aliam: maximè si istæ mutationes ortæ sint ab Apostolis, & eorum principium ignoretur? Adde etiam formam panis, & calicis Eucharistiæ in Ecclesia Græca Orientali diuersas esse ab illis, quibus vtitur Latina Ecclesia: in nonnullis tamen discrepare videntur, quia quædam addunt, quædam tollunt, quę non inueniuntur in nostris. In beati enim Iacobi Apostoli liturgia forma corporis est: *Quod pro vobis frangitur, & datur in remissionem peccatorum.* In forma verò sanguinis habetur: *Hic est sanguis noui Testamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur, & datur in remißionem peccatorum.* Et his similia tradunt Basilius, & Chrysostomus in suis liturgijs. Quæ si conferantur cum nostris Latinæ Ecclesię formis, quædã planè tollunt, & quædam addunt. Sicut ergo nullus hactenus turbatus est de formis huius Sacramenti in liturgijs Græcorum obseruatis, ita vllus nec de forma Ordinationis turbari debet, quia in reipsa planè conueniũt: nisi quòd id, quod Latina Ecclesia dicit per enuntiationem Indicatiui, illa Græcorum enuntiat per deprecationem.

Nouam & Apostolis inusitatam Ordinationis formam potuisse Ecclesiã instituere

Luca 22.

Chrys. tom. 5. in fine.

Quòd si obijcias, Apostolum Paulum tantùm meminisse manuum impositionis 1. Timoth. 4. & 5. & in hoc capite, & nihil dixisse de forma: Respondemus, id esse supplendum ex alijs locis, in quibus impositioni manuum adiungitur oratio, quæ formæ rationem habebat. Nam Actorũ sexto, decimotertio, & decimoquarto fit vtriusque mentio. Et sicut vna voce Baptismi comprehẽdimus materiam aquæ, & formam, & reliquas ceremonias & orationes quibus vtitur Ecclesia, & nomine Chrismatis Cõfirmationis Sacramentum ex materia, & forma constans, ita etiam nomine impositionis manuum, intelligimus & debitam materiam, & propriam formam cum cæteris ritibus necessariam. Intelligo autem necessariam, siue necessitate Sacramẽti, siue necessitate præcepti. Hinc Hieronymus in Esaiæ caput quinquagesimumoctauum: χειροτονία, inquit, *est ordinatio Clericorum, quæ non solum ad imprecationem vocis, sed ad impositionem impletur manus.* Et Clemens Romanus libro octauo de Constitutionibus Apostolicis Ca-

Quare Apostolus nõ formam ordinationis, sed solam manuũ impositionẽ notauerit.

1. Tim. 4.

Infra 5.

2. Tim. 1.

Actor. 6.

Infra 13.

Infra 14.

Hieron. t. 4.

Clem. Rom.

pite vltimo: *Scitis*, inquit, *à nobis Episcopos, Presbyteros, & Diaconos vocari, oratione, & manuum impositione, differentia nominum, rerum differentiam indicantes.* Ambrosius etiam in priorem epistolam ad Timotheum: *Manus impositiones verba sunt mystica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens autoritatem teste conscientia sua, vt audeat vice Domini sacrificium Deo offerre.* Vbi valdè ponderandũ, quòd manuum impositionem dicit esse verba mystica, quibus confertur Ordo sacer. Augustinus libro tertio de Baptismo contra Donatistas, cap. decimosexto, in fine: *Manus impositio non sicut Baptismus repeti non potest. Quid est enim aliud nisi oratio super hominem?* Et intelligens Augustinus de peccatorum remissione, subiungit statim Capite sequenti: *Nam quòd in typo vnitatis Petro Dominus dedit potestatem, vt id solueretur in terris, quod ille soluisset, manifestum est.* Clemens quoq; lib. secundo Diataxeon cap. 42. absolutionem vocat manus: *Idem fac tu, Episcope: sed quemadmodũ Gentilem per lauacrum recipis, post eius institutionem, ita hunc per manuum impositionem vti per pœnitentiam purgatum, omnibus pro eo rogantibus in pristinum statum restitues, & erit ei in locum lauacri impositio manuum.* Hæc ille. Adde etiam Concilium Mileuitanũ Capite duodecimo: *Placuit etiam & illud, vt preces, vel orationes, seu Missæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur.*

Ambros. in cap. 4. prope finem. to. 5.

Aug. to. 7. sub init.

Manus impositio quid secundùm Augustinum *Matth. 16.*

Clemens Romanus.

Concilium Mileuit.

Hæc autem omnia eò tendunt, vt probemus, quòd quando simpliciter in Scripturis dicitur Manus impositio, non debemus interpretari nudam impositionem, sed cum verbis illis, quibus illa manus impositio determinatur, vel ad signa, vel ad Cõfirmationis Sacramentum, vel ad Ordines sacros. Quemadmodùm etiã lotio verbum commune est, & indifferens ad corporis, vel animæ ablutionem; & ad lotionem à medico præscriptam pro corporis sanitate, & ad illam Lege Moysi præscriptã, & ad illam Euangelicam à Christo præceptam. Et per verba apposita quasi per formam determinatur ad aliquam ex illis specialem, vel ad Regenerationis Sacramentum: ita quoque manus impositio generale verbum est, & per ea quæ illi adiunguntur verba determinatur, vel ad signa, vel ad Confirmationem, vel Ordines sacros.

Nomine impositionis manuũ quid etiã Scriptura comprehendant.

Lotiones variæ, & quemodo determinentur.

Ad quintam dubitationem expediendam de gratia data ante tẽpora secularia, præmittendum est quod præcedit in Apostolo: *Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius, sed collabôra Euangelio secundùm virtutem Dei, qui nos liberauit, & vocauit.* Estque sensus congruus: Ex quo tantum charisma virtutis, dilectionis, & sobrietatis, siue sobriæ sapientiæ accepisti, non est quòd te debeat pudere de testimonio quod Christus dedit in passione & cruce sua, vel apud Paganos, qui Christum stultitiam reputant, vel apud Iudæos, qui eum habent pro scãdalo. Neque rursus debes pudore suffundi propter me vinctum eius: vt enim martyr est, qui propter Christum patitur, ita vinctus Christi, qui propter ipsum alligatur. Noli ergo erubescere, quòd Christi professores vincula, persecutiones, & tormenta sustineant, sed tu quoque ad eadem cum illis sustinenda te accinge, vt particeps sis passionum, quas professores Euangelij propter eius prædicationem tolerant. Indicat ergo se vinctum non pro furto, vel homicidio, vel alio crimine infami, sed pro Christo, quod est gloriosum. Vnde alibi ait: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.*

Erubescere testimoniũ Domini nostri, & Paulũ vinctũ eius, quodnam sit

1. Cor. 1. Ibidem.

Martyr Christi quis.

Paulus quare vinctus.

Galat. 6.

Et quod ait: *Collabora Euangelio*, significat; Non tantùm mihi, aut gratiæ Dei, sed labores, & afflictiones propter Christũ, & cum Christo sustine, sicut ipse pro te sustinuit. Vnde Græcè dicitur *συγκακοπάθησον*, quod est honorificũ & salutiferũ. Et quia hoc supra vires est humanas, &

Collaborare Euangelio, quid.

virtutem Dei requirit, quæ hoc nobis præstet, subdit: *Secundùm virtutẽ Dei.* Qui adest omnibus pro se patiẽtibus, vt sustineant, permaneant, & coronam promissam assequantur, iuxta illud: *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Et Sap. 10. *Hæc* (scilicet Sapientia) *venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit; descendit q3 cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni.* Ex quo licet colligere, omnes qui vincula patiuntur pro Christo, aut pro iustitiâ, non esse à Christo relinquẽdos, sed in cœleste regnum participes euehendos.

Dei virtus præsentanea quibus & efficax.

Psal. 90.

Sapient. 10

Genes. 37.

Quos Christus minimè derelinquat.

Qui nos liberauit. Vel saluos fecit à peccato, & Satana. Qui ergo tot, ac tanta pro nobis effecit, & passus est, dabit & virtutem rectè pro eo patiendi. Non enim tantùm nobis donatum est pro Christo, vt in eum credamus, sed vt etiam pro illo patiamur. Qui ergo, cùm inimici essemus, ita erga nos affectus fuit, vt per mortem suam nos Patri reconciliaret; multò magis reconciliatis, & amicis factis, & pro eo affligi cupientibus, virtutem dabit euadendi, & vincendi.

Quomodo nos Deus liberauerit.

Philip. 1.

Rom. 5.

Subdit: *Et vocauit vocatione sua sancta.* In Græcis exemplaribus, & in Ambrosio non est pronomen, Sua, intellige quia non tantùm ad sanctitatem vocat, & facit sanctos, & non frustratur, sed semper suum sortitur iustificationis effectum; sed etiã quæ non contingit per vlla opera, sed gratia, & munificentia Dei, quę propriè ad electos spectat, quæ propositum dicitur Dei, & gratia quæ data est nobis ante tempora secularia. Etsi sit alia vocatio sancta, & alia nõ sancta; est tamen quædam vocatio firma, & quæ deficere non potest: est & alia ex parte nostra, quæ deficere potest.

Deus qua vocatione sua sancta nos vocauerit.

Ambr. hoc loco, tom. 5 sub finem.

Ephes. 1.

De hac re dubitatum fuit in eo quòd asserit gratiam datã ante tempora secularia; id est, ante mundi cõstitutionem: at id quomodò fieri potuit, cùm nondum essent homines quibus daretur? Verùm id soluendũ est per illud quod præcedit: *Secundũ propositum suum*, id est, proposita est, & præuisa dari, sed non simpliciter data est, sed addidit, In Christo Iesu, quod est dicere, Propter Christum Iesum, siue propter merita eius.

Ad quintum dubium. Gratia nobis quomodo data ante tẽpora secularia.

Cœperunt autem hæc tempora secularia à primo die quando lux facta est, & ex eius motu vespere, & mane factus est dies vnus, siue primus. Secula enim erant anteà, non secularia, sed intelligibilia, quę æui nomine veniunt, cùm essent Angeli tantùm, & cœlum Empyreum, & terra inanis & vacua, id est, materia prima. Etsi verò homines eo tempore non essent, nec etiam in primo die, quando cœpit æuum seculare distinctum ab illis seculis intelligibilibus; erant tamen homines quantum attinet ad corpulentam substantiam, quę ex materia prima deriuata est; erant etiam homines in prædestinatione Dei, propter quos hic mundus corporeus præcipuè conditus est.

Secularium illorum temporũ initiũ. *Genes. 1.*

Ibidem.

Vel meliùs dicendum est, dationẽ Dei, quod ad effectum attinet, temporalem fuisse, quia in tempore dedit: ipsa tamen datio Dei, quæ est actio diuina, ęterna fuit, & ab eius essentia Diuina non distinguitur: & ita ex parte ipsius actionis dicitur esse ante tempora secularia, hoc est, gratia data in prædestinatione Dei, quamuis effectus datus sit in tempore.

Altera solutio, datæ nimirũ gratiæ Dei nobis ante tẽpora secularia.

Adhęc, quomodò data est in Christo Iesu ista gratia ante tempora secularia; cùm Christus Iesus sit nomẽ hominis, & certum sit quòd Filius Dei non fuit homo ante tempora æterna, sed tantùm vbi venit plenitudo temporis, & misit Deus Filium suum? Dicendum ergo, quòd significatur eleganter modus participandi salutem, & gratiam Diuinæ prædestinationis, quia proposuit Christum saluare nos, & dare nobis gratiam.

Cũ Christus Iesus homo sit, in tẽpore natus: in Christo Iesu vt gratiã nobis Deus dedit ante tẽpora. *Galat. 4.*

Non autem rectè vertit Erasmus hunc locum, dicendo, Ante tempora æterna, quia est Deus, ante quem

Erasmũ tempora æterna pro secularibus ineptè vertisse.

nihil

Auguſt. lib. 83. quæſt. 9. 71. in princ. to. 4. tit. 1.

nihil eſt, vel eſſe poteſt. Auguſtinus tamen legit, Ante tempora ęterna, & interpretatur, id eſt, ante omnia tempora, & quia Hebræis eſt עוֹלָם, & quod Græcis eſt, αἰῶν, Latinis ſeculũ eſt, quod tempus ſignat diebus, & horis diſcretum; per tempora ergo ſecularia intelligimus tempora illa antiqua, quæ non fuerunt coæterna Deo, qui creauit tempora, & ſecula, nam Heb. 1. dicitur: *Per quem fecit & ſecula*: & ca. 9. *Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei.* Et vt æternitas eſt menſura æternorum, hoc eſt trium Perſonarum, quæ principio carent, ac fine, ita æuum menſurat æuiternitas, quæ principium habet, ſed non finem, vt Angeli, & materia prima, informis, ſiue inuiſa. Tempus autem menſura eſt motus eorum, quæ principium habent, & finem: & hoc ſimul creatum eſt cum luce, quę motu ſuo fecit veſpere & mane diem vnũ. Vnde rectè Haymo dixit: *Tempora ſecularia debemus hîc intelligere tempora, & ſecula, quæ ex eo tempore eſſe cœperunt, quo mundus factus eſt, & dies, & nox. Nam antea non erãt ſecula, neq; tempora, quouſque venit viciſſituo diei, & mortis, & mutabilitas temporis, ſed quaſi æuum erat.* Hæc ille.

Et ſubdit de gratia data: *Manifeſtata eſt autem nunc per illuminationem* (vel apparitionem) *Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & incorruptionem per Euangelium.* Nam primò quidem Chriſtus apparuit in carne mortali, vnde ſuſcitatus deſtruxit mortem corporis, & peccati, dando Spiritũ ſanctum in remiſsionẽ peccatorum, & carnis, ſiue corporis mortem, ſe ipſum à mortuis excitando, & ſpiritus noſtros in cœleſtem domum colligens tantiſper, donec venit generalis omnium corporum reſurrectio.

Illuminauit autem, vitam gratiæ, qua Deo viuimus, & vitam æternã, & incorruptionem atque immortalitatem actu præſtans: ex quo reſurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. In potentia autem & meritis omnes qui Chriſto hærent, ad illam vitam immortalẽ ius habent. Hieronym. in epitahio Nepotiani: Gratias, inquit, tibi Chriſte Saluator, tua agimus creatura, quod tam potentem aduerſarium noſtrum, dum occideris, occidiſti. Quid antè miſerius homine, qui, ęternæ mortis terore proſtratus, viuendi ſenſum ad hoc tantùm acceperat, vt periret? Regnauit enim mors ab Adam vſque ad Moyſen, etiã ſuper eos qui non peccauerunt.

In quo (ſcilicet Euangelio, vel vt Græcè habetur ἐὰς ὁ, ad quod) *poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus, magiſter Gentium.* Non me ipſum ego poſui, & cõſtitui, poſitus ſum à Deo præco, ſiue prædicator, & Apoſtolus, ſiue legatus, nihil eorũ omittens, aut celans, quæ commiſſa ſunt mihi. *Et magiſter Gentium*, Ob quã cauſam ſum Euangelij præco apud Gentes, & Apoſtolus earum. Ob id maximè etiam hæc tanta vincula patior, non ob aliquod facinus, ſed pro gloria Chriſti, & pro trahendis Gentibus ad libertatem Euangelij. ¶ *Sed non confundor.* Quia Deus ſuo Spiritu me recreat atque confirmat.

Ad ſextam dubitationem circa illud: *Scio cui credidi & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare vſque in illum diem.* In quo dubitatum fuit, anne tanta fides, & confidentia poſſit eſſe in animo noſtro? Circa literã tamen primò nota, verbum, Credidi, ambiguum eſſe tam Græcè, quàm Latinè, ad fidẽ habere, & ad cõmittere, ſeu ad fidei alteriuscõmittere aliquid. Prior tamen ſignificatio videtur magis ad rem facere, quia fide cũ Deo agendum eſt, qui potens eſt depoſitũ ſeruare. Quia enim ſermo erat de Deo Ieſu Chriſto, in quem crediderant, propterea dixit: *Potens eſt depoſitum ſeruare*, nõ autem, Fidelis eſt, aut verax eſt depoſitum ſeruare. Notum enim erat, Meſsiam eſſe, in quo implendę erãt Dei promiſsiones; ſed dixit, Potens eſt, quia de ea potentia poterat ſubeſſe dubium: non autem apud Paulum, qui nouerat, Chriſtus,

ſeipſum

Tempora ſecularia quæ nã Apoſtolo.

Hebr. 1.

Infra 11. Geneſ. 1.

Sap. 11. c. 18 Tempus propiẽ quid.

Haym. epiſ.

Gratia Dei vti manifeſtanunc fuerit per illuminationẽ Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Heb. 2.

Philip. 3.

Quemadmodum Chriſtus vitam, & incorruptionẽ illuminauerit per Euangelium.

Rom. 6.

Hiero. Epiſt. 3. ſub initium. tom. 1 in princ.

Roma. 5.

Prædicator, & Apoſtolus qualis, & magiſter Gentiũ Paulus.

1. Timoth. 2

Pauluscur minime confuſus in Euãgelij miniſterio.

Cum dicitur: Scio cui credidi, & credere quid ſignificet, Habere fidem, an cõmittere.

Sextæ quæſt. ſolut. An poſsit de aliquo credito eſſe ſcientia.

se ipsum à mortuis excitasse, & posse omnia quæcunque Deus ipse facere potest. Estq; hoc loco hyperbatō, & ordo est iste: Scio & certus sum, quòd is cui credidi, potens sit quicquid apud illum de pono, seruare in illum diem. ¶ Si credere hîc est actus fidei, quî potest, inquit hoc loco B. Thomas, etiam esse scientia, nec idem creditum, & scitum? quia de ratione scientiæ est quòd videatur, sicut fidei, quòd nō videatur. Respō det idem Sāctus Doctor: In fide duo sunt, scilicet id quod creditur, & ille cui creditur. De eo quod creditur, non potest esse scientia, quia sic perderet crediti rationem; sed de eo cui creditur, est scientia, quia per eui dentissimam rationem est scitum, quòd Deus est verax. ¶ Simplicius dici posset: Fides ob suam certitudinem solet in Scripturis venire nomine scientiæ; & scire est credere. Testimonia sūt: *In scientia sua* (id est, in fide) *iustificabit ipse iustus seruos meos multos.* Et Zacharias; *Ad dādā scientiā salutis plebi eius,* id est fidem: *Scitis quoniam omnis homicida non habet vitā æternam in se manentem: Scimus quoniā diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Et, *Scio cui credidi*, perinde est dicere, Noui per fidem.

D. *Thomas lect. 4. prope initium. to. 16.*

Altera solutio, & vbi scripturarum fides, & credere, pro scientia & scire ponatur.

Esaiæ. 53.
Lucæ 1.
1. Ioan. 3.

Rom. 8.

Sed videamus iam quomodò conueniant hæc Paulo. Nam his verbis rationem reddit cur non Apostolus confundatur: *Quia noui*, inquit, *& certissimè sum persuasus per ipsam fidē, quàm bonus, & fidelis sit ille, cui fidem meam adiunxi, & quàm verax in promissionibus, & quòd seruabit depositum meū*, id est corpus, & animam velut in depositum tradita, *vt aliquando & sibi illa magna gloria restituat*: de quo deposito dixit Dominus morti proximus: *In manus tuas cōmendo spiritum meum*; & Stephanus: *Domine Iesu, suscipe spiritum meum*; & Salomon: *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tāget illos tormentum mortis*: Christus etiam, *Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam*, apud me tanquam depositum quoddam rectè seruatam.

Quid est, scio ego Paulus, cui credidi, & certus sū, quia potens est depositū meum seruare, &c.

Psal. 144.

Depositū ec quodnā Pauli Deus conseruabit?

Lucæ. 23.
Psalm. 30.
Act. 7.
Sap. 3.

Matth. 16.

Sunt alij, qui per depositum apud Deum intelligant merita propria ex gratia Dei prodeuntia, quæ tam bene operando, quàm mala patienter tolerando, colligere solent iusti, vt intelligamus quòd illa non pereunt, nec transeunt cum tempore, quod cum actionibus, & passionibus labitur, sed commendātur in depositum non apud vllum hominem immortalem, sed apud Deum hæc seruare valētem in die iudij, in quo magnificentissimis præmijs illa remunerabit, & coram vniuerso orbe illa laudabit: *Euge*, inquit, *serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui.* Et tantopere ea est celebraturus, vt reprobos ad inuidiam conflandam excitet. Nam dicturi sunt: *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce, quomodò computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorū est.* Et certè hæc tanta, & tàm illustris fides debet à quolibet fideli concipi, quia sine illa nullus consistere in tantis tribulationibus valeret, maximè verò Prælati Ecclesiarum, qui pro sua, & suarum Ecclesiarum salute inuigilant, & laborant. Spero etiam me accepturū corporis redemptionem per resurrectionem ad vitam æternam, quando Deus erit omnia in omnibus. Sed etiá quòd vincula mea nihil sint impeditura, alios quominus Euangeliū complectantur, imò potius consolationem, & confirmationem omnibus fidelibus, maximè autem ministris Dei allatura.

Alijs, Pauli depositum quid sit.

Deus quādo illud reddet.

Infra. 25.

Fidē in Deo sui depositi seruādi maximè habere qui debeant.

Sap. 5.
Heb. vlt.
Rom. 8.
Philip. 3.
1. Cor. 15.

Collige etiam, aliud esse depositū à Deo Paulo creditum doctrinæ integræ, & incorruptæ seruandum. Et addit, esse depositum nostrum, quod Deo tanquam nummulario potentissimo, fidelissimoq; custodiendū deponimus: & hic est bonorū operum thesaurus.

Paulus etiā Dei depositū quod habuerit seruādū. Depositū ille cur suum nominauerit.

Solut. VII. dubit.

Ad septimum in illud: *Formam habe sanorum verborum*, Dicendum est, illa esse membra sana, quæ vitam participant, & suas functiones facilè perficere possunt: ita per metaphoram

Quę nā verba sana, quorū formā Timotheus habere debebat.

sana

sana sunt illa verba, quæ sanam fidei & doctrinam, id est Catholicam, & Orthodoxam tradunt, & præsertim si commodè, & aptè, & cum charitate, & prudentia, ac signis id quod prædicatur, confirmetur. Non tantùm enim in rebus Fidei cõsideratur quid dicas, sed etiam quomodò dicas, vt verba sint simplicia, & ex Scripturis petita, vel saltè Ecclesiastica, & ab Hæreticis, quantũ fieri potest, semota, & aliena, ne vel in vocabulis cum illis communicemus.

Autoritas tradi tionis, quid item formam habere sanorum verborum.

Subdit: *Quæ à me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu.* Vt scilicet in alios effundas, nã hæc ego à Christo accepi. Et dicendo: *Quæ audisti*: indicat traditionẽ, cuius autoritatẽ hîc exaltat. Qui ergo ita loquitur, sanũ se Doctorẽ prodit, & corruptã hominum linguam sanare potest. Et formam Græcè est ὑποτύπωσις id est exemplar, siue imaginem, de quo 1. Thess. 1. Et formam habe, perinde est ac dicere; vtere, vel exerce, vel retine: frequenter enim significat habere.

1. Thess. 1.

Quæ phrasis ista: Quę à me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu.

Quod sequitur: *In fide & dilectione in Christo Iesu.* Id est: Quæ sunt de fide, siue quæ versantur circa fidem, & dilectionẽ, præpositio In denotet materiam, siue obiectũ, vt statim subiunget: *Omnes qui in Asia sunt*, id est ex Asia, vel de Asia. Et ne quãlibet fidem accipias; addit: *In Christo Iesu.* Id est: Quæ est Christo consentanea, & doctrinæ eius.

Depositũ bonũ quod acceperit Timotheus custodiendum.

Ad illud: *Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum*: dicendum est quod conueniat illi doctrinæ depositum, & numus charismatis, quod acceperat per manus impositionem. Cura ergo, vt eius sis memor, & serues per Spiritum sanctum, qui iustos, & pios inhabitat, non autẽ per spiritum proprium: quæ dona ac munera apud Timotheum, veluti egregiũ thesaurum Deus deposuerat. ¶ Et ex hoc loco colligimus, tẽpore Pauli non apud plebem, & vulgares homines, sed apud Episcopos deposita fuisse religionis mysteria.

Penes quos Fidei nostræ mysteria tãtummodo seruarentur.

VIII. Solu. quæst.

Ad postremum: *Scis enim hoc, quod auersi sunt à me omnes, qui in Asia* (vel de Asia) *sunt.* Horum verborum non est sensus, totam Asiam à Paulo defecisse, sed Asianos, qui Romæ erant. Quia difficile esset seruare puritatẽ doctrinę inter tot hæreses; idcirco hæc addita sunt à Paulo. Et notant Græca scholia, præpositionem, In, positam esse loco Ex, vt paulò antè diximus. Omnes ergo Asiani, vel qui ex Asia sunt, me Romæ existentem auersati sunt, & scandalizati.

Quî verũ fuerit, Asianos omnes auersos à Paulo fuisse. *Oecum. c. 2*

Ex quibus, inquit, *est Philetus, & Hermogenes.* Græci codices habent, Phygellus loco Phileti, & Ambrosi⁹ ita legit in explicatione, vt & Hieronymus in epistola de vestibus Aarõ; vt agnoscat Timotheus quos fugere debeat: & isti erãt præ alijs celebriores. Est autem vsitatum transfugis, ac militiæ Christi desertoribus, quò suam turpitudinem excusent, quascunque criminationes fingere aduersus probatos, & fideles Euangelij ministros. Erant autem illi duo alicui⁹ dogmatis hæretici, aut peregrini autores. Hic Hermogenes nõ est ille, contra quem scripsit Tertullianus, qui scripsit sub Antonino Caracalla, minus centũ quadraginta annis post Christum passum; hic autem Hermogenes Romæ versabatur tẽpore Pauli sub Nerone.

Philetum & Hermogenẽ hæreticos cur Paul⁹ expresse nominatim. *Ambr. hoc loco. to. 5. Hiero. epist. 128. ad Fabiolam, sub initium. to. 3. propè princip.*

In quẽ Hermogenẽ scripserit Tertullianus. *Tertull. par 1. sub finẽ.*

Cæterùm verisimile fit, hos duos fuisse Iudæos, & ad Fidem cõuersos: & assumebant sibi nomina Græca, nã Græcis litteris incumbebant, nõ Hebraicis: quemadmodùm Philo, & Iosephus, qui Iudæi erant genere, Græcis literis, non Hebraicis omnia scripserunt. Isti tempore signorum, & prædicationis gloriosæ adhærebant Paulo: sed vbi in vinculis & carcere detineri, vt ignobilissimum acceperè, à fide Christi defecerunt. Et pulchrè Phygellus interpretatur fugitiuus; & Hermogenes, Mercurio genitus, id est loquax, & mẽdax; aut mercimonijs intentus, aut facundiæ. Et vterque suo nomine denotat inconstantiam: ij enim erant apostatę, qui doctrinæ Pauli obstabant, & ab

Phileti, & Hermogenis simulatio.

Phygellus & Hermogenes quid sonent; ijdem quos referant.

illis

illis se ipsos auertebant, fugitiui scilicet, qui extra Ecclesiam sunt per infidelitatem, quiq; deserunt votũ Baptismi: quemadmodùm Hæretici nostri seculi vota, quibus vitam Regularem profitebátur, irrita reddiderunt.

Philetus & Hermogenes apostatæ, ac iterum cõuersi secundum aliquos. *Dorothe. in Synopsi.*

Sunt qui doceant, Philetum, & Hermogenem à B. Iacóbo Zebedæi conuersos, ex Abdiæ fortassis libris apocryphis, in quibus hæc narranur. Dorotheus primum, facit Episcopum Ephesinũ, posteriorem, Episcopum Megarẽsium.

Dei in suos, maximè Paulũ Romæ vinctum, prouidentia.

Sequitur in textu: *Det misericordiã Dñs Onesiphori domui, quia sæpè me refrigerauit, & catenam meam non erubuit.* Monitionem confirmauit ex aliorũ defectu, nunc vrget ex aliorum profectu ad standum. Etsi verò multi à Paulo defeciissent, ac eum deseruissent, non tamen Deus, qui pro sua bonitate nunquam omnino hominẽ iustum deserit: sed, si qui sint aduersarij, præstat etiam adiutores, & adnocatos qui tueantur. Ita Paulo prospexit de Onesiphoro. Et vnum opponit pluribus: quia plus est vnus vir iustus, quàm millia corruptorũ. Quod fecit, ne exemplis multorum ad defectionem solicitaret. Iste autẽ erat Ephesinus, & fuit postea eiusdẽ ciuitatis Episcopus: quanquàm Dorotheus illum fuisse Episcopum Coroniæ tradat. Et designat eum, qui vtilitatem, & commoditatẽ adfert: nam ὄνησις, vtilitas est & iunamen. Et proprium est seruorum Dei, qui beneficia recipiunt temporalia, implorare pro illis Diuinam misericordiam, & beatitudinis promissionẽ illam: *Beati misericordes; quoniam ipsi misericordiã consequẽtur.* Elegans est in hunc locum Chrysostomi sententia: *Nam si in Regibus,* inquit, *fieri solet, vt non viodò qui pugnant, sed & qui vasa custodiunt, honoris participes sint, sæpè contigit vt paria bellatoribus acciperent præmia, quamuis non fœdassent cruore manus, neque arma cœpissent, imò ne prælium quidem aspexissent: multo magis id in tribulationibus fit. Qui enim athletam fame confectum cibo recreauerit, qui illi adstiterit, & fuerit hortatus, qui obsequia reliqua intulerit; pari cum illo mercede donabitur.* Hæc ille.

Vnius tantũ Onesiphori in se beneficij cur factam mẽtionem Apostolus. *Dorothe. ibidem.*

Onesiphori Etymon. Seruorũ Dei propriũ quid sit.

Matth. 5. Chrysost. homil. 3.

Afflictos Dei seruos refocillantes, quãti sint meriti apud Deum. *Infra 10.*

Nec tantùm Onesiphoro, sed & domui, ac familiæ precatur misericordiam Paulus. Est autem ingens Onesiphori laus, & magnum apud Deum meritum, qui facultatibus suis & præsentia, & alloquio refocillauit non semel Apostolum, & non erubuit crucis ignominiam, aut carceres, aut catenam. ¶ Et nota illam Paranomasiam: *Quæsiuit,* &, *Det illi Dominus inuenire misericordiam.* Vbi etiam perpendenda est illa phrasis Hebraica, sicut annotauit Oecumenius: *Det illi Dominus* (scilicet Pater) *inuenire misericordiam à Domino* (scilicet Filio) *in die illa*, scilicet iudicij postremi. Sicut Gen. 19. *Pluit Dominus super Sodomam & Gomorrham sulphur ignem, à Domino de cœlo*, id est à se ipso. Et videtur pronomen poni pro relatiuo. Esaiæ 8. *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum & in portẽtum Israel à Domino exercituum*, hoc est à se ipso. Interdũ etiam nomen personæ loco pronominis accipitur: vt Dan. 9. *Exaudi Domine, placare Domine, attende, & fac, ne moreris propter Dominũ* (sic enim Hebraicè habetur, Eloha) id est, propter te metipsum, vt signentur duæ Trinitatis personæ, Pater & Filius.

Honorificũ de Onesiphoro Pauli testimonium.

Oecũ. c. 11. in fine.

Qualis hæc phrasis Det illi (Onesiphoro) Dominus inuenire misericordiã à Domino. *Genes. 19. Esaiæ 8. Hebr. 2.*

Huius quoq; Propheticæ: Exaudi me Domine propter: Dominũ, locutionis mysteriũ. *Dan. 9.*

Quia verò dixit: *Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino*; propterea Marcion posuit duos Dominos, siue duo Principia, quia etiam Dominus est Spiritus sanctus. Sed re uera in tribus Personis vnus Dominus demonstratur tãtùm, iuxta illud: *Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem.*

Contra duo Principia Marcionis.

Est autẽ inuenire gratiam vt Luc. 1. *Inuenisti gratiã apud Deum*, idẽ quod inuenire misericordiam iuxta Phrasim Hebræam: significat, nos graue iudicium euadere, & misericordiam Domini, & benignitatem sentire.

Quam inuenire Onesiphori domũ gratiam Apostolus exoptaret. *Luc. 1.*

Et ait: *Sed cùm Romam venisset, solicitè me quæsiuit & inuenit.* Hoc est: Nec auersatus est me, vt alij, nec

Onesiphorus quanto Paulum videndi, ac iuuãdi studio tenerẽtur.

retrocesſit à me, nec caſu repertum ſalutauit, ſed ſtudioſiſsime quæſitum tandē inuenire promeruit: & de vinculis, & catena mea non erubuit, & meis neceſsitatibus ſumptus ſuppeditauit; alloquio etiam, & præſentia refrigerauit. Verbum autem, Mihi, nō haberur in Græco, nec in Ambroſio, ſed tantùm, Quāta Epheſi miniſtrauit, tu melius noſti. Significās illum Eccleſiæ Epheſinæ, vel ſanctis Epheſinis multa ſuppeditaſſe. Vt tu, inquit, qui Epiſcopus eius ciuitatis es, meli⁹ quàm ego nouiſti. Et vt olim æqua erat pars, ſiue portio remanentis ad ſarcinas, & deſcendentis in prælium 1. Reg. 30. ita Sancti affectu collaborantes, & abſentibus communicantes temporalia, aut preces, participes fiunt meritorum, quæ ſancti Martyres pro Chriſti fide morientes adipiſcuntur: quia hoc plus eſt quām recipere Prophetam, aut iuſtum domi ſuæ, qui mercedem prophetæ, vel iuſti habebunt. Et hæc ſatis de hoc capite.

In Epheſinos Chriſti fideles eiuſdem beneficētia.

1. Reg. 30.

Matth. 10.

DISPVTATIO III.

In verba ſecundi capitis: *Tu verò fili mi, confortare in gratia quæ eſt in Chriſto Jeſu: Et quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus; vt ei placeat, cui ſe probauit, &c.* in finem vſque cap.

PRIMO Loco agendum de conſequentia ſermonis huius cum præcedētibus. Deinde dubitatur, quæ ſunt illa, quæ audiuit Timotheus per multos teſtes; & cur illa velit communicari fidelibus hominibus, qui idonei ſint alios docere: cùm Euangelium omnibus ſit diſſeminandū, iuxta illud: *Euntes docete omnes gentes, & Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Tertiò, quid eſt dicere: Labora ſicut bonus miles Chriſti, vel, Feras afflictionem, quia verbum Græcum eſt κακοπάθησον. Et falſa videtur illa ſententia: Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſeecularibus: quia etiam ſeptem Diaconi Act. 6. militabant Deo, & prædicabant verbum Dei; & tamen præerant menſis viduarum, & modò Epiſcopi bona temporaria curāt: Epiſcopi quoque præſunt ſpiritualibus cauſis Clericorum, & ſecularibus de bonis tē poralibus Eccleſiæ. Quartò, quòd tēdit Apoſtolus per illas tres metaphoras, Militis Chriſti, & Agricolæ laborantis, & eius qui certat in agone. Quintò, dubium eſt in eo quod ait: *Sed verbum Dei non eſt alligatum*; Et, *Omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur cū gloria cœleſti*: nunquid vnus alteri ſuis meritis poteſt comparare gratiam, & vitam æternam? at hoc Pelagianum dogma videtur. Sanguis etiam aliorum ſanctorum non funditur pro ſalute, aut redemptione, quia hoc eſt priuilegium ſolius ſanguinis Chriſti. Sextò dubitamus de illa ſeutentia: *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare ſe ipſum non poteſt*: nam ſi hoc per liberum arbitrium homo facere poteſt, cur non idem poterit Deus, qui præſtantiori præditus eſt libertate? præſertim cùm promiſsiones quaſ-

Primum dubiū, ac ſecundum.

Matt. vlti. Marc. vlt.

Tertiū.

Act. 6.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

cunque

Septimum.

cunque fecit, pro sua libertate irritas facere? Septimò dubium est, quòd tẽdat Apostolus in eo quod adhortatur ad fugiendum contentionẽ verborum: nam in omni contentione semper vtimur verbis, & sine illis nulla fit disputatio. Octauò dubium est, quomodo quis euadat operarius in confusibilis, & rectè tractare, aut secare valeat verbum veritatis, & ad quam metæphoram alludat per illam locutionẽ. Nonò ambigitur, cur sermo Hęreticorum dicitur serpere vt cancer, & ad quid fiat allusio. Decimò qua ratione, aut in quo sensu Hymenęus, & Philetus dicebant resurrectionẽ iam factam, cùm tam apertum esset, & planum cõmentum. Vndecimò dubitatur, quid est: *Firmum fundamentum Dei stat*, quis enim de ea re dubitare posset? Deinde si subuerterunt quorũdam fidẽ, vt ipse dixit, quomodò firmum fundamentũ Dei stat; & Christus: *Et portæ*, inquit, *inferi non prævalebunt aduersus petram*, vel in Ecclesiam? In eo etiam quod sequitur: *Habens signaculum hoc*, quale est hoc signaculum; &, Cognouit Dominus qui sunt eius, nunquid nõ præuidit Deus omnia, etiam mala? nam in omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Deinde videtur præuisioni operum tribuere prædestinationem. Et postremò cum ait: *Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini*, videtur indicare, dilectionem Dei fallibilem esse, si præter eos quos pręsciuit, adhuc alij ab iniquitate possũt discedere, & salutem consequi. Duodecimò ambigitur, quænam sit illa magna domus, in qua sunt vasa aurea, & argentea, & alia lignea, & fictilia: nam aliqui hanc domum dicunt esse mundum, alij verò Ecclesiam Christi. Decimotertiò, cur secundò stultas, & sine disciplina quæstiones iubeat vitari, ex eo quòd generant lites: cùm iam superiùs dixisset: *Noli contendere verbis*. Postremò dubium est, quomodo Hæretici, & improbi homines teneãtur captiui ad voluntatem diaboli: videntur enim isti coacti, si captiui sunt; & libero arbitrio destituti, si nequeunt redire. Ex his propositis dubitationibus quædam sunt facilioris expeditionis, quædam verò difficilioris, & alicuius momenti: vtræq; tamen breuiter explicandæ.

Octauũ.

Nonum dubium, ac decimum.

Vndecimũ.

Matth. 16.

Prouerb. 15.

Duodecimũ

Decimũ tertiũ.

Decimũquartũ & vltim.

Ad primum igitur: Cùm priori capite Apostolus hortatus esset ad studium confirmandæ veritatis doctrinę contra hæreses, & ad subeundum pro Christo martyrium, contra spiritum ignauię, & timiditatis; id circò hoc capite corroborari vult discipulum suum. Et ita incipit: *Tu ergo fili mi confortare, siue inualesce, vel corroborare in gratia quæ est in Christo Iesu.* Id est: etsi alij Asiatici deficiãt, tu verò constans esto: nõ proprijs viribus tuis, sed Dei gratia, quæ data est, enutrita, & aucta per fidem Iesu Christi. Fit ergo quis robustior in gratia, dum is qui gratiam accipit, non sinit illam languescere, nec in vacuum recipit, sed illam diligenter excolit ad maius incrementum. Atque hanc gratiam in Christo Iesu sitam, frequenter commemorat, teste Chrysostomo; ne nos in nobis gloriemur, sed agnoscamus fontem vnde oritur. ¶ Vel, in gratia, hoc est in docenda, & propaganda doctrina de gratia, vt interpretatur Ambrosi⁹, & cõuenit cum sequẽtibus quæ proponit: *Quæ audisti à me per multos testes*. Perge ergo docere, Patrem reconciliatum humano generi, idque per vnum mediatorem Filium eius. Non moreris Iudæos, qui quærunt iustitiam quæ ex lege est, neque Hæreticos, qui varia, & contraria docent. ¶ Et vtitur blanda illa, *Fili mi*, appellatione; quò magis doctrina in eius animum penetret: postquam ab amantissimo Patre processit: & audaciam solet addere discipulo magistri afflictio.

Ad secundam dubitationem circa id: *Quæ audisti à me, per multos testes, &c.* respondemus, velle Apostolum non solùm vt confirmetur in gratia Dei Timotheus, sed vt ad Euangelicũ munus adsciscat alios, vt quod factũ fuit in promotione Timothei, idem

Solu. I. quæstionis.

De ordine cõtextus Apostolici.

Cõfortari in gratia Christi Iesu, quid.

De gratia Christi Iesu cur frequẽtẽ habeat sermonẽ Apostol⁹. *Chryso. ho. 2. to. 4.*

Ambr. hoc loco tom. 5.

Rom. 10. Filium suum cur Paulus Timotheum appellet.

Solutio secũdæ dubit.

seruetur in promotione aliorum. Vt ita quæ audisti à me de fide (de qua: Ergo fides ex auditu) per multos testes comprobata, hæc commendes fidelibus hominibus. Testes vocat passionum tolerantiam, sanctam vitam, item signa, & prodigia, tùm & sacrarum literarum testimonia. Nã ita Oecumenius producit Clementẽ Alexandrinum libr. 7. Hypothypoſeon, qui interpretatur per multos testes, testimonia ex lege, & Prophetis à me inducta. Non vult igitur Apostolus Timotheũ noua dogmata comminisci, quæ ignorat Ecclesia, sed quæ ab ipso Paulo didicerat sacris Scripturis confirmata, vt fidelibus hominibus illa cõcredat, ac pijs doctoribus per manus tradat, quò passim sana doctrina in multos diffundatur, & in multorum animis radices agat. Per multos, inquit, testes: non clam, aut in angulis, sed in propatulo, & in multorum testiũ præsentia.

Rom. 10.

Quinam illi multi testes.

Oecu. cap. 2. in fine.

Contra hæreticos noua dogmata cõminiscentes.

In eõ quòd multos testes produxit, quid Apostolus obseruarit.

Noluit autem significare Apostolus testes fuisse adhibitos solẽni ritu Timothei causa, sed quod Timotheo ab ipso acceperat, confictũ nõ fuisse, cùm multi viuerent adhuc, qui possent testari, nihil solitum tradere Timotheum, quod non priùs ex ore Pauli accepisset. ¶ Et fideles homines vocat non à communi hominum fide, sed per excellentiam, qui rara fide pollent, qui fide, & nõ humanis rationibus doctrinam metiuntur Euangelicam, quique de omnibus instructi sunt, quæ verum Christi præconem, & ministrum decent, de quo Dñs dixit: *Fidelis seruus, & prudens quem constituit dñs super familiã suam.* Non ergo loquitur de laicis, sed de Presbyteris, & Episcopis. ¶ Fidelitas verò, voluntatis est virtus. Idoneum autem ad docẽdum facit intellectus perspicacitas, & lingua expedita, & animus promptus ad ædificandum alios, sed maximè zelus, & dilectio Dei ad proximum, qua id quod docetur, primus ipse qui docet, opere præstat. Quare etsi Euangelium prędicãdum sit omni creaturæ. Ex illis tamen seligendi sunt certi præ alijs, qui fidelitatis virtute præfulgeant, & apti sint ad docendum alios: & isti sunt ad Episcopatum eligendi, ac talibus præ alijs commendanda est prouintia alios instituendi.

Fidelibus hominibus audita ab Apostolo Timotheus cõmendare debebat quibus.

Matth. 24. Lucæ 12.

Vbi sita fidelitas in homine. Qui sint idonei ad docendũ.

Ad tertium explicandũ, præcedit in textu: *Labora sicut bonus miles Christi Iesu.* Vbi verbum illud, *Labora*, κακοπάθησον, id est, Mala, & afflictiones sustine more strenui militis. Est enim vita hominis militia super terram, maximè ijs qui vt alijs intendant, eliguntur. Et militia noui Testamenti est mala pati, sicut illa Veteris fuit mala inferre alijs, cum quibus pugnabant.

Marci vlt.

Quare tantũ fidelibus hominibus Pauli doctrina cõmendãda; si etiam vniuersę creaturæ est Euangelium prædicandum.

Tertiæ dubitationis solutio

Subdit: *Nemo militans Deo &c.* In qua sentẽtia nota, verbum, Implicat se, verbum esse Græcũ ἐμπλέκεται, id est, implicatur, quod idẽ est atque implicat se. Illud nomen, Deo, abundare videtur, nam Græcè non habetur, nec plerique Patres Græci eius meminerũt, vt beatus Ignatius epistola decimatertia ad Heronem, Basilius in epistola in libros Asceticos, & Ambrosius libro primo de Officijs. Illud quoque; Negotijs secularibus, vel huius seculi, Græcè est τοῖς τοῦ βίου πραγματείαις, id est, vitę negotiationibus, curis ad victũ, ac potum pertinentibus: molestijs legit Cyprianus libro primo epistola nona ad Quirinum libro tertio, cap. 11.

De Dei huius dicti: Labora sicut bonus miles Christi Iesu.

Iob 7.

Circa hoc: Nemo militans Deo, implicat se, duo ad literam obseruantur.

B. Ignatius epist. 13. in principio. B. Basil. initio 2. tomi. Amb. c. 36. to. 2. in ini.

D. Cyprian.

Quantum ad rem, sensus est: Si miles huius seculi hoc seruat, vt negotijs secularibus, & alienis ab arte quam profitetur, minimè se implicet, vt ei probatum se reddat, qui delectum ipsius habuit, hoc est, imperatori suo, ac duci: quantò magis id cauere debet miles summi Imperatoris Iesu Christi, vt ei placeat, cui se per Baptismum deuouit? Et videtur notare Apostolus quosdam sui seculi Episcopos, ac Doctores, qui suis commodis seruiebant, & secularibus negotijs mundi huius per superbiam, vel auaritiam, vel carnem se implicabant, & occupationibus sui muneris non vacabant.

Quid est: Neminem Deo militantem, implicare se negotijs secularibus.

Apostolus ijs verbis quos notet Episcopos.

Polybius Epiphanij discipulus autor est.

Et Epiphanius grauissimè reprehendit Episcopum, quòd multiplicandis argenteis vasis, & supellectili domesticæ totus incumberet.

Spiritualia negotia quę na Episcopi secularia, & quatenus conueniant.

Negotia verò, quæ Episcopus exercet, spiritualia sunt, vt orare, sacrificare, prædicare, ordinare Clericos, & illos peccãtes corrigere. Quã do verò ad Ecclesiæ bona tẽporalia conseruanda in vsum proprium, & pauperum, animum adijciunt, certè iam temporalia spiritualia fiunt, & non dedecent Episcopos, dummodò ea per Diaconos exerceant, & tueantur, quantum possunt, vt fecerunt Apostoli, & Christus, qui loculos habebat, & temporalium curã Iudæ demandauerat. Pro causis verò Clericorum, quæ interdum geruntur coram Episcopo, expedit vt ipsi per seipsos perficiant, vel ob eam rem vicarios suos habeant, qui ius administrent, vt Episcopi valeant magis spiritui vacare. Vnde Augustinus interdum conqueritur in suis scriptis, se causis, & negotijs secularibus distineri; quod ipse deplorat.

Ioan. 13.
Infra 13.

Causæ Clericorũ Episcopis quomodo tractãdæ.

An Episcopi laicorũ causas interdum iudicantes, implicare se negotijs secularibus meritò censeantur.

Quòd verò interdum laici litigantes ad Episcopos accurrerent, vt pro suo arbitrio controuersias terminarent, id non erat ex aliqua potestate, quam Episcopi habeant super seculi huius negotia, sed ex illis ipsis inter se decertãtibus, qui causam in Episcopum compromittebant, & ex charitate, quæ est super omnem legem; & quia Christus dixit: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

Matth. 5.

Ad quartam dubitationẽ responsio.

Vt quartum expediamus, præter iam dictam metaphoram militis Christiani, addit alias duas, primam de eo qui certat in agône, qui non meretur coronari, nisi munus athletarum præstiterit: nec satis est quomodocunque certare, nisi ex legibus præscriptis quisque agat: ita nec Episcopum satis est certare, nisi iuxta legem, non Mosaicam, sed Euangelicam decertet, & patienter agat in laboribus, passionibus, in vinculis, & carceribus. Hæc clausula ita habetur Græcè: *Si autem & certat quispiã* (scilicet, vt athleta) quod interpres expressit per dictionem, In agône, id est, loco pugnæ & certaminis) *non coronatur, nisi legitimè certauerit.* Est (certè, vt quidam rectè dixit) multis certare datũ, sed vincere paucis.

De sensu huius metaphorę: Qui certat in agone, nõ coronabitur, nisi legitimê certauerit.

1. Cor. 9.

Iam tertiam metaphoram attingit: *Laborantem*, inquit, *agricolã, oportet primum de fructibus accipere.* Id est ad literam, Oportet agricolam accìpere fructus: nam hyperbaton esse videtur, &, Primum, iungendum cũ participio, Laborantem, non cum verbo accipere. Sed ea lege videlicet, si priùs laborauerit, & priùs terram coluerit: alioqui inculta dabit spinas, & tribulos pro fructu.

Huius quoque metaphoræ: Laborantẽ agricolam oportet primùm de fructibus accipere, quinam sit sensus.

Vel, Primum, id est, multum inde accipias: quia res quam administras, maximè digna est. Ita interpretatur scholium Brunonis, & cõuenit cum eo Apostoli: *Presbyteri duplici honore digni habeantur*, id est, multo, magno & amplo honore, ne mendicare cogatur prædicator. Nam decimæ, & oblationes non sunt puræ eleemosynæ in Clericos; quem articulum tenuit VVicleffus, & damnatus est à Concilio Constantiensi, sess. 8. Et in hunc sensum tractat prẽsentem locũ Augustinus lib. de opere Monachorum, cap. 15. propè finem: *Timotheũ*, inquiens, *ne in talia incideret, quia per infirmitatem corporis manibus operari non poterat, sic exhortatur, monet, & consolatur: Labora*, inquit, *sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus vt ei placeat, cui se probauit: nã qui in agône contendit, non coronatur, nisi legitimè certauerit.* Hic ne ille pateretur angustias, dicens: *Fodere non possum, mendicare confundor*; adiunxit: *Laborãtem agricolam, primùm oportet de fructibus percipere*, secundùm illud quod ad Corinthios dixerat: *Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineã, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit?* Fecit itaque securum castum Euangelistam, non ad hoc euangelizantem vt venderet Euangelium, sed tamen huic vitæ necessaria suis sibi exhibere manibus non valentem: vt

Bruno in hunc Pauli locum. 1. Tim. 5.

Ioannis VVicleff de decimis & eleemosynis error.

Concilium Constant. B. Aug. t. 3. inter med. & finem.

1. Cor. 9.

Luca 16.

Castus Euangelista quis Augustino.

intelligeret

intelligeret qđ necessariũ sibi sumebat ab eis, quibus tanquã Prouintialibus militabat, & quos tanquãvineã cultura exercebat, vel tanquã gregẽ pascebat, non esse mẽdicitatem, sed potestatẽ. Et ita Latini interpretãtur.

Laborans agricola Græcis mysticè quis. *Oecumen. cap. 3.*

At Græci altiùs videntur interpretari, & prædicantem exemplo agricolæ, intelligunt eũ, qui nõ suiipsius curã gerit, sed fructuum terræ, vnde non mediocrẽ voluptatẽ carpit, nec exiguã laboris sui compensationẽ, præceptorem, inquam discipulorũ primũ ꝓfectu frui, magna doctrinæ suę retributione, ne quis morę impatiens, futuræ quę differtur mercedis tarditatem ægrè ferat, animarũ saltẽ salutẽ: eximium sanè lucrũ est, & simile superioribꝰ: vt si miles & athleta præmiũ nisi parta victoria non capiat: agricola interim dũ terrã colit, fructus aliquid percipit, copiosiorẽ in posterũ expectans. Ita Chrysost.

Chrys. hom. 4. in præsentem epistolam, tom. 4.

Sunt autem hęc tria exempla, militis, athletæ, & agricolæ, nonnihil obscura & metaphorica, quę ex parte res aperiunt, & ex parte relinquũt nobis occasionem eas coniectandi, & applicandi. Idcirco rectè subiungit: *Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.* Id est: Proposui tres parabolas, Militis, Athletæ, & Agricolę; quorum vnusquisque cæteris curis omissis, suum munus grauiter obit: neque deest præmium, si suo priùs functus fuerit officio, exemplo Domini, qui post parabolas solitus erat ad eas intelligendas excitare: *Qui habet*, inquit, *aures audiendi, audiat*. Nam similitudines de milite, & athleta, non applicauerat, neque admoneret, si omnes intelligere possent. Quòd si quis diceret: Tu magister, qui dicis, Milita, certa, labora, & stipendium accipe; id verò tu non facis, sed manuario labore viuis. Respondet: Id facio, ne mihi videar contrarius, & contra quàm dico facere: quia, vt aiunt Bruno, & Anselmus, si Timotheus infirmus manibus laborasset, minùs Dei verbo suffecisset. Paulus verò robustior, & ad vtrumque sufficiens, nihil capiebat, & alios capere volebat. Adde, quòd esset scandali periculum, vt exponit Thomas: nam vbi est occasio vel cupiditatis, vel otij, vel scandali, seu offendiculi, nõ est stipes ab Ecclesia petenda.

Quare Apostolus Timotheum ad intelligentiam à se dictorũ de milite, athleta, & agricola laborãte excitet. *Matth. 13.*

Paulus nullũ suæ prædicationis cur caperet stipendium. *Bruno. Anselmus part. 2.* Prædicatori quãdo nullũ est stipendiũ postulandum

D. Thomas lect. 1. in fine.

Iam perpẽde quò hæc omnia tendant: nam tu es Episcopus, considera quid agat miles, quid toleret athleta, cur laborem sustineat agricola: atque ex his disce non otiandũ tibi, sed laborandum, & sudandum, & pericula multa obeũda. ¶ *Dabit enim tibi, vel, Det tibi Dominus in omnibus intellectum, seu intelligentiam.* Vt sit precantis oratio, vel optantis intelligentiam, & executionem, vt agnoscat quanta differentia sit agricolæ laborantis pro fructu paruo, & militis pro modica victoria de hostibꝰ reportanda militantis, & certantis pro corona temporaria adipiscẽda.

Id: Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum, quomodo accipiendũ.

In metaphora agricolæ, ait Gregorius Nyssenus ab Oecumenio citatus: *Oportet primùm de fructibus participem esse. Quòd præceptores in seipsis primùm bona operentur, quæ docent. Nã hoc est, primùm oportere fructuum participes esse, quos sibi ipsis primùm ante alios per virtutes colunt. Militis quidẽ, & athletæ exemplum etiam discipulis quadrat: agricolæ verò, solis præceptoribus. Quemadmodùm enim, inquit, agricola, terræ, ac fructuum curam habet, ita & tu discipulorũ, & prædicationis. Et vide quomodo respondeat. Præceptor, inquit, primus vtilitate discipulorum fruitur apud Deũ, quẽadmodũ agricola fructibus.* Hæc ille.

Nyssen. Gregorij de exẽplo agricolæ laborantis sententia. *Oecu. cap. 3*

Ad quintã dubitationẽ soluendã, explicãda sunt priùs verba quę præcedũt: *Memor esto Dñm Iesum Christũ resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundũ Euangeliũ meũ.* Quidam hæc interpretantur, vt pergat Apostolus hortari ad labores tolerãdos, & martyriũ subeundũ, si fortè instaret: & esset iam præter dicta quartũ exemplum, quod est cæteris præstantius, & maiores habet aculeos. Alij autẽ verisimilius putant, transire Apostolum ad suggillandos hæreticos, qui dogmatizabant, Christum non

Quorsũ hoc. Memor esto (Timothee) Dñm nostrũ Iesum Christum resurrexisse à mortuis, &c.

descendisse reuera in carne, & consequenter non verè passum fuisse nisi tantùm in phantasia. Contra quos B. Ignatius in epistolis suis acriter interdum decertat. Hanc hęresim amplexati sunt postea hęretici dicti Manichæi: ideò rectè ait: Memor esto ꝙ Christus verus sit homo, & verè, nõ phantasticè resurrexerit à mortuis: quẽadmodùm nos cõtra nostri seculi hæreticos protestamur, verè Christũ esse in Eucharistia, & non phantasticè, aut metonymicè, aut in figura profitemur.

Illud autẽ, Ex semine Dauid, perinde est atque, Ex posteritate, & familia eius, sicut olim Dauidi promissum fuerat, & impletum docent Euangelia, maximè Ioannes, cũ dixit: *Verbum caro factum est.*

Addit: *Secundùm Euangeliũ meum.* Ita Rom. 2. ait: *Secundùm Euangelium meum.* Et commune facit alijs iniustis Euangelium, Euangelium nostrum appellans in Epistolis ad Thessalon. *Secundum Euangelium*, inquit, *meum*, quod scilicet erat comprobatum ab Apostolis vt verum, Gal. 2. Et Lucæ Euangelium Pauli dici potest, & solet, teste Hieronymo in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, quod apud omnes Ecclesias autoritatis põdus obtinebat. Et in sua Genealogia Lucas cap. 3. docet, Christum ex Dauid sanguine prodijsse. Erant & alij, qui suum habebant Euangelium, sed falsum: ideò dixit, Meum. ¶ Quòd autem, Euangelium meum, dicat interdum, nunquam autem, Baptismũ meum, ex eo colligit Augustinus; vt illius esse intelligatur, qui Ecclesiã mundauit lauacro aquæ in verbo vitæ, contra libros Petiliani, lib. 3. cap. 16. & tract. 5. in Ioannem. Meum ergo, nõ cuius autor sum, sed minister in prædicando, iuxta illud ad Corinthios: *Notum vobis facio, fratres, Euangelium quod prædicaui vobis:* sed ad qđ prædicandum multum facit exhortatio, & solicitudo: ideò Euangeliũ potest dici nostrum, non autem Baptismus. Et causam addit B. Thomas: quòd perfectè baptizare etiã minus docti possunt; perfectè verò Euangelizare, multo difficilioris & rarioris est operę. Vnde & se missum Euangelizare, non baptizare testatur Apostolus: quoniam illud per multos, hoc per paucos fieri poterat, inter quos idẽ eminebat Apostolus. Quare Aug. lib. 5. de Baptis. cap. 14. ita scribit: *Inuenimus dictũ ab Apostolo: Et gloriam meam, quamuis vtique in Dño, & ministerium meũ, & prudentiã meam, & Euangeliũ meum, quamuis vtique à Dño impertitum, atque donatum: Baptismus autem meus, nemo dixit eorum omninò. Neque enim omnium æqualis est gloria, nec ministrant oẽs æqualiter, nec æquali prudẽtia sunt oẽs prædĩti, & in Euãgelio alius alio meliùs operatur; & ideò dici potest alius alio doctior in ipsa doctrina salutari: alius autẽ alio magis minusve baptizatus dici non potest, siue ab inferiore, siue à maiore baptizetur.* Hęc ille

Simon Magus, vt tradit Epiphan. asserebat, Christũ non verè passum, nec verè suscitatũ. Basilides verò docebat, pro Christo Simonem Cyrenensem passum fuisse: at Cherintus fatebatur Christum passum, sed non suscitãdum nisi in extremo iudicio; & ob eam causam tradit Epiphanius Paulum scripsisse: *Si mortui non resurgunt; neque Christus resurrexit.* Et paulò antè: *Si autẽ Christus non resurrexit; inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra.* Et illæ hæreses tempore Apostoli vigere cœperunt. Gnostici autem dicebant carnem perire, & non resurgere: Christum nõ ex Maria carnem accepisse nisi apparentẽ, sed in Maria ostensam.

Sequitur: *In quo laboro vsque ad vincula, quasi malè operans.* Græca habẽt: Ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος. Id est: Cuius gratia plura perpetior tanquam maleficus, aut facinorosus quispiam. Et frequenter hanc fortasse Timotheo cantilenam canit; vt admoneat Timotheum, & Episcopos oẽs in eo ad talia subeunda. Suetoni9 in vita Neronis scribit: *Afflicti supplicijs Christiani, genus hominum superstitionis nouæ, ac maleficæ.* Et maleficos vocabant homines vitæ

purisimæ

Iis verbis Apostolus quorum secundũ alios, confutet errorem.

Quid quod ex semine Dauid esse dicitur Christus. *Ioan. 14.* Explicatur hæc phrasis: Secundùm Euangelium meum. *Rom. 2. 1. Thess. 1. 2. Thess. 2. Galat. 2.*

Hieronym. tom. 1. post dimidium.

Cur Paulus non Baptismum suũ, sed vocet Euangelium suũ, teste Aug. *Aug. tom. 7 Ephes. 5. Tit. 3. Idem to. 9.*

1. Cor. 15. Secunda ratio, videlicet Angelici Doctoris.

B. Thomas. lect. 2.

1. Cor. 1. Tertia ratio, Augustini.

B. Aug. t. 7 prope init.

1. Thess. 2. Rom. 11. Ephes. 3. 2. Tim. 2.

Simonis Magi, Basilidis, atque Cherinti vanissima de Christi passione ac resurrectione figmẽta. *Epiphan. in hæres. 21. init. 1. Cor. 15.*

Gnosticorũ quoque de Christi carne commentũ.

Vinculorum suorum Euãgelij causa cur Apostol9 frequenter meminisset.

Sueto. c. 16. Christiani Ethnicis quale genus hominum.

Caietan.

Plinij senioris impia, & superstitiosa de Mose sententia.

M. Tullius orat. 7. in Verrem à med. Expenditur illud ; vsque ad vincula. *Philip. 2. Idem ibidē* Ad quintam dubitationē

Quomodo verbum Dei non sit alligatum. *Psalm. 147.* Hæc locutio qualis Apostoli.

Genes. 40. Matth. 11.

Dictum Apostoli: Verbū Dei non est alligatum, quēadmodū Lutherani detorqueant *1. Cor. 14. Matth. 4.*

purissimæ sectatores (vt testatur Plinius libr. 10. Epistol. ad Traianum) quia operabantur signa, vt putat Caietanus, quæ ipsi maleficis, & magicis artibus tribuebant. Vnde & Moysen virum mirificum, vel θαυμαστοργον. Plinius senior libr. 30. cap. 1. maleficum, & magum habuit. Et ideò se hic maleficum Apostolus vocat. Et pondus suum habet quod dicit, *Vsque ad vincula*: quia alligare ciuem Romanum, scelus magnū esse dicit Cicero: quemadmodùm alio loco ipsemet Apostolus ponderat, quòd Christus fuit obediens vsque ad mortem; mortem autem crucis; qđ amplissimè Cicero exaggerauit, quia supplicių illud teterrimū erat, đ quo dixit: *Quid dicā in crucē tollere?*

Ad illud verò: *Sed verbum Dei non est alligatum*, respondemus, sensum esse, quòd etsi corpus vinculis possit adstringi: lingua tamen non est alligata; id est: Non cesso etiam in vinculis docere non tantùm verbo, sed etiam scripto, epistolas ad varias Ecclesias mittendo: linguæ vincula, & carceres sūt timor, & silentiū. Quasi diceret: Velociter currit sermo Dei: nam etsi fistula canens occidi potest, non tamen ars modulandi ligari potest: nam fistula fracta, potest sumi alia, per quam fiat modulatio: ad eū modum etsi ministri Euangelici deficiāt, & per mortem cadant; veritatis tamen ars, quæ immortalis est, & ipsum ministerium verbi vinciri nō potest, aut excindi, quia Dominus suscitat alium, in locum demortui. Vnde & in vinculis existens Ioseph futura prædicebat: Ioannes Baptista in carcere prædicabat, & mittebat discipulos suos ad Christum, & Cyprianus vinctus literis frequentibus instituebat Ecclesiam suam.

Detorquent autem quidam scioli hoc Pauli dictum ad suam temeritatem tuendam, volentes prædicare, etiamsi missi non fuerint, nescientes nō esse verbum Dei, quod per verba impia, & profana eorum qui se ingerunt, profertur. Omnia enim in Ecclesia honestè & ordinatè fieri debent, & Christus diabolo silentium imposuit, ne loqueretur verbū Dei. Quis enim sua sponte legatione fungi audeat pro Rege aliquo, sine magno scelere, aut graui punitione, si ab eo missus non sit? Et tamen dixit Apostolus, non esse verbum Dei alligatum ex parte suiipsius, cui data ab initio autoritas prædicādi fuit, cùm tamen ipse esset alligatus; vt in hoc operationem Dei agnosceremus, & fortius prædicationis testimonium quod prædicatur in vinculis vsque ad extremum vitæ spiritum.

Galat. 1.

Quò tendat hæc Pauli sētentia: Ideò omnia sustineo propter electos.

Sequitur iam illud etiam quinto loco dubitatum, diluendum: *Ideò omnia sustineo propter electos.* Apostolus præoccupat eos, qui dicerent: Cur hæc patitur Paulus? nónne posset saluus esse præter huiusmodi afflictionum, & passionum tolerantiam? Respondeo: Possem quidē, sed ita quoscunque possum, allecto, & alios mecum saluos cupio, alijsque Christum commune esse bonum demonstro. Pluris ergo faciebat ædificationem proximorum, quàm seipsum: non enim tātùm mori, sed inter scelestos deputari paratus fuit, vt salutem Ecclesiæ promoueret. Est ergo iusto propter aliorum salutem necessariū ponere animam suam, iuxta illud eiusdem: *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia.* Si enim vt nos, illos quoque elegit Deus, & propter eos, & propter nos passus est Filius Dei; & pro illis quoque nos pati debemus. Et si ille pro nobis animam posuit; & nos debemus pro fratrib⁹ nostris animas ponere. Cato qui prę legitur pueris, stultè scripsit: (*lutē. Stultitia est, morte alterius sperare sa-*) Nam etsi sola mors Christi Filij Dei ad remissionē peccatorum, & vitam æternā sit satis: ad exemplum tamen constantiæ, & fidei perseuerantiā, & preces, & satisfactiones, valēt mortes sanctorū Martyrum: *Pretiosa*, inquit Dauid, *in conspectu Dñi mors Sanctorum eius.* Estq; ingēs charitas Apostoli, quam oēs imitari debemus, vt studeam⁹ seruare puritatē doctrinę.

Quanti faceret proximorum salutem Apostolus.

Coloss. 1.

1. Ioan. 3. Contra illud Catonis: Stultum est, pro alterius vita mortem opperere.

Psal. 115.

Neminem hæreſis ſaluat.

Vt electi ſalutem conſequantur per gratiam in (vel cum) *gloria cœleſti.* Nã per hæreticam, & falſam doctrinam nullus ad ſalutem pertingere poteſt.

Quòd opera bona neceſſaria ſint ad ſaluté, cõtra Lutheranos.

Et ex hoc loco habemus, opera neceſſaria eſſe ad ſalutem æternam: quòd ſi licet bene operari, vt noſtrorum operum merito, & ſudore ſalutem electi conſequantur; multò magis licebit propter ſuam ipſorum ſalutem, & gloriam, cùm quiſq; proximum perinde ac ſeipſum charitate diligere teneatur.

Matth. 22.

Quod verò obiectum fuit, neminem poſſe alterius meritis gratiam, & gloriam comparare: veriſimum eſt; iuuabat tamen Paulus alios electos perſeuerantis fidei exemplo, precibus, prædicatione, Sacramentorum miniſterio, paſsione, mortis, & ſanguinis effuſione, vt aliorum debita ſatisfactoria, quæ per peccata contraxerant, dilueret: & hoc vnus pro altero poteſt ſua intentione efficere, & applicare tam viuis, quàm mortuis ſuas paſsiones, & ſupplicia, quibus affligitur. Solus Chriſtus inuenitur mediator & redemptor, qui merito ſanguinis & mortis ſuæ omnium eorum qui ſalui erunt, tùm gratiam præſentem, tùm gloriam futuram promeruit. Lege Caium Romanum Pontificem, & martyrem ad Felicem Epiſcopum, Leonem ſerm. 12. de paſsione Domini, & epiſt. 83. ad Palæſtinos, Cyrillum libro 1. de Recta fide ad Reginas, & in Ioan. 18. ſuper id: Sinite eos abire.

Allo modo ſanctorũ quã Chriſti paſſiones, & opera homines ſaluare.

1. Tim. 2.

Chriſti propriũ redemtoris ſolius.

Caius Papa. Leo Magn⁹

Cyrillus Alexan. t. 2.

Hæc autẽ doctrina Catholica eſt, non Pelagiana, & confirmatur articulo illo de Communione Sanctorum; & illo Dauidis teſtimonio: *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientiũ mandata tua*, & illa Pauli ſententia: *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos*. Poteſt ergo vnuſquiſque fidelium ſuis laboribus iuuare alios, quò Chriſti paſsionem, & obedientiæ eius meritum alteri applicare valeat, vt gratiam, & gloriam aſſequatur.

Docẽtes, ſanctos aliquem poſſe ſaluare minimè Pelagianizare.

Pſal. 118.

1. Cor. 9.

Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus. Fidelis ſermo eſt, ſcilicet is qui ſequitur, vbi certitudinem præmiorum ex afflictionibus & ſupplicijs, quæ propter Euangelium proueniunt, proponit. Poterat enim infirmus dicere: In terra nihil promittis, in cœlo omnia polliceris: parua nõ exhibes, & quomodo maiora præſtabis? Et prima verba nõ ſunt præteriti temporis, ſed præſentis in Græco, extenſi ad totam præſentem vitam: Si commorimur, & ſuſtinemus. Cuinam? Chriſto indubiè pro nobis mortuo. Reliqua verò, Conuiuemus, & cõregnabimus, futuri ſunt temporis. Et ſignificat, præſentem hanc vitam, in qua eſt locus morti, & ſuſtinentiæ, commodam eſſe ad merita vitæ æternę comparanda: futuris autem deſignat præmia futuræ vitæ. Conuiuemus autem cum ipſo qui reſurrexit, & viuit vita æterna, & immortali: & conregnabimus cũ Chriſto iam regnante. Si oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam; ſic per multas tribulationes oportet ingredi in regnum Dei. Sed nos, vt ait Leo, vel Auguſtinus ſerm. de Martyribus, volumus gaudere cum ſanctis, & tribulationem mundi nolumus ſuſtinere cum ipſis. Et infrà: Recuſat eſſe in corpore, qui odium non vult ſuſtinere cũ capite. ¶ *Si negauerimus*, ore, aut factis. ¶ *Et ille negabit nos.* Iuxta illud: *Qui negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei*: id eſt: Nõ agnoſcã pro oue mea. Quidam enim, vt alibi ait, confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant.

Quinam ſermo fidelis, præcedẽs, an ſubſequens.

Explicatur hæc ſententia: Si commortui ſumus, & conuiuemus, ſi ſuſtinemus, & conregnabimus.

Luca vlt. Actor. 14. Aug. ſerm. 3. de pluribus martyribus, init. ſeu ſermone 47. de Sanctis, tom. 10 Luca 12.

Tit. 1.

Ad ſextum in illud: *Si nõ credimus, ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt.* Dicendum eſt, ſenſum eſſe, ꝙ etſi nos à debito officio noſtro Deo præſtando deficiamus, ille tamen ſemper fidelis permanet in omnibus verbis ſuis, ac promiſsis, ac ſeipſum negare nequit. Græca habent: ἐπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει. Id eſt: Si non credimus, quòd Deus negantem ſe negaturus ſit, credibilior eſt & fide dignior, qui toties ait, negantem ſe ab eo corã Deo, & vniuerſo mũdo negandũ. Hinc collige,

Quid ſignificet: Si non credimus, ille fidelis permanet.

Pſal. 44.

Matth. 10.

duplicem

duplicem esse fidem: alteram actiuã in dubitante, alteram passiuam in creditore, à qua vltima dicitur Deus fidelis. Et nihil est aliud quàm promissi redditio, de qua: *Nunquid incredulitas illorũ* (scilicèt Iudęorum) *fidẽ Dei euacuauit*? Et Naso: *Verba fides sequitur*; & ab eo dicta fides, quòd fiat quod dictum est. Altera passiua fides, quæ hominũ est, promissi est expectatio, quã Diuina facit autoritas, vt opinionem ratio probabilis, & causarum notitia scientiã. ¶Porrò Deus negare se ipsum non potest: nam etsi omnipotens sit, & suapte natura liberrimus, & obligationis cuiuscunque minimè capax; tamen sicut peccare non potest, nec mori, nec fallere, nec mentiri, nec aliquid iniustũ facere, nec desinere esse Deus: quia posse peccare, aut mori, nõ est perfectio, & potentia, sed potius defectus, & impotentia, & esset impotentiã omnipotentiæ impingere. Deinde qui se ipsum negare potest, mutabilis est; Deus autem est immutabilis: & Deus veritas semper est. Negaret autem se ipsum, si verax non esset, aut promissa sua non obseruaret. Siue autem credamus, siue nõ credamus; siue confiteamur, siue negemus, eueniet quod ille promisit, nimirũ pijs immortalitas, impijs verò mors æterna. Quòd autem homo, possit se ipsum negare, ac seducere, & mendacẽ se præbere, ex eius imbecillitate, & malitia oritur, nõ ex Deo, cui tãtũ quicquid implicat contradictionẽ, adimitur, quia minimè fieri potest. Vnde Augustinus lib. 26. contra Faustum, cap. 5. initio: *Quisquis dicit; Si omnipotens est Deus, faciat vt quæ facta sunt, facta non fuerint, non videt hoc se dicere: Si Omnipotens est, faciat vt ea quæ vera sunt, eo ipso quo vera sunt, falsa sint.* Hinc etiam illud Agathonis tragœdi, quod allegat Aristoteles libro 6. Ethico. ad Nicomachum capite secundo.

Hoc etiam ipse Deus, soloque carere videtur,
Infectum vt faciat, quod factum est atq; peractum.

& Hieronymus ad Eustochiũ, quod est ex Basilio ad Letoium de Virginitate, desumptum: *Audenter loquar: Cum omnia possit Deus; suscitare non potest Virginem post ruinam.* Dionysius Areop. lib. de Diui. nominib. cap. 8. introducit Elymam Magum disputantem: *Si est omnipotens Deus, quomodo à vestro Theologo aliquid non posse dicitur? Beatum insimulans Paulũ, qui ait, Deum se ipsum negare non posse. Illud autẽ si adijciam, vehementer timeo, ne vt amens ridear, qui puerorum ludẽtium structuras, & supra arenam fundatas, & infirmas euertere moliar, atque huius rei diuinum sensum veluti arduum aliquid ac perdifficile intentius aperire aggrediar. Nempe enim se ipsum negare, à veritate cadere, à Deo est cadere. Si igitur veritas Deus est, & non posse non potest, & non nosse secundùm priuationem non nouit: id Sapiens ille non intellexit, imitaturq; athletas imperitos, qui sæpè imbecillos sibi aduersarios esse suadẽtes, contraq; absentes ipsos fortiter adumbrata pugna dimicantes, & aerem cæsis ictibus constanter ferientes, aduersarios ipsos superasse arbitrantur, seque victores buccinantur, cum neque illorum nouerit vires.* Hæc ille. Vt ergo, quia omnipotens est, non esse non potest, ita quia summa rerum fides, & veritas, se ipsum negare non potest. Augustinus lib. de Natu. & Gratia, cap. 49. *Non vt stulti putant, ideò non erit Deus omnipotens, quia nec mori potest, & negare se ipsum non potest.* Et lib. de Trinit. *Magna illius verbi potentia est, non posse mentiri.* Item ad Catechumenos lib. & cap. 1. Deus cùm sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, mentiri non potest: &, quod ait Apostolus, negare se ipsum non potest.

Ad septimum respondeamus in illud: *Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium*: quòd etsi omnes disputationes verbis peragi soleãt; tamen quando non solidis Scripturæ testimonijs, aut rationum momentis, sed verbis tantùm, & dicacitatibus decertatur, & iniurijs ac conuitijs tota

Quænam fides actiua, quæ passiua. *Rom. 3.* *Ouid. lib. 1. Fasto. circa medium.* *Cic. li. 1. de offic. subinitium.*

VI. Solut. quęst. Si Deus negare se ipsum non potest, vt est omnipotens?

II. Ratio cur Deus negare se ipsum non possit. *Num. 23.* *Matth. 3.*

Vnde homo possit negare se ipsum.

Augusſt. to. 6.

Philosop. t. 3. in princ.

Virginẽ Deũ lapsam reparare non potest teste Basilio. *Hiero. epis. 22. sub initium. to. 1.* *Basil. non procul. à fine.* *Diony. Areopa. circa medium.*

Elymæ Magi hoc Pauli testimonio contra Dei omnipotentiam argutatio, Dionysio qualis.

Eundem quibus cõparet magnus Dionysius.

Augu. to. 7. circa meum.

Idem. to. 9. parũ à medio.

Solut. 7. dubit. De non cõtendendi verbis, tradito documento.

res peragitur, in quibus nulla prorsus est vtilitas, tunc tantùm verbis contenditur. Quod Apuleius alicubi dixit esse verbigerari; & Salomon, *Vbi* inquit, *verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.* Nam in illis congressibus nulla veritas altercationibus elucessit, sed contrà magis inuoluitur, & plerumque amittitur, etiam cum grauì audientium scandalo: nam qui velit ingenio cedere, nullus erit. Quare prudenter monent Patres, qui vetant, ne Catholici cum Hæreticis magno verborum apparatu, & copia disputent: *Qui Sophisticè loquitur*, ait Sapiens, *odibilis est*: vnde imperita multitudo seducitur, quia rationum momenta apprehendere non valet. Nam vbi maiorem percipit verborum, vel linguæ volubilitatẽ, admiratur, & tribuit clamori, non veritati victoriam. Hinc Augustinus lib. 4. de Doct. Christ. cap. 28. *Verbis contendere, est non curare quomodo error veritate vincatur, sed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius.* Et hoc est simile illi præcepto Catonis: *Contra verbosos noli cõtendere verbis*

Subdit Apostolus, de quo erat octauo loco dubitatum: *Solicitè autem cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbũ veritatis.* Credibile est hoc dictum fuisse per aduersatiuam, hoc modo: Noli contendere verbis, sed bonis operibus reddere te Deo probatum, qui corda, & renes intuetur, & discutias tuam mentem, an recto zelo accedas ad disputandum. Redde ergo te ipsum non verborum affectatorem, sed operarium inconfusibilem, id est non erubescentem, vel impudoratum, vt Ambrosius legit: vel inconfusibilem, id est omnis notæ expertem, qui nihil quod meritò offendat, proferat, siue importunè dictum. ¶ Pro verbo, Rectè tractatem, Græcè legitur cùm participio illo ὀρθοτομοῦντα, id est, rectè secantem: ὀρθοτομεῖν, enim, siue in moribus, siue in verbis, denotat, non esse à regulis, siue canonibus Ecclesiæ traditis recedendũ, sed ad eas esse dirigendam vitam & doctrinam. Et accepit hoc verbum Apostolus à 70. interpretibus, qui Prouerb. 11. vbi nos habemus: Iustitia simplicis diriget viam eius, Septuaginta dicunt Δικαιοσύνη ἀμώμου ὀρθοτομεῖ ὁδόν σου, id est, Iustitia immaculati rectà incedit, non declinans scilicet ad dexteram, vel sinistram.

Secare verbum Euangelicæ doctrinæ, non est aliud quàm rectè frãgere panem, ac diuisum cuique porrigere, vt ita manducari valeat: quia scriptum est, *Paruuli petierũt panem, & non erat qui frangeret eis.*

Et ex hoc verbo erudimur primũ, verbum Dei in partes esse secandũ: quia integrum nullus mãducare posset. Debet ergo instar mundi animalis vnguem findere, & ruminare. Deinde docemur hoc verbo, distinctionibus doctoribus esse vtendum, sine quibus multa obscœnitatibus inuoluuntur; at per distinctiones lux ingeritur, & hæresis detegitur, & conuincitur. Tertiò agnoscat Doctor Euangelicus, se instar Chironomontis, cui, volãte cultello, incumbit cibos præscindere, quò melius edi valeant, maximè ab edentulis, & infantibus qui lacte egent, & infirmis, qui olus manducant. Magnum ergo, & versatile ingenium oportet esse eorum, qui tot hominum gustibus in prædicando Dei verbo satisfacere debent. *Quis, putas, est*, inquit, *fidelis seruus, & prudens; quem cõstituit Dominus suus super familiã suam, vt det illis cibum in tempore?* ¶ Hæretici verò mutilant, vel discerpunt; & alij in cortice hærentes, non perueniunt ad animæ medullam, vt Iudæi, & Gentiles, quandiu tales sunt.

Alij verò, vt Græci, hanc metaphoram referunt ad securim, quæ superflua in ligno, vel arbore secat. Sectio autem, bona est explicandi ratio ad ædificationem formata. Sunt & qui velint esse metaphoram sumptã à panis fractione, qua pater alẽdis filijs panẽ in frusta secando distribuit. Seca ergo inutilia, & gladio verbi Dei omnia quæ ab eo sunt aliena, circũcide.

Apuleius.

Prouer. 14.

Catholici cũ hæreticis disputãtes, qd̃ cauere debeant.
Eccles. 33.

Vulgi imperitia.
August. to. 3. initio ferè.

Quemadmodum se quis probabilem Deo exhibere valeat, operarium incõfusibilem.
Psalm. 7. & vbi pas.

Ambros. hoc loco, to. 5.

Vnde hanc Paulus metaphoram sumpsisse videatur.
Paul. 11.

Operarius quis rectè tractans, aut secans verbum Euangelij.
Thren. 4.

Euangelium cur secandũ, ac distinguẽdum.
Leuit. 11. Deut. 14.

Chironomos quid; huic quàm similis Euãgelij minister.
1. Cor. 3. Hebr. 5. Rom. 14.

Matth. 24.

Quàm perperam hæretici tractẽt verbũ veritatis.

Dicti Apostolici de operario rectè tractante verbũ veritatis, producũtur duo alij sensus.

Profana & inaniloquia quę nam Timotheo deuitanda.

1. Timot. 6.

1. Cor. 15.

Sanctorũ Inquisitorũ officium.

Eorum antiquitas. Orig. to. 2.

Ad IX. dubitat. resp. Quid sit cãcer, & quare hæreticorum sermo vt cancer serpat.

Ouid. libr. 2. Metam. in fine.

Cur similis hæreticº cãcro secũdũ Anselmum. Par. 2.

Dequibus subdit: *Profana autem, & inaniloquia deuita.* Vel, Profanas autem vocum inanitates omitte; nõ est enim in Græco codice, *Et*, nec in Latinis emendatis. Profana, vocat aliena à verbo Dei, & quæ non nouit Scriptura. Sæpè profanas vocum nouitates, vel inanitates, & sermonem serpentem more cancri opponit verbo sano, & irreprehensibili Catholicorum Doctorum. Corrumpunt enim mentes, ac mores bonos colloquia praua: & verba Hæreticorum proficiunt ad impietatem. Sanè apud hæreticos multa sunt vaniloquia & nouiloquia, non autem in Ecclesia Catholica, in qua sunt sanctę Fidei Inquisitores, qui Episcoporum sunt adiutores, & omni diligẽtia dant operam, vt homines sani sint in Fide, & sanis verbis vtantur in illa explicanda. Hi autem etiam tempore Origenis in Ecclesia erãt, vt patet ex eius tertio libro contra Celsum Philosophum: erat enim ordo φιλοπευστωρ, id est eorum, qui in aliorum vitam, & fidem inquirebant, ad puniendos infames in vita, & doctrina, & expellendos de Ecclesia.

Nona fuit dubitatio de eo quod dicitur serpere hæreticorum sermo vt cãcer, velut γαγγραινα, vt Græcè habetur, quod in neutro genere morbus est, teste Theophylacto, putredinem efficiens, atque adeò circũ circa omnia depascens. Dicitur verò serpere, hoc est latenter repere, & in similitudinem serpentis circuire: vnde & ἑρπης vocatur: morbus autem Cancri illud habet proprium, vt serpat quandiu habet carnem depascendam, vsque ad cor, & ad ossa: vnde Ouidius lib. 2. Metamorphos. *Vsq; malũ latè solet immedicabile cãcer Serpere, & illæsas vitiatis addere partes.* Ita hæresis serpit, quandiu habet animos vlceroſos carni deditos, & sensui: tales enim pabulum sunt horum colloquiorum, & deuorantur ab impietate, & infidelitate. Solus Anselmus de pisce Cancro interpretatur, qui retrogradus est, nec in anteriora tendit: & tales esse docet hæreticos.

Circa decimũ: Nominatim expressit Hymenæũ, & Philetum, qui à veritate exciderũt: sicut diabolus in veritate quam nouerat, non stetit, & ij, de quibus Ioannes dixit: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, permãsissẽt vtiq; vobiscũ. ¶ *Qui exciderunt*, inquit, *à Fide*, vel aberrarunt à scopo, quia Græcè est ἠστόχησαν. Et melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionẽ retrorsum conuerti. Et detegit hæreticos, vt illos caueat. Ná si illis parces ò Timothee, peribunt tuo silentio centũ, aut mille: & vni parcere, toti fideliũ vnitati est non parcere. ¶ *Et subuerterunt quorundam fidem.* Græca habent de præsenti, subuertũt, ἀνατρεπουσι, quia adhuc in errore persistebant. Et benè ait subuertunt Fidem, vel Fidei fundamentum sanctũ, & resurrectionis nomen in aliã rem transferentes: illa enim euersa, plurima Fidei quæ sic euanescit, fundamenta concutiũt, vt parum differant à Sadducæis, & Barbaris animas simul cum corporibus extinguentibus.

Quod attinet ad eorum (Hymenæi scilicet, & Phileti) falsũ dogma, scribit Theodoritus: Successionẽ quę fit per liberorũ procreationẽ, resurrectionẽ miseri apellarunt: & effecerũt vt nonnulli deficerent à doctrina Apostolica. Idẽ docuit Ambrosius, & veteres aliqui ex Latinis nostris etiã sensérunt, fortassis respicientes ad illud Ecclesiastici: *Mortuus est pater eiº, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se, filiuũ vtique*: Filijs enim nos referẽtibº, quodãmodo renascimur, & reuiuiscimº. Quæ Platonica est Humanæ naturę immortalitas, vt legis lib. 4. de Legibº, prope finẽ, interprete Ioan. Serrano: *Humanũ*, inquit, *genus cum vniuerso tẽpore cognationem habet, cum generationis beneficio immortalitatẽ quandã adipiscitur: id est, vnusquisq; liberos relinquens, in suis liberis quodãmodo renascitur, prolẽque suã quasi in posterũ serit: eoque ipso*

Quorũ exẽplo Hymenęus & Philetº exciderint à veritate. *Ioann. 8.* *1. Ioann. 2.*

2. Pet. 2.

Hymenęum & Philetum hereticos curat Paulus Timotheo manifestet.

Hęretici fidẽ quomodo subuertant.

Matth. 22. *Act. 23.* Soluitur X. dub. Hymenæº & Philetus resurrectionem iam factam quomodo sentirent, varij sensus. *B. Theodor. par. 11.* *Ambro. hoc loco.* *Eccles. 30.* *Tomo. 11. post mediũ* Humanũ genus Platoni quomodo immortale.

humanum

humanũ genus perpetuò sibi cõstãtem immortalitatis imaginem habet qua ipsum immortale perdurat, vnum videlicet, atque idem perstans. Hæc ille.

II. Sensus, Primasij videlicet. *Eccles.37.*

Primasius verò asserit, ossa viuificata Ezechielis cap.37. & de captiuitate collecta, quasi resurrexissent, interpretatur. At Seduli⁹ asserit, animarũ in alia & alia corpora trãsitũ iuxta Platonicã palingenesiã, eos putauisse. Et hìc sensus iuuari posset ex verbis Euãgelicis: Multa corpora sanctorũ, qui dormierant, surrexerũt, & venerunt in sanctã ciuitattẽ, & apparuerunt multis. Et B. Cyrillus Disputationẽ scripsit aduersus eos, qui resurrectionem aiebant ideò factã pro cuiusq; meritis, quia Dñs ait Lucæ. 16. mendicum Lazarũ consolari, & diuitẽ Epulonem esse in tormẽtis, & iam factam re, & veritate remunerationẽ, nec aliam resurrectionẽ, aut remunerationem in fine mundi expectandã. Sed hanc opinionem reijciunt Thomas, & Lyranus; quòd illa magis ad contrarium inducit: nam de similib⁹ idem debet esse iudicium.

III. Seduli, & vnde confirmetur. *Matth. 27.* *Cyrill. Alexan.* *Luc. 16.*

Elus sensus incõmodũ. *B. Tho. lect. Lyran.*

Quartus sensus producitur, quòd isti negarent resurrectionẽ corporis, eo quòd in Baptismo veterẽ hominẽ exuamus, & nouũ induamus; & post sepulturã Baptismi in nouam vitam resurgamus. Ad quã sententiã Seleuciani accessisse videntur, qui futurã resurrectionẽ negabãt, quia quotidie in regeneratione piorum fieri solita erat. Ita Epiphanus hæresi 40. in Archonticos. Eam sententiã secuta est Glossa Ordin. & Anselmus, & Augustinus tract. 16. in Ioann. In hunc quoq; sensum Tertullianus lib. de Resurrect. carnis scripsit: *Nacti quidã solennissimã eloquij Prophetici formã allegorici & figurati plerũq; non tamen semper, resurrectionẽ quoq; mortuorũ manifestè annunciatã, in imaginariã significationẽ distorquẽt, asseuerãtes ipsam etiã mortẽ spiritualiter intelligẽdã. Nõ enim hanc esse in vero, quæ fit in medio, dissidiũ carnis atq; animæ, sed ignorantiam Dei, per quã homo mortuus Deo nõ minus in errore iacuerit, qua in sepulchro.* Hæc ille, &, quæ sequũtur. ¶ Sed certè vt per resurrectioẽ corporum non possumus, nec debemus negare illã spiritualem animarum resurrectionem, quam passim Apostolus inculcat; ita per illam spiritus minus debemus illam corporum inficiari. Vnde Spiritus sanctus duplicis huius resurrectionis nos admonuit: Beatus, inquit, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, qua scilicet à morte peccati in Baptismo ad vitã in virtutũ officijs exigendã resurgimus. Neutra ergo alteri præiudicat resurrectioni, & vtriusque fides est retinenda, & seruanda.

D Epiphan. *Gloss ordin.* *Ansel. to.11.* *Augu. to.9.* *Tertul. multo ante dimidiũ par. 1.*

Resurrectio duplex, animæ, & corporis, in Scripturis expressa. *Apoc. 20.*

Dices, Crassa erat hæc cogitatio. Sanè quàm crassissima: quia per eã priuamur Christi aduentu ad iudiciũ: non esset retributio meritorum, malorum supplicium, & mendax inueniretur Christus, qui promisit, nec esset iudex viuorum, & mortuorum. Et vetus hic erat olim Sadducæorum in Synagoga error Matth. 22. Isti ergo homines vaniloquio, & nouiloquio vtebãtur, non intelligẽtes Scripturas, & potentiã, & virtutem Dei, qui & animam suscitat nunc, & postea corpus. Hic etiam error est hodie apud Libertinos, carnis resurrectionem negãtes. ¶ Anabaptistæ verò crasse, & carnaliter de resurrectione loquũtur: nam miles apud eos resurrectus est gladiũ tenẽs, ebriosus poculum, & epulo farcimen. Sed hũc errorẽ impugnant Patres & præter Tertullianũ Ambrosius lib. de Fide cap. 3. in fine scribit de quibusdã hæreticis: Soli⁹ animæ per lauacri vitalis gratiam resurrectionem in carne defendunt: nam & ipsius carnis salutẽ excludunt. Et hos paulò antè asserit resurrectionẽ carnis negare ad decipiẽdas animas simplicium, dicẽtes his quia in carne non resurgant. Augustinus etiam in Ioann. tract. 22. sub finem de talibus scribit: *Est quidẽ ista resurrectio quæ fit nunc. Mortui erãt infideles, mortui erant iniqui: viuunt iusti, transeunt à morte infidelitatis ad vitam fidei. Sed noli inde credere nullã futuram postea resurrectionem corporis.* Hæc illi Patres.

Quàm stolidè Hymenę⁹ & Philetus dixerint resurrectionẽ corporũ non futuram. *Act. 10.* *Matth. 22. & Act. 23.*

Idem qui nostro seculo dogmatizẽt. Quale corporum resurrectionem sibi somniẽt crassissimi Anabaptistæ. *Tertul. libro de Resurrect. carnis tom. 1.* *Ambr. to. 2.*

B. Aug. t. 9.

Hyme-

Hymenæus, & Philetus quos denotent.

Hymenæus porrò, Deus erat nuptiarũ, cõmendans crapulas, & vitiorum actus, & impudicitias. Philetus significat amabilẽ, id est mundanum qui enim mũdanus est, mundo est amabilis, iuxta illud, *Si de mũdo fuissetis, mũdus quod suum erat diligeret*. At eos qui piè volunt viuere in Christo Iesu, odioso s esse mũdo oportet, & ab illo peesecutionẽ pati, per quam meliorẽ sperent resurrectionẽ, vt qui nihil credant defutura vita. Impudẽtius loquuntur, & hęretici eò sensim delabuntur, veneratione sanctorũ, & inuocationẽ repudiantes, & quæcũque ad societatẽ vitæ cœlestis faciũt; & denique aiunt: *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur*. Quas persuasiones facere conatur Malignus, & ita vtitur homine ad quæcũq; impia euomenda, & ad præferendum, & ad prędiligendum præsens hoc seculum ipsi futuræ vitæ felicitati.

Ioann. 15.

2. Timo. 3.

In quo Luthe rani Hymenæo & Phileto nequio. resac scelera tiores existãt

1. Cor. 15.

Ad vndecimum in id: *Sed firmum fundamentũ Dei stat, habens signaculũ hoc, Cognouit Dominꝰ qui sunt eius*. Solu. IX. dubit. Quò tendat hęc Apostoli sententia: sed firmum fundamentũ Dei stat. &c.

uit tacitam obiectionẽ, quòd in illa primitiua, & parua Ecclesiaessent tot hæreses ortæ; nec propterea tamen fundamentum Dei ruiturum. Quia etsi quidam imbecilliores essent sub uersi, de quibus dici poterat, *Qui cecidit, stabili non fuit illę gradu*; non tamen pars illa solida, & firma fundamenti.

Quodnã signaculũ illius fundamenti Dei sit Theodorito.

Et signaculũ Grę cè vocat σφραγῖδα, id est sigillũ, haud secus ac lapis, vel gemma literas, & insculpta sibi signa tenet: Quam vocem Theodoritus refert ad superiora, id est ad fidem, & spẽ resurrectionis cõmunis omnibꝰ: hanc enim qui negat, Dominicam negat resurrectionem, ac proinde mortem, ac natiuitatem, & totam consequenter Christi œconomiam. Et ita Ambrosius: *Signaculum*, inquit, *promissionis Dei, fides nostra est, quæ firmat Dei verba*. Hanc itaque de vera Christi, omniumque nostrũm resurrectione intelligamus fidem tenendam, & cautè seruandam, & veluti signaculum quoddam lapidi, aut gemmæ insculpendum, ac incidendum, vt sit nobis vice literarum. Et ita Grę ci interpretantur.

Theo. par. 2.

Ambro. hoc loco. tom. 5. Futuræ corporum resurrectionis fides quãti nobis facienda.

II. Sensus signaculi, Ambrosij nimirum, & Augustini.

Alij verò volunt hanc veluti sigilli impressionem ad sequentia accomodare; *Cognouit Dominus qui sunt eius*, vel, qui sunt sui, vel ipsius. Et nõ vno modo explicatur. Ambrosius, & Augustinus paulo pòst citandi legũt: *Cognouit enim Dominus quæ sunt eius*. Et prior exponit: In die iudicij cognoscet Deus qui habent signum eius, dissentientes à perfidorum, & hæreticorum iniquitate, quæ Dei promissionem infirmare se putat. Nihil enim tam iniquum, quàm Dei fidei cõtraire. ¶ Græci verò sigillum hoc, quo stabile Dei fundamentum impressum est, referunt ad præcognitos, siue prædestinatos, & electos, qui sunt veluti aliorum fundamentum. Manet immobile, & inconcussum, & stat; id est, permanet, & non subuertitur, quia à fide nequeũt excidere. Et verba quidem Scripturæ signaculum hoc esse. Et Chrysostomus putat hoc ex Deuteronomio desumptum, locum verò non indicauit. Sed Ambrosius locum expressit: nam libro Numerorum capit. 16 habetur, Mosen rebellibus illis, nẽpè Core, Dathan, & Abiron, contra Domini præceptum offerre præsumentibus, respondisse: Notum faciet Dominus qui ad se pertineãt, & sanctos applicabit sibi, & quos allegerit, appropinquabunt. Quæ verba satis explicare videntur præsentem locum. Deus enim strenui alicuius ducis instar, signo aliquo suos, vt ab alijs internoscantur, consignat, vt viso signo diabolus prætereat, nec illos tangat: & hoc est signum prędestinationis: nam in Libro vitę prædestinati indelebiliter sunt cõscripti. De quibus Augustinus lib 20. de Ciuita. Dei. cap. 7. sub finem, & cap. sequenti initio, simili schemate vtitur, vbi per hoc fundamentũ firmũ intelligit Ecclesiam electorum ad vitam æternã, & non tantùm ad gratiã. Et lib. de Catechizandis rudib. cap. 9. sub finẽ: *Satis firmũ*, ait, *atq; immobile debet cor de retinere Ierusalẽ captiuam ab huius*

III. Græcorũ patrum.

Chry. ho. 5. Ambro. hoc loco.

Num. 16.

Quodnã signum prædestinationis electorum.

B. Aug. t. 5.

Idem tom. 4. circa medium.

seculi

seculi Babylonia, decursis tẽporibus liberari, nullumq; ex illa esse periturũ, quia qui perierit, non ex illa erit. Firmũ enim fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Nouit Dominus qui sunt eius. Hæc ille.

Quid est, Deum cognoscere qui sunt eius, more Scripturæ

Porrò verbum, Cognouit, nõ simplicẽ notitiã, sed cum amore, & probatione coniunctam hoc loco designat, vt semper solet, cùm verbũ scien di, vel cognoscendi de personis dicitur: exempla sunt: *Ego cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Quos præsciuit; & prædestinauit: Non repulit Deus plebem suam quã præsciuit.* Vnde Christus dicitur præcognitus ante mundi constitutionẽ. ¶ Nõ ergo ex hoc verbo accipias, præuisionẽ nostrorum operum, causſam esse prædestinationis; cũ cõtrà prædestinatio bene operandi sit ratio: quia pugnaret secum Paul⁹, qui hoc sæpè in epistolis ad Romanos, & ad Ephesios negauit. Neque rursus cognitio Dei est simpliciter accipienda pro quacunque notitia: quia omnia sunt nuda, & aperta oculis eius, & non minus mala videt quàm bona. Ergo, nouit, vel cognouit, idem est quod, dilexit. Et verbis illis: *Discedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini*: videtur allude re Paulus ad historiã prædictã Core, Dathan, & Abiron, de quibus Moses dixit: *Notũ faciet Dñs qui ad se pertineãt*: & paulò pòst; *Recedite à tabernaculis hominũ impiorum, & nolite tãgere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.* Cùm enim nõ omnes tales essent, id est cogniti, & dilectiũ à Deo in illo prædestinationis gradu, vt subuerti nequeant, hoc addidit ad monẽs vt quisq; recedat ab iniquitate hæresis, & iniustæ, & iniquæ vitæ, & à consensu in errorẽ, vel invitiosæ vitæ exẽplũ. Hinc B. Prosper Ad excerpta Genuẽsiũ in solut. 9. Dubij scribit: *Agnoscamus itaque sapienter, pieq; fateamur, præscisse incommutabiliter Deum, quibus esset daturus vt crederẽt, aut quos daturus esset Filio suo, vt ex eis non perderet quenquam. Etsi hæc præsciuit, beneficia sua illum, quibus nos dignatur liberare, præscisse. Et hãc esse prædestinationem sanctorum: prædestinationem scilicet, & præparationẽ gratiæ Dei, qua certissime liberantur. Cæteros autẽ quicunque non liberantur, quos à generali perditione humani generis gratia nõ exemit, iusto nouerimus iudicio nõ exẽptos: & quidnobis remißum sit, in eis discamus, dequorum queri damnatione nõ possumus. Non est enim iniquitas apud Deum, nequequisquam sub iudicio eius innocẽs perit:* & reliqua, quæ sequũtur.

Ioan. 10. Rom. 8. Infra. 11. 1. Pet. 1.

Eiusdẽ loci: Cognouit Dominus qui sunt eius, duę refelluntur sententiæ de prædestinatione, atque cognitione.

Ephes. 1. Hebr. 4.

Vnde sumptum hoc: Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini.

Num. 16.

Omnis inuocans nomen Dñi, à qua iniquitate debet discedere.

D. Prosper Episcopus Aquitanus

Ioan. 17. & infra 18.

Ita hic accipit iniquitatem pro erronea doctrina teste Theophylacto: sicut Rom. 2. *Non acquiescunt veritati, credũt autẽ iniquitati*, id est falsis, pernicios dogmatibus. Omnis, inquit, qui inuocat nomẽ Dñi. Græca litera habet paranomasiã elegantẽ, & Hebræis familiarem, ὁ ὀνομαζων τὸ ὄνομα: nã ita legit August. supra citatus, & Ambrosius: *Omnis qui nominat nomẽ Dñi*, vel Christi, vt Græcè dicitur. Vt nõ solũ nominet ore, sed etiã intus per fidẽ, extra verò per opera. Nam si, qui Dominũ nominat, vel inuocat, debet declinare à malo: ne dignus quidẽ est qui à Deo exaudiatur, quia scimus quòd peccatores De⁹ non audit, &, *Non est speciosa laus in ore peccatoris*. Multi enim dicent in die iudicij: *Domine Domine*, quibus respondebit Dominus: *Quia nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ.* Et hæc est pars altera signaculi, quod in nostræ Fidei fundamento apparebit impressũ, sed spõte hæreses, & iniquitates declinem⁹. Et licèt interim magis à malavita, & moribus corde ac volũtate separari possumus, & discedere, corporalis tamẽ separatio ad seculi finẽ fidenter, & fortiter expectanda, vt magnus docet August. lib. 3. Contra literas Petiliani Donatistæ cap. 3. ex quibus certum colligemus electorum signum esse, non suberti à falsis dogmatibus, vel ab operibus impijs, & iniquis.

Rom. 3.

Credere iniquitati, quid Apostolo. *Theophyl. Rom. 2.*

Inuocatur nomen Dñi tripliciter.

Aug. lib. de catechizandis rudib⁹, cap. 11. Ambros. hoc loco, tom. 5. Psal. 33. 1. Petri 3. Ioan. 9. Eccli. 15. Matth. 7.

Psalm. 6.

Qualis præsens sit, qualis verò futura nostra ab omni iniquitate discessio

Aug. to. 7.

Circa duodecimum dubium: *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea, &c.* Rursus aliam esse dicimus tacitæ obiectionis, & admiratio nis solutionẽ, quasi dicat Apostolus: Nemo miretur hæc fieri in Ecclesia,

Electorum certissimum signũ quod.

id est,

Vnde accepta hæc metaphora.

id est, vt alios labi à Fide permittat, alios verò perseuerare velit in finem vsque in fide accepta: cogitet Deum in domo Ecclesiæ suæ varia vasa habere. Alluditq; Apostolus ad magnas Principum aulas, in quibus sunt vasa diuersa, non solum in materia, vt aurea, & argentea, & testacea, & lignea; sed etiam in forma; & in fine, quia quædam ad honorificos vsus, alia verò ad vilia officia deputata, vt alibi dixit de corporis membris, alia honesta esse, alia infirmiora, alia ignobiliora, & minus honesta, tamen magis necessaria. Et in profanis literis, præsertim Poëticis, quod eximium videri volunt, aureum vocant, & argenteum, vt Iustitiæ vultus aureus, Venus aurea, aurea verba, ætas, & similia, aurei mores, & montes, fons argenteus, argenteus anser, argentea luna. Quæ autem vilia, ac fragilia, lignea, lutea, fictilis homo. ¶ Quæ sit autem domus magna docent Chrysostomus, & Theophylactus, ac Theodoritus; ex nostris Sedulius, & Hieronymus in Cõmentariolis, non posse accipi pro Ecclesia, quòd omnia eius vasa munda sint, & virgo casta nõ habens maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Ideò interpretãtur de mundo, in quo sunt pij, & impij, iusti & peccatores; & quia Hymenæus, & Philetus hæretici erant, & in Ecclesia Dei esse nõ poterant, de quibus: Ex nobis prodierunt, sed nõ erãt ex nobis, cùm negarent carnis resurrectionem.

1. Cor. 12. Pretiosa quæque & eximia, vilia cõtrà, & abiecta atque deformia, quibus verbis exprimant Poetæ.

Ad 12. dub. Quænam illa magna domus vasa habens aurea & argentea, lignea etiã, & fictilia. Prima sentẽtia, Græcorum.

Ephes. 1.

1. Ioann. 2.

Latinorum altera probabilior.

1. Tim. 3.

Prou. 9.

1. Tim. 3.

Psal. 34.

Psal. 21.

Verisimilius tamen est, quòd parabolicè significet Ecclesiam: tùm quia idem Apostolus in priori Epistola dixerat, *Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui*, de qua Salomon dixit; *Sapientia ædificauit sibi domum, excîdit columnas septem.* Et apud Marcum cap. 13. *Sicut homo qui peregrè proficiscitur, reliquit domum suam & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, & ianitori præcepit vt vigilet*: ad quod alludens quoque Paulus, dixit quòd esset columna, & firmamentum veritatis. Et magna domus dicitur, sicut Dauid inquit, *Confitebor tibi in Ecclesia magna*: & Baruch, *O Israel, quàm magna est domus tua, & ingẽs locus possessionis eius.* Ratio quoque idem indicat: quomodò enim intra mundum concludendi sunt, qui de mundo esse negãtur? Et, *Quid mihi de ijs qui foris sunt iudicare?* Nã in vna domo omnes moribus, quãuis diuersis, vno tamen domini sui nomine cẽsentur, & professione: mũdus autem diuersæ professionis continet homines, ita vt dispares profiteantur se habere deos, & dominos. Non ergo mũdum magnam domũ vocauit, in qua omnes sub vno degentes sunt, quantumlibet actu diuersi sint, sed Ecclesiam Dei per totum terrarum orbem extensam, & dilatatam. Et quia subiũgit: *Si quis ergo emundauerit se ab istis*: loqui se indicauit de Ecclesia, extra quam non est mundatio, & in qua est Sacramentum Pœnitentiæ, & remissio peccatorum.

Baruch 3.

1. Cor. 5.

Magna domus cur aptius Ecclesiam, quàm mundum significet.

Patres etiam vt plurimum de Ecclesia interpretantur, vt Cyprianus libro 4. epist. 2. ad Antonianum, ostendit ante tempus vltimæ separationis futuræ in die Iudicij iustorum & iniquorum, vel ouium & hœdorum, nullo modo esse propter mixtionem malorum cum bonis ab Ecclesię vnitate recedendum. Ita etiam lib. 3. epist. 3. Maximo Presbytero, & alijs ab hæresi, & schismate ad Ecclesiam recedẽtibus gratulatur, & ait: Nos operam demus, & quantum possumus, laboremus, vt vas aureum, vel argenteum simus. Cæterùm fictilia vasa confringere, Domino soli concessum est, cui & virga ferrea data est. Deinde præter Nouatianos fuerunt quoque Donatistæ, deserentes Ecclesiam propter malos in ea frequenter permissos, & frequenter obijcit hunc Apostoli locum: vt lib. 4. de Baptismo cõtra Donatistas cap. 12. & lib. 7. cap. 51. & 52. Ambrosius etiam: *Hoc dicto Apostolus significauit in Ecclesia diuersos esse homines. Quosdam bonos, & summos viros, quos in auro intelligi vult: quosdã bonos tantùm, quos in argento designat: alios verò non bonos, quos vasa lignea, & fictilia appellat.* Ità quoque intelligunt

Secunda ratio ab autoritate Patrum. B. Cyprianus.

Matth. 25.

Idem.

Psal. 2.

Apoc. 2.

Infra 19.

Tertia ratio ab exemplo Nouatianorum & Donatistarum Ecclesiæ desertorum.

Augu. tom. 7 sub initium.

Ambro. hoc loco.

Haymo Episc. Ansel. par. 2.

Haymo, & Anselmus. Denique fuit olim hæresis Nouatianorũ, & Donatistarum, qui asserebant malos nõ esse in Ecclesia, aut eius partem; quam sententiam, vt falsam hoc testimonio Paulino potissimùm iugularunt Patres, & arca Noë, quæ typus erat Ecclesiæ teste Petro, in qua erant mũda, & immunda animalia, & ex sagena missa in mare, & bonos, & malos pisces congreganti, cui regnum cœlorum simile esse perhibetur.

1. Pet. 3.

Gen. 6.

Matth. 13.

Quarta & vltima ratio posteriorís sententiæ à verbis Apostoli.

Tùm deniq; ex ipso contextu Apostoli, idem euincitur: cùm enim locutus esset de Hymenæo, & Phileto, statim de magna domo adiecit; ne esset mirabile in Ecclesia videri homines dissentientes. Et cum illi essent hæretici, & Augustinus propensus fuisset ad tuendam autoritatem Cypriani in illo loco ad Antonianum, eos nondũ exisse ab Ecclesia, sed pertinere eos sensit ad magnam domum Ecclesiæ propter Sacramenta nõdum mutata. Lege Augustinum lib. 3. De Baptismo contra Donatist. cap. 19. & in lib. quẽ contra Donatum scripsit post collationem: *Si Hymenæum*, inquit, *fecimus hæreticum; potest intelligi quòd Apostolus respexerit ad aliud tempus, quo nondum sic erat: quo tamen tẽpore vas erat in cõtumeliam, sicut Paulus cũ persequeretur Ecclesiam, vas in honorem.*

August. tomo 7.

Vasa quædam aurea, & argentea. Id est, bona, & meliora, alia in mala, & peiora, hoc est lignea, & fictilia, sunt facti vasa pretiosa, iuxta illud Ecclesiastici; *Vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.* Paulus vas electionis; Vilia vasa, sunt impij, & iniqui in dedecus suum perpetuum. Vas vtile, nõ Deo, qui non indiget in persona sua, sed vtile domui eius, qđ cedat in honorem Dei ad alios conquirendos. ¶ *Ad omne opus bonum paratum.* Vt si nõ semper sit, aut occurrat bene operãdi occasio, promptus tamen sit animus ad prædicationem, ad Sacramẽta administranda, ad virginitatem, ad martyrium, ad eleemosynas erogandas.

Act. 9. Vasa aurea quid, argentea, lignea & fictilia

Ecclesiastici 50.

Act. 9. Vtile vas vt sit quisplam Dño Deo.

Quo ftẽ modo ad omne opus bonum paratum.

Possemus & alio modo interpretari præsentẽ locum: vasa scilicet esse quædam aurea, quædã argẽtea; quædam verò lignea, & fictilia, & hæc sunt numerosiora, ppter varios vsus: & tamen omnia bona sunt: ita in Ecclesia Dei vasa quædam firma sunt, vt priora: quædam infirma, vt posteriora. Et si nullo modo liceat figmento, vel luto, figulo dicere, *Quid me fecisti sic?* multò minùs homo dicere hoc potest contra Deum, qui omnia optimè, & sapienter disponit, etsi non omnia æquali bonitate constent, sed vnũ sit melius altero, & iniquissima esset querela hominis illius, qui nihil esse vellet minus bonum, sed æquè in vniuerso bona omnia: at iam desineret esse illud vniuersum, quod non compleretur omnibus bonis, & omnibus varietatum gradibus.

Rom. 9.

Sap. 8. Mundus cur veniat nomine vniuersi.

Sed prima differẽtia est penes materiã, secunda penes vsum: quia quædam sunt in honorem, quædam in cõtumeliam. Sed prima differentia attẽditur penes maiorem, vel minorem gratiam; secunda penes liberum arbitrium, cuius est vti vase. ¶ Vnde, ne quisquam crederet hunc vsum esse à solo Deo, & nõ à libero arbitrio: subiungit: *Si quis ergo emundauerit se ab istis*, Scilicet doctrinis, & sui ipsius abusibus. ¶ *Erit*, Id est efficietur Dei dono, & liberi arbitrij assensu, *Vas in honorem sanctificatum*, Id est mũdatum à peccato. *Et vtile Domino.* In suis mẽbris, quorum salutẽ quærere, & promouere debet. Et tàm hîc, quàm ad Rom. 9. vbi est sermo de figulo faciẽte vasa, semper in hominis arbitrio ponit esse vas honoris, vel dedecoris. Et per hæc quæ clariora sunt, & planiora, interpretanda sunt illa obscuriora, quæ habẽtur in Epistola ad Romanos. Vt testatur Origenes lib. 3. Περὶ ἀρχῶν, id est De principijs. *Si quis ergo emũdauerit se* ἐκκαθάρῃ, id est penitus expurgauerit, vt Chrysostomus ponderans præpositionẽ, ex, animaduertit. *Ab istis.* Scilicet Hymenæo, & Phileto. Vel, profanis vaniloquijs, erroribus, & vitiorum sordibus: at hoc quomodo notuisset Apostolo dicere, si non posset se emendare? Quod cũ sine gratia fieri nequeat, certè indicatur nulli Deum gratiam subtrahere,

Rom. 9.

Altera vasorum illorum explicatio non inepta.

Origen. cap. 1. post med. tom. 1. Chrys. homil. 6.

Cũ dicitur: Si quis ergo emundauerit se ab istis, quid significetur.

A quibus se rursus homo futurus vas in honorem sanctificatũ, & vtile Domino, si debeat emundare.

nisi

nisi tantùm nolenti,& respuenti illã. ¶Et licèt in aureis,& argenteis,intelligamus vasa in honorẽ;in ligneis verò quæ comburuntur,& in fictilibus quæ frangũtur,intelligat Augustinus ex Cypriano vasa in dedecus: tamen ipsemet lib.2. Retract. cap.18. magis probat, quòd etiam ex Tyconio animaduertit, in vtrisq; intelligendum, quædam in honorẽ, non sola scilicet aurea,& argentea,& rursus in vtrisq; quædam in contumeliam , non vtiq; sola lignea,& fictilia.Ideò enim Apostolus non dixit: Ista sunt in honorẽ, illa verò in contumeliam;sed,*quædam quidem in honorem,quædam verò in contumeliam:*nam Iudas cum vas aureum esset prius,posteàverò à seipso factus est vas in contumeliam. Hinc Chrysostomus ait: *Vides vt non naturæ,carnalisve necessitatis sit,aureum esse,vel fictilem,sed nostræ tantummodo voluntatis? Vas erat fictile Paulus, sed euasit in aureum:vas fuit aureum Iudas, sed in fictile conuersum est.*

B.Augusſt.libro 7.cõtra Donatiſt.c. 51. tom. 7. Idem tom.1 in princ.

Quare Apostolus dixerit, quædam vasa esse in honorẽ, quædam verò in contumeliã: non autem, ista vasa sunt in honorem, ista verò in contumeliã. teste Augustino.

Chryſoſt.ibidem.

Subdit:*Iuuenilia autem desideria fuge;sectare verò iustitiam, fidem, spem, & charitatem, & pacem.*Hæc adiunxit,ne quis fiat vas in ignominiam:nam desideria Hymenæi, & Phileti talia erant,quia superba animositate studebant videri docti. Et ideò fuge eiusmodi inanis gloriæ expetitionem, in qua est philautia,& philoncia. ¶Alij interpretantur,desideria inuenilia,affectus ad carnem;vt, piscari, venari, aucupari,varijs lusibus,cauillis,& risibus:quibus omnia negatiua præcepta cõprehendit. Sed hæc omnia homini Dei sunt fugiẽda, maximè verò pastori,qui alios regere debet.

Iuuenilia de ſideria Timothe⁹ quæ fugere debebat.

Et illi vitæ veteris hominis, opponit Christianam, & Euangelicam iustitiam,siue iustificationem, quæ consistit in Fide,Spe,& Charitate, & pace,de qua iustificati ex fide, pacẽ habemus ad Deum: iustitiam etiã ad proximos:nã iustitia in se virtutem complectitur omnẽ, vt Aristoteles dixit.

Alter ſignificatus iuuenilium deſiderio.

Iuſtitiam ſectari quã iubetur Timotheus.

Rom. 5.

Philoſophus lib.5. Ethico.c.1. prope fin. tom. 3.

Ad decimamtertiam dubitationẽ respõdemus, Apostolũ repetere præceptum vitandi stultas quæstiones,& sine disciplina,siue ineruditas,hoc est enim ἀπαιδεύτους, quales sunt Iudaizantium,aut hæreses ferentium,quę non procedunt ex Fidei fundamento:vt si quis negãs resurrectionem, quæreret cuius erit vxor in cœlis quę pluribus nupsit in hac vita, quomodò Sadducæi disputarunt; aut, Quomodo potest hic nobis carnem suã dare ad mãducandum? vt Capharnaitæ.

Solutio. 13. quæſt.

Timotheo rursus cur stultæ, & sine disciplina quæstiones iubentur euitandæ,&quales illæ sint. *Matth. 22. Ioann. 6.*

*Addit:Sciens quia generant lites(siue rixas)seruum autem Dñi non oportet litigare(aut rixari)sed mãsuetum esse ad omnes.*Sanè nullus erat fructus ex huiusmodi stultis disputationibus, quia fides non ex illis oritur,sed magis ex precibus,& orationibus. Qui etiam assistebãt disputationi,offendebãtur interdũ, & illa quæ primùm vt certa & firma habebant,nutabãt,& animo vacillabant: & Catholici qui modestius agebant, habebantur victi. Vt rectè dixerit Salomon:*Honor est homini,qui separat se à cõtentionibus: Omnes autem stulti miscentur cõtumelijs.*Et ob has causas Apostolus hoc præceptũ inculcauit. Ad omnes ergo qui volũt discere, oportet esse mansuetũ, aliôqui incorrigibiles vitandi sunt,vt docet ad Titum 3.

Ad postremum vt respondeamus, prius qđ præcedit, explicandum est. Vult igitur Apostolus,seruũ Dei placidum esse ad omnes etiam cõtumelioſos.¶*Docibilem.* Id est Appositũ ad docendum, nam Græcè est διδακτικόν. Ita 1.Tim.3.dixerat:*Oportet Episcopum Doctorem esse,* vbi idem est Græcũ verbũ. Maximinus Arrianus Episcopus dicebat: Non sum talis Arrianorum Episcopus,vt emendationem nõ accipiam; cũ Episcopũ præcipiat Apostolus docibilem esse. Is autem docibilis est,qui quotidie discit,& meliora discendo proficit:teste August.lib. 1.in eum,cap.14.Idem etiã lib. 4. De baptismo contra Donatist.c.5.initio, *Vir*,ait sanctus Cyprianus, *non solùm doctus,sed etiam docibilis,quod in laude Episcopi,quẽ designat Apostolus,sic intellexit ipse, vt diceret etiã hoc in Episcopo esse diligendum,non solùm vt scienter doceat,sed etiam vt patienter discat.*Idem habet lib.5. c.26.in princ. Cypriani

1.Tim. 3.

Docibilis quis item Auguſtino.

B.Auguſt. tom. 6. Idem tom.7 initio.

D.Cyprian. ad Põpeiũ, contra Epiſtolam Stephani, prope finem. Idẽ Auguſt. eôdem tom.

ergo eo loco lectionẽ, & expositionẽ suam veteres fecerunt, & Hæretici, & Catholici, qui hîc *Docibilem* legit, & contra Cresconium Grammaticũ lib. 3. c. 78. Et idẽ est, docibilis, & docilis, sicut æquale, & æquabile, rationale & rationabile, exitiale, & exitiabile.

Seruum Dei quid esse patientẽ. Quibus de caussis seruũ Dei, atque Doctorem oporteat esse patientẽ *Psal. 91. Prou. 19.*

Patientem Græcè ἀντεξικακον. Epitheton, vel titulus est Herculis ἀντεξικακος. Et significat, tolerantem iniuriarum, siue malorum, vel tolerantẽ impios, & proteruos. Debet etiam Doctor patienter fructum expectare ab auditoribus. Quòd si bene patientes esse debent qui annũtiant, & vt ait Salomõ; Doctrina viri per patientiã noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi, id est ad ea, quæ contra eum delinquũtur, conniuere, & dissimulare, iuxta illud Apostoli; Maledicimur, & benedicimus; persecutionem patimur, & sustinemus: Patientiam debet habere Doctor, & Prædicator, si piscatores sæpè per totum diem, & noctem iactantes rete nihil capiunt.

Resistentes veritati quare corripiendi.

Et cũ modestia corripientem eos qui resistunt. Græcè non est verbum, veritati, nec in multis Latinis codicibus emẽdatis: etsi meritò suppleri possit, quia de disputationibus circa fidẽ est sermo. In maximũ verò incidunt periculum, qui nõ horrẽt veritati notæ resistere, ignari an fortè Deus det illis pœnitentiam ad salutem. Nã de alijs peccatis videtur certa pœnitentia ꝓmissa à Deo, nõ autem huic peccato, de quo Dilectus dixit: Qui scit fratrẽ suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccãti nõ ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.

1. Ioan. 5.

Effectus pœnitentiæ, cognitio veritatis.

Subdit: *Ne quando* (Græcè est Μήποτε, id est, si quando) *Deus det illis pœnitẽtiam ad cognoscendam veritatem.* Ecce cui rei resistebant, nimirum veritati: nam per pœnitẽtiam acceptã à Deo, digni redduntur, vt agnoscant quam impugnabant veritatem.

Ad 14. dub. Hæretici si à diabolo captiui detinẽtur, libero vt constant arbitrio?

Et vltimò subiungit illud, de quo fuit dubitatum: *Et resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui* (siue vt Græca vox significat, capti) *tenentur ad ipsius volũtatẽ.* Hæretici incidũt in laqueos extẽsos à diabolo pessimo venatore, qui captiuos retinet obcæcatos, ne possint videre veritatẽ; & induratos, ne cognitam sectẽtur. Et in hoc loco ostenditur, Hæreticos ꝓ gratia, & benignitate Chri, cõuerti posse ad Deũ, etiamsi de hæresiarchis rarissimũ sit. Porrò Hæretici captiui tenẽtur: quia Qui facit peccatum, seruus est peccati, &, *A quo quis superatus est; huius & seruus est*: siue, vt legit Augustinus in Enchiridio, *huic & seruus addictus est*: quia non est in hominis potestate se eripere, qui iam se ei subdiderit per peccatum mortiferum, maximè autẽ per hæresim. Thucydides lib. 5. Belli Peloponnesiaci: *De hominibus*, inquit, *ita naturæ necessitate comparatum est, vt quis ei dominetur, quẽ superauerit. Quã legem neque primi omnium tulimus, neq; nouam vsurpamus.* Est ergo iuris Gẽtiũ hæc lex. Hinc autor operis imperf. in Matthæum: *Omnes homines*, inquit, *antequam peccemus, liberum quidem habemus arbitrium, si volumus sequi voluntatem diaboli, an non. Quod si semel peccãtes obligauerimus nos operibus eius, iam nostra virtute euadere non possumus, sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tempestas voluerit: sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perdito per peccatũ, agit quòd nõ vult, sed quod diabolus vult. Et nisi Deus validæ manu misericordiæ suæ soluerit eũ, vsque ad mortẽ in peccatorũ suorum vinculis permanebit. Ergo nostra quidem voluntate, & negligentia alligamur, sed per Dei misericordiam absoluimur.* Hæc ille, qui etiam pulchrũ aliud subiungit exemplum. Idem rursus: *Sicut ingenuus homo si diutius in possessione, vel domo potentis alicuius, & violenti fuerit commoratus, per possessionem longi temporis risu capit eum in seruitute: sic & homo si diutius fuerit in possessione diaboli, vsu longi temporis vẽdicat sibi dominium super eũ, ita vt nemo possit à dominatione diaboli liberare, nisi sola potẽtia Dei.* Hæc ille. ¶ Homo tamen, etiamsi sponte, & volũtate se in diaboli captiuitatem ingesserit, non ꝓpterea libero priuatus est arbitrio, quia id amitti non potest, tametsi nequeat per seipsum ad Deũ redire, nisi

Hæresiarchæ rarissimi conuertuntur. *Ioann. 8. 2. Pet. 2. B. August. c. 30. tom. 3 sub init.*

Hæreticorũ præsertim, & aliorum peccatorum sub dæmone quã iusta captiuitas. *Thucydid. Homil. 37. tom. 2. operũ D. Chrys. sost.*

Peccatoris sub dæmone qualis sit illa captiuitas.

Idem hom. 30 propè fi nem.

Quo etiã modo, peccator Satanicã cõtrahat seruitutem.

Hîc soluitur 14. dub. proposita.

Hæretici si à diabolo captiui detinẽtur, libero vt constant arbitrio?

fuerit

fuerit vocatum & adiutum à Deo. Et propterea dixit: *Si quando Deus det illis pœnitentiam*, non autem, Si quando eos pœniteat, & resipiscant à diaboli laqueis, & dicant cũ Dauide: *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus*, agnita Dei gratia in veritate dilecta. Sed dixit: *Ne quando Deus det illis pœnitentiam*, iuxta id: *Ignoras quoniã benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit?* vt põderat Augustinus lib. 5. in Iulianum, cap. 4. in princ. Est enim resipiscere, quasi Re, siue iterum sapere, & ad sanam mẽtem redire. Nam vel vna sola dogmatis alicuius particula auersus à Deo, diaboli laqueo subijcitur: vt passerculus si vel extrema pedis particula comprehendatur, captiuus tenetur.

Psal. 123.

Rom. 2.

B. August. tom. 7. circa med. Resipiscere, quid, Quomodo etiam vel vnum Fidei denegãs articulum, nihilominus â dæmone teneatur captiuus.

Subdit denique: *Ad ipsius volũtatẽ*, Græcè est ἵνα ἀυτῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, hoc est, ad illius (scilicet Dei) volũtatem: nec enim plus potest dæmon, qui Dei minister est in iram, quàm id qđ Deus illi permittit. Vndę & ad tentandum Iob, facultatem prius postulauit. Et amplius sub suo iure non detinet, nisi quantum illi concessum à Deo fuerit. Exẽplo sit Valentinianus primus, qui à militibus electus, vt Imperij sibi socium asciscceret, rogatus, respondit: *Vestrum quidem fuit, vt priuatum me ad Imperialem extolleretis dignitatem: res autem administrare, non iam vestri, sed Principis ipsius arbitrij esse, vos ipsi quoque dixeritis. Vos deinceps imperata facere, & quietos esse, me autem quid facto opus sit, curare decet.* Ita Nicephor. lib. 11. cap. 1. prope finem.

Ad cuius volũtatem Hæretici dũtaxat captiui, Dei, an dæmonis. *Iob 1. & sequentib.*

Imperatoris Valentiniani ad milites, vt sibi collegã adiũgeret postulãtes, prudens & acuta responsio.

Nicephor. Callist.

Obseruandus est hic locus contra Nouatianos, negantes pœnitentiam lapsis. Deinde considera, disputatio cum Hæreticis, quem finẽ habere debet, vt magis consistat in aduersarijs ad Fidem cõuertendis, quàm in iniurijs iactandis, & immodestis verbis. Lege Augustinum lib. 3. contra Cresconium, cap. 78. Cuius hæc sunt verba: *Ecce Apostolica mansuetudo, cum quibus placidè, patienter, modestęq; agi præcepit, eos ipsos dicit à diabolo captiuatos, nec tamen quã commẽdabat, amisit lenitatem, quia eam quã docebat, tacere noluit veritatem.*

Nouatianorum hæresis â Paulo damnatæ. Catholicorum quæ suscipitur cum Hæreticis disputatio, qualis esse debeat. *B. August. tom. 7.*

DISPVTATIO IIII.

In verba 3. cap. Epistolæ posterioris ad Timotheũ.

Hoc autem scito, qp in nouissimis diebus instabunt tẽpora periculosa; & erũt homines seipsos amãtes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, &c. in finem vsque cap.

Primum dubium.

PAuca sunt; & illa quidẽ leuia, quæ in hoc capite possent in dubiũ reuocari: sed ne nihil dicamus, primò ambigitur de verborum istorũ connexione, & cur Prophetam agat Apostolus, prænuntians futura mala. Deinde qui sunt ij nouissimi dies, quibꝰ instabunt tempora periculosa, an illi Pauli, an verò dies post Pauli mortẽ. Tertiò quæ sit ista catena vitiorũ, cuius caput est: *Et erunt homines se ipsos amantes*: finis verò, *Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autẽ eius abnegantes.* Quartò vnde acceperit Paulus quæ tradit de Iãne, & Mambre, quòd restiterint Moysi, cùm in Scripturis nõ habeantur. Quintò circa illud, *Vltra non proficient*, quæritur quomodò verũ sit, cũ superiùs dixerit, *Multum proficient ad impietatem*: & infrà; *Seductores proficiẽt in peius.* Sextò, cur suas Apostolus Timotheo cõmemorat virtutes, & eas illi imitandas proponit. Videtur enim hoc arrogãtiæ symbolum esse, & sibi ipsi contradicere, qui

Secũdum, & tertium.

Quartum.

Quintum dubium.

2. Tim. 2.

Infra 3.

Sextum.

alio loco dixit: *Quæ quidem retro sunt obliuiscēs, ad ea verò quæ sunt priora, extēdo meipsum.* Septimò quomodo Scripturę nutriāt fidē illā, quę est in Chro Iesu; vt sit etiā Scriptura vtilis ad illa quatuor, id est ad arguendū, docēdū, corripiēdū, & erudiendū in iustitia.

Philip. 3. Septimum.

Ad primū: speciatim superiori capite differuerat de falsis Doctoribus, & de vasis in ignominiā à seipsis formatis, quorū sermones voluit vitari quasi cācri morbū depascētē omnia, quæ in corpore sana sunt: iā generatim prædicit vt propheta quę ventura sint, nēpè nūquam defuturos impios, & sceleſtos homines, & nonnullos, qui falsa dogmata tueantur in aliorū perniciem, & Ecclesiæ Catholicę perturbationem. Cū ergo dixisset, In magna domo non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia: hoc ad suū tempus nō adstringit, sed ad nouissimos dies Messiæ, à suo videlicet tēpore ad diem vsq; iudicij, ne Timotheus offendatur. Nā à tēpore Abel vsq; ad Christū, semper fuerunt mali bonis pmisti; & eo plus, quò magis ad finē appropinquatur.

Soluitur prima dubit. De filo orationis Paulinæ.

Ad secundum dubium: Nouissimi dies à Prophetis, & Apostolis dicuntur tēpora aduentus Messiæ vsq; ad iudiciū: de quibus multa Iacob filijs suis futura prædixit: Congregamini, inquit, vt annuntiem quæ vētura sunt vobis in diebus nouissimis, estq; primus, qui locut⁹ est de nouissimis diebus. Hinc Petrus Act. 2. tempus Messiæ designatum tradit per nouissimos dies Ioëlis, qui in totum orbem extēduntur, quia dixit: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Idem quoque Petrus dixit, *Paratam reuelari in tempore nouissimo.* Et B. Paulus in priori Epistola nouissima tēpora vocat consummationem seculorū. Et de extremo horum dierū meminit Christus, cùm dixit, *Ego resuscitabo eū in nouissimo die:* Martha etiā, *Scio,* inquit, *quia resurget Lazarus frater meus in nouissimo die* Ioannes item, *Nouissima hora est.* In his nouissimis diebus, & propinquis extremo diei iudicij maximè nos versamur, & periclitamur ꝓpter innumeras, & varias hæreses, & mores corruptissimos, in quibus quia abundat iniquitas, refrigescit charitas multorū: ita vt in Ecclesia in breuissimis horarū spatijs angustata regnent omnia peccata, & potestas malignorum spirituum, qui impunè vagātur, vt cogitare possimus quia modicum tempus sibi suppetat ad complendam malignam volūtatem: vt iā rara sit pura Fides, & innocens atque integra vita, & incredibilis Prælatorum dormitantia. Vt is qui hæc non videat, communi sensu carere, iudicari valeat, & breui instare diem Domini, aut saltem insigne aliquod, & horrendum flagellum, quo à tāto somno negligētiæ quasi lethargo quodam excitemur. ¶ Periculosa tempora Græcè vocat καιρὸς καλεπους, quæ sunt molestæ, & acerbæ occasiones: nā tēpora bona, vel mala dicuntur, ex his quæ in his cōtingūt per Metonymiā.

Solutio 2. dubitat. Nouissimis diebꝰ in quibus instabūt tempora periculosa. *Gen. 49.*

Ioel 2.

1. Pet. 1.

1. Tim. 4. Nouissima tēpora quænam Apostolo.

Ioann. 6.

Infra 11.

1. Ioann. 2. Nouissimi illi dies quare periculosi.

Matth. 24.

Apoc. 12.

Quid ꝓprię Apostolo sint tempora periculosa.

Tertio dubio respondemus: *Erunt homines seipsos amantes.* Græcè habetur, ἔσονται γὰρ, & particula Et, pro quia, frequenter accipitur tropo Hebræo. Et quòd ait: Erunt homines seipsos amantes, Græcè vna voce dicitur φίλαυτοι, id est sui amantes, & sibi placentes, & proprijs commodis studentes, & id vnum curātes, vt relicto communi bono, quod charitas, & iustitia dictat, sibi bene sit. Et vt ait Aristoteles lib. Moral. *Male audiunt fœdo infamiq; cognomine.* Et sēper hic amor sui ipsius causa, & fons malorum, ac peccatorū extitit, vt Plato docet lib. De legib. Et idcircò hoc loco, vt antesignana omniū vitiorū prænominatur. Ambrosius hìc vertit, sui tantùm amatores, Et intellige sui amantes, nimiū scilicet prætermisso Deo, & Proximo. Nā amor proprius radix est omniū malorū in regno diaboli, qui tali amore ardens, ac deperiēs perdidit seipsum, & omnes qui ei adhæserūt. In hunc sensum dixit Dns: *Qui amat animā suam, perdet eā: & qui odit animā suā in hoc mundo, in vitā æternā custodit eā.* ¶ *Cupidi,* scilicet pecuniæ. Ambrosius habet, auari; Augustinꝰ, amatores pecuniæ. Primus fœtus philautiæ est

Tertiæ quæstion solut. Homines aut erunt seipsos amantes in diebus nouissimis.

Philosophus lib. 9. c. 8. ante med. tom. 3. Male qui audiant apud Philosophū. *Plato lib. 5 De legib. tomo 2. Ambros. tomo 5. sub finem. Apoc. 12. Ioan. 12. Matth. 16. August. sermo. 47. & diuersis, c. 2. & alibi tomo 10.*

auaritia,

auaritia, sicut charitatis omnia bona. Græcè est φιλάργυροι. ¶ *Elati.* Græcè Ἀλαζόνες, Ambrosius, *Insolētes*; Hieronymus in Michæā, *fastidiosi*, vel potius *fastuosi*: quæ vox Græca ad iactantiam spectat: quia iactabūt diuitias, nobilitatē, sciētiā, &c. ¶ *Superbi.* Id est, qui præ se alios despiciunt: vt Simō Magus, & Lutherus. ¶ *Blasphemi.* In Deū, & Sanctos, & in Ecclesiam maledici. ¶ *Sceleſti.* Græcè ἀνόσιοι, id est sine pietate, & sanctitate; Ambrosius vertit, *Impij.* ¶ *Sine affectione.* Græcā habent ἄστοργοι, id est, qui nullo affectu sunt in suos vel parentes, vel liberos, vel vxores; & ideò reddūtur infideli deteriores. ¶ *Sine pace*, In Græco est, ἀσπονδοι, id est, nescij fœderis, & amicitiæ, id est, incōfœderabiles. Vnde bellū irrecōciliabile vocāt Græci ἄσπονδον πόλεμον. Et hoc quātū attinet ad alienos, & extraneos. Fœderū etiam violatores. ¶ *Criminatores.* Græcè Διάβολοι, id est, delatores, siue calumniatores. ¶ *Incōtinētes.* Græca vox est ἀκρατεῖς. Et Aristot. lib. 7. Ethico. distinguit inter intēperantes, & incōtinētes: alij autem nō distinguūt, sed generatim intelligūt eos, qui se à vitijs linguæ, vētris, & cæterorū omnium nō se cōtinent. Cicero pro Cęlio: *Is multa*, inquit, *de incōtinentia, intemperantiaq; disseruit.* ¶ *Sine benignitate.* Græcum est verbū ἀφιλάγαθοι, id est, qui nō sunt amici bonis, & sanctis viris. Est enim videre permultos, qui nihil afficiūtur virtutibus, aut bonarū literarum studiosis. ¶ *Proditores.* In Græco est, προδόται, id est, desertores amicitię, & sodalitatis. Vel ꝓditores, id est secretorū alterius detectores. *Qui ambulat*, inquit, *fraudulēter, reuelat arcana: qui autē fidelis est, celat amici cōmissū: &, Audisti verbū aduersus ꝓximū; cōmoriatur in te, fidens quoniā nō te dirūpet.* ¶ *Proterui.* Προπετεῖς Græcè; idest cępites, siue temerarij. ¶ *Tumidi.* Græcū est verbū Τετυφωμένοι, id est Inflati, inde typho, id est tumētes apud B. Augustinum lib. 11. de ciu. Dei. c. 33. & alibi passim. Et significat eos qui sibi vidētur insignes in re qua piā, aut in opinione, quā de se concipiūt, & ideò intumescūt. ¶ *Voluptatū amatores magis quàm Dei.* Ista elegāter Græcè dicūtur: Φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι: Cyprianus, Voluptates, ait, magis quā Deū diligētes. Fides em̄ absq; operibꝰ forma est absq; virtute, corpori vita destituto, picto, ficto, mortuo similis. Et vidētur hæc quadrare in familiā Simonis Magi: nā hunc locum citat Epiphanius, & asserit dictū propter Gnosticos discipulos Simonis: ideò ista etiā ad Pauli tēpꝰ spectabāt. ¶ *Habētes speciē, vel formā quidē pietatis.* Quia ꝓfitentur Christianitatē, & vitā regularē, & Sacerdotiū. ¶ *Vim autē, siue virtutē eius* (quę nō est insignita bonis operibus) *abnegantes.* Factis scilicet. Et hos vult deuitari à Timotheo. Erāt ergo eo tēpore tales homines, & sunt hoc tempore multi, & ita putemus nos in ea tempora Pauli incidisse. Perpēde etiā, omnia vitia, etiā maxima celari posse specie, & forma pietatis. Et ex his multos iam esse ait, qui penetrēt domos, & in alienas domos se ingerāt impudenter. Vnde illud Ecclesiastici: *Pes fatui facilis in domū Proximi.* Hinc Satyrographꝰ dixit: *Scirevolūt secreta domꝰ, atq; inde timeri.* Omulus quidā apud Iulium Capitolinū respōdit Imperatori Antonino Pio: *Cū in alienas ædes veneris, & surdus, & mutus esto.* Et cū Sergio Galbo apud Ciceronē Libo dixisset: *Quādo tādē de triclinio tuo exibis? Cū tu*, inquit, *de cubiculo alieno.* ¶ *Qui penetrāt*, inquit, *domos.* Vt occultè doceāt. *Et captiuas ducūt mulierculas.* Id est, dogmatibus suis faciūt sibi esse obnoxias, vt possint prędicādo penetrare per aulas, & gynecia, id est domos fœminarū, quò viris nō licebat ingredi. Addit: *Oneratas peccatis.* Quia nisi malæ cōscientiæ essent, nequaquā paterentur se in hæreses abduci. Et vt dęmō per fœminā Euā deceptā captiuauit Adamum virū eius: ita modò per mulieres oneratas peccatis ꝓprijs & alienis facit, dū illæ administræ fiunt hæreseon, & spirituū seductorū: de quibꝰ lege exē plū Valentini apud Irenæū lib. 1. c. 9.

Ambrosius hæc ita Hæreticis omnibus fecit cōmunia, vt tamen Manichæis præ cæteris congruerēt: *Quia nulli,*

Homines itē qui cupidi, qui Elati. *Hieronym. lib. 2 in Michæā, in. c. 7 sub initiū, tom. 6.*

Qui verò superbi, blasphemi atque sceleſti.

Homines rursus qui sine affectione, sine pace. *1. Tim. 5.*

Criminatores quoq; & Incontinentes. *Philosophus cap 8. tom. 3. initio.*

M. Tull.

Homines etiam qui sine benignitate & Proditores.

Prou. 15.

Eccleſiastici 19.

Prorerui qui Tumidi.

Auguſt. tomo 5.

Voluptatum amatores magis quā Dei, quales Apostolo. *B. Cyprian. lib. De vnita. Eccleſ. à medio Epiphan. in Hæresin 26. post med.*

Hæretici quomodo speciem quidem pietatis habeant: virtutem autem eius abnegēt.

Vnde cōstet vitia interdū tegi & colorari posse virtutibus.

Eccleſiastici 21. Iuuen. Iul. Capitolinus in fin. vitæ eius.

In alienas domos veniēs, qualis esse debeat. *M. Tul. lib. 2. De orat. inter med. circiter & finem.*

Hæretici cur penetrarent domos alienas, & captiuas ducerent mulierculas

Cur illæ mulieres essent oneratæ peccatis. *Gen. 3. B. Irenæ. Ambroſ. hoc loco, tom. 5.*

nulli, inquit, tàm importuni, tàm fallaces, tàm captiosi sunt quàm ipsi, quos constat aliud colere, & aliud profiteri; aliud intus gerere, & foris aliud vẽdicare. Ná hi sordidi, & impuri mulieres inueniebãt, præ vanitate nouũ aliquid audire desiderãtes, quibus pter ea quæ placida sũt, fœda suadebãt, & illicita.

Eadẽ Arrianis quoq; cõuenire. *Histor. Tripart.*

Deinde de Arrianis scribit historia Tripart. lib. 1. c. 13. in princip. ex Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Cõstantinopolitanum epistola: *Vrbes circumeunt, cursitant, nihil aliud agẽtes, quàm vt literis amicitiæ obtentu, & nomine pacis per hypocrisin, & blanditijs datis & acceptis mulierculas paucas à se iã deceptas, seducant, peccatis oneratas, & impudicas, inhonestas: quibus etiã interuenientibus, lites, & iudicia Catholicis intendebant, tũ iuuenculis suis vicatim discurrẽtib⁹, Christianismũ obtrectationi exponebãt, atq; traducebãt.* Hæc ibi ferè. ¶ Tertiò Eusеb. lib. 7. c. 26. *Tales,* inquit, *mulierculas subornârat Paulus Samosatenus, & instituerat in medio Ecclesiæ magno die Paschæ, de seipso psallere, seq; concionantem nõ audire tantùm, sed & plausu, & clamoribus indecore, seditioseq; laudare, sic insultârat mulierculârũ nõ solùm domos, sed & in animo penetrârat Episcopos superbia plusquam gigantea* Hæc ille propemodum.

Paul⁹ Samosatenus mulierc ularum qualis & ipse seductor exti terit *Euseb. tom. 1.*

Quartò cũ eiusmodi feminis Donatistæ passim cõmisti fuerunt cõtra omnem ordinẽ, diebusq; ac noctibus peruagati: vt scribit cõtra Parmenianũ Augustlib. 2. c. 3. & 9. Taxat etiam Circumcellionum inter vinolenta cõuiuia liberã cũ fœminis maritos non habẽtibus comitãdi, vagandi, iocãdi, bibẽdi, & pernoctandi licentiã, vt habes apud Augustcõdẽ lib. & cap. 9.

Donatistas itidẽ mulierculas abduxisse. *August. tomo 7. in prĩcip.*

Postremò Hieronym. ad Ctesiphõtẽ aduersus Pelagianos: *Simon Magus,* inquit, *hæresim cõdidit Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium immundicitiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet. Apelles Philemonem suarum comitem habuit doctrinarũ. Mõtanus, immundi spiritus prædicator, multas Ecclesias per Priscã & Maximillam, nobiles, & opulẽtas fœminas, primũ auro corrupit, deinde hæresi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora transcendã. Arrius, vt orbem deciperet, sororẽ Principis antè decepit. Donatus per Africam, vt infelices quosq; fœtẽtibus pollueret aquis, Luciliæ opibus adiutus est. In Hispania Agape Elpidium, mulier virum, cæcũ cæca duxit in foueam, succesſoremq; sui Priscillianum habuit, Zoroastris Magi studiosissimũ, & ex mago Episcopum; cui iuncta Galla, non gente, sed nomine, germanam huc illucq; currentẽ, alterius, & vicinæ hæreseos reliquit hæredẽ. Nunc quoq; mysterium iniquitatis operatur. Duplex sexus vtrũque supplantat.* Et infrà prope finẽ: *Magistrorũ silentia profert rabies discipulorũ. Quod audierũt in cubiculis, in tectis prædicant: vt si placuerit auditoribus qđ dixerint, referatur ad gloriam magistrorũ; si displicuerit, culpa sit discipuli, nõ magistri. Ideò creuit vestra hæresis (nimirũ Pelagiana) & decepistis plurimos, maximeq; eos, qui adhærẽt mulieribus, & sciũt se peccare non posse: quia semper docetis, semper negatis.* Idem in Esai. c. 64. tradit per Hæreticos Lusitaniæ mulierculas fuisse deceptas, oneratas peccatis, quæ ducuntur desiderijs varijs, semper discentes, & nunquam ad sciẽtiã veritatis peruenientes, vt Basilidis, Balsami atq; thesauri, Barbelonis quoq;, & Leusiboræ, ac reliquorũ nominum portenta susciperent. De quib⁹ diligẽtissimè vir Apostolicus scribit Irenæus, Episcopus Lugdunensis, & martyr, multarum origines explicãs hæreseon, & maximè Gnosticorũ, qui per Marcum Aegyptium Galliarum primùm circa Rhodanum, deinde Hispaniarum nobiles fœminas deceperunt, miscentes fabulis veritatem, & imperitiæ suæ nomẽ scientiæ suæ vẽdicantes. Et in Ierem. 29. cap. ex sentẽtia Hebræorũ ait, quòd Achabus & Sedechias pseudoprophetæ (duo nimirũ illi presbyteri testes iniqui Susãnæ, sic vocati) mulieres decipiebãt, dicẽtes quia de tribu erãt Iuda, Christũ de semine suo esse generandum: quæ illectæ cupidine, præbebãt corpora sua quasi matres futuræ Christi: quos frixit Rex Babylonis in igne.

Quos præterea Hieronymus hæreticos mulierc ularum seductionis insimulet. *Hieronym. paullò remotius à princip. tom. 2. post med.*

1. Thess. 2.

Matth. 10.

Mores Pelagianorum.

Idem in illud: A seculo nõ est auditum, &c. tom. 5.

B. Irenæ. in libris cõtra Valentinũ.

Idẽ in illud Ieremiæ: Hæc dicit Dñs exercituum, & reliq.

Ierem. 29. Duorum testium Susannæ falsorum nomina, mulierbres seductiones, eorundem pœna. *Dan. 13.*

Hæreticos priuatim tantùm decétes, falsos esse Doctores. *Ioan. 18.*

B. Bernard. serm. 65. in Cantica, ante med.

Prou. 25.

Cur Dominꝰ discipulos interdum priuatim docuerit. *Matth. 13. & seq. Ioan. 3. Matth. 10.*

Act. 2.

Infra 9. Infra 10.

Infra 16. Infra 18. Infra 21. Supra 20.

Quibus illæ mulierculæ ducerẽtur variis desiderijs, secundũ Apostolum.

Virgil. lib. 4. Aeneid. à medio.

Catull. Epigram. 63.

Mulieres etiam cur illæ semper discẽ

Falsi ergo sunt Doctores, qui quòd liberiùs seducant, priuatim in domibꝰ docent. Ego, inquit Dominus, palàm locutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Id est: Veritas non amat angulos. Pulchrè profectò Bernard. *Stat*, inquit, *Scripturæ veritas. Gloria Dei est celare verbum, & gloria Regum reuelare (seu inuestigare) sermonem. Non vis tu reuelare? Nõ ergo vis Deum glorificare.*

Sed priuatim (aiunt) Dominus docuit suos discipulos, & Nicodemum solùm Ioan. 3. Sed id ea conditione fecit, vt quod in tenebris eis prædicauerat, dicerent in lumine; & quod in aure audierant, prędicarent super tecta. Nec in templo tantùm, sed & circa domos prædicauerant Euangeliũ. Et circa domos panem frangebãt, sed quãdo aliter præ Iudæorum metu nõ eis licebat facere. Penetrat Ananias domum Iudæ; sed à Domino ad quærendum Paulũ missus. Penetrat Cornelij domum Petrus; sed eiusdem per Angelum Christi iussu, & à Cornelio accersitus. Paulus introiuit domũ Lydiæ purpurarię, sed coactus. Intrat domũ Titi, sed iusti & colẽtis Deũ. Intrat domũ Philippi Euãgelistæ, Ephesios quoq; p domos publicè docuit.

Sequitur in textu: *Quæ ducuntur varijs desiderijs.* Nempè pecuniæ, gloriæ, iactantiæ, deliciarum, & voluptatum, quas consultò suppresit; vt virũ, qui seducitur, & ad hæreses trahitur, insinuet verè esse mulierculam, quia: *Varium* (vt Poëta dixit) *& mutabile semper Fœmina.* Et mulieres nunc hęc, nũc illa cupiunt, nunc quæ tenent, fastidiunt, & alijs nouis oblectãtur. Et vt quidam dixit, *Nolunt vbi velis, volunt vbi nolis.* Et ideò tales tam in Scripturis, quàm in profanis autoribus dicũtur multiuolæ. Ecclesiastes 9. *Ne respicias*, inquit, *mulierem multiuolam; ne fortè incidas in laqueos illius:* & Catullus ad Mallium:

Quantũ præcipuè multiuola est mulier.

Semper, inquit, *discentes.* Id est discere cupientes; *Et nunquam ad scientiã veritatis peruenientes.* Ἐλθεῖν δυνάμενα, id est peruenire valentes. Ex desideriorũ enim varietate semper migrãt ab appetitu discendi in cupiditatem non perdiscendi, nec vni rei insistũt. Nec vituperat Paulus semper discere: vnde Solonis dictum à Cicerone laudatum: *Senesco semper multa addiscens.* Et Seneca ad Lucilium fratrem: *Tamdiu discendum est*, inquit, *quamdiu nescias; &, si prouerbio credimus, quamdiu viuas. Nec vlli hoc rei magis conuenit, quàm huic, Tamdiu discendum est, quemadmodum viuas, quamdiu viuis.*

Ad quartum circa illud de Ianne, & Mambre (vel Iambre, quia Græcè dicitur Ἰαμβρῆς, nam vtrumq; ponitur in Hebręorum nominum interpretatione) qui restiterũt Moysi, vnde Paulus acceperit, non satis est exploratũ. Hinc quidam occasionem acceperũt reijciendi hanc epistolam, quasi non esset Pauli, quòd ex apocryphis libris citauerit. Sed infirma ratio est: nam non propterea quòd in apocryphis inuenta sint, sunt respuenda quæcũq; in apocryphis continentur. Nam & Epistola Iudæ fratris Iacobi citat ex apocrypho libro Noë aliqua quæ nõ erant apocrypha, de corpore Moysi. Origenes tract. 35. in Matthæum: *Apostolus*, inquit, *Scripturas quasdam secretorũ profert, sicut dicit alicubi: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit. In nullo enim regulari libro hoc positum inuenitur, nisi in secretis Heliæ prophetæ. Itẽ quod ait: Sicut Iannes & Mambres restiterunt Moysi, non inuenitur in publicis Scripturis, sed in libro secreto, qui suprascribitur Iamnes & Mambres liber. Vnde ausi sunt quidam Epistolam ad Timotheũ repellere, quasi habentem in se textũ alicuius secreti, sed non potuerunt.* Hæc ille. Sed Gelasius librũ hunc appellatũ Iamne, & Mambre, reijcit. c. Sãcta Romana Ecclesia, dist. 15. Meminit etiam horũ Numenius Philosophus citatus ab Euseb. Cęsar. lib. 9. De ꝓpar. Euãg. c. 3. *Iamnes & Labres Aegyptij erãt, viri magicis artibus adeò præpotẽtes, vt Musæo Iudæorum duci, viro Deo coniunctissimo, soli resistere posse à cunctis Aegyptijs iudicati sint. Multas enim calamitates,*

Tull. lib. De orat. Seneca lib. 10. epist. 77 initio.

Quarta solutio quæst. Vnde Paulus nouerit Ianne, & Mamre Moysi restitisse.

Posteriorem ad Timotheũ reijciendi Epistolam, ineptissima quorundã ratio reijcitur. *Iudæ 9. Origen. inter med. & finem homiliæ tom. 2.*

1. Cor. 2. Esa. 64.

Gelasius I.

Iamnes & Mãbres, seu Labres quales illi fuerint.

tes, nũquam tamẽ ad scięntiam veritatis perueniremt.

quas

Mosis varia nomina.

quas Musæus Aegypto intulit, soluere visi sunt. Et cap. 4. circa medi. *Artabanus, quem Iudæi Mosem*, inquit, *Græci Musæũ appellant, cuius doctrina multa Orpheus didicit.* Et post pauca: *Sed Memphiticos Sacerdotes vocatos, moriq; iussos, nisi ali quod signum ipsi etiam ederent, magicis artibus dracone producto, & fluuij colore mutato effeciſſe, vt elatus Rex atrociter Iudæos tractaret.* Chrysostomus idem tradit, Iamnẽ, scilicet, & Mambrem, fuisse magos Aegyptiorũ, qui in portentis edendis cum Moyse & Aaron decertarunt, duo cõtra duos. Quorũ nomina accepit Paulus, aut ex reuelatione, aut ex traditione Hebrçorũ, & libro aliquo secreto, vt est verisimilius. Et ne quisquã posset huic veritati repugnare; ecce in initio Noui Testamẽti Orientis alij duo magi se opposuerunt Euangelio, Simon Magus contra Petrum, & Elymas Magus cõtra Paulum: sicut in Veteri olim contra Aarõ, & Mosen duos legislatores, Iannes, & Mambres fratres: vt implea tur illud; Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea. Et bis illis restiterũt, semel quando virgas in serpentes cõuerterunt; & iterum, quando aquas in sanguinem. Sed in tertio signo cyniphum defecerunt, dum confessi sunt digitum Dei ibi esse, id est operationem diuinam, non humanam, aut angelicam. ¶ *Ita & hi resistunt veritati.* Euãgelicæ per verborum argutias, & argumentorum fallacias frequenter, occultè interdũ, & manifestè agnosci Mosen fuisse veritatis Doctorem cõtra obtrectatores Veteris Testamẽti. ¶ *Homines corrupti mente.* In quib⁹ lux rationis & iudiciũ obtenebrata sunt; & mẽte ab adultero diabolo vitiata, & amissa ea quæ est in Christo castitate. Mẽs em̃ prauis affectibus corrupta facit reprobum circa fidẽ, iuxta illud: *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt*, &c. *Reꝓbi circa fidẽ.* Quia non cõsentiunt cũ Apostolis, & Ecclesia, quia reꝓbas opiniones amplectũtur.

Exo. 7.

Chryſoſt. homil. 6.

Quo silli duo Magi figura uerint.

Act. 8.

Infrà 13.

Psal. 128. Iannes & Mãbres quoties Moysi restiterint.

Exo. 7.

Ibidem 22.

Hæretici quomodo resistant veritati Euangelicæ.

Ijdẽ cur homines sint mente corrupti, & reprobi circa fidẽ.

Psal. 13.

Ad quintũ circa illud: *Sed vltra non proficient: insipientia enim eorũ manifesta erit omnibus*; Respõdent Græci, hoc non esse contrarium dictis, aut dicẽdis, Malos scilicet profecturos ad impietatem. Et dicet profecturos in peius, praua enim, & noua dogmata semel introducẽtes, magis noua, & peiora semper excogitabunt: nec errãdi finẽ inuenient, quia ea est erroris vis, vt sistere nequeat, sed abyssus abyssũ inuocat. Hìc verò profecturos negat non diutius decepturos, etsi ab initio quosdam deceperint incautos, nec tã multos, quos ipsi vellẽt corrumpere, sed vel aliquando deprehendẽtur. Et talis est error, vt licèt omni ex parte inualescat, non tamen ad finem vsq; permanet. Ideò ait: *Sed vltra, vel amplius non proficient*, scilicet mulierculas seducendo proficient: quia defecerunt in tertio signo, agnoscendo Dei virtutem. Et vt Augustinus dixit, magi quædã mira facere permissi sunt, vt mirabilius vincerentur. Et licèt potentiã habuerint faciendi serpentes; non tamẽ cyniphes, quod minus est; vt intelligas malos Angelos, per quos magicæ artes exercentur, non posse facere quicquid possunt, nisi data virtute desuper à Deo, sicut nec tentare sanctum Iobem; vel obtenta à Deo facultate, id est, auferre bona temporalia, & sanitatem. Et possemus illis magis dicere, quod Dñs dixit Pilato: *Nõ haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper.*

Solut. 5. dubitat. Hæretici si multum proficient ad impietatem, vt ante dictum fuit, quomodo nõ vltra proficietur.

Psal. 41.

Erroris ingenium.

B. Augustin. lib. 10. cap. 5.

Cur Magi Pharaonis dracones quæ demefficere, non tamẽ Cyniphes potuerint.

Iob 1. & sequentib. Ioan. 19.

Sed vltra, inquit, *non proficient.* Hoc per hyperbolẽ, vel per Synecdochen dictum est. Et sensus est, quòd solùm mulierculas, & imperitas decipient, non mulieres cordatas, aut viros bonos. Et non proficient vltra apud sapientes, qui facilè cognoscẽt eorum insipientiam. Nam Deus dat donum discretionis spirituum, ne fallantur nisi falli volentes, hoc est superbi, qui sibi permultum tribuunt, aut desiderijs carnalibus dediti, & implicati, qui libenter audiunt quæ sensus, & carnis sunt; aut curiosa, qui terrena sapiũt: in alijs verò nõ proficiẽt vltra. Porrò vt Ægyptiorum magorum impietas, & stultitia vindice Deo subuersa est, ita etiam hodie coruscante veritate Euangelica, & multorũ corda

Quemadmodum Hæretici non vltra proficiẽt infelices.

1. Cor. 12. & 1. Ioan. 4.

illu-

Sextæ solutio quæstionis.

illustrante, cadet stultitiæ Hæreticorum, & pseudoprophetarũ, & agnoscetur quod in Ecclesia tãtùm est digitus Dei, id est Spiritus sanctus, qui eam protegit, ac tuetur.

Ad sextum, cum ait: *Tu autẽ assecutus es meam doctrinã, institutionẽ, propositum,* &c. vbi videtur multarũ virtutum suarum officia coaceruare: dicimus, non vlla hoc Paulum arrogantia, aut quicquam sibi tribuendo dixisse, sed magis in memoriã reduxisse beneficia quæ acceperat, vt magis in Christo confirmaretur, & vt se imitãdum Timotheo, & in eo omnibus Episcopis proponeret, & vt ex vita, & doctrina magistri sui disceret quantum Hæretici ab eo distarent, siue fidem spectes, siue mores.

Quid assequi doctrinã hoc loco, institutionem, propositum, fidem, longanimitatẽ, dilectionem.

Assequi hoc loco non est adipisci, sed iuxtà sequi, vel vt alij vertũt, sectatus, vel assectatus in comitatu meo doctrinam, quã tot Ecclesijs tradidi. ¶ *Institutionem.* Quã verbo dispẽsaui, & prospexi Ecclesijs de pastoribus. ¶ *Propositum.* Id est alacritatem, & prõptitudinem animi. ¶ *Fidem.* Id est, cõstantiam in retinenda Fide; vel articulos Symboli: vel fiduciam tractandi, quæ regit propositum, etsi arduum. Et hæc fides parit. *Longanimitatem,* in sperando à Deo præmio vitæ æternæ, vel in Hæreticis expectandis. ¶ *Dilectionem,* erga Deũ, & Proximos. ¶ *Patientiam.* Erga flagra, & frigus ac nuditatẽ, ac sitim. ¶ *Persecutiones, passiones.* Quia in illis mihi affuisti. ¶ *Qualia mihi facta sunt Antiochiæ,* &c. Rem respexit, non verba; cum aliõqui debuisset dicere, Quales mihi factę sũt, scilicet persecutiones, & passiones: quas sustinui Antiochiæ Pisidiæ, non Syriæ, vbi lapidatus est, & quasi mortuus relictus. ¶ *Iconij.* Quæ etiã ciuitas est Pisidiæ. ¶ *Lystris.* Lycaoniæ Act. 13. & 14. Et hoc non tantũ mihi, sed etiã tibi, & omnibus pietatis sectatoribus commune est, multa pati. Quod imprimendũ cordi, & sæpius rememorãdum, ne dilassemur. Nullus Christi seruus est sine persecutionibus: & qui nondum est illas expertus, nondũ in Christo cœpit piè viuere. Pugnandũ est cum in fidelibus, cum Hæreticis, cum falsis fratribus turpis vitæ exẽplo alios corrumpentibus, cũ carne, & illecebris eius, cum domesticis, & parentibus, &, quod omnibus maius est, cũ diabolo mille nocendi artibus instructissimo. Idcircò in vniuersum dixit: *Et omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionẽ patientur.* Hic perpende, quòd non tantùm dixit, ij qui piè viuunt, sed ij qui piè volũt viuere in Christo Iesu; vt intelligas etiã eos qui melioris vitæ votum concipiunt, tentationes, & persecutiones perpeti; vt exẽplo nobis esse possunt filij Israël, qui volentes deserere Ægyptum, & Pharaonem, ab eo flagellati sunt, & miris modis vexati. Magna etiam persecutio, & tentatio est, cum putamus nos extra omnem esse tentationẽ, & persecutionẽ, & deniq; accidere ea videmus in hoc mũdo, vt sæpè infideles quererentur de Dei prouidentia. Hinc autore Plutarcho interrogationes apud Cratippũ Philosophum, quomodo deorũ facta se haberent victore Cæsare Romanæ libertatis oppressore? *Et quo* (inquit Cratippus) *modo Pompei, quo ve signo demonstremus, melius te fortuna vsa sũ, si vicisses?* Brutus apud eundẽ Plutarchũ pugna Pharsalica victus præsentibus amicis, nocte obscura cœlũ stellis ornatum aspiciens dixit duos locutus versus, quorum alterum Volumnius scripsit: *Ista louem haud lateãt, quiq; horum est cauſſa malorum.* Idẽ secundùm Dionem Cassium, recurrens ad mortẽ, alta voce recitauit Herculis dictum: *O infelix virtus, ita ne, cum nihil quàm nomen esses, ego te tanquam rem aliquam exercui, cũ tu fortunæ seruieris?* quibus dictis, gladio incubuit. Beroaldus apud Suetonium, & Volaterranus lib. 16. vulgatum distichon recitat Tonsoris cuiusdam Augusti:

Marmoreo tumulo Licinus iacet, at Cato paruo,
Pompeius nullo; credimus esse deos?

Ex hac origine oriuntur Athei, & Epicurei: hinc Gentilium sententiæ de vltione diuina. *Nunc dij beati* (vox gratulantis) *quoties nocentibus digna con-*

Paulus Antiochiæ qualia passus.

Act. 14.
Supra 13.

Cum quibus hostibus sit nobis pugnãdum.

Omnes qui piè viuere volunt, cur inquit Apostolus: non. Omnes qui piè viuunt, persecutionem patientur.
Exo. 1.

Nostra quæ magna persecutio, atque tentatio sit.
Plutar.

Idem.
Bruti impiæ voces de diuina prouidẽtia.

Dio Cas. libro 47. in fine.

Raphael Volaterr. circa finem libri.
Aliorũ quoque proterbia Ethnicorum contra diuinam prouidentiam.

tigisset vindicta. Et contrà probrum, *Si res malis sint prosperæ*; &, *Serò deorũ molunt molæ: Dij lanceos pedes habent: Ad deorum aures peruenit: Inuitus Iupiter nouit: Sero diphtheram inspexit*; id est pellem caprinã, in qua scribit omnia Iupiter.

Chrysost. homil. 8. Miles Christianus, teste Chrysostomo, quomodo ad pugnã dumse debet comparare.

Porrò in hanc sententiam Pauli ita scribit Chrysostomus: *Nemo certans requiem quærat, nemo amplectatur quietem. Nefas est pugilem Dei vacare delicijs, non licèt epulari luctantem. Luctamẽ quidem sunt præsentia omnia, certamen, bellum, pressura, angustia, stadium. Aliud est quietis tempus, hoc ærumnis deputatum est, atq; sudoribus: nullus vbi ad certamen se exuit, vnctusq; est, requiẽ quærit. Si enim inquiris requiẽ, quid te exuisti? Cur iactasti manum? Qua enim ratione hîc requiem speres, cum libidinibus indixeris bellum, atque aduersus naturã pugnare perrexeris?*

Persecutionẽ pro Christo patientiũ magnum solatiũ quod *1. Cor. 10.*

Sed addit Apostolus id, quòd seruos Dei maxime consolatur, ne animum despondeant, ait enim: *Et ex omnibus eripuit me Dominus.* Id est, Fecit cum tentatione prouentum, vt idem alibi dixit.

Timotheus quib⁹ studijs deditus ab adolescentia. *Dan. 13.* *2. Tim. 1.*

Ad postremum dicendum, Apostolum laudare in Timotheo studium Sacrarum literarum ab infantia cœptũ: sicut parentes Susannæ commendantur apud Danielem, quòd filiam suam erudierint secundùm legem Moysi. Reuocat ei in memoriam suã in pietate educationem, & institutionem, quòd à matre Iudæa, & fideli benè sit edoctus, & in scholas infans traditus, & fidem cum lacte suxerit: vt ab ea ætate altas egerit radices, & inualuerit. Nam vt habet Salomon: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cũ senuerit, non recedet ab ea:* & Ieremias, *Bonũ est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Sicut contrà, turpe est hominem à teneris in bono nutritum, in senecta deficere. Hoc etiam Ethnici diligenter tradiderunt, dicentes, vt quem volumus strenuũ in aliqua arte, aut exercitio instituere, in illo ab infantia eum nutriamus. Et Quintilianus vult oratorem futurum ab ipsa infantia esse ad illã scientiam formandum. Adeò vt Cicero in lib. de claris oratoribus, de Gracchis, & Cornelia eorum parente asserat, eorum eloquentiæ multùm maternũ sermonem contulisse. Vnde dixerunt multas in hanc rem sententias. Hinc Horatius:

Prou. 23. *Threu. 3.*

Infãtiam ac pueritiam artibus & disciplinis plurimum addiscẽdis conducere. *Quintil. libro 1. c. 2.*

Quo semel est imbuta, recens, seruabit odorem
Testa diu.

M. Tull. *Horat. Epistol. 2. ad Lollium, in fine.*

Et Maro.

Virgil. lib. 2. Georg. circa med.

Adeò à teneris consuescere multum est. Plato in Timeo: *Quæ à pueritia, inquit, addiscimus, quia cum voluptate, & iocunditate audimus, quasi quasdam literarum notas, quasi indelebiliter inustas, diutius, firmiusq; meminisse solemus.* Et alibi affirmat, vt pueri minimè ad discendum cogantur. *Nec enim decet hominem liberum aliquam cum seruitute discere disciplinam, quia nulla disciplina violenta stabilis.* Hæc ille. Ideò Samuel puer in templo nutritur; & Salomon, *Verba Lamuelis*, ait, *Regis. Visio qua erudiuit eum mater sua.* Alibi quoque Timotheum Paulus hortatur, vt attendat lectioni. Ita mater Eunice multũ contulit Timotheo. ¶ Et quia dicturus erat, finem sibi iam instare; ostendit per Sacrarum literarum studium eum posse consolationem accipere.

Plato non procul à principio. *Idem lib. 7. de Repub.* *1. Reg. 2.* *Prou. vlt.* *1. Tim. 4.* *2. Tim. 1.* Ad 7. dubit. Scripturæ quemadmodũ instruant ad saluté per fidẽ quæ est in Christo Iesu. *Ambros. tomo 5.*

Quæ te possunt, inquit, *instruere ad salutem*, siue vt verbum Græcum habet, σοφίσαι, id est, sapiẽtem reddere, vel erudire, vt legit Ambrosius. Instruunt porrò ad salutem æternam, quã respiciunt. *Scrutamini*, inquit Dominus, *Scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere.* Et hoc, *Per fidem quæ est in Christo Iesu:* ducunt enim ad æternam nos salutem. Quod nõ sine caussa additum est: quoniã multi Iudæi, & Hæretici sine fide in Christũ dant operam Scripturis, nec tamen proficiunt. Hinc disertissimus Philo sine hac fide Christi lusit in allegorijs Veteris Testamenti, non inuento ostio earum, id est Christo, vt notat Augustinus lib. 12. contra Faustũ Manichęum cap. 39. Quicunq; enim, siue Iudæi, siue Hæretici sint, siue Catholici, vitijs tamen carnis, aut superbiæ fumo cumulati, ex Scripturis, quibus

Ioan. 5.

Scripturæ quibus potissimum difficiles sint, & obscuræ.

vacant,

vacant, quæ difficiles, & obscuræ sunt, nullam vtilitatem, vel commodum hauriunt. Nulla est enim alia Scriptura, quæ tot laqueos, & offensiones pariat ipsis sine fidei sensu lectoribus, atque ipsa Diuina: quia non videtur continere aliud, nisi quod quisq; prægogitat, aut affectat. Et planè sine spiritu viuificãte litera occidit. Hinc Dominus Apostolis: *Vobis*, inquit, *datum est nosse mysteriũ regni Dei, cæteris autem in parabolis*. Hinc etiam tantus prouentus hæreticorũ in Germania, & Gallia, vbi quisque pro suo arbitrio sacras literas frequentat, & commentatur.

2. Cor. 3.
Matth. 13.

Et fides hîc significat quidquid nobis credendum est, siue materiam, & obiectum, ad quod respicit fides. Sicut spes ponitur pro re quæ speratur. Est autem Christus lumen, & Sol quidam omnium Scripturarum, omnes tenebras, & vmbras pellens, lucẽ, ac vitam omnibus ingerẽs, homines illuminans, iustificans, & saluans.

Fides in Christo Iesu, hoc loco quid.

Scripturæ vn de suũ lumẽ accipiãt.

Subdit: *Omnis enim Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendũ in iustitia; vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus*. Vbi primùm circa literã aduerte, in Græco texto non haberi illud, Enim, sed in Latino tantũ; nec tamen propterea otiosum est. Redit enim rationem Apostolus, cur vtilis sit lectio Scripturarum. Et pro illis Gerũdijs, quibus vsus est interpres, Græca habent, Ad doctrinam, ad redargutionem, ad correptionem, ad eruditionem, licèt idem sit sensus.

Scripturæ quatuor vtilitates.

Et addit: *Diuinitus inspirata*, siue θεόπνευστος, id est, non humano sensu scripta, sed per Prophetas tradita, & immediatè per reuelationem Dei accepta. Vt enim tradit Petrus Apostolorum Princeps, *Voluntate humana non est allata aliquando prophetia: sed Spiritu sancto Dei inspirati, locuti sunt sancti Dei homines*: quod non conuenit Philosophorum, aut sacrorum Doctorum libris. Nam etsi sacri Patres, ac Doctores multa præclara, & omni fide dignissima scripserint, quæ meritò sunt tribuenda Spiritui sancto, qui illa eis suggessit, sunt tamen interdum nõnulla minus certæ, & constantis veritatis, quædam verò probabilia, & interdum grauiores lapsus de rebus, quæ in Ecclesia suo tempore difinita non erant: & ideò ad autoritatis pondus, & fastigium, quale obtinent Scripturæ, non pertingũt: ita vt Biblia sacra sola digna sint vt absolutè dicantur Scriptura, iuxta illud: *Et non potest solui Scriptura*; & alibi, *Vt impleantur Scripturæ*: & iterum: *Dicit enim Scriptura Pharoni*, & his similia.

Scriptura quomodo sit diuinitus inspirata.

2. Pet. 1.

Ioan. 10. Mar. 14. 14 & 49. & alibi.
Rom. 9.

Diuinarũ ex omnibus priuilegiũ Scripturarum.

Dicitur autem diuinitus inspirata, quia de sacris & diuinis erudit, vt de vnitate Dei, & Personarum Trinitate, de creatione mundi, eius prouidentia, de generis humani redemptione, resurrectione, iudicio, & vita æterna. Istæ ergo Scripturę veritatem, & bona dogmata, & opera docent ignorantes, & arguũt resistentes, errorem, falsitatem, & & mendacium sectantes; corripiũt fratres negligentes, vel deliquentes, errantes. Et instituunt, vel eruditũt, omnes rudes, simplices, incipientes, & proficientes, omnes denique hominum gradus.

Scriptura quare diuinitus inspirata.

¶ *Ad erudiendum in iustitia*. Id est: In omni virtute. Nam etiam teste Aristotele, iustitia in se virtutem complectitur omnem: nec sistit, donec ad perfectionem perducat: quæ est vt homo Dei sit ad omne opus bonum instructus, vel paratus. Et illud, *in iustitia*, reddendum est omnibus illis Gerundijs, docendi, arguẽdi, corripiendi, & erudiendi, siue instituendi in iustitia.

Scriptura diuina in qua iustitia nos erudiat.

Philoso. lib. ethico. c. 1. sub finem. t. 3. in prin.

Duæ primæ conditiones pertinent ad eos qui se profitentur aliquid sapere. Si enim voluerint humiliari, & doceri, eueniet illis, quod Salomon ait: *Audiens sapiens sapientior erit*. Si verò nolint humiliari, sed rationibus agere, & contendere: tunc Scripturæ suppeditant argumẽta ad conuincendum illos. Si verò sint ineruditi, & arrogantes, pote-

Diuina eadẽ Scriptura quos doceat, & arguat: corripiat & erudiat.

Prouerb. 1.

runt corripi, siue vt Græca vox significat, redintegrari, si scilicet quid est collapsum. Si verò sint cupidi, & auidi Euangelij, erudiantur, vel instituentur etiam elemẽtari doctrina tãquam rudes.

Eadẽ illa vt reddat perfectum hominẽ Dei in iustitia.

Finis porrò Scripturæ est: *Vt perfectus sit homo Dei in iustitia*. Id est: Consummatus, & constans ex omnibus requisitis ad perficiendum hominem Dei. Id est Episcopum, vel Doctorem Christianum: hîc est enim homo Dei, vt superiùs diximus, & vt sit ad omne opus bonum instructus. Finis enim sacrarum literarum est fides, fidei verò bona opera, quibus sempiternam vitam consequatur. Non solùm ergo paratus esse debet ad intelligendum, sed & ad operandum: quia Fides sine operibus mortua est: quod hæretici non libenter audient, soli vtpotè fidei vanæ nitentes.

Scripturam finis.

Iacob.2.

Perfectio iustitiæ quæ propria homini viatoris.

Ex hoc etiam loco perpende, hominem peruenire posse ad quandam perfectionem in hac vita, etsi non sit par illi, quæ in præmium expectatur ab omnibus in patria aut, quæ exacta fuisset olim in statu innocẽtiæ, vbi mira erat tranquillitas carnis, & spiritus, corporis & animæ, hominis, & omnium animatium sibi subditorum: quæ modò in Christo existentibus non contingit. Talem tamen attingere possumus perfectionem, quæ lethale peccatum non admittat. Nã minutiora, & venialia, iustitiam, aut gratiam, aut charitatem non adimunt.

Ex grege hæreticorum nostri seculi quidam est insignis, Castellio dictus, qui Scripturas ex fontibus Hebræis, & Græcis interpretatus est: qui quidem meritò venit reprehendendus, quoniam docet Apostolum reconditiorem aliquam doctrinam habuisse, quam tamen scriptis non commendauerit, & solùm quibusdam perfectis hominibus eam tradiderit; & verbum Dei decidendis religionis cũtrouersijs non sufficere, quocunque modo explicetur, sed ampliorẽ aliquam reuelationem expectandam, vt illi obijcit Beza eius æmulus. Sed hîc facile videre poteris, quid sit homo Spiritu Dei, & Ecclesiæ luminæ destitutus: intolerabile enim est, vt Paulus quam accepit reconditiorem doctrinam, non scripto consignauerit: fuisset enim aliôqui infidelis depositi minister. Et quomodo hîc diceret, sacras Scripturas efficere hominem perfectum in iustitia? at qui perfectus est in iustitia, nulla amplius indiget reuelatione: Quòd si hæc fenestra aperiatur ad expectãdam aliquam ampliorem reuelationem, omnes hæretici suas iactarent reuelationes ad propugnãda sua commẽta, & figmenta. Sed relinquamus hos homines fanaticos, & Castelliones castella in aëre fabricantes, & redeamus ad Paulum.

Castellionis nescio cuius hæretici nostræ ætatis, indocta nescio quæ atque vanissima de secretiori Pauli doctrina sibi soli reseruata, cõfutatur doctrina.

Huius opinionis incommoda.

DISPVTATIO V.

In verba quarti Capitis posterioris epistolæ ad Timotheum: *Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est mortuos, & per aduentum ipsius, & Regnum eius: Prædica verbum: insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patiẽtia, & doctrina. &c.* reliqua vsq; in finẽ capit.

Quæstio I.

IN Hoc capite primùm ambigitur, cur Apostolus tãto verborum pondere contestetur Deum, dum exhortatur, & adiurat Timotheũ ad prædicationẽ verbi Dei. Deinde dubitatur, cur dicat, Opportunè, & importunè; cùm tamẽ Spiritus sanctus per Salomonẽ dixerit: *Omni negotio tempus est, & opportunitas*; & ad Titum idem Paulus dicat, *Increpa illos durè*; &, *Argue cum omni imperio*. Cur item dixerit: *In omni patientia, & doctrina*; cũ prędicatio verbi Dei sine patientia, qua quidam vsque ad sudorẽ patiuntur, & nõ sine doctrinę traditione peragatur? Tertiò in dubio est, quando fuerit illud tẽpus, quo sana doctrina non sustinebitur, sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros, prurientes auribus? Nã si tunc erat, quare dicit de futuro, erit tempus: & si futurum est, quando cœpit? Quartò quid est, *In omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuũ imple, sobrius esto.* Quintò, per illas duas metaphoras delibationis, & resolutionis suæ, quid insinuare velit Apostolus. Sextò circa illud: *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui*, tria dubia occurrunt. Primũ de istis metaphoris, quomodò applicandæ sint. Secũdum, quomodò ait, Certaui, cõsummaui, & fidem seruaui, de præteritò, cùm adhuc superesset passionis, quam sibi impendere prædixerat, tam magna cõflictatio, tam molestũ, & tam grande certamẽ, & vbi futurus erat acrior, & crudelior inimicus. Tertiũ, quomodò tãta fiducia audeat proponere anteactæ suæ vitæ merita, & non potius tanquã humilis, & modestus suorũ pœnam deprecatur delictorũ? hoc enim videretur magis tutum, & verũ: vt qui in extremo iudicio dicturi sunt: *Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus, aut sitientem, & dedimus tibi potum? &c.* Et cur potius vocauit iustitiæ coronam, quã gratiæ, & misericordiæ; cum scriptũ sit: *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus?* Septimò cur rogat Timotheum, vt ad se quam primàm veniat, cùm cognoscere sibi mortẽ instare? Octauò, quis est iste Demas, qui recessit ab Apostolo; quis Crescẽs qui abijt in Galatiã, quis Titus, qui in Dalmatiam, & quis Lucas, qui solus secum erat: quis Marcus in ministeriũ assumẽdus, quis Tychicꝰ Ephesum missus. Nonò, quæ sit penula, quæ item mẽbranæ, & qui libri, quos ad se adferri præcipit, quorũ nullus futurus erat vsus, cum iam instaret mors, vt putabat. Decimò quare Alexandro ærario imprecatur iustam à Deo punitionem: quia non est præceptis suis conforme, cum capite 12. ad Rom. dixerit: *Benedicite persequentibus vos; benedicite, & nolite maledicere*; & verbis Domini, *Benefacite his qui oderunt vos.* Vndecimò, quæ sit illa prima defensio, in qua derelictus fuerat ab omnibus, & liberatus de ore leonis, & quæ sit secunda, cuius non meminit, & necessariò debet respon-

Secunda.

Eccles. 8.

Tit. 1.

Infra 2.

Tertia.

Quarta.

Quinta & sexta.

Matth. 25.

Psalm. 102

Septima dubit.

Octaua.

Noua.

Decima.

Rom. 12.

Matth. 5.

Vndecima.

Duodecima

re priori. Duodecimò, cur salutat Priscam, & Aquilam, qui non Ephesi, sed Corinthi manebant; & cur salutet Onesiphori domum, & quàdo Erastus mansit Corinthi; cur etiam Trophimum reliquit languentem Mileti. Postremò qui sint illi, Eubûlus, Pudẽs, Linus, & Claudia, salutantes Timotheum cum Paulo: & quare ait: *Gratia vobiscum*, & nõ potius vt in priori: *Gratia tecũ, Amẽ*. Hæsunt huius capitis dubitationes minimè contẽnẽdæ, quãquã quædam facilè possint explicari.

Decima tertia ac postrema.

I. quæst. sol. De causa cõtestationis huius Apostolicę, Charissime, cõtestor coram Deo, & Iesu Christo, & reliq.

Ad primum igitur respondemus, non satis fuisse Paulo simplici admonitione excitare Timotheũ ad lectionem sacrarum literarum, ex quibus hauriat quos & quæ docere debeat, & quos redarguere; quos itẽ corripere atq; instituere elemẽtari doctrina debeat. Sed addito obtestationẽ coram Deo, & homine glorioso Domino nostro Iesu Christo, qui venturus est ad iudicãdũ vniuersos mortales, tam eos qui defuncti sunt, quàm qui nunc viuunt: omnes tamẽ prius per conflagrationẽ vniuersi premorientur, & postea omnes tunc viui Christi tribunali sistentur, vt dignam quisq; fidei suę, & anteactæ vitæ sententiam accipiat.

2. Cor. 5.

Per aduẽtum, inquit, siue, vt Græca vox significat, per apparitionem κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, non autem περουσίαν: quia non humilis, aut latens vt prius, apparebit, sed vt Rex, & iudex vniuersorum, & cui Pater dedit omne iudicium, quia filius hominis est. Obtestatur ergo per apparitionẽ, & regnum eius, cuius tunc plenam possessionem accipiet. Quare Rex vocatur in iudicio, secũdũ illud: *Tunc dicet Rex ijs qui à dextris eius erunt, &c.* Et cum illatione iuxta Græcã literã habetur: *Obtestor igitur coram Deo*: quæ est species adiurationis: nam obtestatio irrefutabile facit præceptum, vt doceat Episcopos quid sibi in periculoso tempore sit agendũ, nimirum id quod subdit: *Prædica verbũ*. Ambros. habet, Prædica hoc verbum, scilicet fidei, & hoc per te ipsum: quod & ab omni Episcopo, cui cura credita est animarũ, exigitur, Et videtur Apostolus prænouisse, multos hoc munꝰ Episcoporum detrectaturos, & somno potius, & otio vacaturos, qui hoc mĩnisterio minimè delectentur, nec præsentia ouiculas suas consolantur: qui vel saltem vitæ exẽplo cõfortant, aut sacrificio, & precibus corroborant: Ecclesia Dei prædicatione est orta, eius frequentatione nutrita, meritis & numero per vniuersum orbem aucta, & multiplicata. Mors Ecclesiæ est verbum Dei non audire, à Sacramentarũ perceptione abhorrere, ab studio precãdi alienos reddi, Episcopos dormire, & stertere, lupos hæreticorum Ecclesiæ ouile inuadentes, à caulis Ecclesiæ non repellere.

Ioan. 5. Per Christi aduẽtũ testificari quid. Matth. 15.

Quod verbũ prædicadũ. Ambr. to. 5.

Vnde Ecclesia sit orta, eius vita, & mors in quo sita.

Ad secundum, ait, *Insta*, id est, Nõ sis horarius, sed in prędicatione assiduus esto, & non sis contentus paucis concionibus per annum officium boni pastoris præteferẽs, vel, Circunspice, & obserua ne quis peccet. ¶ *Opportunè, & importunè*. Hoc est, tempestiuè, & intempestiuè; vel, cùm se offert oportunitas ex parte audiẽtiũ, siue ex parte prædicatoris: Siue importunè, cùm minimè se offerre videtur occasio, vt dum auditores mundo, & genio vacant, obliti suæ quã professi sunt, religionis, & fidei: ità vt importunitas tẽperet opportunitatem, & opportunitas importunitatem. Et semper verbum Dei bonis est opportunũ, malis verò importunum. Pulchra est Theodoriti expositio: *Nihil quod fit importunè, laudatur. Non iubet ergo eum sine delectu, & temerè prædicare, sed existimare omne tempus ad id esse aptum, & opportunum. Hoc enim & ipse quoque semper fecit, & in carcere, & in naui, & mensa apposita: Testantur autẽ quæ Philippis, quæ in Troadẽ, quæ in mari facta sunt*. Hæc ille.

II. quæst. solut. Instare quid opportune & importune.

Quibꝰ opportunũ, & quibus importunum sit verbum Dei. Theod. par. 2.

Quod autem ait: *In omni patientia* (vel, vt Græca vox sonat, longanimitate) *& doctrina*, indicat prædicatorem patientem esse oportere, vt ferat æquo animo ad verbum Dei audiendum venire nolentes, & eos qui somnolenter, aut negligenter, audiunt, aut eos, qui non solùm se ingratos, sed etiam maledicos, verbi Dei

Instare quid item in omni patiẽtia.

Qui faciunt contra hoc Apostoli præceptum Episcopi.

obtrectatores ostendunt. Ideò rectè exigit omnem patientiam. Non mucrone excomunicationis, & fulmine anathematis. Vnde Petrus scripsit: *Prouidentes non coacte, sed spontanee secundùm Deum; neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: Neque vt dominantes in cleris, seu aduersus cleros, sed forma facti gregis ex animo.* Et Paulus: *Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri.* De talibus apud Ezechielem dicitur: *Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.* Cyprian⁹ lib.3.epist.9.in fine: *Magis optamus,* inquit, *& cupimus cõtumelias, & iniuriam singulorum clemẽti patientia vincere, quàm sacerdotali licentia vindicare.*

1.Petr.1.

2.Cor.1.

Eccles.34.

R. Cypriani clementia.

Instãdũ quoq; cur in omni doctrina.

Exigit etiam omnem doctrinam, non tantùm ex Nouo, sed etiam ex veteri Testamento depromptam. Ex externis etiam Doctor Euangelicus ad homines conuincendos aliquid poterit producere, vt interdum Paulus fecit.

Arguẽdi qui obsecrãdi, & increpandi.

¶ *Argue*, inquit, contendentes, ac resistentes. ¶ *Obsecra*, vel exhortare timidos, infirmos, ac pusillamines, ne minia tristitia absorbeantur. ¶ *Increpa*. Pòst vulnus illatum, adhibendo pharmacum. Nec increpandus ergo sine doctrina, nec docendus sine redargutione. Vtinam nostri seculi concionatores, qui insignes, ac nominati habentur, ad hanc Pauli regulam attenderent: non enim tantas sapientię, & eloquentiæ humanæ opes proderent; nec tam curiosis, quã bonis artibus satisfacere studerent. nec tam nomini suo illustrando, quã Christi nomini amplificando, atque sanctificãdo imcumberent.

Notãtur qui dã nostri seculi Cõcionatores.

Ij loci Apostolici: Increpa eos dure, & arguecum omni imperio: quomodo accipiẽdi sint.

Titu.1.

Infa 2.

Quod autem ad Titum scribit: *Increpa eos durè; & argue cum omni imperio.* cum his non pugnat. Erat enim Apostolus medicus amborum, id est, Timothei, & Titi. Titius nimiæ erat patientiæ; ideò dubitat Paulus, ne ob suam mansuetudinem non increparet delinquentes. Contrà verò Timotheum nouerat acrioris animi esse; quare rogat eum, ne vltramodũ increpans, in desperationem pusillanimes adducat. Erat mansuetioris spiritus Titus, feruentioris Timotheus: ideò illum per æmulationis studium inflammat, hunc per lenitatẽ patientiæ temperat.

III. Dubit. solut.

De quo tempore dictum sit: exit enim tempus, cũ sanam doctrinam non sustinebunt & quæ nã sana Doctrina.

Ad tertium dicimus: Etsi interdũ ea inciderent tempora, quibus sana doctrina non est recepta, & hæretica admissa: nulli tamen tempori perinde quadrat atque nostro, quo omnes è sepulchris, in quibus delitescebãt, suscitatæ vidẽtur. Nam prima Fidei principia, & articuli maximè exibilantur, vt Trinitas, quæ ab Hungaricis ministris excitata est: Christi diuinitas à multis in dubium reuocata: Scripturæ decurtatæ sunt: Sacramenta, & numero, & fructu gratię destituuntur: Sacrificiũ Missæ proscribitur à nefarijs hominibus, qui Sacramentarij vocãtur, & Caluinistæ: Christus extorris fit ab Eucharistia: Primatus Petri à multis abnegatur: sanctorũ honor, & inuocatio eleuantur: Purgatorio, & indulgentijs à plerisque detrahitur: liberum arbitrium, & bonorum operum merita proscribũtur: Monachatus, & virginitas contemnũtur: Denique quid est in religione Catholica, quod nostro seculo per ne farios errores nõ tentauerint hæretici conuellere, & labefactare?

Ad sua quænam illi desideria coaceruabunt sibi magistros.

Sequitur: *Sed ad sua desideria, coaceruabũt sibi magistros, pruriẽtes auribus:* Desideria vocat concupiscentias prauas, & effrænes, quę nolunt subijci legi Dei, sed vitam amat licentiosam. Isti coaceruant sibi magistros, id est, indiscretam, & confusam doctorum multitudinẽ temere, & sine iudicio. Et dicendo, sibi ipsis, ostendit quòd à discipulis cõstituantur magistri: res rationali dignitate indigna, quod à discipulis ad magistrorũ ordinẽ promoueantur. ¶ *Prurientes auribus*, Græcè est Nominandi casus κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν. Est autem pruritus incẽdium carnis sine effusione sanguinis, vel seminis. Ita verba hæreticorum pruritum faciunt in auribus auditorum. Et vt pruriens semper appetit fricari, ita isti volunt audire verba, quæ voluptatem illiciũt:

Idem quomodo pruriẽtes auribus.

vt pedibus pruriũt, qui quiescere nolunt; ita qui Athenienſium inſtar ad nihil aliud vacant, niſi aut ad dicendum, aut audiẽdum aliquid noui. Pruriginem quidant vertũt. Et Deut. 28. dicitur: *Percutiet te Dominus vlcere Ægypti, &c. ſcabie quoq;, & prurigine; ita vt curari nequeas*: qualẽ paſſus eſt Herodes intolerabilem per totuum corpus extenſam, vt docet Ioſephus lib. 3. de Bello Iud. cap. vlti. Platoni in Philebo, & Gorgia, eſt morbus dolore, ac voluptate mixtus: ſed plus doloris, quàm volũptatis afferens.

Act. 17.

Deut. 28. Qui pruriant auribus.

Eſtq; nõ de Doctoribus, ſed de diſcipulis ſermo, quibus aures pruriũt, ſiue ij, quibus voluptas pruritum titillat aurium, qui vellent ſcalpentes, & magiſtros, qui dicerent ſibi placẽtia, gaudentes audire quæ delectant. Porrò ſecundùm B. Thomam, magiſtrorum coaceruatio eſt, quando indigni & inſufficientes multiplicãtur, & magis coaceruatio eſt, ſi fiant quatuor indigni, quàm ſi centum boni: quia, vt habetur Sap. 6. Multitudo Sapientium ſanitas eſt orbis terrarum: & iterum, Ibi ſalus, vbi multa cõſilia. Et Iacõbus frater Domini: Nolite plures, magiſtri fieri fratres mei. Quod tunc fieri exiſtimat Auguſtin. in Prologo Retract. cum diuerſa atq; inter ſe aduerſa ſentiunt: cum verò idipſum dicunt omnes, & verum dicunt; ab vnius veri magiſtri magiſterio non recedunt.

Eſaiæ. 30. Coaceruare magiſtros quid ſecundũ Thomã. *Lect. 1. à medio.* *Sap. 6.* *Prou. 11.* *Iacob. 3.* Pluresquando magiſtri fieri dicãtur Auguſtino. *Augu. to. 1. initio.*

Chryſoſtomus cum Theophylacto ex hoc loco docent, quàm ſit alienũ à veterum Theologia, Epiſcopũ à vulgo eligi, quod faciunt Lutherani. Nam ſi animo tuo colluſtres, quis Galliæ, aut Germaniæ ſuperioris, aut inferioris ſtatus, aut quid per totum Septentrionem credatur, videbis ante oculos expreſſam faciem huius Prophetiæ impletæ: tantus eſt Lutheranorum Doctorum, ſiue Anabaptiſtarum, ſiue aliarum hæreſeon numerus. Non enim errantes, ſed ſpontanei in errores quos volunt, labuntur, & quęrunt magiſtros conuenientes, qui eiuſmodi dogmata ſerant, ac tueantur.

Chry. ho. 9. Theophyl. Epiſcoporũ à vulgo notatur electio: ea quibus hodie paſsim in vſu.

Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autẽ conuertentur. Principium Hæretici eſt primùm dubitare de fide Catholica iam ſuſcepta, & à veritate Fidei, & legis, & Scripturę, quæ vitia damnat, recedere. Deinde præferre fabulas, id eſt doctrinas falſas, & commẽtitias, quibus pleni erãt Iudaizantes, ac diſcipuli Simonis Magi, & Manichæi; de quib⁹ multa Epiphanius, Irenæus, & Auguſtinus.

De quibus dicatur: & à veritate quidẽ auditum auertẽt, ad fabulas autem conuertẽtur.

Sed quia contra hæreſes imminentes non minus ſoliciti eſſe debemus atque arcis alicuius cuſtodes, ne vlla proditione capiatur: propterà adiũgit quod quarto loco dubitatũ fuit: *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, &c.* Tu ſcilicet Epiſcope in hoc poſitus à Deo, vt pro te, & animabus tibi creditis rationem reddas, vigilantia vtere, quæ neceſſaria eſt & paſtoribus, & militibus, qui tempus nocturnum in quatuor vigiliarum tempora diuidunt. Et nonniſi dormientibus hominibus inimicus homo ſuperſeminauit zizania. Et vt vigilantibus, non dormientibus iura ſubueniunt, ita lupi inuadentes greges, & hoſtes ſecretò irrũpentes detegentur. Sequitur: *In omnibus labora.* Græcè κακοπάθησον; Id eſt, Tolera afflictiones, & aduerſa, vt paſtor æſtum, gelu, & incõmoda tolerat pro tuendo grege: vt faciebat Iacob. Hæc enim via eſt, qua te ipſum, & alios ſaluos facies. ¶ *Opus fac Euangeliſtæ.* Id eſt Euangeliza: in quod ſe miſſum Filius Dei gloriatur Lucæ. 4. & Paulus, cũ ait: *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare, ſiue in opere Euangelizandi perſeuera.* Et ait: *Miniſterium tuũ imple.* Vt ſcilicet præſtes quod debes Domino, vt & quæ prædicas, animis auditorum indiuulſe hæreant. Græca vox eſt πληροφόρησον, ſicut etiam Coloſſ. 4. vbi idẽ præcipitur: pro quo aliqui vertunt: Facito plenam fidem prædicationis, patiendo mortẽ pro Euangelio: quod cum fit, plena fit probatio, & nihil amplius deſideratur.

Ad IIII. Dubium. Quid eſt: Tu verò vigila, in omnibus labora, &c.

Matth. 13.

Boni paſtoris officium.

Gen. 31. Opus facere Euangeliſtæ, quid. *1. Cor. 1.*

Quid etiam: Miniſterium tuum imple. *Coloſ. 4.*

Ad quintum dubium de illis metaphoris: Egoenim iã delibor (vel immolor, vt legit Auguſtin. ſuper Iudic.

Soluitur V. dub. Illud: Ego enim iam delibor, quomodo accipiendum ſit. *Augu. to. 4.*

cap.

cap. 49. Græcè est σπένδομαι, quod est, pro libamento offero meipsum in hostiam. Et significat perfectam hostiam, teste Chrysostomo, quę tota absorbetur. Vnde nō dixit, hostiam, sed, σπονδὴν, id est, libamen, quod sacratius erat: nam in hostijs quędam pars Deo cedebat, libamen verò totum Deo seruabatur. ¶ Et declarans hanc sacrificij metaphoram, apponit aliam pleniorem, quæ est: *Tempus resolutionis meæ instat.* Cyprianus lib. 2. epist. 6. legit, assumptionis, & videtur in Græco inuenisse ἀναλήψεως, non ἀναλύσεως. Origenis interpres Latinus super Numeros, & resolutionis, & regressionis legit, quia vtrumque significat ἀνάλυσις. Et qui enim redit, dicitur soluere, iuxta id Lucæ 12. *Quando reuertatur à nuptijs*: & reditus, seu reuersio, resolutio dicitur. Estque duplex, & animæ, vel spiritus ad Deum, & corporis in puluerem, & pulueris in terrā suam, vnde erat. Et designat mortem, in qua corpus resoluitur in terram, vnde sumptum est, & reditum ad Christum, qui creauit, vt habetur Eccles. 12. Plato siquidem in Gorgia, & Phœdone, mortē non solùm rerum dominam, scilicèt, animæ, & corporis solutionē, vocat, sed & permutationem quandam, & transmigrationem animæ ab hoc in alium locum. Idem Plutarchus ad Apollonium, vbi Epicharmi versiculus citatur: *Concretum est*, inquit, *& discretum, eoq; iterum recessit, vnde accessit, terra in terram, aer in sublime*: qui conuenit cum hac Apostoli sententia, & illa Salomonis producta. Estque vox dissolutio in hac re non tantùm Christiana, sed & Ciceroniana. Vnde libr. 1. de Legibus: *Mors*, inquit, *est dissolutio animæ.* Et lib. 2. de Finibus: *Quæro quid sit, quòd cum dissolutione, id est, morte sensus omnis extinguitur.* Et libr. 1. De natura Deorum: *Mortale igitur omne animal, ac dissolubile*; & Paulus: *Cupio dissolui*; rursus ait: *Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, &c.* Homo igitur per mortem, non totꝰ solet interire, aut annihilari, sed tantùm soluuntur vincula, quibus animus corpori colligatus est.

Chrys. ho. 9

Explicatur hæc altera metaphora: Et tempus resolutionis meæ instat. *B. Cyprian. Orig. hom. 24. ante medium, to. 1. Lucæ 12.*

Duplex resolutio. *Eccles. vlt.*

In morte duo sunt, secundùm Platonem.

Epicharmi de morte sententia.

Quid mors Ciceroni.

Philip. 1. 2. Cor. 5.

Mors igitur in nouo Testamento non tantùm dicitur resolutio, sed etiam dissolutio, & dimissio, iuxta illud: *Nunc dimittis seruum tuum, Domine*; somnus, dormitio, transitus ex hoc mundo ad Patrem, depositio tabernaculi, & similibus alijs nominibus appellatur.

Et præter has duas metaphoras adiunxit alias tres, nempè, *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui.* Docet etiam, laborum & certaminum cursus mortem esse finem: ideò desideranda est, & vbi venerit, amplectenda. Tribus ergo similitudinibus describit totum vitæ suæ cursum. Primò enim bonum certamen certauit, ex persecutore, & lupo factus prædicator, & propugnator Euangelij. In quo certamine feliciter victus fuit à Christo; & agnoscens manum Domini, dixit: *Domine, quid me vis facere?* Certauit autem posteà pro Christo, & Euangelio contra Iudæos, & Gentiles, & cōtra hæreticos insurgentes, imò contra dæmones, de quibus ipse dixit: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harū, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus.* Et Romæ præcinctus catena decertauit contra Neronem, & coronam cœlestem promeruit simul cū Petro Apostolorum principe. Et hoc Romæ, in qua moris erat victores triumphare. Est autem pulchrum certare pro bono, de quo Sapiens: *Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Et Iudas Apostolus: *Deprecans supercertare semel traditæ sanctis fidei*; Paulus etiam: *Sic pugno, non quasi aerem verberans.*

Secunda metaphora de Cursu consummato, sumpta est à ludis Olympicis, in quibus qui cursu anteuertit, præripit alijs palmam, vt alibi dixit: *Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium*: at in cursu Euangelico vnus accipiens brauium, alteri parat post

Mortem Scriptura quibus soleat nominibus appellare. *Lucæ 2. Psal. 126. 2. Machab. 12. Ioan. 11. Infra 13. 2. Petri 1.* Ad sextam dubitationē.

Paulus Apostolus vt bonū certamen certauerit.

Actor. 9.

Ephes. vlt.

Paulus quando coronatꝰ à Domino.

Eccli. 4.

Iudas.

Quomodo Paulus cursū cōsummauerit.

1. Cor. 9.

se currenti vt perueniat. Et rursus in via Dei, quia cum festinatione curritur, iuxta illud: *Viam mãdatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.* Cursum ergo prædicationis mihi iniunctæ, vel bonæ actionis, quo ad cœleste brauium properabam, absolui.

Psal. 118.

Tertia metaphora est à depositario sumpta, de quo: *Fidem seruaui.* Nõ tantùm illam qua quis credit in Christum, & iustificatur, sed etiam fidelitatem, de qua: *Fidelis seruus, & prudẽs, quem constituit dominus suus super familiam suam;* &: *Hîc quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Cui Dominus dicet: *Euge serue bone, & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui.* Seruauit ergo in finẽ vsque depositum Apostolatus, & puritatem doctrinæ, & charismatis accepti in ordinatione sua, de quibus illud intelligi potest: *Esto fidelis vsque ad mortem; & dabo tibi coronam vitæ.* Pulchrè Augustinus hæc verba ponderans Apostoli, scribit: *Reddet,* inquit, *mihi Dominus coronã iustus iudex. Debet ergo quod reddit. Reddet ergo iustus iudex. Non enim opere inspecto potest negare mercedem, qui opus inspicit. Bonũ certamen certaui, opus est: superest mihi corona iustitiæ, merces est. Sed in mercede tu nihil agis, in opere non solus agis. Corona tibi est ab ipso; opus autem abs te, sed non nisi ipso adiuuante.* Hæc ille.

Fidem & qua ratione idẽ seruauerit Apostolus.

Matth. 24.

1. Cor. 4.

Matth. 25.

Apoc. 2.

Serm. 14. de verb. Aug. cap. 2. to. 10

Ad aliam propositam dubitationem, quomodo nõdum finito cursu, necdum certamine completo, Paulus dixerit de præterito, *Certaui, consummaui, fidem seruaui.* Dicendum est, quòd certus ac securus gaudet, quia de futuri certaminis victoria certum eum, & securum iam fecerat Deus, qui eandem ei passionem futurã reuelauerat: at quod futurum esse præsumpsit, tanquam iam factum indicauit, & ita tandem euẽnit, etsi non statim euenerit, vt ipse putabat, & putare debebat, quia vt dicemus, superuixit per decẽnium, & reuelationem acceperat, quòd esset ad gloriã æternam venturus, sed non quo tempore, an scilicet tunc, an post decennium. Et vt Christus ingressus est in Ierusalem triumphans cum palma & oliua, & acclamatione quòd esset Rex Israël, quia post resurrectionem non expediebat se illis ostendere; ita Paulus canit epinicion ante consummationem victoriæ: de qua tamen certissimus fuit, quia ei Dñs adfuit, & confortauit eum; qui cum Propheta dicere poterat: *Dominus mecum est quasi bellator fortis: idcircò qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt; confundentur vehementer.*

Quî nõdum certârat, nec cucurrerat Apostolus, quâmverè se bonum certamen certasse, & cursum asserit consummasse?

Simile Christi factum narratur. *Matth. 21.*

2. Tim. 4.

Ierem. 20.

Ad prętactam dubitationem sexto loco propositam respondeo, Paulum per iactantiam non loqui, prodendo sua merita, & fidelem muneris sibi crediti administrationem: sed id cũ spiritu protulit, vt discipulum suum, & in eo oẽs eius ordinis viros, quasi ad recipiẽdas coronas inuitet. Quasi dicat; Gaudere te magis oportet, ô Timothee, quàm lugere de morte mea: vt etiam Dominus dixit Apostolis: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.* Et vt testis est Gregorius, dum tractat illa verba Ezechiæ: *Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodò ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto:* omnipotens Deus singulorum verba à cogitationibus pensat, & in eius auribus superba non sunt, quæ humili corde proferuntur. At verò si humilia, & exigua elato animo pronuntientur, superba sunt: vt fuerunt illa Pharisæi, qui dicebat: *Deus, gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus, &c.* Quæ etsi in speciem submissa videantur, elati tamen cordis, & aliorum contemptoris præseferũt iudicium. Adde quòd etsi, dum viuimus, sæpè non expediat eorum, quæ operati sumus in Dei gloriam meminisse, ne vanus aliquis iactantiæ, & tumoris motus subrepat, & omnia quæ operati sumus, amittamus: tamẽ cùm proximi simus, aut in aliqua magna tribulatione versamur, non dedecet priorum benefactorum, & meritorum meminisse, vt illis tanquam Dei beneficijs con-

Qua modestia & humilitate suum certamẽ glorioſum, cursum cõsummatum, & fidem seruatã commendet Apostolus.

Ioan. 14.

In cõspectu hominũ quæ superba videantur, nõ tamẽ in oculis Dei. *Esaiæ 38.* *B. Greg. li. 12. Moral. in Iob, cap. 16. tom. 1.*

Luca 18.

Humilitas superba Pharisæi.

Homini quãdo periculosa, quando vtilis, & secura suorum benefactorũ recordatio.

firmemus,

Quorum instar Apostolus suas prædicauerit virtutes.

firmemus, & erigamus animum ad alia promptè pro Christo toleranda.

In hoc ergo Spiritu humilitatis Apostolus thesauros meritorũ suorũ prodit: quemadmodùm etiam & B. Iob cap. 31. ingentem benefactorum suorum catalogum recitat, & beata Deipara suas in Domino laudes depromit in Cantico, dicens: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, Quia fecit mihi magna qui potẽs est.* Ambrosius dum in vltima iaceret ægritudine, à fidelibus astantibus, & ab Stilicone comite, qui viro Dei de corpore decedenti interitum imminere Italiæ prædixerat, suadentesque vt sibi cum lacrymis peteret à Dño commeatum: respondit: *Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere: nec timeo mori, quoniam Dominum bonũ habemus.* Hæc ille. (Et Hilarion, vt scribit Hieronymus in eius vita: *Egredere*, inquit, *quid times? Egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta propè annis seruisti Christo, & mortem times?*) Quæ quidẽ Ambrosij verba Augustinus admiratus est, & laudauit: ideoque dixisse, mortem non timeo, quia bonum Dominum haberet, ne is crederetur præfidens in suis purgatissimis meritis præsumere. Ad id verò quod homines de homine nosse poterant: Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere, sciens examen æquitatis Diuinæ, de bono Domino se dicit magis, quã de meritis suis confidere. Hæc Possidonius in cap. 27. vitæ D. Augustini, & Paulinus in vita Ambrosij.

Docet etiam Apostolus, quantam de Diuina bonitate, & iustitia confidentiam concipiant, qui bonorum operum studio insudarunt, & qui per patiẽtiam boni operis certam salutis remunerationem expectant. Vnde coguntur interdum in certa fiduciæ verba prorumpere. Hinc Hebræis Apostolus scripsit: *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.*

Ad illud verò de reposita corona iustitiæ, hoc est, omnis virtutis præstitæ, siue de corona iusta, phrasi Hebræa, quæ debetur bonis: Dicimus, potuisse quidem Apostolum appellare coronam gratiæ, siue misericordiæ, sicut & aliàs fecit, cùm dixit: *Stipendia autem peccati, mors; gratia autem Dei, vita æterna*; & Dauid: *Qui coronat te in misericordia* (charitas ipsius) *& miserationibus bonorum operum in charitate perfectorum*, vt ostendat iustum iudicem Deum redditurum pro meritis cuiusque: quod frequentissimum est apud Apostolos. Quare rectè ait Augustinus in Enchiridio, cap. 107. *Vitam æternam, quæ certè merces est operum bonorum, gratiam Dei appellat Apostolus.* Intelligendum est igitur, etiam ipsa hominis bona merita esse Dei munera, quibus cùm vita æterna redditur, quid nisi gratia pro gratia redditur? Hæc ille. Vocatur ergo corona iustitiæ, & corona vitæ, non misericordiæ, & si sit nixa iustitiæ, in misericordia firmatur.

Et ait: *Reddet*, tanquam debitam, non, donabit, vt indebitam. Et tertiò ait, *Iustus iudex.* Non, Misericors pater. Quartò &, *In illa die.* Non, Misericordiæ, sed iustitiæ, quia reddet vnicuique secundùm opera eius. Et ne hoc putes priuilegium sibi soli fieri; subdit: *Non solùm autem mihi, sed ijs qui diligunt aduentum eius.* Siue, Qui dilexerunt; vt Græca litera habet, ἠγαπηκόσι. Est enim præteritũ pro præsenti positum, more Hebræo. Et aduentum, ait, id est, apparitionem, vt etiam legit Augustinus epistola ad Hesychium. Beatus Anselmus hæc verba: *Iis qui diligunt aduentum eius*, ita interpretatur: *Id est: etiam omnibus, qui sibi de bona operatione sunt conscij. Aduentum enim iudicis non diligũt, nisi qui in causa sua habere se iustitiæ meritũ sciunt.* Hæc ille. In illa ergo die expectandum præmium. Nam si in hac vita tantùm, in Christo sperantes sumus; miserabiliores sumus omnibus hominibus. Ideò optandus Domini aduẽtus, vt sperata bona assequamur. Et vos, inquit, similes hominibus expectantibus (cum desiderio scilicet) dominum suum, quando reuertatur à nuptijs; ad alias nouas, & spiritua-

les

Luca 2.

B. Paulinus in vita S. Ambr. circa fin. t. 1. ini. Ambrosij moribundi ad Stiliconem comitẽ ab eo postulantem vt sibi peteret à Domino commeatũ, pulchra responsio.

Hieronym. prope finẽ, tom. 1.

Possidon.

Apud Ambrosium, to. 1. in init. Quantâ spẽ, & fiduciam de Diuina bonitate pariant iustis opera bona.

Hebr. 10.

Repositam sibi coronã iustitiæ, non misericordiæ, cur dixerit Apostol⁹.

Rom. 6. Psal. 102.

Aug. to. 3. sub initiũ. Quid, reddere gratiam pro gratia, secundũ Aug.

Ioan. 1. Rom. 6.

Euidens Apostoli locus contra nostri seculi hæreticos negantes bonis operibus reddi mercedẽ, expenditur.

Rom. 2.

B. Aug. epi. 80. in princip. tom. 2. Quid diligere aduentum Domini, Anselmo.

Anselmus tom. 2.

1. Cor. 15.

Luca 12.

les nuptias nobiscum celebrandas.

Et ait: *In illa die*, scilicet cõsummationis, & immolationis, de qua superiùs dixit, Tempus resolutionis meæ instat; vel, die iudicij: de qua tamen nihil præcesserat, quia sic loqui consueuêre Scripturæ. ¶ *Non solùm autem mihi*, inquit, *sed & ijs qui diligunt aduentum eius.* Vbi non tantùm de aliquo peculiari præmio dando Apostolis, vel Doctoribus, sed de ipsa vita æterna, quæ danda est omnibus, est sermo. Adde, Paulũ hîc loqui de perfecto præmio, quando anima cũ corpore beatitudine perfecta potietur, quod non continget nisi in die iudicij, & resurrectionis.

Diligẽtibus Dñi aduẽtũ, in qua die reddetur corona iustitiæ

Apostolo quid corona iustitiæ.

Diei Domini opponitur dies hominis, de qua Ieremias; *Diem hominis non desideraui:* vbi Hieronymus: *Vel vitam longiorem, vel prospera quæque huius seculi.* Vel dies hominis signat humanum iudicium, de quo Apostolus: *Mihi pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die.*

Dies hominis quid Ieremiæ, quid Paulo. *Ierem. 17. Hieron. t. 5*

1. *Cor. 4.*

Septimæ quæstioni in illud; *Festina ad me venire citò*: respondemus, Apostolum hoc ideò voluisse, vt ipse in vinculis recrearetur, & mutuò recrearet discipulum tantoperè dilectum; & vt verbo committeret illi multa, quæ scripto non audebat; & vt suæ mortis exemplo corroboraret eum ad martyrium. ¶ Et hinc habes, Episcopos non ita alligari suis Ecclesijs, quin aliquando eis sit licitum abesse, & ad tempus per alios inseruire, vt ea quę sunt melioris muneris, implere possint, ad superioris tamen imperium. Eandem sententiam inferiùs repetit, cùm ait: *Festina ante hyemem venire*, timebat enim ne impediret, aut retardaret aduentum suũ aliqua noua occupatio, aut hyems redderet periculosam nauigationẽ. Vnde Domin⁹ dixit: *Orate vt nõ fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato*; & Poëta dixit:

Ad septimã dubitationẽ.

Mortĩ proximus, vt putabat Apostolus, quid ad secitum Timothei postulabat aduentum.

Sæpè illos aspera ponti
Intercluſit hyẽs, & terruit Auſter eũtes.

Nõ residere interdũ, quãdo concessũ Episcopo.

Matth. 24. Virg. lib. 2. Aeneidos.

Iam vt octauum dubiũ diluamus, explicandi sunt ministri isti, siue operarij, quos Apostolus commemorat, quorum primus est Demas, de quo: *Demas me reliquit*, siue dereliquit, *diligens hoc seculum, & abijt Thessalonicã.* Vt scilicèt longè abesset à periculis, diligẽs requiem in eo, & esse in tuto. Et Apostolus destitutus erat socijs ad opera maxima. ¶ *Diligens*, inquit, *hoc seculum.* Nomen rei consonũ est, significat enim plebeium, vel consularẽ, hoc est, molles, & qui difficultate itineris fracti, retrocedunt ad propria. ¶ Anselmus ait interpretari Silentẽ: quia à prędicatione, & veritatis cõfessione obmutuit formidine pœnæ. At pulchrè quidẽ Sedulius hũc locũ explicãs: *Necesse erat*, inquit, *vt diligens seculũ, relinqueret seculũ relinquentem: omne enim animal ad simile sibi iũgitur.* Hũc tradit Dorotheus simulachrorũ Sacerdotem in Thessalonica factum. Secundũ alios verò hic Demas posteà resipiscens, ad Paulum redijt, cũ eius fiat mentio in epist. ad Philemonem, quæ posterior ista videtur, cùm in ea Timothei mẽtio fiat in ipsius inscriptione, atque etiam Marci, quasi iã cũ Paulo versantis; ait enim: *Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas adiutores mei.*

Demas cur Faulum dereliquerit, diligens hoc seculum.

Demas duo sonat.

B. Anselm. part. 2.

Sedulius.

Doroth. in Synopsi, prope finem

Demã vnde cõstet postea resipuisse. *Philem.*

Secundus est Crescens, qui Græcè Κρήσκης. Græcus sermo deflexit vocem Latinam, vt Πυδὴς, & Κλήμης, id est, Pudens, Clemens; sic Crescẽs: sicut & Latini Græcas voces inflectũt more Latino. ¶ *Crescens abijt in Galatiam.* A me scilicet eò mãdatus gratia Euangelij. Epiphanius hæresi 51. contendit legendum esse, In Galliã: sicut & Theodoritus ait: *Gallias sic appellauit, ita enim appellabantur antiquitus. Ita etiam nunc eas nominant, qui sunt externæ doctrinæ participes.* Adde Eusebium, qui lib. 3. Hist. Eccles. cap. 4. in fine: *Memoratur*, inquit, *ex comitibus Pauli Crescẽs quidam ad Gallias esse profectus. Deinde rediens ad gentem, cui specialiter Episcopus datus erat, prout ex dictis Apostoli Pauli compertũ habemus, & vsque ad beatum vitæ suæ finẽ in opere Domini populum confortauit. Crescens, ait, in Galatiam abijt, Titus in Dalmatiam, vt scilicet iste & ille istam & illam prouintiam regeret.* Et Theophylactus hoc loco ait, quòd hos duos non carpat Apostolus: nam Titus ex admi-

Quis ille Crescens in Hispaniam profectus.

B. Epiphan. ante mediũ Theodorit. part. 2.

Euseb. to. 2.

Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiã quare profecti.

Theophyl.

randis

Iidé quales Euangelij præcones.

randis admodùm erat Euangelij ministris, adeò, vt Creta insula ei committeretur. Et Crescens inter memorabiles viros connumerandus, ita vt huius curæ Galatiæ prouintiam demandauerit.

Tépore missionis istorũ an Gallia Christi Euãgelium susceperit.

Sed iam quęstio est, an eo tempore Fides in Gallia esset propagata. Certè Dorotheus in Synopsi ponit illum Crescẽtem Episcopum Chalcedonæ, quæ est in Gallijs, & in Vienna Gallię creditur prædicasse, & multos ad Fidem perduxisse: inde rediens in Galatiæ vrbem, cui Episcopus præerat, pro Christi nomine martyriũ sustinuit, vel potiùs, cùm esset olim Episcopus Galatiæ, venit Romã vocatus à Paulo: & inde missus in Galliam, Viennæ factus est Episcopus, & martyrio ibi vitam finiuit: sicut Dionysius olim Episcopus Athenienſium, missus est à Clemente in Galliam, & primus fuit Episcopus, & martyr Lutetiæ Parisiorum. Theophilus Lebbæus in Onomastico Theologio, primum in Gallia Moguntiæ prędicasse tradit. Et Munsterus lib. 3. Cosmographię primum vocat Episcopum Moguntinum, sed vocat eum Crescentium: Petrus Cluniacensis Apostolum eum facit Viennæ Galliæ.

Quẽ primũ Lutetia Parisiorum Episcopũ & martyrem fuerit sortita. *Theophilus Lebbæ.*

Munsterus.

Et Crescens significare potest eos, qui cùm crescunt, à lacte recedunt, quod est paruulorum alimentum, & solido cibo vesci incipiunt. Nicolaus Gorranus scribit hoc loco, Paulum Apostolũ Ecclesiã Viẽnensẽ fundasse, ex hoc versiculo ibidem descripto: *Paul⁹ præco Crucis tibi dat exordia lucis.*

In Crescẽte quinã designentur Viennensem, qui fundarit Ecclesiam. 1. *Cor.* 5. *Hebr.* 5. *Nicolaus Gordanus.*

Tertius, est Titus Episcopus Cretensis, qui ab Apostolo missus fuerat in Dalmatiam: cuius opera etiã vtebatur extra diœcesim suam sine vllo scrupulo. Quartus est Lucas cõscriptor Euangelij, & libri Actuum Apostolorum: hic fidus erat socius Apostoli, & indiuulsè illi hærebat: ita vt cũ magna laude dicatur Apostoli comes indiuiduus assignatus ab Ecclesijs.

Titus quis ille missus in Dalmatiã, & Lucas qui mansit cum Paulo solus. 2. *Cor.* 8.

Quintus est Marcus, de quo ait: *Marcũ assume, & adduc tecum; est enim mihi vtilis in ministerio.* Hic fuerat olim à Paulo reiectus, & propter eum nata fuerat contentio inter Barnabã, & Paulũ, & huius meminit Vigilius Tridentinus lib. 5. contra Eutychetẽ; & Apostolus ad Coloss. vlt. ait: *Salutat vos Marcus consobrinus Barnabæ*: distinctus à Marco Euangelista, cuius propriũ nomen erat Marcus, hic verò dicebatur proprio nomine Ioannes, cognomento Marcus, vt habes Act. 12. Dorotheus ex vno Marco duos facit, Barnabæ consobrinũ Apolloniadis, & qui Ioãnes vocatus est Bybli Episcopus præter Marcum Euangelistam, qui Alexandriæ docuit, & præfuit vt Episcopus.

Marcum quẽ Timotheus iubetur assumere, & secũ adducere.

Actor. 15. *Vigil. Epis. Trident. Coloss.* 4.

Actor. 12. Duo Marci apud Dorotheum in Synopsi.

De Tychico quem misit Ephesum, dicimus illum fuisse ex familiaribus qui assectabantur Paulũ: quem vel ad negotia misit, vel dũ tãtisper abesset Timotheus, & ad se veniſſet, eum Ecclesiæ suę prefici voluit, vt vices eius suppleret. Hic autem portitor fuit harum literarum ad Timotheum, vbi tunc ille manebat. Hic Tychicus Episcopus fuit Chalcedoniæ, quę est Bithyniç, teste Dorotheo in Synopsi; & fuit Pauli comes Actor. 20. nuntius Tit. 3. charissimus frater, minister, fidelis, & cõseruus in Domino, Ephes. 6. & Coloss. 4. magna certè encomia, ac tot honorifica de eo testimonia Apostoli Pauli.

Quem Tychicũ, & cur Ephesum miserit Apostolus. Eiusdem honorifica de illo testimonia.

Dorotheus. Actor. 20. *Tit.* 3. *Ephes. vlt. Coloss. vlt.*

Ad nonum: iubetur à Paulo Timotheus ad se adferre penulã, membranas, & libros quos reliquerat Troade, veniens apud Carpũ. In primis intellige, Troada, ciuitatẽ esse Asiæ maritimã prope Tenedõ insulã nõ procul à Troia celebrata, & à Gręcis capta, & colonia Romana quæ alio nomine dicta est Alexãdria, testibus Vadiano & Lebbæo, & vt aliqui etiam tradũt, Antigonia.

Troas quænam ciuitas.

Deinde Carpum sanctissimũ virũ fuisse cõstat, de quo Dionysius epist. ad Demophilum honorificam facit mentionem: *Cùm aliquando*, inquit, *in Cretam venissem, sanctus Carpus me suscepit hospitio vir ob eximiã animi munditiam, ad Dei speculationem vltra ferè omnes aptissimus, &c.* vbi narrat visionem quandam mirificam, quam de

Quem apud Carpum penulam, & reliqua reliquerit Apostol⁹ in Troade. *B. Dionys. epi. 8. haud procul à fine.*

Christo

Ad nouam dubitationē Penulā quā reliquerit Paulus Troade.

Christo habuit. Fuit hic Episcopus Laodiceæ constitutus.

Tertiò dubium est, quænam esset illa penula. Nam aliqui dicunt fuisse vestem pelliceam, & villosam, & arcendis imbribus aptam & accommodam ad vsum viatorum, de qua quidam dixit:

Horat. lib. 1 epist. 11. ad Bullatium.

Penula solstitio, cāpestre niualibus auris.

quod est simile alteri sententiæ quam dixerat:

Idē in arte poet. initio ferè.

Delphinū syluis appingit, fluctibus aprū.

Iuuen. ante med.

Et Iuuenalis satyra 5.

Et multo stillaret penula nimbo.

Aelius Lampridius.

Ælius Lampridius scribit, Alexandrū Seuerum cōstituisse, vt senes penulis intra vrbem frigoris causa vterētur; cùm idem esset vestimentum viatorum, aut pluuiæ arcendæ commodū. Galba apud Quintilianum lib. 6. cap. 6. circa medium, penulam roganti, respondit: *Non pluit, non est opus tibi; si pluit, ipse vtar.* Penulam etiam aliqui volunt Latinè dici lacernam, quæ in modū cuculli, quo caput tegeretur, & Sedulius hoc loco. Hanc autem volebat, ne alicui esset molestus, eam mendicando, vt eius vsum haberet in proxima hyeme pellendo frigori, de qua paullò pòst subdit: *Festina ante hyemem venire.* ¶ Sed cùm Apostolus dixisset: *Ego enim iam delibor, & tēpus resolutionis meæ instat,* non videtur in quēvsum esset futura tunc illa vestis: nunquid post mortem eius necessaria erat ad iter peragendum?

M. Fabius.

Penulæ altera acceptio: quæ minimè probatur.

Hieron. prope initium Dialogi, to. 2.

Sedulius.

Ambrosius verò existimat, vestem fuisse senatoriam, & insigne ciuium Romanorum, aut si non suam, saltem patris sui: quam sentētiam sequuntur Haymo, Anselmus, & Glossa Ordin. Quod non est probabile, quis enim vsus fuisset eius vestis? nunquid vt mortem subiret tanquam ciuis Romanus, qui dum vixit, ab ea veste abstinuit. Adhæc Glossa Ordinaria ex Hieronymo in epistola ad Damasum de tribus quæstionibus in secunda quęstione docet fuisse penulā quendā peculiarem librum Iudæorum ita vocatum. Verba Hieronymi sunt: *Volumen Hebræum non replico, quòd Paulus penulam secundùm quosdam vocauit.*

Tertia item improbabilis *Ambr. hoc loco.*

Haymo Episcopus.

Ansel. to. 2.

Gloß. ordi.

Quarta etiā à Græcis Patrib⁹ reiecta.

Hieron. epi. 125. tom. 3.

Hæc ille. Sed hunc sensum impugnāt Theodoritus, & Oecumenius dicēs; *Sunt autem risu digni, qui hoc loco Apostolum aiunt per penulam non vestem significasse, sed genus libelli, qui literæ seriem non aduerterunt. Superfluum enim fuisset dicere, & libellos, si etiam illud fuisset libelli genus. cùm potuisset vnà cū alijs significari.* Hæc ille. Verū an hæc sit solida ratio, prudens lector cogitet. Posset enim vnius libri lectione peculiariter affici, & in quo multa annotauerit, & posteà scribat ad amicum, Mitte ad me meum Ciceronem, & libros.

Theodorit. part. 2. Oecum. cap. vlt.

Ratio quædam contra illam sententiam minùs idonea, & efficax.

Non desunt etiam viri docti, qui asserūt fuisse sacram vestem, qua ille indutus, rem diuinam faceret, siue sacrificaret. Nam apud Chrysostomum in libello de re diuina, φελόνιον dicitur esse indumentum Sacerdotis. Sed hæc sententia mihi probabilis minimè visa est, quia nondū eo tempore vsus erat sacrarum vestium in Missæ sacrificio: & si fuisset, Paulus certè illam vestem non reliquisset, cùm frequenter, vt par est credere, sacrificaret.

Chrys. to. 5 in fine.

Chrysostomus verò hoc loco, loculos fuisse ait, in quibus libri reconderentur, & Hesychius testatur fuisse scriniolum librorum. Cui sententiæ fauet, quod Syriacus interpres vertit beth ōtheho, id est, capsam scriptoriā. Fauet & contextus de membranis, & libris: sicut etiam illud quod quidam annotarunt, Apostolum in Græco vsum fuisse voce Latina, ferto pennariam, scilicet thecam (sicut etiā vtitur voce Latina membranarum) pro qua voce posteà penulam legerunt. Et certè φελόνη, theca est reliquiarū lignea, vbi retinebat epistolas quas scribebat, & ea quæ ipse annotabat. Et in hāc potiùs sententiā, vt probabiliorē descenderem, quàm in alias.

Sexta & vltima longè cæteris omnib⁹ probabilior.

Chrys. hom. 10.

Isichius.

Alia quæstio est, an hoc vocabulū sit Græcum, an Latinum. Nā si vestis viatorum esset, vt diximus, proculdubio vox esset Latina. Etsi Athenæ⁹ libro tertio Onomasticou neget esse vocem Latinam: & Cymulgus exprobrat Vlpiano huius vocis nouitatem.

Penula quæ vox sit, Græca, an Latina

Athenæus.

Cymulgus.

Eius vocis orthographia multiplex.

Rectè tamẽ dici posset Græcè φελόνη per literarum Metathesim. Si etiã corruptio fuisset vocis, & penula poneretur pro pennaria, proculdubio vox Latina esset: & si pro scriniolo scriptorio accipiatur, sine dubio vox est Græca, & dubium est an prima syllaba scribenda sit per ε, an per diphthongum αι. Deinde in secunda, an scribenda sit per ο, an per ω. Tertiò an dicẽdũ sit φελόνη, an φενόλη. has emẽ omnes varietates recepit hæc vox.

Qualis Apostoli supellex.

Concil. Carthagin.

Quarto loco petit libros, & inter eos maximè membranas. Hæc erat Apostolica supellex, quã Episcopi imitari deberent, vt magis libris, & scriptis pro Fide Catholica, & vtilitate Ecclesię gloriarentur, quàm vasis aureis, aut argenteis, aut purpureis aulœis, quæ sunt ornamenta Principum huius seculi. Certè Concilium Carthaginense IIII. c. 15. *Episcopus*, inquit, *vilem supellectilem, mensam, ac victum pauperum habeat; & dignitatis suæ auctoritatem fide, ac vitæ meritis quærat.*

Libros ad se etiam cur iusserit adferri.

¶ Libros verò quærebat, vt eos moriturus fidelibus cõmendaret; & vt eos legendo consolaretur: vt habes 1. Machab. 12. & Rom. 15. Si studia profana senectutem oblectãt, in aduersis perfugium præbent, teste Cicerone in oratione pro Archia poëta, & Plinius lib. 1. Epistolarum, ad Minutium Fundanum: *O rectam*, inquit, *sinceramq; vitam, ò dulce ostium, honestumq; atque penè omni negotio pulchrius, mecum tantũ, & cum libellis loqui.*

M. Tull. Plin. Iunior.

Cur etiã postularet membranas: quid illæ.

Membranæ verò in conscribendis Epistolis vsum suũ Paulo præstabãt. Et vocabulum est Latinum, non Græcum, & significat volumina, siue volubiles chartas: nam in illis complicatis, & inuolutis habebant olim Hebræi legem conscriptam; sicut etiam ad hunc vsque diem teste Theodorito, plurima habent. Et Heb. 10. ait Apostolus: *In capite libri scriptum est de me*: quod producit ex Dauidis psal. 39. vbi Hebraicè legimus; *In volumine libri* בְּמְגִלַּת. Ac de his hactenus.

Luc. 4. Theodor. tomo 2. Heb. 10. Psal. 39.

Alexandrum ærariũ quem quidam falsò putauerint.

Ad decimum dubium antequam respondeamus, præmittendum, Alexandrum fabrum ærarium (nõ autem quæstorem, aut custodẽ ærarij, vt quidam cum Glossa interlineari, & Anselmo putauerunt: vt Rom. 16. Erastus dicitur Ærarius, siue quæstor ærarij ciuitatis Corinthi, vnde scripsit Epistolam illam) Ephesiũ fuisse, & 1. Tim. 1. ponitur cum Hymenæo inter eos, qui à Fide defecerãt. Et probabile est idem dogma tenuisse cum Hymenæo, qui negabat resurrectionem, vt superiùs dixit.

Tom. 2. Rom. vlt.

1. Tim. 1.

Illud quoq; non est credibile, hũc Alexandrum esse illum, cuius Lucas mentionem facit Act. 19. qui tumultum ficta, & vana sua oratione compescuit: eratq; Hebræus natione, vt ibi dicitur. Et rursus non erat Demetrius ille Argentarius, cuius mentio fit etiam Act. 19. vt docent Glossa ordin. & Bruno: quia ille dicitur, Demetrius Argentarius, hic verò Alexãder Ærarius, qui differunt nominibus, & cognomentis. Deinde Demetrius Ephesi molestus fuit Paulo, & seditionem concitauit in eum; hic verò Romæ, qui naufragus fuit à fide. Et hic forsitan fuit de tribu Leui, quem ait Ioannes Annius prædicasse aduersus Paulum. ¶ De hoc quoque ait: *Multa mala mihi ostendit.* Augustinus lib. 1. locutionũ in Genesim, scribit: In Sacris literis ostendere frequenter vsurpari pro facere, vt ibi: Ostendisti populo tuo dura, id est fecisti: & alibi, Ostende nobis Domine misericordiã tuã, id est fac.

2. Tim. 2. Ille item Alexander à quibus distinctus sit. Act. 19. Ibidem 38.

Bruno.

1. Tim. 1.

Quid est: Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. Augustin. tomo 3. Psal. 69. Psal. 84.

Illud etiam rectè à B. Thoma annotatum est, non dixisse, fecit: quòd impij aduersus pios animum magis ostẽdere, quàm explere possint, iuxta illud Ieremiæ; Bellabunt aduersum te, nec præualebunt, quia ego tecũ sum. Intulerat ergo multa mala incõmoda Apostolo hic Alexander; vt mirũ nõ sit fabrum ærarium in eum tumultũ excitasse, & in pericula cõiecisse. Est enim, ait Theodoritus, proprium eorum, qui sibi manibus victum parant, populũ concitare. Ita Demetrius Argentarius vniuersam Ephesum in eũ concitauerat.

Alexandrum Apostol⁹ multa mala sibi ostẽdisse, nõ, fecisse, cur dixerit. 1. Tho. lect. 3. tom. 16. Ierem. 1. Infra 15.

Victum sibi manib⁹ quærentiũ quid proprium, teste Theodorito. Act. 19.

Et subdit id, de quo dubitatũ fuit: *Reddat illi Dominus secundũ opera eius.*

Ad decimam dubit.

Quem & tu deuita; valde enim restitit verbis nostris, Quomodo scilicet Apostolus malum imprecatur huic Alexãdro, cõtra suam doctrinam, qua præcepit: *Benedicite, & nolite maledicere.* Respondetur: Permulti annotãt, hæc verba non esse imprecantis, sed prædicẽtis, sicut illud, Percutiet te Deus, paries dealbate. Prophetæ enim in more habent, modo Imprecantis, vel Imperantis futura mala prædicere secundùm illud; *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua:* & iterum, *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scãdalum:* &, *Obscurentur oculi eorum ne videant; & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam:* & Apostolus: *Vtinam & abscindantur qui vos conturbant.* Quẽadmodum etiam per præteritum tempus ea quæ euentura sunt, enuntiantur. Vnde Augustinus lib. 1. De sermone Domini in Monte, cap. 21. ad finem; *Non,* ait, *reddat; sed, reddet illi Dominus iuxta opera eius: quod verbũ prænuntiantis est, non imprecantis. Sicut & de illa hypocrisi Iudæorum de qua iam dictum est, cui euersionem imminere cernebat, dixit: Percutiet te Deus paries dealbate.* Iustinus quoq; Martyr lib. Quæstionum & responsion. quæst. 125. interrogat, Si Apostolus Paulus malum malo, aut conuitium conuitio pensare vetuit; quomodo ipse diuersum ab eo quod iussit, fecit, nunc Sacerdotũ Principi, nunc Alexandro fabro ærario dira precatus? Et respõdet: *Siquidem Paulus percutientem repercussisset Pontificem, aut Alexandrum, qui malis eũ affecerat, malis contra affeciisset; dicere liceret, diuersa eum à doctrina sua egisse. Cùm verò ea dicere, quæ cuique à Deo puentura sint, Põtifici quidem: Percussurus est te Deus, paries dealbate: Alexãdro autem; Reddat illi Dominus in illa die, neq; execratio sit, neq; conuitium; prædicationes certè fuerint, Apostolicum decentes virum: qui seipsum non vlciscatur, sed locum det iræ.* Hæc ille.

Rom. 12. *Act. 23.* *Esa. 6.* *Psal. 68.* *Ibidem 24.* *Rom. 11.* *Gal. 5.* *Augusti. tomo 4. circa finem.* *Iustin. tom. 3.* Quomodo martyr Iustinus proposita dissolat quæstionem. *Rom. 12.* Imprecatio mali proximo quæ licita. *B Thom. tomi 11. p. 2.*

Illud tamẽ expedit annotare, quod docet B. Thomas in 2.2. quæst. 25. art. 6. licere homini imprecari malũ non sub ratione mali, sed sub ratione iustitiæ, & diuinæ gloriæ. Et huic solutioni magis quadrat illud, Percutiat te, & Reddat illi Dñs, Græcè ἀποδῴη.

Subdit: *Quem & tu deuita:* siue obserua, & caue vt hæreticum, insinuás illum in Asia agere; erat enim Ephesius. ¶ *Valde enim,* inquit, *restitit verbis nostris.* Quibus in verbis ostendit, eius opera impeditum fuisse fructum prædicationis suæ. Et restiterat nõ tã sibi, quàm Christo, & veritati. Hinc accipe egregiam doctrinam: Si quando magnis viris pro Ecclesia Catholica laborantibus, à sordidis, & ignaris hominibus obsistitur, mirandum non esse: est enim magna indignitas, tales cum sartoribus, fabris, & tonsoribº viros excellẽtes digladiari, quos diabolus suscitat operationum diuinarum æmulos. Quia enim sapientia diuina rudes, & ignaros ad Apostolatum sibi elegit, & ad prædicationẽ verbi Dei etiam suo sanguine defendendam, quò illustrior Dei virtus, & maiestas redderetur: ipse quoq; liuidus suscitat opifices, & tabernarios, quò negotiũ facessant pastoribus Ecclesiæ, & nominatis concionatoribus obsistant.

Alexander ærarius verbis Pauli quo modo restiterit. Præclarũ documentum. *1. Cor. 1.* Dæmõnis inuidia.

Ad vndecimum circa illud: *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt,* quæ scilicet fuerit illa prima defensio, cui respondet secunda, & quæ nam illa secunda extiterit: quanquàm alij aliter respondeant; non tamen existimo eos esse audiendos, qui cũ Glossa Interlineari hæc accipiunt de Pauli contra Alexãdrum prauè docentem congressu: qđ meritò refellit B. Thomas hoc loco. Nec enim hic tãtus hæreticus erat, vt ad disputandum cum eo, & eum conuincẽdum, alijs Apostolus indigeret. Videntur etiam hæc verba pertinere non posse ad ea postrema tempora, quibus secundò venit Romam, & cõprehensus simul cum Petro interfectus fuit, quo tempore furebat Nero contra Christianæ pietatis cultores: quia à vinculis illis postremis nõ fuit liberatus, vt hîc asserit Apostolus, vt posset amplius prædicationi vacare. ¶ Sed omninò videntur hæc verba

Solutio 11. quæst. In qua sua prima defensione Apostolus fuerit ab omnibus derelictus: quæ secunda. Prima solutio, quæ reijcitur. *B. Tho. lect. 3. tom. 16.* Secunda solutio, etiam minus vera. Tertia solidior ac probabilior.

spectare

Sedulius.

Act. vlt.

spectare ad id tempus, quãdo Paulus ex Ierosolymis Romã venit vinctus secundo anno Neronis, vt ait Sedulius,& per biennium ibidem mansit agens caussam, & domi suæ sine impedimento, loquens omnibus ad se aduentantibus de regno Dei: donec liberatus fuit. Et in hac caussa agenda,& tuenda,bis ante tribunal Cæsaris est præsentatus. Et cùm in prima sui defensione ab omnib⁹ amicis fuisset derelictus:solus Deus, qui suis nũquam deesse solet,sibi adstitit,&corroborauit eum, vt posset prædicandi munus implere apud gentes Occidẽtales,vt desiderabat.Et ꝓptereà Hieronymus in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorũ ex hoc loco colligit, eũ Euangeliũ Christi in Occidẽtis quoque partibus(hoc est in Hispanijs, vt alibi sepè tradit)prædicasse, & Gentes omnes audiuisse verbum Dei. Et sanè illo decennio, quod interfluxit inter hunc primum,& secũdum eius aduentum ad Vrbem, multis Gentibus verbum Dei prædicauit.

Domini in Paulum, & suos prouidẽtia.

Hierony. tomo 1. à medio.

Quare quod superiùs scripsit:Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat: ob id dixit, quòd putasset sibi mortem instare, & ad eã se magno animo comparabat, ac muniebat : vt facere debent omnes, qui Euangelicum munus profitentur. Verũ secus euenit,& aliter placuit Deo, qui totam illã tragœdiam Paulo cõuertit in catastrophen comœdiæ. Nã Princeps mitior factus,& in quinquẽnio illo nondum in tãtam nequitiam proruperat Imperator. Vnde scripsit de secunda defensione, & caussæ suæ dictione,siue satisfactione(vt Hieronymus vertit in catalogo Script. Ecclesiastic.)*Liberatus sum de ore leonis*, Neronem crudelissimum intelligẽs, de quo Salomon: *Leo rugiens,& vrsus esuriens, Princeps impius super populum pauperem:* & alibi: *Sicut fremitus leonis,ita & Regis ira.* Et vbi primùm liberatus fuit, consultò noluit expungere quæ scripserat de his quæ cogitabat de tempore delibationis,& resolutionis suæ instantis, sed mutauit animum,& Timotheũ ad se vocauit. Et Marcum vtilem ad ministeriũ prædicationis adduci iussit. Petijt etiam penulam,libros,& membranas,quasi iá meditaretur nouas prædicationes Euangelij gratia, & missiones ministrorum facere ad diuersas ꝓuintias.

De secunda, & vltima si non intellexit Apostol⁹ sui defensione, quid resolutionis suæ tempus iam imminere dixit

Idem Hieronym. De cuius Paulus fuerit liberatus ore leonis.

Prou. 28.

Supra 19.

Quòd autem hæc verisimilia sint, inde probatur,quia nõ est probabile, Apostolum de prima sua defensione, quãdo vinctus secundò venit Romã, sermonem fecisse,quia illa notissima fuerat ipsi Timotheo,qui illi in Vrbe interfuerat,& omnibus alijs, cum ante decennium contigisset: nec opus erat enuntiari,quod omnibus compertum erat: non ergo scripsit hanc Epistolam eo tempore, sed in primo aduentu suo ad Vrbem, quando egit caussam,& liberatus fuit, vt hìc mentionem facit,intrà illud quinquenniũ mitioris imperij Neronis. Sanè Sex. Aurelius Victor dictitasse Traianum recenset, procul distare omnes Principes à Neronis quinquennio.

Deinde idem probant omnes istæ circumstantiæ:vt enim Epistolæ missæ ad Ephesios,Philippenses, Colossenses,Hebræos, & ad Philemonem, apertè loquuntur,& concionãtur sua vincula,& catenam; ita etiam in ista secunda ad Timotheum scripta, ter suorum facit mentionem vinculorũ, vt in prima disputatione ꝓbaui. Fauet etiam huic sententiæ,quia Paulus multa particularia enarrat in hac Epistola,quæ nonnisi biennio illi, quo apud Neronem caussam egit, & primo eius aduentui quadrare possunt, vt illud;*Lucas est mecum solus.* Deinde illud,*Tychicum misi Ephesum*:hæc autẽ missio eo tempore contigit, quo per biẽnium egit caussam apud Neronẽ: vt cõstat ex his quæ scribit ad Ephes. 6.& ad Colossen. 4. Adhæc quia postulat sibi adferri penulam, libros, & mẽbranas,quas reliquit Troade,quas eo tempore,quo erant Romæ, repetiuit:nõ autem repeteret post decem annos. Prætereà Priscam,& Aquilam salutat in hac Epistola, quos reliquerat Ephesi Act.18. Trophimum etiam in illa profectione ex Macedonia in Ierusalem reliquit Mileti languentẽ,

Postremo loco tradita cõfirmatur opinio, multis argumentis.

Tempus scriptionis huius Epistolæ.

Secundũ argum. à signis & circũstantijs.

Prima circũstantia.

Secunda.

Ephes. vlt. Coloss. vlt.

Tertia.

Quarta & quinta.

2.Tim.4.

etsi Act.20. eius rei mentio non fiat: sed breui recuperata sanitate,& celeri nauigatione venit in Ierusalē, vbi captus fuit in tēplo propter Trophimum Asianum:nam idem est Trophimus Ephesius, & Trophimus Asian⁹: nam Ephesus metropolis erat Asiæ Minoris.Cùm igitur tot sint cōiecturæ;videtur bonis, & probabilibus rationibus hæc pars sustineri posse:quā vehementer confirmat,quòd consuetū sit per posteriora scripta interpretari prius dicta. Cùm ergo de die cōsummationis, & martyrij præcesserit sermo, debet per ea quæ subiūgit de liberatione sua ad prædicandum per omnes Gentes Euāgelium,accipi: ita vt hæc Epistola non fuerit tempore mortis instantis scripta, sed tempore primi aduentus in Vrbem, quo liberatus fuit.

Bonus Apostolica scripta interpretandi canon.

Caietani in vltimam sententiam proponuntur argumenta,atque soluuntur.

Nec his obstat,quod opponit Caietanus ex textu:*Erastus remansit Corinthi:Trophimum reliqui infirmum Mileti*, non narrari in Actis Apostolorum in profectione illa Pauli in Ierusalē,sed, vt Caietanus putat,postquam liberatus fuerat à vinculis Neronis, & redierat in Macedoniam, & Achaiam, & alia loca, in quibus prædicauerat: imò ipse bis promiserat ad Philippē. quòd ad eos rediret. Primùm, cū ait: *Philip. 1.* *Et hoc confidens, scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis*(in carne scilicet)*ad profectum vestrum, & gaudium fidei;vt gratulatio vestra abūdet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterū ad vos.* Deinde inferiùs dicens, *Cōfido autem in Domino, quoniam & ipse veniā ad vos citò.* *Infra 2.* Et in Epistola ad Philemonem: *Philem.22.* *Simul & para mihi hospitium:nam spero per orationes vestras donari me vobis.* Et in illo reditu cōtigit hoc quod ait de penula,libris,&membranis relictis Troade apud Carpum. Respōdemus,hæc parui esse momenti, si cū reliquis circumstantijs conferantur. Nam potuit illos libros, & penulam reliquisse,quando fuit Troade, & Eutychium suscitauit, & pedibus venit in Assom: potuit etiam Trophimum reliquisse Mileti infirmum , vt diximus, sed paullò pòst recuperata sanitate,felici nauigatione peruenisse Ierosolymam, vbi Paulus captus est, & Romam ductus, & ita omnia vero cōsonant.Et quòd ait Caietanus, in prima mea defensione , scilicet post secunda vincula, vel post secundū aduentum eius in Vrbem,quādo aderat Timotheus Romæ,vt ait ad Philipp. cap.2. *Spero autem in Domino Iesu, Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt*; modò verò post tot annos, postquam redijt ex partibus Græciæ, significat Timotheo quid sibi acciderit in prima defensione sua: hoc profectò non cōstat de istis secūdis vinculis:& dura videtur expositio primam defensionē vocare,quæ reuera secunda fuit,& à quo liberatus non fuit,sicut olim in priori fuerat. Et quanquā Petrus esset Romæ,& Lucas: dixit tamen Paulus, *Omnes me dereliquerunt.* Sed hi non erant de numero eorum, qui possent ipsum adiuuare; sed sēsus est,Nemo eorum Christianorum qui Romæ erant, qui poterāt me adiuuare,coram Nerone adstitit. Quàm benè scriptum est per quendā Ethnicū: *Donec eris felix, multos numerabis amicos:*

Quid illud: In prima mea defensione nemo mihi adfuit, Caietano. *Philippē.2.*

Impugnatur hæc sentētia Caietani.

Act.28. Quomodo accipiēdum: Sed omnes me dereliquerunt;cum tamē Petrus & Lucas tunc essent in Vrbe.

Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ita enim ille argumentatur. In hunc etiam sensum est,quia dicitur liberatus ad prædicandum Gentibus : nam paullò post secūda vincula extinctus fuit mandato Neronis. Prætereà hæc Epistola missa est eo tempore,quo sistebatur Neroni:tunc peto,an Paulus fuit liberatus,an non? Si minimè;frustra Timotheum vocabat, & iubebat vt adferret penulam,& libros, & mē branas,& vt adduceret Marcum:Frustra dixisset,liberatus sum de ore leonis,& de futuro, Liberabit me Dominus ab homine malo, id est à peccato,& dæmone,qui tanquā leo circuit quærens quem deuoret.

Ouid.lib.2. Trist. eleg. 8. Proferuntur & aliæ contra Caietani sententiam rationes.

2.Tim.4.

1.Pet.5.

Cùm igitur hæc quadrare non possint secundo aduentui , & secundis vinculis,quia inter primam,&secundam defensionem paruum temporis spatium interceſsit: cogimur ergo interpretari de primis vinculis,quibus

Explicatur iterum quæ fuerit prima Pauli defensio , in qua fuit à Domino confirmatus.

per

per biennium mansit, & bis ante Cęsarē præsentatus fuit. Et primò quidē derelictus ab omnibus amicis, caussam egit confirmatus à Domino de liberatione sui, & ea prima defensione adhuc sententiam non tulit Princeps: verùm iterum Paulus coactus fuit sisti paullò antequam has literas mitteret, & tunc sententiam liberationis accepit. Et literis istis ad Timotheum iam conscriptis, adiunxit illa verba; Festina ad me venire citò. Demas me reliquit, &c. vsq; in finē.

Qualis hæc Pauli Apostoli fuerit ab omnibus derelictio.

Matth. 26.

Psal. 30.

Ait ergo: *Omnes me dereliquerunt.* In quo similis factus fuit Domino comprehenso à Iudæis, quem Apostoli omnes deseruerunt fugiendo, iuxta illud; Et qui iuxta me erant, delōgè steterunt: iterum, Qui videbant me, foras fugerunt à me. Et subdit: *Non illis imputetur.* Vbi videtur precari ꝓ his, qui metu Neronis, & imbecillitate carnis potius quàm malitia deliquerunt. Pro peccato autem Alexandri perfidi, ob obstinationem contra Fidem conceptam preces non fudit. Et vt Domino oranti, ac deprecanti calicem, apparuit Angelus confortans eum, dormitantibus Apostolis, ita Apostolus relictus à suis, à Domino corroboratus est. Philo legatus Iudæorū Alexandrinorum ad Caium Caligulam, cùm iussus esset ab eo ex vrbe, & aula recedere ad Iudæos, qui secum erant, dixit; *Bono animo oportet vos esse, quibus iratus est Caius: quia necesse adesse diuinum, vbi humanum desit auxilium.* Idem recenset ex Iosepho Eusebius Cæsarien. lib. 2. historiæ Ecclesi. cap. 5. Et vt nonnulli probabiliter cōiectant, cùm quinquennium Imperij Neronis laudatissimum extiterit, & Seneca eius præceptor, & institutor illi in omnibus adesset, & cum eo moderaretur omnia; eius opera, & ope absolutus fuit Apostolus. ¶ Et ait, *Liberatus sum de ore leonis:* ita cm̄ Græcè legitur, & Ambrosius, & Chrysostomus sequuntur illam lectionem. Non autem dixit de futuro, Liberabit me de ore leonis, quia tandē eius iussu decollatus fuit: sed, ab omni opere malo, id est peccato, in quod ex se incurreret, nisi præuentus esset diuinæ gratiæ beneficio. ¶ *Et saluum faciet in regnum suum cœleste.* Ita loquitur Apostolus ex multa diuinæ gratiæ certitudine concepta, quam, & certam sperare possunt, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et ex facta liberatione colligit Deum deserturum se nunquam, sed erepturum ab omnibus malis, non vt non sint, aut ne moriatur, sed ne vincatur à Satana, & à malis.

Luc. 22.

Philo circa med. tom. 2 sub finem.

Quibus Diuinū, vt rectè & sapienter Philo dixit, non desit auxilium.

Euseb. tomo 1.

Ambros. hoc loco.

Chrysost. homil. 10.

Quare Apostolus non dixerit, Liberabit me Dominus ab ore leonis.

Pauli, & iustorū omniū in Deo fiducia beatitudinis consequēdæ.

Matth. 5.

Ad duodecimum: *Salutate*, ait, *Priscillam, seu Priscam & Aquilam.* Quos Ephesi reliquerat Acto. 18. & pro Paulo suas ceruices supposuerunt, vt dicitur ad Roman. 16. Et præcedit mulier virum, quia sanctior, & feruētior fide. Dorotheus tamen tradit in sua Synopsi, Priscam virum fuisse Colophoniæ Episcopum: sed cum Prisca, vel Priscilla solet iungi cum Aquila, proculdubio semper accipitur pro vxore, vel muliere Aquilæ. ¶ Præcipit etiam salutari Onesiphori domum. Cùm enim ipsum priùs, capite scilicet primo celebrasset; modò salutat totam eius domum, & familiam: nam ipse Romæ tunc residebat, vt ait Oecumenius.

Duodecimæ quæstio. sol.

Rom. vlt.

Priscam; seu Priscillā mulieris nomen esse, non viri.

2. Tim. 1.

Oecum. c. 9 iuxta finē.

Erastus remansit Corinthi. Hic videtur esse ille, qui ad Roman. 16. vocatur arcarius ciuitatis, siue quæstor: vnde nobilis, & præcipuus erat inter alios. Et Dorotheus in Synopsi refert illum Episcopū fuisse Panneadis, siue Cæsareæ Philippi. Sequitur: *Trophimum autem relīqui infirmū Mileti.* Hic Trophimus martyrio Romæ cōsummatus est simul cum Paulo, vt docet Dorotheus. Scribit autem Petrus Cluniacensis, qui sicut Beda Venerabilis cognomentum est sortitus, lib. 1. Epistol. 2. ad finem. Pauli Apostoli discipulus Trophimus, de cuius fonte, vt Zozimus scribit, omnes Galliæ Fidei riuulos acceperunt, Arelatæ prædicauit. Et Anselmus vult hunc Arelatensium fuisse Episcopum. De hoc alibi satis multa disputauimus. ¶ Ex quo manifestum relinquitur, quòd Apostolis non licuerit, quoties libèret, miracula patrare, sed quoties in-

Erastus quis ille qui remāsit Corinthi.

Rom. vlt.

Quis item Trophimus: honorifica ꝺ illo Patrum testimonia,

B. Anselm. hoc loco, tomo 2.

fidelium poſceret infirmitas, & diuina iuberet autoritas, cuius ſolius eſt naturæ vniuerſæ leges mutare. Simili namque ratione B. Petrus infirmãtem Petronillam filiam rogatus cur non ſanaret, reſpondit; *Quia ei nõ expedit.* Vnde vt oſtenderet, ei potentiã non deeſſe, ſed voluntatem, iuſsit eã à lecto ſurgere, & miniſtrare: & finito miniſterio, redijt ad lectum infirma. Paulus ad Philipp. 2. infirmitatẽ Epaphroditi Philippenſium Apoſtoli, ad mortem vſque laborantis, multis verbis deplorat.

Philipp. 2.

Ad poſtremum circa illud: *Salutãt te Eubûlus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.* Quis fuerit hic Eubûlus, non ſatis mihi conſtare potuit. Pudens verò fuiſſe Pauli diſcipulus traditur, & cum Paulo ſimul, Ariſtarcho, & Trophimo Romæ capite truncatus, vt ait Dorotheus, & in martyrologio ſuo Beda: fuitque ſanctarum virginum Potentianæ, vel Pudentianæ, & Praxedis pater, vt putat etiam Caietanus, quarum mater fuit Sabinella: ſed incertum eſt, quia illæ virgines fuerunt ſub Antonino Pio, quãquam hæ virgines ſatis vitã produxerint, ſi ſub Antonino in Domino dormierunt.

Vltim. dub. ſolutio. Eubûlus, & Pudens qui nam Timotheum conſalutantes. *Doroth. Epiſcop. Beda.* *Caiet.*

Linus à Chryſoſtomo, Euſebio, Hieronymo, Dorotheo, & Damaſo in Põtificali, & ab alijs dicitur fuiſſe à Petro primus Romanæ Sedis Epiſcopus, qui iam à B. Petro in diſceſſu ſuo ab Vrbe tempore Claudij Imperatoris loco ſui inſtitutus fuerat. Secũdus autem fuit Clemens à B. Petro conſtitutus, ſicut Ignatius teſtatur in Epiſtola ad Mariam Caſſobolitam: etiãſi ille poſt eius mortem ceſſerit locum ſuum Lino, & Cleto, vt quidam putant. Clemens tamen lib. 7. Diataxis Apoſtolicæ cap. 46. *Romanæ*, inquit, *Eccleſiæ Linus, Claudiæ primus à Paulo: Clemens poſt eius mortem à me Petro ſecundus ordinatur.* Alij verò exiſtimant Linum mortuum fuiſſe ante Petrum, vt autor eſt Sophronius Epiſcopus Ieroſolymitanus. Non caret tamẽ ſcrupulo, quia Linus, vt legimus in Breuiario Romano De geſtis Petri, & diſputationibus cum Simone Mago librum conſcripſit, & circumfertur liber De martyrio Petri, & Pauli: qđ arguit illum Apoſtolis ſuperuixiſſe.

Linus quis ille. *Chryſoſt. homil. 10. Euſeb. lib. 3 cap. 4. hiſt. Eccleſ. Hieronym. lib. de Scriptu. Eccleſ. in Clemẽte tom. 1. poſt med. D. Ignat. epiſt. 4. à medio. B. Clem. Roman.* Linum vnde cõſtet Petro, & Paulo fuiſſe ſuperſtitẽ.

Quæ fuerit iſta mulier hoc loco nominata Claudia, non legi hactenus quicquam: ſed veriſimile eſt fuiſſe inſignem aliquam & primariam fœminam religionis Chriſtianæ cultricem. Quibuſdã tamen videtur mater fuiſſe Lini Pontificis, quia apud Clementem dicto loco habetur: Αἶνος ὁ τῆς Κλαυδίας, id eſt Linus Claudiæ filius. ¶ Quòd verò Linus Pontifex poſtpoſitus fuerit Eubûlo, & Pudenti: non debet obſtare ſummæ eius paſtoris dignitati: quemadmodùm nec ad Gal. 2. poſtponitur Petrus Iacôbo, cùm dicitur, *Cum cognouiſſent gratiã quæ data eſt mihi Iacôbus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe.* ¶ Illud certè non eſt diſsimulandum, Apoſtolũ tot negotiorum, & Eccleſiarũ, & perſecutorũ multitudine obrutum, memoriam tamen firmam tot miniſtrorum Eccleſiarum, & tot hominũ nomina retinere potuiſſe, vt oſtendit caput 16. ad Romanos, & præſens locus.

Quid item Claudia, Timothei conſalutatrix. Poſt Eubũlum, & Pudẽtem ſi Pontifex erat tertio cur loco nominatus ſit Linus. *Gal. 2.* Mira Apoſtoli memoria.

Conſidera etiã, iam Hebræos cœpiſſe Græcorum nomina ſibi imponere, vt conſtare poteſt ex catalogo Apoſtolorum, & ex catalogo 72. Diſcipulorum, & ex magna parte eorũ, quos hoc loco nominauit: qui cum Hebræi eſſent, nomina, & cognomẽta Græca aſſumebant.

Hebræos vnde perſpicuũ ſit Græcorũ vti nominibus proprijs conſueuiſſe.

Tandem concludit: *Dominus Ieſus Chriſtus cum Spiritu tuo. Gratia vobiſcum, Amen.* Hæc ſcripſit propria manu Apoſtolus. Et cum in priori Epiſtola dixiſſet, Gratia tecum, Amen: hîc dicit, Gratia vobiſcum, Amen: prius Epiſcopum ſalutans, deinde Eccleſiam. Imò indicat hæc clauſula, non ſoli Timotheo, ſed toti Eccleſiæ hanc Epiſtolam fuiſſe ſcriptam.

In hac clauſula: Dñs Ieſus Chriſtus cum Spiritu tuo. Gratia vobiſcum, Amen obſeruãtur duo.

DISPVTATIONES IN EPISTOLAM AD TITVM.

DISPVTATIO PRIMA.

DE Argumento quo de agitur in hac Epistola,& de primi capitis dubitationibus: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas,& constituas per ciuitates Presbyteros, sicut & ego dispossui tibi,*&c. vsque in finem capitis.

Titus quis iste, ad quem Paulus scripsit Apostolus.

PAVLVS Fidei nostræ fundamẽta Cretæ iecisset; aliò properans, vt erat non vnius tãtùm insulæ pastor,sed vniuersarum Gentium Apostolus, Tito discipulo,& Euangelistæ prosequendi operis partes mandauerat. Nã hic è Gentilismo conuersus ad Fidem fuerat,& susceptа religione adeò profecerat, vt hunc inter præcipuos amicos,imò filij loco coleret Apostolus: idoneusq; est ab eo iudicatus,qui magnæ huic insulæ præficeretur quasi Archiepiscopus, qui posset per ciuitates Episcopos constituere. Quàm autem esset hic Apostolo familiaris, liquere potest ex posteriori Epistola ad Corinth. in qua frequenter eius facit mentionem,vt capite 2. 7. 8. 12. & ex 2. ad Timotheum capite 4. & ex secũdo capite Epistolę ad Galatas: Chrysostomus etiam citat Acta Apostolorum. Sed profectò ex illo libro vllam de Tito mentionem factam esse, nemo colligere potest, cùm nomẽ Titi Græcè nõ habeatur, sed tantùm Iusti.

Idem quàm charus Apostolo.

Chrysost. homil. 1.

Docet autem quales Presbyteros eligere debeat, qui sint in Episcopos ciuitatum constituendi. Deinde cuique hominũ ætati rectè viuendi modum,& rationem præscribit. Tertiò à peruersis doctrinis, & hæreticis vigilantur cauendum esse, atq; eos declinandos tanquam putrida membra admonet. Iubet quartò, ne quisquam Christianæ religionis prætextu, Principibus, aut Magistratibus suo officio fungentibus resistat,quamuis sint à fide Christi alieni. Postremò iubet illum ad se venire Nicopolim,sed nõ prius quàm Paulus Artemam,& Tychicum ad eum præmisisset,ne Cretenses viderentur destituti Episcopi solatio. Atque hæc Epistola posset prioris illius ad Timotheum epitome iudicari: quandoquidem quæ illic fusè habentur, eadem breuibus hîc tractantur. Quare nos ea omnia, quæ in priori ad Timotheũ disseruimus, & conueniunt,non erit operæpretiũ

Huius argumentum Epistolæ.

De quibus disserendum in hac Epistola.

repe-

repetere, ne actum agamus, sed ea tãtùm quæ reliqua erunt, & ab illis distincta. Hieronymus egregiũ, & plenum Commentarium in hanc Epistolam edidit.

Hieronym. tom. 9.

Quando scripta hæc Epistola.

Quo tempore fuerit hæc Epistola scripta, non satis liquet. Probabilius tamen est, & veteribus Ecclesiæ Patribus magis consonum, scriptã fuisse, antequam Apostolus vinctus Romã adduceretur: quia Nicopoli, quæ vrbs sita est in Actiaco littore, scripta videtur, vt habet in fine Græca inscriptio, & non lõgè distat ab insula Cretæ. ¶ Est autem Creta, insula memorabilis, quæ hodie Candia vocatur, à potissima eius ciuitate. Fuit autem quondam mirè corrupta superstitionibus, & idololatria, & obscœnis ac impudicis carnis maculis referta. Cuius argumentum maximum est Iupiter eius proles, iuxta illud Maronis:

Creta quid.

Virgil. lib. 3. Aeneid. circa princ.

Creta Iouis magni medio iacet insula Põto:
Mons Ideus vbi, & gẽtis cunabula nostræ.
Centum vrbeis habitant magnas, vberrima regna.

Romano quãdo cesserit Imperio Creta.

Posteà verò & bellis, & deuastationibus tùm à Romanis, ex quibus Metellus, qui eam subegit, Cretici cognomentum sortitus est, tùm ab alijs. Et scholia Homerica tradunt: Nonaginta complectebatur vrbes, sed bene excultas. Hæc posteà à Sarracenis sub Michaële Balbo Imperatore postnatum Christum annis 826. occupata fuit: hodie verò in Venetorum dominium recepta est: nec est admodùm populosa, vt olim fuit.

Quibus modò subiecta.

Primum dubium.

Circa primum caput, prætermissa salutationis expositione, quam alibi habes, primùm dubitatur, quorsum relictus sit Cretæ Titus; & an ipse potuerit emendare, quæ maior sanctitate, & autoritate Paulus constituerat.

Lib. 1. disputat. in Paulum.

Secũdum ac tertium.

Deinde quare per ciuitates erant cõstituendi Episcopi: hodie enim multæ ciuitates Episcopum non habent. Tertiò quid est illud; *Sicut & ego disposui tibi*; non enim videtur modum explicare.

Quartum & quintum.

Quartò dubitatur, an conditiones Episcopi eligendi sint illæ eædem, quæ 1. Timot. 3. scriptæ sunt; & an sint plures, vel pauciores. Quintò, qui sint illi vaniloqui, & seductores, qui ex Circumcisione erant, quiq; erant reprehendendi.

Sextum.

Sextò, quorsum producit testimonium Epimenidis contra Cretenses, & cur ipsorum dicitur proprius Propheta.

Septimum.

Septimò, quæ sint fabulæ Iudaicæ, & mandata hominum auersantium se à veritate. Postremò de illa propositione: *Omnia munda mũdis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum*: Ex quo videtur colligi, quòd opera omnia infidelium sint inquinata, & immunda, & verè illos op⁹ morale aliquod perficere non posse.

Ad primã dubit.

Primo dubio respondemus, Paulum simili exordio hic vsum fuisse, atque in priori ad Timotheum Epistola, dixit enim: *Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi, vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent: neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis.* Nam quia Apostolis statio nulla erat assignata, sed Euangelij per totum orbẽ spargendi munus iniunctum, vt habetur Matth. & Marc. vlt. & Actor. 1. ideò cùm ex vna vrbe, aut prouintia in aliam se trãsferrent, subrogare soliti erant homines idoneos, quorum opera & conseruaretur quod cœptũ erat, & absolueretur atque perficeretur. Hinc est, quòd Paulus, & alij Apostoli multos secum comites circũferebant, quos destinarẽt prouintijs, aut ciuitatibus. Non enim est minor virtus, quàm quærere, parta tueri. Hinc Paulus Corinthiorum Ecclesiã se à fundamentis erexisse prædicat, alios verò esse architectos qui superædificare velint, id est, vt ædificium promoueant. Quare rectè dixit; *Secundùm gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui; alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet.*

Titum Cretæ cur reliquerit Apostolus.

1. Tim. 3.

Matth. 28. Marc. 16. Act. 1.

Mos Apostolorum orbẽ peragrantiũ.

Ouid. lib. 2. De arte.

1. Cor. 3.

Iacto Cretæ Fidei fundamẽto, Paulus discesserat, proinde Titi, vt Archiepiscopi, siue primatis loco Pauli relicti, partes erant opus in superficiem attollere, vt quæ ille bene cœperat, Titus feliciter absolueret. ¶ Ideò

Titus quæ nã Cretæ debebat corrigere, idque quo sit accipiendum modo.

quod

quod ait, *Corrigas*, vt verbum Græcũ habet ἐπιδιορθώσῃ, ad literam non significat, quod Paulus vel insciția, vel obliuione, vel incuria aliquid omiserit, sed quòd per temporis breuitatem omnia ipse exequi non potuerit. Nõ igitur maiori vlla autoritate præditus fuit Titus quã Paulus, quia nulla erat, sed ipsa eâdem, quam illi ad tẽpus, dum constitueret Ecclesiam Cretensium, Tito reliquerat. Summa igitur Pauli modestia elucet, qui ab alio absolui patitur, quod ipse inchoârat. Vel, vt vertit Erasmus, pergas corrigere: nã præpositio illa, ἐπὶ, accessionem significat. Hinc factum est, vt statutis Apostolorũ Romani Pontifices aliquid vel addiderint, vel subtraxerint, vt Ecclesiæ status, & experientia poscebat. Hinc Iulius Papa in Epistola ad Orientales Episcopos, optimè docet: *Licèt dudum instituta Sanctorum multa Patrum essent conscripta, posuerũt leges, qui Synodum in Nicea congregauerunt, quas Sacros Canones appellamus, quibus multa perneccssaria ad statum Ecclesiæ sanctæ Dei, & supplementum columnarum eius, id est Episcoporum, qui eam proprijs humeris gestant, sunt decreta, & nocumenta eorum prohibita.* Hæc ille. Ecce vbi ista vocantur à Iulio supplementa, vel correctiones.

Plato etiam, ratione naturali docente, hoc ipsum intellexisse videtur: quia lib. 8. de legibus, cum legem de sacrificijs, & diebus festis condit, Sacerdotibus, & legum custodibus committit, vt disponãt de his, quæ legislator necessariò prætermisit. Idẽ lib. 9. de legib. cùm non ignoraret, multa se prætermittere, vt ratio ac necessitas postulabat: *Cum iudicia* (inquit) *in ciuitate rectè, quantum fieri potest, constituta sunt, ac iudices posteà futuri, bene educati, & omni diligentia explorati erũt, multa ibi eiusmodi iudicibus rectè, atque honestè committuntur, de ijs quæ alij alijs debent, vt quid eos soluere, aut pati oporteat, iudicent*, & quæ sequũtur lectione, & obseruatione dignissima. Ipse etiam Titũ cũ lõgè esset inferior, non recusauit tamen Apostolus eum habere correctorem, qui operi suo extremam manum imponeret. Docet etiam Paulus, Episcopos, & Doctores sic affectos esse debere, vt non ambitiosè trahant ad se omnia, sed alij alios certatim iuuent: & quisquis meliori successu laborauerit, reliqui gratulentur potius, quàm inuideant. Paulus etiam multa cœperat, quæ nõ omnia statim poterat absoluere, sed suo tempore. Vnde dixerat; *Cætera, cùm venero disponam:* & Christus, *Multa habeo vobis dicere; sed nõ potestis portare modò.* Imò Apostolus de operibus Christi ait: *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia.*

Ad secundum dubium dicimus, illud: *Vt constituas per ciuitates Presbyteros*, Græcè habere, κατὰ πόλιν Πρεσβυτέρους. Et loquitur in singulari, Oppidatim Presbyteros. Ita enim Act. 20. vbi habetur: *Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur*, Græcè est κατὰ πόλιν, quòd rectè vertit interpres.

Præcipuum autem Episcopi munus est visitare sibi subditas diœceses, & ordinare Ecclesiæ ministros: nõ enim possunt incolumes stare Ecclesiæ sine pastorum ministerio. Proinde vbicunque fuerit plebis alicuius corpus, ibi præficiẽdus est pastor. Et non statuit, vt singulis oppidis singulos attribuat pastores, cùm possent esse plures plebani, vel curati: sed nullas magnas vrbes suis pastoribus destitui, nec totam insulam, quæ centum constabat vrbibus (vnde & Hecatompolis vocata est ab Homero in Odyssea teste Strabone lib. 10. Geographiæ) vni volebat pastori cõmitti, quia difficile videtur pastori tot oues pascere. Vnde & sedes metropolitanę non essent in immensum extendendæ, nec rursus Episcopales Ecclesiæ paruis oppidulis contrahendæ, & angustandæ, sed maiores gradus per maiores ciuitates, minores verò per plebanos, qui olim dicebãtur Corepiscopi, constituendi.

Verbum autem constituas, quo hic vtitur Apostolus, idem ipsum est cũ eo quod habetur Act. 6. *Considerate*, inquit, *fratres viros ex vobis boni testi-*

Vide humilitatem B. Pauli Gentiũ Apostoli, & Doctoris.

Iulius I. Epist. 1. circa medium.

Platonis lex huic Apostolicæ, imperfecta corrigendi, ac supplendi, valde consentanea.

Tito ea quę deerant corrigendi potestatem committens Apostolus, quibꝰ quod præbeat documẽtum.

1. Cor. 11. Ioan. 16.

Coloss. 1.

Solutio secũdæ dubit. De constituẽdis per singulas ciuitates Presbyteris. *Act. 20.*

Præcipuum munus Episcopi.

Falsus eius dicti Apostolici reiicitur intellectus. Hecatompolis quid Homero.

Strabo.

Corepiscopi olim qui sic appellati.

Presbyteros quid est constituere.

monij septem, &c. quos cõstituamus super hoc opus. Et Act. 14. habetur: *Et cũ constituissent per ciuitates Presbyteros*, &c. In quo vltimo testimonio habetur καταστῆσαι, vt hîc, sed χειροτονῆσαι, hoc est manus imponere. Nec hoc loco permisit Paulus Tito, vt præficiat omnibus Ecclesijs ministros: hæc enim regia esset potestas, & ius eligendi tolleretur Ecclesijs, & pastorũ collegio iudicium adimeretur. Sed hoc tãtùm iubet Apostolus, vt omnibus electionibus præsit tanquam moderator; & electos oratione, ieiunio, & impositione manuum consecraret, vt habes Act. 6. 13. 14. Ob id enim Titũ prius à se ordinatum Episcopum reliquit, vt alios ipse constitueret: sicut dicitur Consul, aut Dictator Consules alios creasse, quia Comitia de eis eligẽdis habuerunt.

Quam Tito Presbyteros constituendi Apostolus potestatem nõ dederit.

Quos constituere Titus iubetur presbyteros. 1. Tim. 3.

Appellat autem Paulus presbyteros, quos paullò pòst Episcopos nominabit, cùm dicet: *Oportet enim Episcopum sine crimine esse.* Quidã verò aliter opinantes, erroris ansam acceperũt, nolẽtes quicquam interesse inter Episcopum, & Presbyterũ, qua voce intelligunt Sacerdotem, ita vt omnis Sacerdos eorũ iudicio sit Episcopus, habens ab eo potestatem, & iurisdictionẽ. Quod falsum est, ac perniciosum: quanto magis illud Hæreticorũ nouorũ dogma, qui ordinationis Sacramenta funditus tollunt? Nam est, vt aiunt, apud Christianos omnes par potestas in Verbo, & Sacramento, & asserunt ad Magistratus tãtùm pertinere ex plebe ministros secernere, qui debeãt ministrare. Sed absurdissima est opinio, & insana hæresis. Etsi em essent discipuli Domini, nunquam tamen habuerunt potestatem cõsecrãdi, nisi postquam dixit illis; *Hoc facite in meam commemorationem*: nec ius absoluendi aliorum peccata, nisi ex quo audierũt: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Et vanum est quod ex Petro adferunt: *Vos estis genus electũ, regale Sacerdotium*: ex quo colligunt, ergo omnes sunt Sacerdotes. Sed cur non pari ratione concedũt vt omnes sint Reges? quia habetur in eôdẽ contextu, Regale Sacerdotiũ. Sicut Exo. 19. dicitur; *Eritis mihi in regnum Sacerdotale?* nunquid ergo omnes Reges erant, aut omnes Sacerdotes? Docuit quidem Petrus in vniuersitate Christianorum esse Sacerdotium, & regiã potestatem. ¶ Et eôdem modo soluitur, quod habetur apud Ioannem: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes.* Loquitur enim nõ de singulis, sed de vniuerso, in quo inuenitur vtraq; potestas, Regia, & Sacerdotalis. Et Græcus habet codex; *Fecit nos Deo nostro Reges, & Sacerdotes.* Vbi loqui videtur de se, & sui similibus, id est de ordine Apostolorum, qui constituti sunt à Deo Principes orbis terrarum (iuxta illud; *Constitues eos Principes super omnem terram*) & summi Sacerdotes. Ita vt differat Sacerdotalis ordo ab Episcopali. Et omnis quidẽ Episcopus Sacerdos est, non autẽ omnis Sacerdos Episcopus.

Ecclesiæ ministrorum ordinationes minimè ad ciuiles magistratus pertinere. *Luc. 22.* 1. *Cor. 11.* *Ioan. 20.*

Matth. 18. Populꝰ Christianus, vt ait B. Petrus, vt sit regale Sacerdotium. 1. *Pet. 2.*

Explicatur & illud: Fecisti nos Deo nostro regnũ & Sacerdotes. *Apoc. 5.* *Supra 1.*

Psal. 44.

Ad tertiam dubitationẽ, in qua habetur: Sicut & ego disposui tibi, nec tamẽ modum aut rationem expressit suæ dispositionis, dicendum est, eam quã verbo Apostolus tradiderat, eãdẽ scripto Apostolũ consignare. Et quia vtitur verbo Διατάσσειν, qđ tãtùm dicitur de præceptis Ecclesiasticis, & Canonicis; insinuatur, conditiones Episcopi nõnullas nõ tã esse iuris Diuini, quàm Canonici, & Ecclesiastici: vt ꝙ sit monogamus, non percussor, non neophytus: & ipse tunc ordinans dabat autoritatem iurisdictionis. Et nõ ait: Vt disposuit Dñs, vt 1. Corint. 9. habetur: ita & Dñs ordinauit, &c. vbi Græcè habetur Διέταξε, qđ est verbũ idem cũ eo quod hic habetur, de quo etiam 1. Cor. 11. legis: *Cætera cũ venero disponã.* Et c. 16. De collectis autẽ quæ fiũt in Sãctos, sicut ordinaui in Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite: vbi dicitur Διάταξαι. ¶ Vbi sunt autẽ istæ dispositiones, quas Paulus, & Patres voce ab eo verbo deducta Diataxes vocãt? Nec enim, sicut ego disposui tibi, ad eas tantùm pertinet, quæ hoc loco in eligendis ministris requirit: *Si quis*, inquit, *sine crimine est*, &c. Aliòqui potius dixisset de præsenti, sicut ego

Tertiæ quæstionis solutio.

Conditiones Episcopi quas innuit Apostolus nõ esse iuris Diuini, sed Humani.

1. *Cor. 9.*

Contra Lutheranos traditionũ contemptores.

Vniuersalis atque perpetua Ecclesię dispositio quæ nam obseruetur.

dispono tibi: Nec addidisset etiam: vt ea quæ desunt, corrigas, quia ad illud ipsum, Sicut & ego disposui tibi, referendum est. Dispositum siquidem in Ecclesia est, vt sit vnus Metropolitanus, qui primatum suum agnoscat: & infra Metropolitanũ sint singuli Episcopi per singulas ciuitates non paruas: hæc autem dispositio vniuersalis est, & per totum Orientem, & Occidentem obseruatur. Non ergo omnes conditiones Ecclesiæ ad hierarchiam Ecclesiasticã spectantes, hoc loco complexus est Apostolus.

Apostolorũ non omnes, quibus vtebantur, leges erãt Diuini: sed etiam iuris Humani. 1. Cor. 11.

Et illud etiam perpende, quòd Apostoli non semper allegabãt ius Diuinum ad omnia quæ præcipiebant, sed interdum etiam leges suas Canonicas, & Apostolicas diataxes, vt hic Paulus facit: & alibi, cum ait: *Laudo vos fratres, quòd sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*, non dixit, præcepta Christi, aut Dei; sed, *præcepta mea*: quæ ipse constituebat pro eo tempore, & loco, & necessitate. Quòd si eo tempore conscriptæ erant diataxes Apostolorum, quas collegit Clemens libris octo; quis erit qui hoc loco neget, Apostolum ad illas allusisse, vbi ait: *Sicut & ego disposui tibi?*

Quartæ sol. dubit. De conditionibus Episcopi 1. Tim. 3. & Tit. 1. requisitis, an sint.

Ad quartum respondemus, easdem prorsus conditiones requiri in Episcopo eligendo, atque 1. Timothe. 3. quàm paucissima addit super illas. Huiusmodi verò conditiones si quis exactè consideret, & conferat cum nostræ ætatis Episcopis, videbitur in nouo orbe, & in peregrina aliqua Ecclesia, quæ Christum, & Apostolos penitus ignorauerit, versari.

Episcopus vt esse debeat sine crimine

Prima enim conditio est, *Vt sit sine crimine*, vel inculpatus. Non quòd omni culpa vacare debeat, quia Nemo sine crimine viuit, vt ille dixit; Sed qui inculpatè apud homines viuat, & vitio careat, quòd infamiam pariat, & possit in iudicium venire. Hesychius ad 21. Leuitici: *Sicut Moses*, inquit, *duodecim maculis mũdum esse præcepit* (scilicet futurum Sacerdotem) *tot eas enim inuenies secundùm Septuaginta dinumeratas; sic & Paulus duodecim cõseruare eum, qui Sacerdotium sortiturus est, præcepit dicens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, &c. Quis autem irreprehensibilis, nisi impollutus? Deinde colligatur irreprehensibilem eum esse, à qualibus maculis aut passionibus carendo, in subsequentibus ostendit. Non superbum, &c. Duodecim ergo & ipse custodire Sacerdotem vult, & quamobrem ei tanta superimponat, in præcedentibus dixit, Sicut Dei dispensatorem. Qui autẽ dispensat quæ Dei sunt, opus habet eos, quorum dispensator est, virtutibus præcedere. Nam quomodo illos dispensare, quomodo disponere poterit?* Hæc ille non indoctè.

Hesych. prope finem capitis.

Quot maculis carere debent Noui præsertim Testamenti Sacerdotes. Leuit. 21.

Secunda conditio est: *Vnius vxoris vir*. Quòd non dicitur ppter nuptiarum reprehensionem, sed propter Sacramenti sanctitatem. Quemadmodùm si fœmina etiamsi catechumena fuerit vitiata, non potest post Baptismũ inter Dei virgines consecrari: ita non absurdum est, eum, qui excesit vxorum numerum singularem, non peccatum aliquod cõmisisse, sed normam quandam Sacramenti amisisse, non ad bonæ vitæ meritum, sed ad ordinationis Ecclesiasticæ signaculum: de qua re fuit 1. Timot. 3. disputatum. Nunc adde testimonium Leonis Papæ, qui Epist. 2. ad diuersos Episcopos per Picænum, & Campaniã, productis duobus Apostolorum Canonibus 17. & 18. ita scribit: *Qualis verò vnicuiq; natalium honestas, & morum esse debeat, qui sacri altaris ministerio sit sociandus, Apostolo nos docente, & diuina præceptione didicimus; & Canonum regulas, à quibus plerosq; fratrum declinasse, & penitus deuiasse reperimus. Nam constat ad Sacerdotium peruenisse viduarum maritos, quosdam etiam, quibus fuerant numerosa coniugia, contra illam Apostoli vocem; Vnius vxoris virum, & cõtra illud antiquæ legis præceptum, quo dicitur, & cauetur, vt virginem Sacer Sacerdos accipiat, non viduam, non repudiatam, &c.*

Episcopus vnius vxoris vir cur tantùm sit oportet.

Augustin. lib. De bono cõiugali, cap. 18 tom. 6. Disput. 10. Leo Magnus.

Tertia conditio: *Filios habens fideles*. Quia turpe videtur in Episcopo vel habuisse plures vxores, vel filios habere infideles. Quomodò enim videbitur credibile posse alios ab eo in

1. Tim. 3.

Leuit. 21.

Cur filios Episcopus debet habere fideles.

fide instrui, qui proprios filios secundùm carnem non instruxerit?

Quare non luxuriosos.

Quarta: *Filios habens non in accusatione luxuriæ.* Luxus enim filiorum parentem reddit Episcopatus incapacē, quia facilè possent bona Ecclesiæ dilapidare, & ita pauperes, vel filios habere infideles, & ita pauperes facilè contingeret defraudari. Græca vox est, ἀσωτία, id est intēperantia, & prodigalitas in cibo, potu, vestitu, supellectile, & alijs.

Cur item nō subditos. Episcopum etiā oporteat quo sine crimine esse.

Quinta: *Aut nō subditos.* Qui Græcè dicuntur ἀνυπότακτοι, id est rebelles, & intractabiles, ac ꝓinde nō obediētes.

1. Cor. 4.

Sexta: *Oportet enim Episcopum sine crimine esse.* Scilicet peccati lethalis, & scandalo infamiæ, qui est Dei dispensator, à quo exigitur fidelitas in dispensatione verbi, & Sacramentorum, & bonorum temporalium: quā fidelitatem non potest homo criminosus præstare. Et rectè ait: *Sicut Dei dispensatorem.* Debet enim se non dominum beneficiorum, aut redituum Episcopatus, sed Dei dispensatorem agnoscere, qui ad domini volūtatem sua bona administrare debet. Septima: *Non superbum,* Id est, præfractum, aut tumentem, aut placentem sibi.

Idem quomodo sit Dei dispensator.

Quando non superbus, nō iracundus sit Episcopus.

Octaua: *Non iracundum.* Non omnis qui aliquando irascitur ex caussa, iracundus est, sed qui facilè, & frequenter in iram excandescit: vt si incidat in contraria docentes, non statim in irā excādescat, ne quem lucrari vult, scandalizet. De nona & decima, conditionibus illis: *Non vinolētum, nō percussorem,* multa alio loco dixi. Vndecima: *Non turpis lucri cupidum.* Turpe enim est in Episcopo lucri cuiusquā studiū, & mercatura, qui præ se ferre debet maximum diuitiarum cōtemptum, & totum se spiritualibus occupationibus impendere. Mens enim pecunię auida, nec abstinere à vetitis, nec gaudere cōcessis, nec pietati adhibere consensum potest. Duodecima Episcopi conditio: *Sed hospitalē.* Nam qui turpis lucri cupidus est, inhospitalis est. Decet autem Episcopū esse hospitalem; ne pij viri, & religiosi, atque adeò ipsi Episcopi dum peregrinantur, diuertere cogantur ad hospitia ordinaria, vbi sunt omnia plena spurcitijs, & impudicitia. Possent fortassis Episcopi pauperes se excusare: verùm nescio an Deus excusationem accepturus sit. Si enim diues esset Episcopus bonis moribus, & fama, certè pauper in bonis Deo prouidente esse non posset. Et ideò Apostolus absolutè dixit, hospitalem, nō distinguens diuitem à nō diuite. Ambrosius lib. 2. De offic. cap. 16. *Scio,* inquit, *plerosq; Sacerdotes, quò plus contulerunt, plus abundasse: quoniam quicūque bonum operarium videt, ipsi confert, quod ille suo officio dispenset, securus quòd ad pauperem sua perueniat misericordia. Nemo enim vult nisi pauperi proficere suam collationem. Nam si quem aut immoderatum, aut nimis tenacem dispensatorē viderit, vtrumq; despiciet, si aut superfluis erogationibus dissipet alieni fructus laboris, aut recondat sacculis.* Hæc ille.

Disput. 11. in priorem ad Tim. 3.

Non turpis lucri cupidus quinam Episcopus.

Cur oporteat Episcopum esse hospitalem.

Qui nunquā pauperes Episcopi.

B. Ambros. tomo 1. in princip.

Benignum. Id est, studiosum probitatis, aut amatorem beneficentiæ, vel amatorem bonorum hominū: quòd bona pars est Prælati, nam ex eo magna pars subditorum virtutē amplectitur, vt à Prælato diligantur. Sequūtur aliæ conditiones: *Prudentē, sobriū.* Græcè vna est tantùm vox, nimirum σώφρονα, & tam ad prudentem, quàm ad sobrium anceps est, & vtrūq; fortassis interpres voluit exprimere. *Sobrium* Id est pudicum, siue castum. Addit, *Iustum.* Id est, reddentem cuiq; quod suum est. Et, *Sāctum,* Id est, erga Deum pium. Et, *Continentem,* siue tēperantē, vt alij vertunt. Et Græca vox est ἐγκρατῆ. Cur autem continētē addidit ad vocē Pudicū (de quo 1. Tim. 3.) cū pudicitia omnibus etiā laicis cōiugibus necessaria sit? quid rursus opus fuit addere, oportet Episcopum, vel Presbyterum esse continentem? nam ἐγκρατῆς absolutè ponitur, id est sine aliquo addito, vt iustitiæ, gloriæ, iræ, auri, & simplicium, & propriè ad voluptates gustus, & tactus refertur, vt Aristoteles docet 1. libro Magnorum Moraliū. Debet ergo Episcopus, vel Sacerdos, siue cōtineat, siue non, se ab omni concubitu castū,

Benignus qui sit Episcopus.

Qui prudēs, sobrius, & iustus.

Sanctus autem qui, continens.

Philosoph.

siue σώφρονα seruare: nam σώφρων, qui temperatus est, circa continentiã nihil patitur; & ita is qui est ἐγκρατὴς, epithasin addit σωφροσύνης. De continentia autem, vt est virtus specialis, disputauit Paulus corã Felice, & Drusilla: ita enim ibi Græcè nominatur, quæ ab interprete vocata est castitas. Debet ergo esse continens Episcopus ab vsu vxoris, & non solũ pudicus, quæ pudicitia etiã seruanda est in vxoratis, sed fortis advincendũ seipsum, & suas concupiscentias.

Actor. 24.

In quibus maximè seruanda est Episcopo pudicitia.

Vltimò dicit: *Amplectentem eũ, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonẽ.* Græca vox significat hominẽ tenacẽ, & studiosè retinẽtem, alijs conãtibus eripere nobis fidelem sermonẽ, qui secundùm doctrinam est tantũ à Deo acceptam. Et vt interpretatur Chrysostomus, fidelem sermonẽ retinere debemus, non autem Rhetoricas argumentationes, aut argutas conclusiones, vt videatur vbique spirare Aristotelem, aut Rhetoricæ artis peritum Demosthenem; sed custos sit doctrinæ fidelis, quam Christus, & Apostoli eius tradiderunt.

Episcopus qui amplectatur eum qui doctrinã est fidelem sermonem. *B. Chrysost. homil. 1.*

Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicũt, arguere. Duo enim Episcopi munera sunt, Docere, scilicet, & Exhortari in doctrina sana, quæ ad mentis sanitatẽ perducit, & quæ ex Scripturis, & earũ occultis sensibus petitur: & præterea, eos qui contradicũt, reuincere. Nam alioqui (vt ait Sapiens) vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? quemadmodùm filij Israël vna manu ędificabant templum, & altera tenebant gladium.

Idem vtì potẽs sit exhortari in doctrina sana; & eos qui contradicunt, arguere.

Eccli. 34.

Ad quintam dubitationẽ dicimus, Apostolum notare eos, qui præter doctrinam sanam, fidẽ perturbabant, quos vocat ἀνυπότακτος, id est, intractabiles, & qui in ordinem cogi nolunt. ¶ *Vaniloqui.* Qui ματαιολόγοι, id est, qui friuola docent, & qui leuia, & incerta exempla adhibent in concione. ¶ *Seductores.* Qui eleganti verbo Græcè dicuntur φρεναπάται, id est, mentiũ deceptores, qui à veritate abducũt homines ad mendaciũ: non autẽ qui alios trahunt ad comessationes, & ebrietates, & prostibula.

Solutio quintæ quæstionis. De vaniloquis & seductoribus à Tito redarguendis.

¶ *Maximè*, inquit, *qui de Circumcisione sunt.* Id est, de genere Iudæorum, qui Gentes ad fidem conuersas ad Iudaismum reuocabant, & cum Euangelio Iudaismũ coniungebãt: vt Ebionitę, & Cherinthiani. ¶ *Quos oportet redargui.* Vbi Græcè elegãter dicitur πεισομίζειν, hoc est os occludere, siue obturare, id est, quibus oportet silentiũ imponere, ne de scientia præ alijs glorientur. Nã ij sunt, *Qui vniuersas*, inquit, *domos subuertũt, docẽtes quæ non oportet, turpis lucri gratia.* Docebãt in primis non publica cõcione, sed familiari, & priuata doctrina, imitãtes malũ hominẽ, qui media nocte dormiẽtibus hominibus superseminauit zizania. Qui enim malè agit, odit lucem. Deinde docebãt quæ non oportebat, id est, veterẽ legẽ, quę iã antiquata erat, & quã erigere, & mortuã suscitare, erat anathema, & reędificare Iericho. Et tertiò addit: *Turpis lucri gratia.* Quoniã nefas erat Diuinã doctrinã vẽditare. Vnde turpe est omne lucrũ, quod exigitur tanquã merces doctrinæ. Et sapienter dixit quidam Iurisconsultus de ciuili sapientia, nõ esse illã pretio nummario æstimandã aut dehonestãdam. Peiores ergo erãt isti iudaizãtes illis, de quib⁹ ad Rom. 10. loquitur Apostolus, qui eadem docebant, sed zelo adducti.

Iudaizantes cur seductores. Quid hoc loco redarguere.

Quomodo illi docebãt quę nõ oportet.

Matth. 13.

Ioan. 3.

Iosue 6.

Turpis lucri gratia cur docebant.

Rom. 10.

Ad sextum, circa illud: *Dixit quidã ex illis, proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.* Dicendum est, non esse mirandum, si Paulus producat Poëtam Ethnicum, quem propterea non in omnibus probauit, sed illud dictũ Poëtæ tantùm probauit: quia etsi nõ essent incircumcisi in templum Dei introducendi; dũ tamen aliquid boni & veri dixerunt, possunt eorũ dicta introduci. Quid enim vetat, Poëtas aliquãdo quod verum est, prædicere, cũ cacodæmones etiam vera nõnulla loquantur. Deinde mirãtur cur tãtus Apostolus tanto vituperio vniuersæ illi insulę tantã ignominię notã inuserit? Verùm Apostolũ excusabat ipsa

Sextæ dubitationis solutio. De causa producti testimonij Epimenidis contra Cretenses.

Deut. 23.

Primæ & secundę solutiones.

perſpicua rei veritas. Deinde quòd non fuerit eius ſententiæ autor, ſed poëtam illius gẽtis profert: quanquã illud dictum, tanquã vaticiniũ quoddam Dei videatur probare: quemadmodùm probamus dicta Dei per Balaam. Tertiò ſcribebat Apoſtolus ad virum priuatum, & multa priuatim dicuntur prudẽter, & ſcribuntur, quæ nonniſi temerè, & imprudenter in aures vulgi publicè effunduntur. Et licèt publicata poſtea fuerit Epiſtola hæc; tunc Apoſtolus non iniuriã inferre, ſed doctrinam tradere voluit. Denique ipſa Apoſtolica autoritas, per quam Deus loquebatur, & ipſe in verbo Domini, non animo conuitiandi, ſed potiùs vt emendarentur, ciuſmodi teſtimonium produxit. Nã etiam in eodem Spiritu Eſaias vocat Iſraëlitas, principes Sodomorum, & populum Gomorrhę; & Ioannes Baptiſta de Phariſæis & Sadducæis dixit: *Progenies viperarum, quis demonſtrabit vobis fugere à futura ira?* Cuius dictũ confirmauit Dominus, dicens: *Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?* Idem inquit: *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ.*

Tertia.

Quarta, & poſtrema.

Eſaiæ 1. Quę nõ animo maligno Sanctorum ſint accipienda maledicta *Matth. 3. Infra 23.*

Ibidem.

Eſt etiam ſenſus verus, ſaltem ſpiritualis, de Cretenſibus, in quibus carnales homines deſignantur, vt vox ipſa ſonat. Carnales autem & facilè mẽtiuntur, & more malitioſæ beſtiæ recalcitrant. ¶ *Et ventres pigri.* Quia ventri, & his, quæ ſub ventre ſunt, viuunt. Qui autẽ ab his qualitatibus immunes fuerint, non erunt amplius Cretenſes ſecundùm ſpiritum, ſed homines Dei, qui ſpiritu, & rationis iudicio ſeipſos gubernant.

Quos referãt Cretenſes.

Fuit etiã Epimenides natione Cretenſis, patria Gnoſius, Philoſophus, & Poëta, & tẽpli Mytre, hoc eſt, Solis Sacerdos. Prophetam verò eũ vocat, non philoſophum Paulus, non ſimpliciter, ſed proprium illorum prophetam; & quia communiter Poëtæ oẽs vates dicuntur. Alij verò putant κρητικῶς vocaſſe prophetam: quia vt teſtatur Laërtius de Epimenide, ferũt Cretenſes ipſi tanquam Deo ſacrificia obtuliſſe, vt qui ſingulari quadam vi res futuras intelligẽdi prędituſ fuerit. Et poſteà Laërtius ſubdit aliquod eius miraculum. Scripſit librum περὶ χρησμῶν, id eſt, de Oraculis, in quo Poëmate habetur hoc teſtimonium. Cicero quoque lib. 1. de Diuinatione Cretenſem Epimenidem enumerat inter eos, qui per furorem ſunt vaticinati. Vnde Adimantus apud Platonem lib. 2. De Repub. poſtquã poëtas deorum filios dixit, addit nonnullos illorum factos fuiſſe Prophetas.

Epimenidis patria: cur proprius Cretenſium propheta nominetur.

Aliorum opinio. *Diog. Laer.*

Epimenidẽ Cicero quẽ vatem opinetur fuiſſe. *Plato, to. 1*

¶ Hieronymus, Auguſtinus, & Chryſoſtomus, docent hìc ab Apoſtolo citari Epimenidem. Etſi Callimachus Cyrenenſis hoc poëma ſit imitatus, & Heſiodus in Theogonia his proxima dixerit. Verſus Epimenidis eſt:

Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri,
Tibi, ô Rex Iuppiter, monumentum extruxerunt:
Atqui tu non es mortuus, ſed in æternum ſemper viuis.

Hieron. hoc loco, to. 9. Auguſtinus Chryſoſt. hom. 1.

Et ſũt carmina heroica. Et primũ eſt:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί:

quod ita Latinè reddi poteſt:

Mendax, ventris iners, ſemper mala beſtia Cres eſt.

Epimenidis teſtimonium de Cretenſibus.

Circa primum verbum: *Cretenſes ſemper mendaces*, dubiũ eſt quomodò Iupiter eſſet immortalis, ſi Cretẽſes ſunt mendaces: quoniam vix teſtimonium hoc verũ eſt. Reſpondeo, quòd in hoc ſolo dixit verum, teſtimoniũ hoc (de Cretenſibus) quod mendaces ipſos vocauerit. Vnde ait: Teſtimonium hoc (ſcilicet, quòd ipſos faciat mendaces) verum eſt: ideò dixit, In hoc, non in reliquis, quæ fingunt de Ioue immortali, de Saturno & reliquis fabulis, quibus plenus eſt mundus, mendaciſſimi extiterunt. Vnde prouerbium: *Cum Cretenſi cretizare*; id eſt, Aduerſus mendacem, & fraudulentũ vtere mẽdacijs & fraudibus: & Ouidius de Cretenſibus dixit:

Cretẽſes, vt ait Epimenides, ſi ſunt mendaces: quo Iupiter modo erat immortalis.

Cũ Cretenſi cretizare, iuxta proneꝛbium, quid.

Nec fingunt omnia Cretes.

Ouidius. Cretenſes quare sẽper mendaces.

Non igitur dicũtur mendaces, ꝙ aliquo linguę lapſu mentiti ſint, ſed ꝙ habitu, & affectu, & exercitio mẽdacia fingebant, & illis delectabantur.

Secundò

Cur malę bestiæ, & ventres pigri.

Secundò vocat Cretenses, bestias malas, vel potiùs feras, quę à feritate dictę sunt, ꝙ nulla eis insit veri ratio, & quę curari non possunt, sed quæ in dominos suos insurgãt, & recalcitrẽt: nã Græcè θηρία feram significat veneno noxiã. Tertiò vocat eos ventres pigros, id est, edaces, & bibaces, & abdomini tanquã dño seruientes. de quib⁹ Lucretius dixit:

Lucret.

Edite lurcones, comedones, viuite vẽtres.

Horatius.

qui perpetuò eructant crapulam, de quibus Horatius:

Nos numeri sumus, & fruges consumere nati,
Sponsi Tenelõtes, nebulones, Alcynoiq;.
In cute curãda pl⁹ æquo operata iuuẽtus.

Paulus citãs ex Epimenide, quid docuerit nos. *B. Ambr. in cap. 12. prioris ad Cor. tom. 5.*

Scrupulosus igitur est, qui ex ꝓfanis autoribus nihil audet mutuari, cùm omnis veritas à quocunque dicatur, à Spiritu sancto dicatur.

Soluitur septima dubit.

Ad septimũ, cũ ait: *Quã ob causam increpa illos durè.* Græcè ἀποτόμως, id est, seuerè & pręcisè, & ad viuũ. ¶ *Vt sani sint in fide.* Et sanitatẽ explicat, cũ ait: *Nõ intendentes Iudaicis fabulis.* Id est, ad legẽ Moysi extinctã, & ad cerimonias ciborũ abrogatas, vt interpretatur Chrysost. Lex enim Mosis si extra tẽpus suũ extẽdatur, fabula est: si enim lex adhuc viuit, Christus gratis seu frustra mortuus est. ¶ Hieron. verò per Iudaicas fabulas accipit cõmenta Rabbinorum. Et vt hoc loco annotat Theodoritus: *Iis qui nondum crediderunt, placidè ac leniter tradenda est doctrina: eos autem qui credere profitentur, & ea quæ Fidei repugnant, facere conantur, medicamentis paullò asperioribus medicari conuenit.* Hæc ille.

Iudaicis fabulis quibus intenderent Cretenses.

Galat. 2.

Alter sensus, scilicet beati Hieronymi. *B. Theodor. part. 2.*

Igitur isti nec foris erant, vt nihil ad Titũ pertinerent, sicut ad Corint. docuerat: neque rursus hæretici erãt, vt Fidẽ amisissent: qui suo iã iudicio condemnati sunt. Habebãt ergo fidẽ, licèt in fide sani nõ essent. Quis enim rationis compos eũ increpet, qui sanus sit in fide? Et cur non dixit Apostolus, Increpa eos, vt fidem capiant, aut fidẽ recuperent; nisi quia nõ fidẽ, sed fidei firmitatem amiserant.

Cretẽses vt nõ erãt sani in fide, meritò ob id durè increpandi. *1. Cor. 5. Tit. 3.*

Et subdit: *Mandatis hominũ auersantiũ se à veritate.* Non intendentes scilicèt. Sæpè diximus, mãdata hominũ vel traditiones hominum in malam partẽ accipi, id est, pro illis hominibus, qui auersantur veritatẽ, & illam nolũt agnoscere: quia sequuntur deuteroses, & traditiones Talmudicas, in quibus multa tradũtur fabulosa, & ridicula, de quibus Mar. 7. & Mat. 15.

Quorũ mandatis hominum ijdem Cretenses intenderent

Marci 7. Matth. 15.

Ad postremam illam sententiam: *Omnia munda mundis,* dicendũ, Apostolũ agere de Mosaico ciborũ delectu, sine quo illi putabant iustificari neminẽ. Et inter Iudaizantes nõ erat vna sententia, sed quidam putabant quosdã cibos suapte natura immundos; alij propter legem prohibentem Leuit. 11. & Deut. 14. Hinc Aug. lib. 4. contra Faustum Manichæum, porcũ dicebat immundum non naturâ, sed significatione. ¶ Quòd autẽ Apostoli Act. 15. prohibuerunt Christianis Antiochenis abstinere à suffocatis, & sanguine; id non fecerũt ob significationem, sed quòd viderent, cùm lex iam esset extincta, abstinentiam à suffocato conducere ad aliquid Deo gratum; id est, ad concordiam Gentium, & Iudæorum. Sic etiam hodie Pastor summus prohibet Christianis esum carniũ in ieiunio, non ob id ꝙ putet vllum cibum vel naturâ, vel significatione immundum, sed quòd faciat ad macerationem carnis, & mentis eleuationem.

De sẽsu hui⁹ dicti: Omnia munda mundis, &c. *Leuit. 11. Deut. 15.*

Antiochenos cur Apostoli abstinere iusserint à suffocatis, & sanguine. *Actor. 15.*

Etsi alij aliter explicent, petentes solutionem ex textu ipso Leuit. 11. Non enim ait: Lepus, vel sus erit immundus simpliciter, sed, Erit immundus vobis (etsi Hieron. non semper apponat, Vobis, vbi est in Hebræo) hoc est, phrasi Hebræa erit prohibitus vobis, & vetitus. Ita etiã subijcit: *Horum carnibus nõ vescemini.* Similiter & de piscibus: *Quicquid autem pinnulas, & squamas non habet eorum quæ in aquis mouentur, & viuunt, & abominabile vobis, execrandum ꝛ erit: carnes eorum non comedetis.* Et Augustinus sentiebat cibos prohibitos propter significationem; Chrysost. verò propter abundãtiam deliciarum amputandã; at Ambrosius propter Hebræorum ceruicositatem coërcendam.

Altera solutio literalis. *Leuit. 11.*

Vetitorum in lege ciborũ tres causæ sanctorũ. *B. Aug. lib. 30. contra Faust. cap. 1. tom. 6. Chrys. hom. 1. Ambrosius.*

Cibi secundū alios vnde mūdi, vel immundi reddantur. *Genes.* 1.

Vel potiùs dicendum, rerum mundiciam, vel immunditiam, non ex ipsarum rerū natura proficiſci, vt impij putant. Omne enim quod à Deo creatum eſt, bonum eſt, & mundum; vidit enim cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona. Itaque non ob id q̄ aliquid ſit immundum, ſi edamus, inquinamur: ſed cùm homo ex ſe ſit immundus propter peccatum, quod ſpontè patrauit; idcircò omnia illi fiunt immunda. Nam quia in primo homine peccauimus, ideò immūda facta ſunt omnia, vtpotè quæ non ſeruiant, nec proſint ad Dei ſeruitium, cùm nos, quibus ſeruire debebant, à Deo ſimus alieni. Tandiu autem erat illud futurum, quādiu regnaret peccatū. Secùs poſtquam Chriſtus ſua cruce deleuit peccatum, & ita mundificauit nos; & idcircò facta ſunt nobis omnia mūda propter fidem in Chriſtum. Qua de re Capite quarto prioris ad Timoth. dixit Apoſtolus: *Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.*

Infra 3. Quid eſt, immunda facta eſſe omnia per peccatū, per Chriſti gratia mūda

Subdit iā Apoſtolus: *Coinquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundū.* Id eſt: Totus homo interior pollutus eſt & contaminatus, & non tantùm ea, quæ à Iudæis tanquam immunda reſpuuntur, ſed etiam illa quæ munda eſſe putant, immunda ſunt. Inquinatur enim mens errore, quando obfirmatur in eo errore conſciētia, & quādo contrā rectæ rationis inſtinctum agit. Quare Auguſtinus lib. 30. cōtra Fauſtum, cap. 1. intelligens quòd non de ratione, aut de eleemoſyna, aut id genus actionibus eſt ſermo, ſed de cibis: *Infidelis*, inquit, *ſiue comedat, ſiue abſtineat, non ſanctè, vel iuſtè comedit, vel abſtinet: quia praua opinione vtrūq; facit.* Eodem loco explicat, illos qui tempore reuelatæ gratiæ adhuc illas vmbras futurorum ita cuſtodiendas putarunt, vt ſine his Gentes quæ ſalutem quæ in Chriſto eſt, percipere non poſſe contenderent, immundos dici ab Apoſtolo, quòd carnaliter ſaperent, & infideles, quòd tempore legis non diſcernerentur.

Quare coinquinatis, & infidelibus nihil eſt mūdum.

E. Auguſt.

Immūdi qui ſint etiā Apoſtolo, ſecundū Auguſt.

An verò homo infidelis poſsit op⁹ aliquod bonum moraliter exercere, diſputatur inter Scholaſticos. Et quidam id affirmant, aientes, non tantū opus bonum ex genere, ſed etiā morale opus, id eſt, debitis ſuis circumſtantijs ornatum ab eo perfici poſſe. Auguſtinus verò id negare videtur, quia ſemper deeſt vna circumſtantia, vt ſcilicet ex amore Dei, quod lex naturalis præſcribit, & non ſola lex gratiæ. Sed hîc non eſt locus de hoc articulo diſſerendi.

Homo infidelis an valeat bonum aliquod opus morale perficere.

Auguſtinus

Concludit Apoſtolus: *Confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant.* Probat inquinationem mentis, & conſciētiæ ex ipſo opere: quia etſi lingua fateātur ſe noſſe Deum, notitia fidei, & veritati, & Chriſto contraria factis vitaque oſtendunt. Et hæc eſt illa inualetudo, & infirmitas mentis, quando homo quod credit, & profitetur, non relucet in moribus, & factis.

Infideles homines vti cō fiteantur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

Et ſubdit: *Cùm ſint abominati,* vel abominabiles, *& incredibiles* (id eſt, increduli, ſiue impersuaſibiles, quib⁹ nulla veritas de Deo perſuaderi poteſt) *& ad omne opus bonum reprobi.* Hoc eſt; Non tantùm inepti ad bene operandum, ſed etiam reprobi, mēte ſcilicet, & affectu, à quib⁹ nihil boni eſt ſperandū. Et hęc de primo capite.

Cur ijdem abominabiles, incredibiles, & reprobi.

DISPVTATIO II.

In verba secundi capitis Epistolę ad Titum: *Tu autẽ loquere quæ decẽt sanam doctrinam. Senes, vt sobrij sint, pudici, prudẽtes, sani in fide, in dilectione, in patientia,* & reliq. vsque in finem capitis.

Quæstio prima.

EXIGVÆ sunt, & parui momenti huius Capitis dubitatiunculæ: eas tamen more solito proponemus, & breuibus dissoluemus. Prima sit post connexionem verborum horum cum præcedentibus, quænam est ista sanitas doctrinę, quam tertio quoque verbo inculcat Apostolus, & in præcedentibus epistolis ad Timotheum, & in hac epistola, vbi tradit: *Senes sani sint in fide:* & paullò antè: *Increpa illos durè, vt sani sint in fide*; & inferiùs in hoc eodem Capite: *Verbum sanum, irreprehensibile.* Secundò dubitatur, cur primò senes, deinde anus, adolescentulas, & iuuenes, dominos, & seruos hoc eodem ordine enumerauerit; & quid cuique præscripserit. Tertiò, quare cum causali dicitur, Apparuit enim. Quartò, quomodò dicitur apparuisse omnibus hominibus, quia multis non illuxit Euangeliũ Christi, teste eodem Apostolo dicente: *Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrũ; in ijs qui pereunt, est opertum, in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium* Quintò, quid est abnegare impietatẽ, & secularia desideria. Sextò, dubiũ est, quid sit sobriè, & iustè, & piè viuere; & cur hoc ordine dicat nobis esse viuendum. Septimò, quid expectare beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei: quis etiã iste magnus Deus, Patérne, an Filius. Octauò asserit, nos esse redemptos, vt mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorũ operum; nũ quid Deus indiget operibꝰ nostris, vt nos iustificet, aut vt nos saluet? Postremò, quare dixit, Argue cũ omni imperio, &, Nemo te cõtemnat: Honor enim non est in honorato, sed in eo qui honorificat. Ita etiã contemptus non est situs in eo qui contemnitur, sed in eo qui contẽnit. Ideò illi potiùs erãt admonẽdi ne contẽnerent pastorẽ suũ.

1. Tim. 1. Infra 6. 1. Tim. 1. Infra 4.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

2. Cor. 4.

Quinta & sexta.

Septima & octaua.

Nona atque postrema.

Ad primam dubitationem: Cùm priori Capite Apostolus egisset de forma Episcoporũ, & eorũ numero, ostendens qua vitæ integritate præluceret illis in Ecclesia præ alijs conueniat, & quid in prædicatione, & doctrina præstare eos oporteat: iam hoc secundo de aliarum personarum officijs agit. Et cum aduersatiua incipit: *Tu autem loquere quæ decent sanã doctrinam.* Id est: Cùm illi fabulis, & mandatis hominum attẽdant, in quibus se produnt non esse in fide sanos; tu contrà loquere quæ sanum arguũt doctorem. Sunt autem sanæ doctrinę munera, opera charitatis ad fidẽ adiungere, vt superiùs probatum reliquimus. Hinc 1. Timoth. 1. post multa enumerata peccatorũ genera, subdit: *Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundùm Euangelium gloriæ beati Dei:* & 2. Tim. 4. *Erit enim tẽpus, cùm sanã doctrinam non sustinebunt.* Et superiori Capite huius Epistolæ: *Vt potens sit exhortari in doctrina sana.* Vnde & sermones sani vocãtur, qui prẽter fidem docent charitatẽ, per quam tunc fides sana est, tùm animus sanus indicatur, & homines sani sunt corã

Primę solut. quæstionis. De cõsequẽtia huius Capitis cum superiori.

Titus quę loqui debebat decentia sanã doctrinã: & quænã sit sana doctrina.

1. Tim. 1.

2. Tim. vlt.

Tit. 1.

Qui sani sermones.

Deo. Et ideò hoc loco adhortans ad sanam doctrinam, non aliud facit quàm instituere, vt quælibet ætas hominum, & conditio mores ætati suę, & conditioni congruas induat. Vnde vult vt senes sint sobrij, & sani in fide. Denique illa potest statui sana doctrina, quæ profert fructus veritatis, & patientiæ.

Sana doctrina quæ tandem.

Infirma autem fides est illa hæreticorũ nostri seculi, quæ fidei omnia tribuit; de mãdatis verò Dei implendis, de studio bonorum operum, de oratione, aut maceratione carnis per ieiunium, & ciborum delectum, & vestium asperitatẽ, nihil tradit. Hæc autem fides tam infirma, est illa, de qua Iacobus: *Fides sine operibus mortua est in semetipsa.*

Hæretici qualem habeant fidem.

Iacobi 2.

Ad secundum dicimus, Apostolũ leges tradere omnibus ętatibus bene viuendi. Et in primis alloquitur senes, & anus, qui debent esse iuniorũ duces, & exemplo illis præire. Et admonet senes, vt sint sobrij, id est, ebrij non sint, & temulenti, & caueant à crapula, & ebrietate: nihil enim turpius senectute, quæ delectationibus corporis adhuc dedita est, & nullum sapientię amorem, & rerũ fluxarum contemptum præsefert, vt sint verè sobrij, seu vigilantes. Vtrumque enim significat vox Græca, vt alibi annotaui. Et sobrietas soror est vigilantiæ, iuxta illud: *Sobrij estote, & vigilate.* Deinde hortatur vt senes sint *Pudici*, siue graues, & honestatem prę se ferentes. Tertiò, *Prudentes*, seu modesti. Quartò, *Sani in fide.* Alludere videtur ad diuersos senũ morbos, quibus vnam animi sanitatem commendat. Sani ergo, & non fluctuãtes ad omnem fortunæ euentum. Sani etiam in dilectione: nã infirmus est, qui leuiter amat. Vnde fit, vt non tolerentur patienti animo quæ accidũt aduersa.

Solutio secũdæ quæst. Senes primũ & anus quare moneãtur sobrij esse.

1. Petri 5.

Senes qui pudici, prudentes, sani in fide.

Anus quoque cõiungit cũ senibus. Et primò petit vt sint in habitu sancto, qui religionẽ deceat, & prouectę matronas ætatis. Nam interdum aut lasciuè se adhuc colunt, aut in veste mediocritatẽ nõ seruant, nec decorũ pietatis in incessu, vultu, & sermone retinent. ¶ *Non crimnatrices, aut calumniatrices.* Quia hoc genus mulierum garrulum esse solet, & circũcursare domos aliorum, suntq; verbosæ & curiosę: ideò vetat ne sint calumniatrices. Vult etiã vt nõ sint multo vino seruientes: nam solet illa ætas vini esse appetẽtior. Et vt pueri lacte nutriuntur, ita seniores vino oblectãtur: & quod ætate frigescunt, magno potationis studio resarciunt: sed ita faciliùs in ebrietatem labuntur, in magnum ætatis suæ dedecus, in qua & amittitur grauitas, & autoritas detrahitur: & iunioribus errantibus, quas corrigere deberent, malũ præbent exemplum.

Anus quãdo bene doceãt adolescentulas.

Addit: *Bene docentes: vt prudentiam doceant adolescentulas.* Vno verbo Græco exprimit illud, καλοδιδασκάλους, id est, magistras rerum honestarum, vt non sint lænæ, vt interdum faciunt, & internuntiæ.

In secundo ordine ponit adolescẽtulas, & adolescentulos, quos vocat iuuenes, siue adolescẽtulos. A iunioribus ergo mulieribꝰ exigit, vt viros suos ament, eos cæteris hominibus præferentes. ¶ *Et filios suos diligant.* Non tantùm amore carnis, sed etiam amore charitatis; vbi carpendæ essẽt matres, quæ coram liberis nihil honestum aut loquuntur, aut audiunt. Porrò nolle liberorũ institutioni attẽdere, & correctioni, non est amare, sed odisse filios: nã qui parcit virgæ, odit filium suum; qui autem diligit illum, incessanter erudit, vt ait Spiritus sanctus. Et vt patris est de vitæ necessarijs prospicere; ita vxoris partes sunt circa liberos, & rẽ domesticã intẽdere. Ideò subdit: *Prudẽtes, castas, sobrias, domus curam habentes.* Et idcircò vagari non deberent, sed domi se continere, & vt inquit Homerus, telam, columq;, tractare. Veteres matremfamilias descripserũt, depingentes Venerẽ nudã testudini insidentẽ; admonentes incumbere illi domum curare, nec publicis se immiscere negotijs. Et vt sũma testudinis voluptas est in sua delitescere cauea; ita proba

Adolescentulæ etiamquę viros suos amẽt, & filios suos diligant

Prouer. 13.

Matresfamilias quibus prætereà ornatæ debent esse virtutibus.

Homer. lib. 5. Iliad.

Bonęmatris familias in Venere testudini insistente, antiquorũ pulchra descriptio.

Cur non crimnatrices, nec vino seruientes.

Anus quæ sint in habitu sancto.

mulier

mulier domus custodia nil habet antiquius. Et vt testudo caput, summitatemq; pedum, ac manum non exerit é corte, nisi hoc corporis cura flagitet: ita proba mater familiâs non nisi necessarias ob res prodit in publicum, non longas à domo sua suscipit peregrinationes: choreas, aut compotationes, aut discursus abominatur. Et ita implebit illud, quod Dauid dixit: *Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*; siue vt in Hebræo habetur, in penetralibus domus tuæ, vt indicet non in ostio domus, aut in fenestris curiose spectantem omnia, comorari. Multa etiam vitia in maritis tolerare debent vxores, quemadmodũ vxor Nabal stultitiam eius tegebat ac dissimulabat.

Psalm. 127. Quid illud, Vxor tua sicut vitis abũdans in lateribus domus tuæ.

1. Reg. 25.

Addit Paulus. *Benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum Dei.* Ne videlicet contingat vt mulieres nobilitate, & diuitijs inflatę, Diuinæ non meminerint sententiæ: *Et ipse dominabitur tui: quia caput mulieris, vir* &, *Non vir ex muliere est, sed mulier ex viro.* Sed liberalis est hæc seruitus, & mutua dilectione plena, si per eos non steterit. Et subdit: *Vt non blasphematur verbum Dei.* Quia mali Christianorum mores, & vita reproba, præsertim Sacerdotum, & Religiosorũ, Euangelio, & doctrinæ Christi tribuitur ab infidelibus, & hæreticis.

Mulieres cur esse etiam debent subditę viris suis.

Gen. 3.

1. Cor. 11.

Ibidem.

Gen. 2.

Quomodo blasphemetur verbũ Dei.

Cum adolescentibus coniungit iuuenes, quos similiter hortatur vt sint sobrij, siue continentes, siue modesti, & temperati. Et solùm petit à iuuenibus sobrietatem: quia teste Platone, Temperantia totam hominis mentẽ sanat. Et solet esse illa ætas multum omnibus vitijs propinqua ob cupiditatum variarum æstum, & sanguinem ebullientem. Est autem bonum adolescentium, teste Ambrosio, timorem Dei habere, deferre parentibus honorem, habere senioribus reuerentiam, castitatem tueri, non humilitatem aspernari, diligere clemẽtiam, & verecundiam, quæ ornamẽto sunt minori ætati. Ager qui non colitur, non modò bonum fructum nõ producit, sed multa etiam syluestria profert. Ita iuuentus nisi pijs moribus, & honestis præceptis instituatur, ad multa vitia rapitur.

Iuuenes Apostoluscur mãder esse sobrios.

Plato. in Charmide, tom. 2.

Qui mores deceant adolescentes, secundũ Abrosium.

Ambr. lib. 1. De offic. ca. 17. tom. 1. in princ.

In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum. Quia efficaciùs permouent exempla, quàm verba; & omnes loqui nouerunt, at secundùm virtutem operari, perpaucorum est. Seneca ad Lucilium ita scribit: *Plus homines oculis, quàm auribus credunt. Longum iter per præcepta; efficax, & breue per exẽpla.* Pro verbo, exemplum, Græcè est τύπος, id est exemplar, ad quod alij mores suos debent cõponere. Et subdit: *In doctrina, in integritate, in grauitate.* Græcè hæc leguntur in Accusatiuo casu, pro qua lectione facit quod sequitur, Verbum sanum, irreprehensibile. Et regitur à verbo Præbe, vt sit sensus: in hoc docendi munere præbe integritatem vitæ, grauitatem morum, nec loquaris nisi quod argui non possit: Vtrumque enim signat verbũ Græcũ ἀκαταγνωστον, id est quod minimè accusari, vel reprehendi possit. Et subdit iuxa Græcam literam, declarans exemplũ quale esse debeat, id est in doctrina, in integritate: vt non corrumpatur docens, neque præmio, vel metu moueatur, quo minus vera doceat, nec sit leuitas in operatione. ¶ *Verbum sanum, irreprehensibile; vt is qui ex aduerso est,* id est, Euangelio paratus est contradicere, *vereatur* (id est, pudore suffundatur) *nihil habens malũdicere de nobis.* scilicet vel in vita, vel in doctrina. Et sese ipsum admiscet inadmonitione; quoniã doctrina discipuli est doctrina magistri, & si vnus vituperatur, etiam in alterum redit vituperium.

Exemplorũ vis.

Senec. epist. 6.

In quibus se ipsum præbere exemplũ bonorũ operũ debet Episcopus.

Euangelij aduersariusquãdo vereatur, nullum malũ habens dicere de nobis.

In tertio ordine ponit dominos, & seruos. Seruos quidem, vt fidele præstent obsequium dominis suis: quod in omni epistola tradere solet, ne Christiani seruientes Ethnicis, putẽt se liberos à seruitute dominorum. Est enim seruorum genus improbum, & intractabile, fugax, & furax. Et malis moribus suis impedimento erant, ne domini sui ad Christum conuerterentur; propterea hortatur illos vt non contradicãt dominis suis, nec defrau-

Seruos Apostolus cur toties hortetur subditos esse dominis suis.

dent

Serui dominos vt fraudent. Idem quomodo in omnibus fidem bonā illis ostendāt.

dent illos bonis suis. Est enim Græca vox, *νοσφιζὰν*, quod est, suffurari, vel aliquid decerpere, cum totam rem non ausis tollere; quod proprium est seruorum. ¶ *Sed in omnibus fidem bonam ostendentes.* Id est fidelitatem præstantes, phrasi Hebræa. Vt enim domini multa credunt seruis, ita conditio seruorum est dominis se fideles exhibere. ¶ *Vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.* Munera hominum ornantur bonis verbis; ita ornamenta Christi, & Fidei sunt bona opera, quod ornamentum magno præmio Dominus remunerat.

Quo ité modo doctrinā Saluatoris nostri Dei ornēt in omnibus.

Explicatur: Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus.

Ad quartum circa illud: *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus*: dicendum est, Apostolum argumentari à fine redemptionis, quæ docet studium sobriè, & iustè, & piè viuendi. Nam præstat Doctorem ad honestam vitam homines adhortari, quàm vanis quæstionibus mentes hominum occupari. Nā ad id sumus redempti, vt in sanitate, & iustitia seruiamus Deo omnibus diebus nostris. Et ob id apparuit gratia Dei, vt per eam instituamur ad vitā rectè formandam.

Luc.1.

Gratia Dei quare salutifera. *Philip.2.& alibi.*

Et quod dixit, *Enim*, sensum suum habet. Apparuit enim gratia Dei salutī fera, seu salutaris (ita enim Græcè legimus *χάρις τοῦ Θεοῦ σωτήριος*) omnibus hominibus, vt etiam ad seruile vsque genus se demiserit, ita vt nec postremæ sortis homines despiciat. ¶ Est autem gratia, fauor, siue amor Dei erga nos, vel potius eius effectus, id est habitus, habitans corda nostra ad reddēdum nos Deo gratos, & opera nostra. Et hæc in hærens gratia dicitur apparuisse, quia rara olim, & inuisibilis, & in paucis, modò copiosa, & in multis, & sub signis externis Sacramentorum, per quæ exhibetur. Hoc modo dicitur ad Galat. 3. venisse fides. Et quod habetur Ioā. 7. *Nondum erat Spiritus datus; quia Iesus nondum erat glorificatus.* Et gratia salutifera est illa, quæ primò iustificat, deinde saluat: & à principio est inchoata, deinde proficiens, postea perfecta. Hæc gratia primò fuit in Christo, tanquam in capite, propter cuius gratiam nos accipimus de plenitudine eius', & gratiam nostrā pro gratia Christi capitis. Saluat autem merito, & exemplo, & verbo erudiens, & pretio redimens.

Quid sit Gratia: cur hæc apparuerit. *Galat.3.* *Ioan.7.*

Qualis hæc Apostoli sententia. *Supra 1.*

Etsi autem multis nō illuxerit hęc gratia, id Deo tribuendum non est, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, sed vitiū hominum est, qui nolunt ad eam aspicere, aut postulare à Deo, aut accipere oblatam, aut retinere acceptam. Et Ioann.3. dixit Dominus: *Venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem*: de quibus Stephanus: *Dura ceruice & incircūcisi cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis.* Quosdam etiam vocat Deus rebelles lumini, qui dicūt, Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.

Gratia qualis in Christo: idem quomodo saluet. Solut. 4. dubit.

Si gratia Dei Saluatoris nostri apparuit omnibus hominibus, vnde tot hominum interitus. *Ibidem.*

Ioann.3. *Act.7.* *Iob. 21.*

Circa sextū subiungit: *Erudiēs nos*, vt intelligamus, quia hæc gratia non venit sine lumine, & doctrina. Sed reuera erudit, quia à ruditate tenebrarum intellectus, & vitiosis affectibus voluntatis, ac dæmonum tentationibus nos liberat, & de via salutis ac de Euangelio regni cœlorum nos instruit. Arripiunt quidam in occasionem licentiam, quod loquitur de misericordia Dei: at quosdam impedit socordia: at verò manifestatio gratiæ Dei exhortationes ad piè viuendū necessariò secum adducit.

Gratia Dei quomodo nos erudiat.

Ad 5. dubiū. Quid, abnegare impietatem, & seculania desideria.

Sed iam videamus quid doceat hęc gratia Dei: *Vt abnegantes*, inquit, *impietatem, & secularia desideria.* Aperit vnde principium huius vitæ bene instituendæ incipere debeat, nempè à prioris vitæ abnegatione, cuius duas partes enumerat. Impietas habet ignorantiam, superstitionem, idololatriam, cæcitatem mentis, auersionē à cœlesti Patre, & illa patria, & alia dogmata à fide sana aliena. Et illos, in quibus hæc impietas regnat, necesse est saluari non posse, nisi tandē priùs ab hac peste mundanæ concupiscentiæ liberentur.

Secularia de sideria quænam illa.

Secularia verò desideria, sunt, ambitio, superbia, auaritia, ira, inuidia,

odium,

odium, & similia, quæ cum tempore ipso, & seculo pereunt. Et cum anima conuertitur ad varias creaturas, impietatem efficit, & naufragat à fide. Hæc autem abnegantur, ablegando à se illam peccatorum turmam, & ab renunciando diabolo, qui nos in Adam vicit, & omnibus pompis, & operibus carnis.

Gen. 3.

VI. quæ. solut. Circa illud: Vt sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo.

Porrò vt quæstionem propositam diluamus, quid sobriè, & iustè, & piè viuere, dicimus in his verbis Apostolum tribus virtutibus, sobrietatis, pietatis, & iustitiæ, summã iustitiæ Christianæ complecti. Sobrietas est ad se, iustitia ad proximum, pietas ad Deũ. Sobrietas consistit in moderatione cibi, potus, vestitus, domus, & supellectilis eius & familiæ, vt corpus suũ vnusquisque in officio contineat. Iustitia respicit proximum, quem nec offendere, nec fraudare, nec malum malo reddere docet. Debemus etiam amare, opitulari, & omni virtutum officio prosequi, & patientiã in malo præstare, & in bono malum vincere. Pietas erga Deum est vt parentẽ, quæ religionẽ, adorationem, & reuerentiam Dei parit, fidem dictis eius, timorẽ sanctum, & inuocationẽ eius, spem certam de bonitate eius, amorem cum obedientia coniunctum, & perseuerantiam. Sobriè autem agit, cùm quis se ipsum propter Deum diligit: iustè, cùm proximum diligit, piè cum charitate Deum colit.

Sobrietatis, pietatis, & iustię virtutũ officia.

Rom. 12.

Ibidem. 12.

Dominus Iesus humanã cur venerit non tollere seruiturem.

Serui igitur agnoscant se per Christum à iugo seruitutis non eximi: non enim venit ille, vt iura Gentium violaret, aut solueret, sed vt de malis seruis bonos, & probos efficeret, & pœnam in meritum eis conuerteret, qui dominis tanquam ipsi Christo fideliter seruiunt. Quòd si quid iniustè à dominis factum fuerit contra seruos, ipse suo tempore iudicabit.

VII. soluitur dubit. Expectare quid beatam spem.

Ad septimum respondemus, expectare beatam spem, nihil aliud esse, quàm beatitudinem speratam, ac desideratam suo tempore dandam expectare: quæ tam alta est, vt non sit hìc visibilis, nec decuerit videri, sed tantùm credi: quia ardua est, & sublimis. Debet ergo sperari, iuxta illud: Quod videt quis, quid sperat. Si autem quod nõ videmus, speramus, per patientiam expectamus.

Rom. 8.

Quid itẽ expectare aduẽtum gloriæ magni Dei.

Subdit: *Et aduentum gloriæ magni Dei.* Id est aduentum gloriosum: Alij vertunt, illustrationẽ, siue apparitionem, est enim ἐπιφάνεια illustrior ille aduẽtus posterior Christi, in quo iubar maximè illustre oculis nostris repręsentatur, dicuntur enim ἐφινενεσθαι, quæ repentè conspecta omniũ oculos in se conuertunt, quòd cũ splẽdore quodam emicent. Hic autem aduentus magni Dei ad Filium est referendus, vt indicat textus qui habet, aduentum gloriæ mngi Dei Saluatoris nostri Iesu Christi: nomen enim ἐπιφάνηοσ, aut παρουσιάσ, nunquam in Nouo Testamento tribuitur Patri, sed Filio tantùm. Deinde postulat Gręci sermonis constructio, vt ad vnum, & idem subiectum, id est, ad vnum Iesum Christum referatur vtrũque prædicatum, tum magni Dei, tũ Saluatoris; nostri quia Græcè non habetur τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν sed simpliciciter sine articulo σωτῆρος ἡμῶν. Ideò ad duas distinctas personas non magis possunt referri, quàm cum ait, ὁ Θεὸσ ΠΑΤΗΡ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ: non autem dixit, ὁ Θεὸσ καὶ ὁ ΠΑΤΗΡ. Id enim præstat articulus vnius vtrique membro communis in vtraq; sententia. Idem ostendit quod sequitur: *Qui dedit semetipsum pro nobis*: quæ planè ad Christum spectant. Idem in principio ferè capitis sequentis cõprobat, vbi habetur: *Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei*, in quib⁹ apertè Saluator dicitur De⁹, quemadmodum etiam hoc loco. Eãdem demonstrationẽ facit, quòd sępè Christus dicitur vẽturus in gloria Patris cum Angelis suis, vt Matth. 16. 19. & 25. vbi habetur: Cùm venerit Filius hominis in gloria sua. Ita enim Græca litera habet, vbi nos habemus, in maiestate. Et 2. Thess. 1. vbi legimus: *Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Dñi, & à gloria virtutis eius, cũ venerit glorificari in Sãctis suis.*

Aduẽtũ magni Dei, ipsi⁹ Christi nimirũ accipi debere tãtũmodo.

II. Argumẽtum.

III Argum.

Matth. 16.
Infra 19.
Infra 25.
2. Thess. 1.

Christū Arriani qualem Deū somniauerint blasphemi.

B. Chrysost. hom. 5.

Hieronym⁹ tom. 9.

Christus cur magn⁹ Deus.

Hunc locum (vt solet) Erasmus vt torqueat cōtra diuinitatem Christi.

Amb. to. 5. prope finē.

De Ambrosij in Paulum quos vocāt Commentarijs quid sentiant magni viri.

VIII. dubit. respondetur. In id: Qui dedit semetipsum pro nobis, &c.

Matth. 26.

Infra 27.

Ioan. 19.

Ibidem.

Philip. 2.

Esaiæ 53.

Hic labor à nobis sumptus est, vt cōtra Arrianos comprobatum relinquamus, Christum non solùm esse Deū, sed etiam magnum Deum: & id asserunt omnes Patres Græci. Nam Chrysostomus: *Vbi sunt*, inquit, *qui Patrem minorem Filium dicunt*? & Hieronym⁹ hoc loco: *Sicut impietas magni Dei reformidat aduentum, ita secura de fide, & de opere suo illum, pietas præstolatur*. Magnus etiam Deus dicitur, qui venit remunerare omnes, à paruo, & maximo, vel vt pluat in contumaces, & inobedientes. ¶ Mirum autem est, Erasmum tantoperè contendisse, in hoc Textu non dici Christum Deum, sed distinguere inter illa duo verba, & sequētia, magni Dei, & Saluatoris, quasi sint distincte personæ. Et ad hoc corroborandum, producit testimonium Ambrosij hoc loco ita explicantis. Sed non debebat vnum torrenti tot Doctorum opponere, & sensui Arriano fauere. Et valde dubium est, an hæc commentaria Ambrosio sint tribuenda, quorum stylus multū dissidet ab illo vero Ambrosiano, quem in omnibus alijs libris seruauit. Ad hæc multas interpretationes in his Commentarijs sententijs Pauli assignatas nolunt consonas esse ijs, quas in alijs veris & legitimis opusculis Ambrosij legimus, quas plerunque in nostris Disputationibus annotauim⁹.

Ad octauum circa illud: *Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populū acceptabilem, sectatorem bonum operum.* Declarat, illum eundem magnū Deū, qui venturus est in gloria ad iudiciū, eundem esse, qui se ipsum dedit pro nobis. Nam etsi Iudas tradiderit Iudæis, & Iudæi tradiderint Pontio Pilato præsidi, & ipse Pilatus tradiderit eum voluntati eorum vt crucifigeretur; dicitur tamen à Patre suo, & à se ipso traditus, qui consensit in sui mortem, & cùm posset impedire, nō impediuit, vt ita de eo dicatur; Oblatus est quia ipse voluit: sed in alium finem longè diuersum ab illo Iudæorum, nimirum; *Vt nos redimeret ab omni iniquitate.* ¶ *Vt nos*, inquit, *redimeret*. Verbum Græcum non tantùm redemptionem significat pretio numerato, vt aliàs annotaui, sed ex captiuitate redimere data vita, capite suo pro nostro. Ea enim est vis verbi Græci λυτρώσηται.

Christus quo modo nos redemerit ab omni iniquitate.

Vt mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Non venit vt corrūperet naturam humanā, nec vt esset minister peccati, sed vt pri⁹ mūdaret nos sanguine suo ab omni peccato, & daret gratiam implēdi quę præcepit. Vt enim ait August. De⁹ ergo vt quid homo, si non corrigitur homo? Verbum, acceptabilis, Græcū est, quod Apostolus accepit à 70. interpretibus Exo. 29. vbi dicitur. *Eritis mihi populus περιούσιος*, siue peculiaris de cunctis gentibus. Et Deut. 17. *Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris.* Ad hos locos hîc allusit Paulus. Pro hoc verbo Hebræa veritas habet Segola, quam variè interpretātur Rabbini: nā Rabbi Kimhi ait significare singularem siue peculiarem: Rabbi Salomon thesaurum dilectū: Rabbi Abraham rem gloriosam, & desiderabilem: quia Eccles. 2. vbi habemus: *Coaceruaui mihi argentū & aurum, & substantias Regum, & prouinciarum*: Hebraice habetur Segola. Ita vt sit sensus, Christum mortuum, vt nos faceret populum eximium, peculiarem, præcipuum, & qui sit loco reconditi thesauri, ex quo aliquando oriturus erat Messias vniuersos homines locupletaturus. ¶ Sectatorē bonorum operum. ¶ Hieronymus vertit, æmulatorem: quia Græcè legimus ζηλωτήν. Cuius vocis pondus expendens Chrysostomus: Vides, inquit, vt non simpliciter à nobis opera virtutis exigantur? Sed magna cū alacritate, atque ingenti studio, & animo virtutis opera capessentem.

Idem vt mū dauerit nos sibi populum acceptabilē.

August. ser mo. 1. de S. Stephano. Verbum acceptabilis à Paulo vnde sumptū.

Exod. 19.

Deut. 7.

Vocis Segola varij significatus Rabbinorum.

Eccles. 2.

Quid ité: Vt mundaret sibi populum sectatorē bonorū operū.

Hieronym⁹ tom. 9.

B. Chryso. hom. 5.

Ad postremum circa illud: *Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.* Sensus est: Hæc loquere, docendo: exhortare, addendo vim exhortationis, & obiurgationis aculeos. Quòd si quis tantæ doctrinæ se aduersarium opposuerit, etiam argue. Est enim præconis verbi

Titus quomodo loqui, exhortari, & arguere iubetur cū omni imperio.

Cõcionator qualis esse debeat.

Dei munus non absimile ab illo medici, siue prudẽtis agricolæ. Vt enim medicus non eõdem pharmaco omnes morbos sanat, sed diuersos diuersis: & agricola quædam securi, quædã verò igni catirpat: ita verbi Dei minister lenitatis, & acrimoniẽ vsum habebit, sic tamen, vt omnibus ædificet, & plantet, & more boni Samaritani infundat oleum & vinum plagis vulnerati.

Luc. 10.

Et addit: *Argue cum omni imperio, siue, cũ omni autoritate.* Vult enim Apostolus, vt præco verbi Dei in his tradendis autoritatem, & reuerentiam sibi vendicet. Nam curiosi, & argutiarum cupidi, piẽ, & sanctæ vitæ præcepta, quasi trita, & vulgaria despiciunt. Et sicut Timotheo præcepit: *Nemo adolescentiam tuam contemnat*; id est, ita te gere, vt nemo te, etiam si sis adolescens, contemnere valeat. Est enim apud priorem epistolam ad Timotheũ verbum καταφρονεῖν, at hoc loco est verbum περιφρονεῖσθαι, quod significat aliquem despicere, veluti in inferiori loco positum. Vt sit huius loci pulcher sensus: Ita viue, vt nemo sit qui melior videri possit, quàm tu ipse sis: & ne potestas, & imperium tibi à Deo data despiciãtur, eo quòd sis irreprehensibilis: quanquã Chrysostomus, & Græca scholia idem significari vtroque testimonio tradant.

Timoth. 4.

Ad illud, Si honor est in honorante, quare Tito dicitur, Nemo te cõtemnat.

Ad IX. dub. Titus cur arguere debeat cum omni imperio.

DISPVTATIO III.

In tertij capitis verba epistolæ ad Titum: *Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis, & voluptatibus variis, &c.* in finem vsque cap.

Huius capitis argumentũ.

POST Pecularia documenta singulis hominum gradibus exhibita, redit Apostolus ad communẽ hominibus doctrinam. Et in primis commonefacit, vt se morigeros, & subiectos præstent omnibus magistratibus. Et dubitatur in primis,

Primũ dubiũ

quorsum hoc præceptum tribuatur fidelib⁹: videtur enim magis esse ciuile, aut naturale, quàm Ecclesiasticũ præceptũ: & illi vi soliti sunt extorquere obedientiam, & subiectionem à populo, & plebe. Deinde quorsum addit, ad omne opus bonum paratos esse debere; cùm illis ea, quę sunt cõ

Secunda.

scientię, & religionis, præcipere non valeant magistratus ciuiles. Tertiò ambigitur, cur prohibeat illos blasphemare: cùm blasphemia propriè tendat in Dei iniuriam. Quartò, cur vetet ne sint litigiosi; cùm hoc vix ab his, qui vitam inter homines agunt, vitari queat. Quintò, quorsum replicat: Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes; quod frequens est apud Paulum: sicut etiam frequenter Incarnationis Filij Dei mẽtionem facit. Cùm enim paulò antè dixisset: Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri; nunc iterum replicat: Cũ autem benignitas, & humanitas ap-

Tertia.

Quarta & quinta.

paruit

paruit Saluatoris nostri Dei, & adiungit illi lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti. Sextò cum ait: *Fidelis sermo*, dubium est cui parti sit adiungenda hæc particula, an præcedēti, an sequēti; & quomodò quis debeat in bonis operibus præesse, cū & ipse inferiùs replicet: *Discāt*, inquit, *& nostri bonis operibus præeße ad vsus necessarios*. Septimò, quæ sint stultæ quæstiones, & pugnæ legis, quas vult à fidelibus vitari. Octauò dubitatur, quis sit propriè hæreticus homo, & quomodo post vnam, & secundam correptionē deuitandus sit; & quomodo ille sit proprio iudicio condemnatus. Postremò dicēdum aliquid est de Arthema, & Tychico, & Zena legisperito, & Apollo, quorum in fine capitis mentionem facit.

Sexta.

Septima & Octaua.

IX. Dubium & postremū. Solut. I. quę. De tradito fidelibus à Paulo principibus & potestatibus obediendi mandato.

Ad primum ergo dicendū est, multum negotij habuisse olim Apostolos, vt persuaderent plebi, vt se sub Magistratus, & Principis Imperio cōtineant. Naturà enim appetentes sumus principatus omnes, & ita fit vt nemo alteri se libenter subijciat. Deinde cum viderent omnes mundi potestates Christo esse aduersas & Euāgelio, indignas esse putabant, quib⁹ vllus honor haberetur; Iudæi præsertim, vt erat gens indomita, fremere, tumultuari non cessabant, imitantes Iudam Galilæum, & Theodam, homines seditiosos, ac turbulentos, & pro carnali libertate sibi, vt putabant promissa, decertabant, & ingentes motus varijs in locis excitabant.

Iudæi quale genus hominum. *Act. 5. Ibidem.*

Est ergo Principibus, & Magistratibus in omnibus quæ contra Deum non sunt, parendum. Ita Ieremias c. 27. Iudæis suasit, vt se sua sponte subderent Regi Chaldæo. Apostolus etiā ad Rom. 13. & Petrus in priori epistola hoc ipsum præcepit: Subiecti, inquit, estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Regi, quasi præcellenti; siue ducibus, tanquā ab eo missis. Placet enim Deo talis nostra subiectio, vt per tales puniantur peccata nostra; vel vt hac ratione Principes Gentiles, visa tanta Christianorum puritate, & sanctitate vitæ, Christo lucrifierent. Addit: *Subditos eße, dicto obedire.* Quod vno verbo Græco expeditur, πειθαρχεῖν, hoc est Magistratui parêre. Parum enim esset subiectos esse, si obedientiam maioribus non præstarent.

Quām Scripturæ veteri & nouæ, Diuinæque volūtati sit hęc Pauli doctrina cōformis. *Ierem. 27. & sequent. Rom. 13. 1. Petr. 2.*

Ad secundum dubium: Explicat Apostolus quantum extendatur eorū imperium, & dominium, cùm hortatur, vt ad omne opus bonum sint parati. Quasi diceret, si bonum tibi imperat Princeps, obedientem te præsta; si malum, respondē: *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*: Quod alio loco Apostolus expressit, cum dixit: *Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali.*

Ex hac Principum, & potestatum subiectione quæ duo cōmoda cōsequātur.

Quæst. II. solut. In eo quod Christianos Apostolus ad omne op⁹ bonum vult esse paratos. *Act. 5. Rom. 13.*

Ad tertium: Prohibet neminem blasphemare. Et restringitur sermo ad eos tantùm Principes, & potestates, quæ segerunt pro magistratu: nam cū tales locum Dei teneant, & Scriptura eos, deos vocare soleat, præceptū puculiare est, vt isti nōblasphemētur, vel maledicantur, iuxta id: *Principi populi tui non maledices.* Blasphemia ergo in Scriptura pro iniuria verbo illata Deo, vel Sanctis, quibus numen, & potestatem suam communicauit, accipi solet. Et rectè hoc fecit Apostolus: quia Magistratus, quorum est infligere supplicium malis, & honoribus afficere bonos, semper solēt esse maledicentiæ populi expositi, & quasi signum positi ad sagittam.

III. soluitur dubit. De Principibus non blasphemandis, cum Deus tā tùm proprie, & Sācti blasphementur. *Exod. 22. Ibidem. Act. 23.*

Quarto dubio respondemus: Ne cum magistratu iniungente vectigal, pugnas suscipiant verborum; idcircò addit: *Non litigiosos esse.* Quod Grecè vna voce exprimitur, ἄμαχους, id est, non pugnaces. Nō enim hoc loco agit Paulus de lite vnius ciuis cū altero orta: ideò non est admodum difficile præceptum, aut impossibile, vt argumentati sumus: sed modestos & moderatos esse vult Apostolus, cum aliquid indicitur durius. ¶ Vel certè Apostolus loquitur de litigijs verborū, quibus Cretenses se mutuò proscindebant. Leuis enim res sermo (ait Bernardus) quia leuiter volat, sed graiter vulnerat: leuiter transit, sed

IIII. soluit. dubit. Circa huius præcepti difficultatē: Vt scilicet fideles non sint litigiosi.

Altera solut. *B. Bern. ser. De triplici custodia, Oris, &c. post medium.*

graiter

B. Bern. sermo. De triplici custodia, Oris, &c. post medium.

Horat. lib. 1. epist. ius

Vitia linguę V. dub. solu.

Quare Paul⁹ dixerit: Eramus enim & nos aliquādo insipiētes, increduli, errātes, &c.

Hieron. hoc loco tom. 9.

Chry. ho. 1.

Quid est: Eramus insipiētes, increduli, errantes.

B. Cyprian.

grauiter vrit: leuiter penetrat animū, sed nō leuiter exit: profertur leuiter, sed non leuiter reuocatur: *Nam semel*, vt ille ait, *emissum volat irreuocabile verbum*. Facilè volat, atq; ideò facilè violat charitatem. Tenerum mēbrū lingua, attamen vix teneri potest: substātia quidem infirmum, atq; exiguum, sed vsu magnū, & inualidū inuenitur.

Ad quintum dicimus, Apostolū ad iūxisse quid nos olim fuerim⁹; ne moueat nos quòd magistratus sit ethnic⁹, aut durus: nā & nos olim tales fuim⁹. Nos, ait Hietonymus, id est Apostoli, vel, vt aptiùs exponit Chrysosto. nos credētes, vt ad omnes pertineat, quod magis est probabile. Et solet Apostol⁹ hoc argumēto, ad nos ipsos humiliādos, & submittēdos vti. Nā sūt quidā, qui cū acceperint gratiā, & Diuina beneficia, inde superciliū cōtrahūt, & os aperiūt ad subsannādū alios. *Insipiētes*, inquit, *increduli, errātes*. Id est, Impij, & inobsequētes, vt vertit Ambr. Hier. inobediētes; Cyprianus, cōtumaces, quia Gręca vox ἀπηθῆς propriè illos denotat, quibus persuaderi veritas nō potest. ¶ *Errātes* Græcè dicūtur πλανώμενοι, id est, qui vago errore circūferuntur, vnde & planetæ vocantur, qui Latinè errones.

Id; Cū autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, quomodo accipiēdum.

Subdit: *Cū autē benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei*. Videtur hic sermo inabsolutus, & eclipticus: ideò necessariò aliquid est supplēdū, videlicèt, mutatos fuisse homines in melius, nouosq; factos ex quo eos Deus est miseratus. Pro illis duabus vocibus, benignitas, & humanitas, Græca habēt ἡ χρηστότης, καὶ ἡ φιλανθρωπία. Prima vox est benignitas, quæ secundùm Stoicos est virtus qua vltro studemus bene mereri de alijs, siue bonitas ad omnium vsus accomodata, & parata, vel lenitas, & facilitas animi. Vnde Menander expendens eius vocis pondus, dixit:

Benignitas Stoicis quid. Dictum Menandri.

Χρηστὸς γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸν κοινόν.

hoc est:

Bonus vel benignus vir bonum est commune.

Christi in nos quanta benignitas.

Ita Christus cōmune totius mundi bonū fuit omnibus petētibus beneficia, aut gratis expositum; sicut etiā nunc omnibus spiritus plagis, & morbis nostris curandis paratum est. Videtur enim vitia nostra quasi dissimulare, & volentibus resipiscere præstat medicamentum; & optantibus permanere in ipso, præstat perseuerantiam. Et vt canit Ecclesia.

Se nascens dedit socium,
Conuescens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

Christi in nos etiā humanitas quanta.

Secūda vox est φιλανθρωπία, scilicet amor hominis, siue erga homines, quia eorum induens humanitatē, omnibus hominibus, præsentibus, & futuris prospexit, omnes à peccato, quātū in se est, eripuit, omnes iustificauit, & cōuiuificauit, & cōresucitauit, & cōsedere fecit in cœlestibus. Et vt Christus dicitur φιλάνθρωπος, sic diabol⁹ dicitur μισάνθρωπος (haud dissimilis Timoni illi Atheniēsi, qui μισάνθρωπος, à Luciano dictus est) de quo Christus, Ille homicida erat ab initio, & inuidus gloriæ hominū, Adā tētauit, & in peccatū præcipitē dedit, & nūc eōdē liuore nequā ille, ijsdemq; inuidię flammis omnes homines, præsertim illos qui sunt membra Christi, persequitur.

Ephes. 2.

Lucian.

Ioann. 8.

Gen. 3.

Sap. 2.

Humanitas hæc, & benignitas Christi Saluatoris cur non apparuit ex operib⁹ iustitiæ.

Apparuit autē nō ex operibus iustitię, quia loquitur de primo Christi aduētu, quē null⁹ promereri potuit, quia omne meritū in Christo nititur. ¶ Et nō ex operibus iustitię, sed secūdum suā misericordiā, id est, propter suam misericordiā, vt prępositio, Secundū, sumatur pro, Propter. Et ait de præterito, *Saluos nos fecit*, ad significandam primā iustificationis salutē, quæ est à peccatis, vt in Prolegomenis in Paulū diximus, cū egimus de verbo Saluādi.

Lib. Disput. in Paulum, par. 2.

Quemadmodū Christus Saluos nos fecerit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spirit⁹ sancti.

Ait: *Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti*. Quæ verba periphrasis sunt Baptismi, quo in Christo regeneramur, & efficimur noua creatura: idque virtute Spiritus sancti, de quo dixit: *Nesi quis renatus fuerit ex qua, & Spiritu sancto, &c.* Quem spiritum dicit effudisse quasi amplā quādā aquā super nos, iuxta illud: *Effundā de Spiritu meo super omnem*

Galat. 1.

Ioan. 3.

Ioel 2.

Act. 2.

Spiritū ſanctū quid eſſe effuſum in nobis abūde. *B. Auguſt. tom.7.*

carnē; & alibi, *effundā ſuper vos aquam mūdā, & mūdabimini ab omnibus iniquitatibus veſtris.* Nec hoc cōtētus, addit, *Abūde*, ſiue opulēte, Græcè πλουσίως, id eſt ditiſsimè, ſicut Auguſt. lib. de Peccat. meri. & remiſſ. c.27. legit. *Vt iuſtificati gratia ipſius.* Prima iuſtificatione qua purgamur à peccatis, & hoc gratia, ſiue charitate Dei, quę diffunditur in cordibus noſtris per Spiritū ſanctū qui datus eſt nobis. ¶ *Hæredes ſimus ſecundū ſpē vitæ æternæ.* Nōdū adhuc ſecundū rē. Speramus enim vitā ęternā quā nondū habemus; & hoc titulo hęreditatis, & bonorū operū, ſine quib⁹ ſiquis pręſtare valeat, & nō pręſtet, vana & inutilis eſt ſpes eius: ſpes autē illa ſobria, & vera eſt, quę ſtudio bonorū operū & patiētię, atq; perſeuerātię nititur. Hęc eſt enim ſpes quę nō cōfūdit, alioquin vana erit, & cōfūdet, vt illi⁹ qui ingreſſus eſt ad nuptias ſine veſte nuptiali. Hęc etiā eſt vera iuſtificationis ratio, nō autē illa hęreticorū, qui ſola fide delectati, cętera bona opera amputāt in ęternā ſui ipſorū perditionē, pares ea in parte dæmonibus, vel deteriores: nā hi ſaltē cōtremiſcūt, illi verò exultāt, ac ſi eſſent ſecura omnia.

Rom. 5.

Matth. 22.

Hæreticos reddat quid pares dæmonib⁹, aut etiā deteriores.

Iacob. 2.

¶ Et ait, *Per Ieſum Chriſtū Saluatorē noſtrū.* In quo, ſiue per quē vocamur, & iuſtificamur, & adoptamur, & efficimur Spiritus participes, & noſtræ hæreditatis eſt arrha, & teſtis, & promiſit Spiritum ſe impetraturum à Patre pro ſuis electis.

Chriſtiſnos beneficētia. *Ioan. 14.*

Ad ſextū dubiū dicimus, illud verbū, *Fidelis ſermo, & de his volo te cōfirmare*, ambiguū eſſe & ad prętērita, vt teſtātur Hieron. & Chryſoſt. quę ſcripſit de Dei benignitate, & humanitate, & de ſpe noſtra, quod nō ſit futura inanis. Amb. verò refert ad inferiora, cui ſubſeruit quod ſubdit: *Et de his volo te cōfirmare*, vel affirmare. Et ita ad ſequētia aſſeuerāda aſſūpt⁹ eſt hic ſermo, vt fecit 1. Tim. 1. & 3. & 2. Tim. 2. & requirit etiā cōſtātē aſſertorē: quid enim faciat auditor, ſi aſſertor ambigat, ac nutet de doctrina? nūquid ei fides eſſe habēda, vt ſecuri illi nitamur.

Sol. V. quæſt. Fidelis ſermo quis Apoſtoli. præcedēs, an ſubſequēs *Hieronym. Chryſoſto. Ambro.*

Vt curēt, inquit, *bonis operibus præeſſe qui credūt Deo.* Id eſt, vt munificētię operibus, & humanitatis, & benignitatis im cūbāt. Quidā annotārūt, nouè hoc dictū fuiſſe ab Apoſtolo, nec ſatis liquere quę ſit phraſis. Chryſo. in ſuo primo ſēſu abūdās, ita explicat: Volo te de his pręcedētibus diſſerere apud populū. Nec tātū pecunia fratres iuuādi ſunt, ſed etiā προσαξίαι, id eſt ſuſcipiēdo eorū defenſionē. Vbi quia verbū προϊσταθαι, variè accipitur, ideò varias interpretationes locus hīc admittit. Alij enim intelligunt: Vt gaudeāt eleemoſynis iuuare proximos; vel, intēti ſint, vt qui pręfecturā gerūt, curēt bonis operib⁹ dare principatū, vt ita bona opera iubeat Paulus in vita fideliū regnare, cū aliòqui negligi ſoleāt pij, & boni viri. Qui autē bona opera negligūt, & Chriſtū ſubindeſonāt, ſimiles ſunt arboribus quotannis florētibus, & nullum fructū ferētib⁹, vt ſunt tilia, ſalix, & buxus, quę virēt, ſed nullū fructū ferunt. Curat etiā Paulus fideles tales fructus reddere, vt priorē fidei radicē non negligāt. Nam ſubdit: *Qui crediderūt Deo.* Vbi prętēritū ponit pro pręſenti, more Hebręo; nā Græcè legitur οἱ πεπιστευκότες τῷ Θεῷ: quemadmodū & illud; Non ſolum autē mihi, ſed & ijs qui diligūt (pro dilexerūt) aduētū eius; & aliud; Super cathredā Moyſi ſederūt ſcribæ, & phariſæi, id eſt, ſedēt. Vel ſenſus eſt, vt ſoliciti ſint qui iā crediderūt Deo, pręeſſe bonis operibus, id eſt pręcellere, vt alijs palmā auferant, & Chriſtiani in bene operando ſuperēt Gētiles nō titulis, aut opibus, ſed operib⁹ bonis. Velut etiam experiētia docet: nā in ciuitatibus fideliū multę ſūt erectę cōfraternitates ad diuerſa pietatis opera pręſtanda. Nam quædā prę ſunt collocādis virginibus, & puellis pauperibus; quędā verò pauperibus mortuis tumulandis; quædā ad infirmos & ægrotos curandos: quædā morbis incurabilib⁹ laborātes fouēt, quædā verò peregrinis excipiēdis: alię ad dānatos à magiſtratu ob ſua crimina morte puniendos, conſolandos, & in fide confirmandos: aliæ ſimpliciter ad pauperes ciuitatis eleemoſynis adiuuandos: quędam ad errantes puellas

Chryſ. ibid.

Fratres iuuā dupliciter. Aliæ proferū tur eius dicti ſententiæ.

Bonorū operū infructuoſi, quales.

Bonorū illi operum præſides cur credere debent Deo. *2. Tim. Vlt.*

Matth. 23. Hæc cura bonis operibus præſidendi, quanta ſit hodie in Eccleſia.

Infra 3. *1. Tim. 1.* *2. Tim. 2.* Curēt bonis operibus præeſſe quomodo qui credūt Deo.

colligen-

colligendas, & alendas: quædam etiam ad peccatrices quæ resipiscunt, suscipiẽdas, & seruãdas: nam horum omniũ operũ bonorũ receptacula, & hospitales domos multas nostro seculo in varijs Italiæ ciuitatibus erectas magna cũ voluptate & infideliũ admiratione cõspicim⁹, quę signa sũt manifesta Spiritus sancti in nobis operãtis, & Ecclesiã suã miserãtis, in quib⁹ semper sunt quidã, qui ad tempus his bonis operib⁹ præsunt, & alij coadiuuãt, vt ita aperta reddatur sẽtẽtia Apostoli, quos dã qui crediderũt Deo, præesse bonis operibus, & laudabilibus Christianæ vitæ officijs. ¶ *Hæc*, inquit, *sunt bona, & vtilia hominibus.* Bona esse dicit hæc opera, id est honesta: Et vtilia hominibus, ad salutem scilicèt, & vitam æternam.

Bona ōpera vt bona, & vtilia sint hominibus.

Ad septimũ: Stultas quęstiones vocat Apostolus eas; quæ carẽt rationabili causa quærẽdi, aut dubitãdi, & genealogias tribuũ, & familiarũ Iudæorũ, quæ sunt interminatæ, & de quib⁹ Hierony. hoc loco mira scribit. ¶ Cõtẽtiones autẽ illas vocat, quæ rixis, & clamoribus plenę sunt. Pugnas legis appellat, ea, quæ vidẽtur in lege Moysi sibi inuicẽ contradicere, & aduersari: quas vult vitari, quia sunt inutiles, & vanæ. Nõ ergo tollit Paul⁹ rationabiles pugnas legis de vero, & germano eorũ intellectu, sed vanas, & inutiles: nã eo tẽpore solebãt Iudæi ad Fidem cõuersi de his dubitationibus differere, vt vanè se ostẽtarẽt doctos, & eruditos. Et propterea vanę erãt, quia ad vanitatẽ gloriæ aucupãdã fiebãt: inutiles verò, quia neq; docẽtibus, neq; audiẽtibus, neq; moribus emendandis, neq; Fidei augẽdę, aut propagãdæ vtiles erant.

Solu. VI. dubit. Stultas quæstiones, contentiones, & pugnas legis quas debet Titus euitare.

Ad octauũ respõsio est, Apostolum docere, vitãdũ esse hominẽ hæreticũ: quia enim posset aliquis dicere: Cũ tu statuas reijciẽdas esse istas cõcertationes, & pugnas legis, quomodo agẽdũ cum præfractis illis, & qui omnino cedere veritati nolũt? Respõdet Apostolus: Mone illos semel atq; iterũ: quod si nolint obtẽperare monitis, caue tibi, & separare ab homine deplorato, quia iurgijs, & altercationibus nullus erit finis, si velimus obstinatos disputãdo vincere: nã nec illis vnquã deerũt verba, & illis animos addit improbitas, ac dæmon, ne disputãdo fatigẽtur, & sic semper pugna pugnã, & disputatio disputationẽ parit. Ideò Tertullianus lib de Præscriptionibus hæræticorũ, pulcherrimis verbis à disputãdo cũ hæreticis fideles deterret his verbis. *Est autem hæreticus Apostolo, qui cunq; sana doctrinæ nõ acquieuerit, sed impijs opinionib⁹ & doctrinis sibi soli, & suis placitis hæret; vnde & hæreticus dict⁹ est, eo quòd eligat quæ sibi placẽt, & illis obstinatè hæreat.* Ambrosius verò: *Hæretici sunt*, inquit, *qui per verba legis legẽ impugnãt: Proprium enim sensum verbis adstruunt legis, vt prauitate mentis suæ, legis autoritate cõmendẽt.* Hæc ille. Hæreticus verò factiosus est in Ecclesia Dei, & à nemine se ab impia sentẽtia abstrahi patitur, quãquã de errore, & impietate suæ opinionis cõuictus sit. Deniq; quisquis proteruia Ecclesię vnitatẽ abrumpit, is Paulo est hæreticus.

Tert. 2.

VIII. Solut. quæstionis. Hæreticus homo quis Apostolo.

Ambro. hoc loco.

Quod verò Maloratus Lutheranus hoc loco asserit, tales fuisse olim Episcopos Romanos; lõge insolẽtissimũ atq; impudẽtissimũ, imò etiam mẽdacissimũ verbũ est, ab amaro odio, quo illã sanctã sedẽ Petri prosequitur, profectũ. Sed scioli isti cogitare deberẽt, an Romani Episcopi ab ipsis defecerint, quod dici nõ potest, cũ ipsi ante sexaginta annos adhuc nati nõ essent, Episcopi verò Romani ab initio nascẽtis Ecclesię per Christũ cõstituti sint fidissimi depositi Euãgelici custodes, pro quo tuẽdo, ac retinẽdo ad trigĩta, & eo ampli⁹ Põtifices martyrio coronati sũt. Ipsi verò ab Episcopo Romano deficiẽtes, duce Satana, nouã Ecclesiã cõstituerũt, quæ paulatim in varias, & diuersas sectas diuisa est, vt aliud Luther⁹ aliud Caluin⁹, aliud Anabaptistę sẽtiãt, vt pro vnanoua Ecclesia iã multę nouellę ortæ sint, & isti, & eorum progenitores, & ataui ante sexaginta annos in Ecclesia nostra erant baptizati, & ouiculæ, quæ sub Pastore nostro pascebantur; vt verè de his dicere possimus: *Ex nobis prodierunt, sed nõ erant*

Romanos, veteres præsertim, Pontifices nunquã, vt impius & impudẽs Maloratus mentitur, ab Ecclesia defecisse.

Lutheranos, & alios hæreticos à Romanis Pontificibus, & ab Ecclesia catholica fuisse apostatasse.

1. Ioan. 2.

erant ex nobis : nam si fuissent ex nobis permansissent vtique nobiscum. Ad hæc interrogandi essent verbo Apstolico isti tumidi gigãtes: An à vobis verbũ Dei processit? aut in vos solos peruenit? Certè Germani primi non fuerũt in fide, sed postremi in Ecclesia Occidentali ad Fidem vocati sunt, vt non possint non agnoscere, ipsos non solùm post totũ Orientẽ, sed etiam post Italos, Gallos, & Hispanos multis secu lis posteriores in Euãgelio acceptando extitisse. Quãdo ergo discipuli audẽt asserere, fideles magistros à discipulis defecisse, cum è contrario discipuli soleant à magistris deficere?

1. *Ioan.* 2. Germaniquã in Fide noui tij. 1. *Cor.* 14.

In solos Germanos non verbum Dei peruenisse.

Deinde dicere non possunt hæretici Germani, in ipsos solos peruenisse Dei verbũ: quia ea ratione si soli verbũ Dei ab Apostolis accepissẽt, credibile esset aliquid veritati cõsonũ illos possidere: verũ constat, illos Apostolos minimè nouisse, nec audisse, nec solis ipsis fuisse doctrinã Euãgelicam cõsignatã, sed post nõnulla secula quibus Fides vigebat in Europa, opera & studio Romanorũ Pontificũ prædicatores missos fuisse in Germaniam, & ab eo tempore Fidem Catholicã profiteri cœpisse: & nunc pro illo tãto beneficio Vicarios Christi Antichristos vocant.

Illud : Post vnã & secundam correptionem deuita: quid significet.

Sed iã videam⁹ quod sequitur: *Post vnã, & secundã correptionẽ deuita.* Ridiculũ est quod quidã diuidẽtes in duas dictiones verbũ Deuita, vertũt, De vita scilicet tolle, cùm Græcè habeatur παραιτοῦ, id est expelle, vel reijce vt putridũ & cõtagiosũ mẽbrũ, & seca de numero, & corpore fideliũ per sententiã excõmunicationis, vt abomnib⁹ deuitetur, iuxta illud Hieron. *Resecãdæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis repellẽda.* Et quia fas nõ est aliquẽ reijcere, nisi pri⁹ conati simus eũ ad sanã mẽtẽ reducere, ideò adiũgit: *Post vnã, & secũdã monitionẽ, siue correptionẽ* (vtrumq, enim significat vox νουθεσίαν) Hinc accepit Ecclesia semper excõmunicationẽ monitiones debere prçcedere: hæ autẽ monitiones fieri debẽt non priuatim, sed in publico Ecclesiæ loco, & à publico ministro: pereinde enim valet, ac si diceret, censoria correptione reprimendus est. Obserua tamẽ, tã Irenæũ lib. 3. c. 3. quàm Tertul. libr. de Præscrip. hæret. & Cyprian. lib. 3. ad hæc Quirinũ ca. 78. & Ambr. hoc loco legere, post vnam correptionẽ, & nõ habere, & alterã. Athanasius tamẽ Orat. 5. contra Arrianos, & Orat. Ad Maximũ, & epist. ad Serapionem, & Leo Magnus serm. cõtra hæresim Eutychetis, Chrysost. Teodor. Hierony. & Primasius August. discipulus, sicut nos legũt, vnam & alterã: quæ lectio praxi Ecclesiç magis est accõmodata. Apolog. tamẽ Pãphili martyris pro Origene, legit, post trinã correptionẽ.

Illud *Hieronym.*

Reijciendus quis quando à nobis. Excõmunicationem admonitio qualis debet præcedere.

Qui verò ex hoc loco colligũt, cõtra Scripturã coërceri à magistratu ciuili hęreticos, id est homines nõ tãtũ peruersos in fide, sed & aliorũ peruersores; nõ videt Apostolũ nõ hîc agere de officio Magistratus; sed quid agere debeat Episcopus cũ hæreticis. Alloquitur enim Episcopũ Paulus, nõ magistratũ qui occidat: nec enim Ecclesia gladio materiali vtitur in istos, sed permittit laico magistratui, qui suas habet leges in peruicaces, & eos, qui iã reiecti sunt, & per excõmunicationis sententiã notati. Quòd si non cessent à peruersa doctrina tradenda, & hęresi dilatãda; tũc Episcoporũ munus esset se illis opponere, & animã suã pro tuẽdo grege suo ponere, & lupos grassantes cõstanter detegere, ac sauciare. Non enim est valida argumẽtatio: Noluit Christus inter fratres hæreditatẽ diuidere; nullus sit ergo familiæ, aut hæreditatis herciscundæ iudex. Quòd si Apostolus scripsisset has literas Cornelio Cẽturioni, aut Paulo Sergio, procul dubio præcepisset cœctum sanctorũ tueri, & insurgentes lupos coërcere. Similiter nõ valet: Nõ condemnauit adulterã; ergo nulla de adulterijs quæstio habeatur. Ita hic Paulus ait: *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita,* ergo non est occidendus: non valet, inquam hæc consequentia, quia Ecclesia vltra præcisionem hęretici non progreditur: at ciuilis magistratus alias habet leges, quibus vlcisci de-

Reijcitur ea quorundã interpretatio: Contra Pauli mentẽ hoc loco, à ciuili Magistratu coercẽtur hæretici.

Cũ hæreticis obstinatis peruersa docentibus quomodo agendum Episcopis. *Ioan.* 10. 1. *Ioan.* 3. *Luc.* 11.

Quemadmodum milli interpretes, inepte videlicet, arguere videãtur. *Ioan.* 8.

Aliter Ecclesiastic⁹, aliter ciuilis punit Magistratus hæreticum.

bet crimẽ hæresis. Quæ ergo hîc dicũtur, nõ sũt accipiẽda vt priuato homini dicta, sed vt Episcopo, & in eo omnib⁹ Episcopis, quod dicto præcipitur.

Hæreticus etiam qui sit, seu materialis, seu formalis.

Rursus hæreticus est, qui pernicioso errori implicat⁹, nõ credit aliquod dogma receptũ, & expresse cũctis mãdatũ vt recipiatur; vel si etiã aliquod dogma pertinaciter recipiat, & credat quod expresse est reprobatum ab Ecclesia. Et hîc est hæreticus materialis. Formalis autẽ hæreticus est, qui dogma aliquod nõ recipit, quod tamẽ nouit esse in ea quæ Ecclesia recipit, & accipiẽda mandat: & similiter qui quod recipit dogma, nouit ab Ecclesia esse reprobatum.

De vtro illorum nunc agat Apostol⁹.

Apostol⁹ porrò loquitur hîc de hæretico materiali in cõspectu Ecclesiæ, hic enim primò est monẽdus, seu formalis sit hæreticus, siue nõ. De manifestis siquidẽ Ecclesia iudicat, nõ autẽ de internis, & occultis. Si quis autem expresse fateatur, se cõtra Ecclesiã sentire, & dogmatizare, iã nõ esset dign⁹ admonitione, vel correptione, sed durissima increpatione, & à reliquis Ecclesiæ mẽbris præcisione, quia iã esset à semetipso separatus: & hæreticũ velle curare, qui insanabiliter ęgrotat, extremæ demẽtiæ sit. Imò esset nõ sine periculo contagionis ista correptio, quia tales paratiores sunt ad submergendum eos, qui adiuuare se student, quàm ipsi ad emergẽdũ. Si igitur quis talis existat, per Episcopi sentẽtiã de Ecclesia ejiciẽdus est, & anathemate percutiẽdus: & quem Episcopus deuitat, debent alij eius sententiã probantes vitare. Non est ergo ex Euangelij doctrina, quod hęretici capitali sentẽtia plectãtur, vel cõburãtur: nec tamẽ valet. Nõ est in Euãgelio, ergo contra Euãgeliũ est: quia vt Dñs Iesus extra Euãgeliũ ad excõmunicationẽ vsque aduersus quoscũq; delinquẽtes procedi voluit, hoc idẽ hîc faciendũ tradit Apostol⁹. Sed cæci hæretici, quicquid nõ est ex Euãgelio, prorsus habent vt superstitiosum, & illicitum. Quod si ita res haberet, non solùm hæreticos in corpore punire nõ liceret, sed nec latrones, homicidas, & viarum grassatores, aut alios flagitiosos homines: quando quidem nullus Textus Euangelicus inuenitur, in quo præcipiatur vt tales capite plectantur. Et nolunt animaduertere, tantũ distare ab Euangelio, vt ciuiliũ legũ vim, & executionem tollat, vt contra omnino cõmendet, atq; cõprobet. Cum ergo hæreticus publicę trãquillitatis studiosus sit perturbator, lõge deterior quàm alij criminosi homines, merito illũ Apostol⁹ ciuili potestati, & ciuiliũ legum animaduersioni subiecit. Ipsa siquidẽ causæ fidei cognitio ad Ecclesiasticos spectat: quoniã de veritate fidei cognoscere, non est secularis iudicij, cui suum est assignatũ tribunal: ideò Episcoporũ est, & Inquisitorũ de his causis cognitionem habere, & iudiciũ ferre.

Causæ Fidei quibus cognoscendæ tãtummodo.

Videtur autẽ hæc sententia minus consentanea Euangelicis verbis: quia præcepit Petro nõ tantùm septies, sed vsq; septuagies septies esse parcendũ: qđ perinde est, ac dicere, Toties quoties peccauerit. Sed huic obiectioni satisfit primò, dicẽdo Dominũ illo loco de remissione peccatorũ loqui: quod fieri debet, ac solet in Sacramẽto pœnitẽtiæ, aut de remissione iniuriæ, & offensæ aduersus quẽpiã priuatũ admissæ. Data est enim hæc lex iusta, vt si nobis à Patre cœlesti volumus ignosci, ignoscamus & fratri in nos delinquenti, quoties postulauerit. At in punitione hæreticorum dissimilis est ratio: nam qui animaduertunt in eos, ad communem hominum vtilitatem respiciunt, & salutem, ne morbida facta pecus totũ corrũpat ouile. Quod animaduertens Apostolus ait: *Sciens quia subuersus est qui eiusmodi est.* Id est, qui nec vna, nec altera Episcopi correctione resipuit, subuersus est, vel euersus. Et quid est esse euersum, nisi auulsum esse ab ipsa radice sua Christo, vt iam nihil spiritualis influxus, aut vllũ donũ in eũ deriuet, & palmes aridus soli ignis incẽdio distinatus? fidẽ enim amisit summotus à solido fũdamẽto. ¶ *Et delinquit.* Non vt adulter, sed oppugnãdo Catholicã veritatẽ: *Cũ sit proprio iudicio cõdemnat⁹.* Græcè dicitur ἀυτοκατάκριτος, id est per se iudicat⁹

Soluitur hoc: Si fratri parcendum est plusquã septuagies septies in nos delinquẽti quid hæretici puniuntur. *Matth. 18*

Ibidem.

Hæretic⁹ qui nam sit subuersus.

Ioan. 15. Idẽ vt delinquat, & proprio sit iudicio condemnatus.

Quis nã hæreticus per excommunicationem ab Ecclesia præcidendus.

Matth. 18.

Hæreticorũ punitionem, licet Euangelio nõ expressam, non esse, vt ipsi nugãtur. rem superstitiosã, & illicitam.

& damnatus; ideò iam iudicatus à se, quia iudicem omnem recusat in terra. Nam sic se contra Ecclesiam offirmauit, vt nolit eius salutiferis monitis credere; & ob eam causam cogitur Ecclesia iudiciũ illius in se ipsum factum cõprobare: Ecclesia enim iudicat illum esse extra communẽ Catholici ouilis societatem. Qua enim ratione potest dicere se esse in ipsius Catholicæ Ecclesiæ gremio, qui ipsius Ecclesiæ fidem non sequitur? Et qui in vno articulo peccat non credẽdo, in omnes peccare conuincitur: quoniam qui vnum asserit esse credendum, reliquos quoque nõ minus credẽdos tradit. Et licèt eos videatur credere, atq; eis assentiri, eis tamẽ ex charitate, & fide diuina nõ credit: nam si vnũ crederet ex fide, iam se Ecclesiæ submitteret, & omnes similiter crederet. Quæ enim dicit Ecclesia, nos credimus, cui⁹ iudicium tãquam Dei ipsius accepimus. At isti tacitis in cordibus dicunt cũ Cain, *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear*, & *Vna salus victis, nullam sperare salutem.* Dicunt etiam, Ad restim res redijt; & Iacta est alea, & traduntur Satanæ ex agitandi, vt Cain, & Orestes parricidę. Porrò isti animicidę potius plectẽdi, quàm alij flagitiosi: vnde per infirmitates contagiosas designatur hæresis, vt cancrum, & lepram; & hæretici ipsi ferarum nomine in Scripturis venire solent: nam vulpes, & rabidi canes, lupi rapaces nuncupantur, viperæ, serpentes, reguli, aspides, & basiliscí, antichristi, ministri Satanæ, & inimici crucis Christi. Hinc Leo Magnus in Manichęos suo tempore vigentes, populum adhortatus est in hunc modum: *Vt autem in omnibus dilectissimi placeat Domino vestra deuotio, etiam ad hanc vos hortamur industriam, vt Manichaos vbicunque latentes vestris Presbyteris publicetis. Magna est enim pietas prodere latebras impiorum, & ipsum in eis cui seruiunt, diabolum debellare. Contra istos dilectissimi omnem quidẽ orbem terrarum, & totam vbiq; Ecclesiã decet fidei arma arripere. Sed vestra in hoc opere deuotio debet excellere, &c. Caueendi sunt ne cuiquã noceãt, prodẽdi sunt, ne in aliqua ciuitatis nostræ parte cõsistãt. Vobis dilectissimi ante tribunal Domini proderit quod indicimus, quod rogamus.* Hęc ille.

Hereticũ Ecclesiæ gremio minimè contineri.

Hæreticus, qua fide credat quos Fidei credit articulos.

Virg. lib. 11. Eneid.

Gen. 4.

Hæretici quã digni sint mortẽ: quasis morbus hęresis: quibus ferarũ illi nominibus exprimantur. *2. Timot. 2.*

Philip. 3.

Manichæi quare detegendi, teste Leone.

Ad postremum dubium: Rogat ad se venire Titũ ad tẽpus, & auocari à residentia personali Episcopũ per superioris mandata, quo maioribus Ecclesiæ vniuersalis negotijs inseruiat. Nicopolis, ciuitas est Macedonię in Actia co litore; sic vocata à victoria, quam contra M. Antoniũ comparauit Augustus. De Artema non est alius locus, quã iste in Paulo, & fortasis erat Doctor, aut prædicator ex illis quos secũ adducebat Apostolus. Vt tamẽ testis est Dorotheus in sua Synopsi, Episcopus fuit Lystrẽsis. Zenas Legisperitus fuit apud Iudæos etiã ante Baptismũ, sicut Nicodemus Euãgelicus, qui disputauit cum Domino, & eum de cruce sustulit. Qui quidem Zenas postèà ad Fidẽ cõuersus, Episcop⁹ Diospolis factus fuit: sicut etiã Apollo Iudæus erat, & Alexandrinus genere, vir eloquẽs, & potens in Scripturis, de quo Lucas Act. 18. & Apostol⁹ in epistolis. Hic, vt testatur Gloss. ordinaria, Episcopus fuit Corinthiorum, & propter persecutionẽ à Pseudapostolis concitatam aduersum se, discesserat cũ Zena socio suo, ad Titũ Cretensem Episcopũ. Sed Corinthijs iam sedatis per Pauli epistolas, mandat Tito, vt priusquã veniat Nicopolim ad se, præmittat eos. Itaq, eum reuocauit, emendatis iam prius Corinthijs, & vult illos ad se pręmitti, itavt nihil desit, vultq; vt bono illos viatcio prosequatur: nã digni erãt, vt non solùm veniẽtes honorificè susciperet, sed abeuntes etiã, & comitatu, & amploviatico prosequeretur. Erãt enim isti ex numero laborãtium in verbo, & doctrina, quos duplici honore dignos vult haberi.

IX. quęst. solut.

Titus cur iubetur venire Nicopolim.

Quis Artemas, & Zenas ab Apostolo ad Titũ mittendi.

B. Dorothe. Episc. Tyri.

Ioann. 3. Infra 19. & sequent.

Act. 18.

Quis item Apollos.

Zenæ & Apollo præmittendis Nicopolim, cur debebat Titus de bono viatico prospicere.

Sequitur: *Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.* Hanc sententiam, quam superius proposuerat, iterum tradit, quoniam meminerat de mittẽdis illis cum sufficienti viatico. Et addit: *Discant.* Non tantùm per doctri-

1. Tim. 5.

Paul⁹ curdenuò fideles ad præsidẽdum bonis operibus adhortetur.

nam,

nam, sed etiam per experientiam, communicando sua in vsus bonos Doctorum. Et dicit Nostros, id est, qui ex Gentibus sunt conuersi: quia Paulus Gentium erat Apostolus, sicut Petrus Circumcisionis. ¶ Bonis operibus præesse, id est, præuenire ne alius surripiat laudem, & palmam bene operãdi. Vel præesse, id est, magis proficere. Et hoc, Ad vsus necessarios. Non ad superfluos hospitum, vel viatorum, vel infructuosi reddamur vt arbores syluestres: quia arbor quæ non fecerit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur. Concludit: *Gratia Dei cum omnibus vobis, Amen.* Hæc scripsit manu propria Apostolus, velut confirmãs omnia quæ scripsit. Et hæc epistola scripta est nõ ad vnum tãtùm Titum, sed ad omnes Episcopos Ecclesiarũ, & Christianos. Ac de his hactenus nobis sit dictum.

Rom. 11. Galat. 2. Ibidem. Quid. Bonis operibus præesse ad vsus necessarios.

Matth. 3.

Consueta Apostoli salutatio.

Disputationes in Epistolã B. Pauli ad Philemonem.

DISPVTATIO PRIMA.

EXORDII loco præmittẽdum est, fuisse quosdam, teste B. Hieronymo, qui noluerunt hanc epistolam vt Pauli propriam, & germanã admittere: quia, vt aiunt, non semper Apostolus, nec omnia Christo in se loquẽte, depromebat, quia nec humana imbecillitas vnum Spiritus sancti tenorem ferre potuisset; & quia leuia, & parui momenti sunt, quę in ea tradit. Non enim docet Fidei dogmata, sed cibos emere, hospitiũ prępparare, vestimenta conquirere. Verùm hæc peccata non sunt, nec Spiritũ sanctũ à se fugant, quòd corpusculi necessitatibus seruiamus. Alioqui calicem aquę frigidę porrigere sitienti, pedes lauare viatorum, & immolare vitulũ, prandium præparare, peccatum non sunt. Marcion autem, cùm cæteras omnes Pauli epistolas corrosisset, in hanc solam non est ausus suas manus inijcere, quia sua illam breuitas defendebat. Quòd verò res parui momenti in ea tractentur, vel res merè temporales, nõ est verum, imò egregium hìc habes in Paulo charitatis exemplum, qui tanto studio fugitiuũ seruum Philemoni commendat, & eũ cum domino reconciliare studet, vt ipse Paulus Onesimus factus esse videatur. Et vbi seruus Christianæ Religionis Sacramentis initiatus, ad dominum suũ remittitur, qui priùs impius erat, non est aliquid temporale: nam postremæ duæ Ioannis Epistolæ familiares sunt, & de priuatis negotijs tractant, & ad priuatos homines missæ. Et sanè si rẽ penitus inspicias, agnoscis hoc epistoliũ verè esse Apostolicum, in quo Paulus argumẽtum humile & abiectũ tractans, suo more sublimis pro ouicula à se parta euehitur.

Deinde prępmittendũ, quis sit Philemõ, & quis Onesimus, & quę causa extiterit conscribendi hanc epistolã. Philemon in primis vir diues fuit, & non infimę inter suos dignitatis. Erat Colossensis, aut Laodicęnus, quæ sunt vrbes Phrygiæ, in quibus magna erat seruorum copia. Vnde prouerbia: Phryx plagis emendatur; &: Serò sapiunt Phryges. Et hanc coniecturam sumunt quidam ex Epistola ad Colossenses, in qua Paulus cap. 4. facit mentionem Archippi, quem in huius Epistolæ inscriptione coniungit cum Philemone, qui doctore Paulo Euangelium Christi didicerat, & non solũ dederat nomẽ suum Christo, sed etiã multa beneficia in Ecclesiam Christi contulerat: quem Dorotheus in Synopsi scribit fuisse Gazę Episcopum.

Onesimus verò seruus erat Philemonis,

Duplex ratio quorundam, hanc Pauli epistolã esse negantium. *Hieron. hoc loco, to. 9. 2. Cor. 13.*

Prima ratio diluitur.

Matth. 10.

Tertull. lib. 5. in Marcionem.

Soluitur & secũda ratio

Philemon quis ille. Vbi natus secundũ aliquos.

Coloss. vlt. Eius merita in Christi fideles.

B. Doroth. Quis Onesimus, quem Philemoni tantopere commendat Apostolus.

monis, qui etsi non inhumaniter siue crudeliter tractaretur à dño suo iam Christiano facto, aufugit tamẽ, rebus quibusdã, vt fieri solet, furto sublatis. Erãt ergo in eo tempore, quo mitiùs tractabatur, duo crimina grauia. Primum, fuga, quæ & ipsa est furti, & rapinæ genus in seruo: vnde verbum est Moysi: *Seruus, pretium domini sui est.* Alterum crimen fuit, rerũ domini sui furtũ, præter ingrati animi vitiũ. Fugiens igitur Romã venit, (eò enim se conferunt modò serui fugitiui, vt libertatem in monte Capitolino assequantur.) Accidit quoque hæc fuga eo tempore, quo Paulus vinctus Romam delatus erat, & verbũ Dei euangelizabat, vbi audito Paulo pœnitentiam egit de peccatis suis: & ad meliorem frugẽ reuocatus, & conuersus ad Christum, tandem se ad Paulum contulit, quem nouerat familiarem fuisse domino suo Philemoni. Vbi ampliori doctrina Euangelica institutus, Paulo in carcere seruiuit, ea integritate, vt hunc dño suo reconciliare per literas cogitauerit, tùm ne herus eius absentia animo cruciaretur, tùm ne Onesimus citra consensum, & voluntatem domini sui Romę hęreret, non satis tuta conscientia. Tandem Onesimum ad eum remittere constituit, sed miro studio & ciuilitate mirabili seruum fugitiuum, & compilatorem domino recõciliat, se interim spõsorem obtulit, defensurus, si quid ille in fuga suppilasset. Et hęc fuit tã pulchra occasio scribẽdi has literas, pro quo deprecatur veniam: atq; hãc causam tam grauiter, & Christianè agens, de çquitate, & charitate Christiana cõcionatur, vt videatur magis totam Ecclesiam respicere, quã vnius hominis priuati negotiũ curare. Erudimur enim in primis, lapsis nõ esse denegandam veniam, si resipiscant. Erudimur deinde, seruitutẽ externã non esse horrendam Christiano, sed illam peccati, ac Satanæ. Instituimur tertiò, seruos inuitis dominis sub quacunque pietatis specie non esse retinendos. Quartò discimus, nõ esse vllam domini, aut serui in Christo distinctionẽ: perinde enim Christus pro seruis mortuus est atque pro liberis: & solùm is qui facit peccatum, seruus est peccati, vt dixit Dominus.

Est ergo epistola commendatitia, & Apostolico spiritu digna, affectib⁹ misericordiæ, & charitatis cuiusdam vsqueadeò referta, vt mirũ sit, si quid ad extorquendum quod volebat, magis addi potuisset. Omnia enim adfert, quæ vel hominem ferreũ emollire poterant, nedum Philemonẽ piũ virum, & charitatis operibus deditũ, & cuius ædes non tam honorati ciuis domus, quàm portus, & refugium pauperum erant: quẽ Apostolus amplissimo, & honorifico Ecclesiæ nomine exornat, cùm ait in Prœmio: Et Ecclesiæ quæ in domo tua est. Beata ergo dici potest Onesimi fuga, per quam tam elegantem, & charitate plenam promeruit ab Apostolo epistolam: sed beatior & mirabilior eius ad dominũ reditus, in quo tanta pietatis, & charitatis Pauli, imò & iustitię, cuius est reddere vnicuique quod suum est, & Onesimi ipsius enituerũt symbola, quia opus Dei, quàm fuerit fuga, quæ fuit opus dæmonis. Et in hoc facto depingitur hominis à Deo suo fuga per peccatum, quod est quædam apostasia per peccatũ, sicut eius ad eũ reditus per ministros Ecclesiæ, & similes Paulo viros per pœnitentiam, & obedientiam.

Est autem epistolæ hæc œconomia: nam primò in exordio adiungit sibi Timotheum, & salutat Aphiam, & Archippum, vt simul plures haberet comprecatores, per quos obtineret quod volebat. Deinde Philemonis laudes recensẽt, ne cũ reliqua generosè expleuerit quę Christiani sunt, in hac re defuisset expectationi Pauli. Tertiò dicit se ei imperare posse; sed confisum eius charitate, maluisse rogare, vt liberior esset eius remissio & venia. Quartò vocat se Paul⁹ & senẽ, & vinctum Christi Iesu, qđ satis erat efficax ad persuadẽdum etiã maiora. Quintò vocat Onesimum filium suũ genitum in vinculis, & qui iam respondebat nomini suo, vt perutilis

Propria seruorum vitia.

Onesimus Philemonẽ quando dereliquerit: à quo & vbi cõuersus, tandẽ & Philemoni recõciliatus.

Onesimũ ad Philemonem remittendi causæ cũ his literis quænã extiterint

Pauli Apostoli in hac epistola sanè perutilia documenta quatuor.

Coloss. 3. Ioan. 8.

2. Petri 1. Qualis hæc epistola: eius artificium.

Quanto Philemonẽ Paulus sit dignatus honore.

Proprium iustitię quid. Fugę Onesimi cum reditu eiusdem collatio: hæc fuga quid denotet.

Partes huius Epistolæ.

Onesimi etymologia.

esset, qui priùs fuerat inutilis. Est enim ὀνήσιμος Græcè, idē quod vtilis. Sextò, vocat illum viscera sua, & tam charum, vt optaret illū retinere pro ministerio sibi impendēdo. Septimò, promittit se sponsorem pro reddēdo damno illato per furtum. Octauò rogat vt domi suæ sibi præparet hospitiolum, eò quòd speraret se illis per eorum orationes qui rogabant pro Paulo, reddendum: nam si Petrus vinctus donatus fuit Ecclesiæ, eò quòd orationes assiduæ pro eo ab Ecclesia fierent; ita Paulus eorum precibus recuperatus, & restitutus fuit. Denique venit Onesimus deferens has literas, & cum eo Tychicus, qui tulit epistolam ad Colossenses, vt etiam Græca scholia diligenter obseruarūt, vt honestiùs comitatus rediret, & firmiùs mandata Pauli exequeretur; & ne à proposito suo resiliret, aut retrocederet. Quanquàm verisimile sit, Onesimum veram rationem seruiendi Deo vero Domino didicisse, cuius seruitiū liberrimum reddit hominē, & quietissimum.

Actor. 12.

Oecumen.

Cur Onesimum cum Tychico ad Philemonem remiserit Apostolus.

Quid actum cū Onesimo Philemoni cum Pauli literis restituto. *Theod. to.2 Hieron.epi. 62.circa med.to.2.*

Acceptis autem Philemon literis Pauli, vt scribit Theodoritus, statim Onesimum ad Apostolū remisit, apud quē dum maneret in ministerio, Pauli Diaconus esse cœpit de seruo. Ita enim scribit Hieronymus ad Theophilum contra Ioannem Ierosolymitanum, cuius hæc sunt verba: *E seruo Clericum factum criminatur; cùm & ipse nonnullos eiusmodi Clericos habeat, & Onesimum legerit inter Pauli vincula Diaconum cœpisse esse de seruo.* Et vt habetur in Græco argumento: Sciendū autem, quòd hic Onesimus in vrbe Roma passus sit martyrium, Tertullo eo tempore præfecturā tenēte, crurū fractione sententiam sustinens martyrij. Et idem scribit Simeon Metaphrastes, vbi etiā meminit fractionis crurum. Cōpetens profectò sentētia fugitiuo seruo. Et in Kalendario Græco Onesimus Apostolus colitur vt martyr quinto die Februarij: sicut etiam vocantur Apostoli Philemon 22. die Nouembris, & Lucas, Marcus, Timotheus, & multi ex illis qui cum Apostolis versati sunt. B. Ignatius scribens ad Ephesios, Ioachimo Perionio interprete, ita habet; *Quoniā ergo suscepi multitudinem in nomine Dei Christi in Onesimo dilecto scriptore nostro, vestro autem Episcopo, obsecro cum secundùm Iesum Christum diligere vos, & vos omnes in cōcordia eius in ipso esse. Benedictus enim Deus, qui vobis talibus talem donauit habere in Christo Episcopum.* Hæc ille. Ex quibus colligimus antiquiorem fuisse in fide Onesimū B. Ignatio, & Episcopum Ephesinum extitisse, & martyrium Romæ pro Fide sustinuisse.

Onesimus vbi passus, & quod mortis supplicium.

Simeon Metaphrastes.

B. Ignatius epi. 13. init.

Honorificū Ignatij martyris & Episcopi, de Onesimo testimonium.

DISPVTATIO. II.

In Epistolam ad Philemonem, in illa verba: *Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens, &c.*

Prima dubitatio.

IAM accedamus ad epistolā, in qua primum dubium est, cur inchoet Apostolus à gratiarum actione, & cur charitatem absolutè referat in sanctos, fidem autem in Christum, cùm etiam charitas ad Christum esse debeat, & fides erga Sanctos, vt exprimit: & quomodò viscera Sanctorum requieuerunt per Philemonem. Deinde ambigitur quod pondus habeant illa verba: *Cùm sim talis vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi:* & quomodò Onesimus fuerit aliquādo inutilis, nunc verò vtilis, & ad quid fiat allusio. Tertiò dubium est quomodò dicat Apostolus: *Ministrauit mihi pro debito:* nunquid Onesimus

Secunda.

Tertia.

debitum

debitum habebat Paulo seruiendi? Et vnde, quæso, fuit contractum illud debitū? Quartò dubitatur, quare ait: *Forsitan ideò discessit ad horam à te, vt in æternum illum reciperes*, nunquid in æternum erat victurus Onesimus, aut Philemon? Quintò quæritur cur Apostolus dicat: *Ego Paulus scripsi mea manu.* Videtur enim restitutionē furti ab Onesimo admissi polliceri: & vnde suppetebant Apostolo opes ad id præstandum? Sextò reuocatur in dubium, cur dicat: *Ego te fruar in Dño*; cū solo Deo liceat frui, teste August., & creaturæ vlli nō cōueniat. Postremò quī nouerat Apostolus se rediturum in Asiā, & in domo Philemonis hospitandū, vt id tam seriò & constanter affirmare videatur: & qui sit ille Epaphras concaptiuus, qui Marcus, & Aristarchus, & Demas.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

B. Aug. lib. 1. de Doctr. Christ. cap. & alibi passim, tom. 3. sub initium Septima.

Ad primum igitur respondemus, Paulum pro more suo à gratulatione incipere: & deprecaturus pro Onesimo seruo fugitiuo, spargit ab initio ad finem vsque Epistolæ semina argumentorum, quibus persuadeat vt Philemō seruum Onesimum recipiat in gratiam. Etsi enim non argumētetur de fide in hac epistola, exponit tamen animi sui sensum, vt penè singula verba sint persuasioria argumenta. ¶ *Semper*, inquit, *memoriam tui faciēs in orationibus meis.* Id est: Si pro salute tua quotidie Deum deprecor, permitte ergo mihi, vt te orem & exorem pro seruo tuo: spero Deum exaudire pro te preces meas, exaudi ergo & tu me pro seruo tuo deprecantem, ne contingat, si me non exaudis pro seruo, ne me Deus deprecantem exaudiat. ¶ Et nota idem esse, pro quo gratias agit, & pro quo deprecatur: quia nunquam vel perfectis viris quandiu viuunt, tanta est gratulandi materia, quin precibus indigeant, vt det illis Deus non tantùm perseuerare vsque in finem, sed indies etiam proficere.

Solutio primæ dubitationis. De exordio epistolæ à gratiarum actione.

His verbis: Semper memoriam tui faciens in orationibus meis, quò tē dat Apostol⁹

Itidē cur gratiarū actionē cū precibus iungat.

Audiens charitatem tuam, & fidē, quā habes in Dño Iesu, & in omnes Sanctos. Captat beneuolentiam, vt præparet sibi viam vt pro seruo exaudiatur. Et commendat Philemonem à fide, & charitate, in quibus totam Christiani hominis perfectionem cōplectitur: nam ad illa duo omnes nostræ bonæ actiones, officiaque Christiana referuntur. Hinc Dilectus ait: *Hoc est mandatum Dei, vt credamus in nomine Filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrū, sicut dedit mandatum nobis, id est, sicut ille dilexit nos.* Præcedit autē charitas fidem non tempore, sed dignitate, & quæ vel ipsam fidem nostram gratam facit. Sequitur autem fidem, vt sine qua esse nequit, vt sine fundamento ædificium. Et sine lumine fidei Deū, & proximum, qui amandi sunt, nemo videt. Et charitas dicitur implere primam tabulam, sicut secundam fides. Et licèt vtraque sit ad Deum, & ad proximum; tamen peculiariter charitas etiam illa, qua Deū diligimus, videtur in dilectione proximi: *In hoc* (ait Dominus) *cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Fides etiā proximos agnoscit, & colit vt conseruos. Neq; dicit charitatem ita restrictā ad sanctos, quasi erga alios nulla esse deberet; cùm hæc sit Dei doctrina: *Carnem tuā ne despexeris*; & honore prosequī Dei imaginem, quæ nostræ naturæ insculpta est: nā ita ad omnes extenditur, sed arctiori necessitudinis vinculo ligati sumus cum sanctis, & domesticis fidei. Vide quòd Philemon & fidem, & dilectionem in Christū, & sanctos haberet, sed non parem dilectionem. In sanctos enim propter Dñm, at in Dñm propter seipsum.

Philemonē cur laudet de fide & charitate.

1. Ioan. 3.

Charitas vt prior sit fide

Exod. 29.

Ioan. 13.

Philemonis charitas qualis erga Sanctos.

Esaiæ 58.

Quare mira est hæreticorū calumnia, nos idololatriæ criminantium, q̄ Sanctos colimus, quòd eis fidimus, q̄ ab eis beneficia postulamus: quandoquidem eos minimè latriæ cultu honoramus, sed fidimus vt amicis, & electis Dei, quem sunt per strictiorē crucis viam consectati: & hos promisit se honorificaturū, & constituēdos super populos, & ciuitates, & nationes, Lucæ 19. Nec propterea facimus sanctos Christo misericordiores, aut clementiores, sed summam Dei prouidentiam vt non ignoramus, sic & veneramur, & amplectimur, qui vo-

Deo, quem, Sanctis honorem deferamus cōtra Lutheranos.

Lucæ 19. Ad illud: Cū, Sanctorū misericordiam imploramus, minùs Christum illis misericordem facere videmur.

luit

luit vna & eadem opera præstare misericordiam, & eo modo vt Sanctis suis reddat quẽ promeruêre iustitiæ suæ, & gratiæ fructũ. Vult enim propter illos præstare misericordiam, & deprimere colla sublimiũ, & superborum hominũ, vt vereantur immediatè ad Deum ipsum aduolare, nisi priùs per istos veluti interiectos accesserint. Alioqui redemptor noster quatenꝰ homo misericordia & promptitudine Deum superaret, & tamen Deus prouidit illum nobis mediatorem, per quem & habemus accessum. Et quare Deus tres illos amicos Iobis cum eo disputantes misit ad ipsum Iob, vt ipse pro eis preces funderet, & illo pro eis preces fundente, se exauditurum est pollicitus? nũquid Iob erat clementior, aut benignior Deo?

Qualis sit hæreticorũ ratio. *Ephes. 3.* *Iob vlt.*

Sequitur: *Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat.* Legit enim interpres noster ἐναργὴς, id est, euidẽs, & aperta: nos modò legimus ἐνεργὴς; id est, efficax fiat per fructus eius, qui sunt opera bona. ¶ *In agnitione omnis boni quod est in nobis.* (ita enim habet Græca lectio, scilicèt Christianis) *in Christo Iesu*, id est in Iesu Christi gloriam, vt alij eius odore trahantur: nam ex famulorum moribus elucet patrisfamilias sapiẽtia, & probitas, quę rectè factis incumbens, trahit in admirationem spectantes. Vnde Scriptura exprimit stuporem Reginę Sabę, quę tanto encomio Salomonẽ, & ministrãtes extulit. Nõ secùs accidit de rectis Christianorum moribus, quibus efficitur, vt etiam ipsi infideles Deũ laudare compellantur. ¶ *Gaudium enim magnum habui, & consolationẽ in charitate tua.* Verbum Gaudiũ, alij vertunt gratiam; Apostolus tamen magis gaudium scripsisse videtur: nam inter χάριν, & χαρὰν parũ est discriminis, & procliue fuit in vno elemento hallucinari. Nam & 2. Cor. 1. χάριν pro gaudio vsurpat, cùm ait: *Hac confidentia volui priùs venire ad vos, vt secundã gratiam haberetis*, vbi Græcè χαρὰν habetur: & tertia Ioannis Catholica: *Maiorem horum non habeo gratiã, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare.* Vbi gratia posita est pro gaudio, vbi habetur χαρὰν, & interpres gratiam pro gaudio posuit. Et rectiùs diceretur hoc loco, Habemus, quàm Habui, vt etiam indicat Græca litera, vt ostendat non se tantùm, sed alios etiam magna lętitia perfusos de charitate eius. ¶ *Quia viscera Sanctorum requieuerunt per te, frater:* vel, refocillata sunt, quanquã eôdem tendat, & in hoc te maximè fratrem declarasti. Est autem Apostolicum, appellare viscera, plenam mentis charitatem. Et Sanctorum viscera appellat viuentes Sanctos nondum mortuos, quos in laboribus, & afflictionibus suis largis eleemosynis Philemon sustentabat, ac refocillabat. Et cùm multam haberet fiduciam imperandi illi id, quod sui officij erat, nimirùm, vt remitteret Onesimo offensã; propter charitatem tamen noluit rogare; & hoc est maximum imperium, & efficacissimum præceptum ita rogare eum, qui ita potest alteri imperare. Nam vt ille dixit:

Rogando cogit, qui rogat potentior.

Cùm sim talis, vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi. In secũda persona quidam legunt: Cùm tu, Philemon, talis sis ætate, atque ego Paulus: quasi diceret; Si esses iunior, præciperem. Græca tamen lectio præstantior videtur, quam & Latini nõnulli emendati codices habent: Cùm sim talis τοιοῦτος ὢν, hoc est, sim & ego ipse pariter dignus, cui propter charitatem aliquid concedi debet. *Paulus.* Hoc est, humilis, & modicus. Senex etiam, hoc est, pertingens ad sexaginta, aut eo amplius annos. Certus enim annorum Pauli numerus ab Scripturis non potest determinari. Pulchrè autem B. Thomas hoc loco verbum Origenis producit: *Paulus*, inquit, *diu vixit in fide. Conuersus enim fuit adolescens.* Et infrà: *Rarò vtilis doctor inuenitur in Ecclesia, quin sit longæuus.* Hæc ille.

Commendat etiam seipsum Apostolus à labore, dum ait: *Vinctus Iesu Christi.* Hoc est, non vllius culpę meæ causa, sed in gratiam summi omniũ

Cõmunicãtio fidei Philemonis vt euidens, vel efficax facta fuerit.

Patrisfamilias sapientia & bonitas vnde dignoscitur. *3. Reg. 10.*

Vbi gratia pro gaudio ponatur. *1. Cor. 1.* *3. Ioan.*

Viscera Sanctorum quæ per Philemonem requieuerint.

Cur roget Paulus, non imperet Philemoni, vt parcat Onesimo.

Ad secundã dubitationẽ

De ponderehorum verborum: Cùm sim talis, vt Paulꝰ senex.

Quid sonet Paulus. Ille quàm senex.

D. *Thomas.* Vtilis doctor in Ecclesia ferè longæuus, teste Origene.

Paulus quare vinctus Christi Iesu.

Imperatoris Christi, cuius Paulus Euangelium propagabat, & præsertim quòd Gentibus illud communicaret, vincula & catenas patiebatur, vt scripsit ad Ephesios. Et ita etiã pro ipso Philemone vinctus detinebatur; nam & ipse ex Gentibus erat. Quare omnibus alijs prætermissis honorificis titulis, & autoritatem ostendentibus, hunc tantùm vincti pro Christo vsurpauit.

Idẽ vt esset vinctus etiã Philemonis.

Quare Paul⁹ dixit, Obsecro te pro filio meo, non autẽ pro seruo tuo Onesimõ.

Obsecro te, inquit, *pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo*. Non dixit, Pro seruo tuo Onesimo; vt non tam seruum, quàm se Paulum videatur recipere fidelem: etsi quod in filiũ confertur beneficium, id pater tanquam in seipsum collatum iudicare solet. Rectè Salomon dixit: *Cum obsecrationibus loquitur pauper*. Apud viros enim modestos, & verè humiles, & charitatem habentes, plus momenti habet humilis petitio, quàm quoduis aliud imperium: nam & plerunque flectit humilitas, quẽ neque potentia superare potuit, nec ratio.

Prouer. 18.

Paulus Onesimum cur filium suum appellet.

Vocat autem filium suum, quò faciliùs exoret: nã patris pro filio suo preces debẽt æquiores, & efficaciores esse, quò promptiùs exaudiãtur. Erat autem filius in Christo, quẽ genuerat in vinculis per orationem, & prædicationẽ Euangelij. Vnde ad Corinth. dixit: *Nã si decem millia pædagogorum habeatis in Christo; sed non multos patres*. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui; & alio loco: *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*: vt intelligas non tantùm patris munere, sed etiam matris Apostolum in prædicatione functum fuisse. Et verè ostendit verbum Dei nõ fuisse alligatum, vt hinc agnoscas inuictum animi pectus, qui omni tempore siue solutus, non cessabat colligere frumenta, quæ inferri in horreum cœleste debebant. Et videtur peculiari affectu cõplecti suum Onesimũ, quẽ in senectute genuerat exemplo patriarchę Iacob, qui teneriori affectu quàm reliquos filios prosequebatur Ioseph, eò quòd in senectute genuisset illum.

1. Cor. 4.

Galat. 4.

Idem euangelizando, vtriusque & patris & matris, explebat officium.

3. Tim. 2.

Cuius ille instar Onesimum vinct⁹ genuerit.

Genes. 37.

Illud sanè risu & cachinnis dignũ, quod quidam Lutheranus efficaciter colligere se putabat ex hoc loco, Paulum habuisse vxorem, & generationi filiorũ, dum esset in vinculis, vacasse. Sed quid ineptius aut eneruius? Certè his quàm simillima sunt hęreticorum tela in Catholicos.

In quendam Lutheranũ hunc locum Apostoli ad carnalẽ filiorũ in vinculis generationem carnalissimẽ detorquentem.

Illud tamen perpende, hominibus carnalibus, & sensum ac genium amplectẽtibus, oẽs Scripturas spirituales carnales reddi: contrà verò spiritualibus, & intellectu ad diuina vigẽtibus, carnalia omnia reddi spiritualia.

Quales carnalibus hominibus scripturæ, quales spiritualibus appareãt

Sed ne quis obijceret, ꝓ Philemone, Onesimũ grauiter in dñm deliquisse, & fugacem ac rapacem extitisse, ac propterea venia indignũ; respondet Apostolus alludẽs ad eius nomẽ: *Qui tibi*, inquit, *aliquãdo inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis*. Inutilis ἄχρηστος vocatur, nunc verò εὔχρηστος, id est, bene vtilis, siue benignus, placidus, cõmodus. Est ergo argumẽtũ ab Etymologia sumptũ, quemadmodũ illud à nomine Iesu, teste Angelo, qui dixit: *Vocabis nomẽ eius Iesũ: ipse enim saluũ faciet populũ suũ à peccatis eorũ*. Ita etiã hoc loco: *Qui priùs nõ erat Onesimus, siue vtilis, ĩ tẽ & mihi & tibi redditus est* εὔχρηστος, id est, maximè vtilis, quia Christianus, & seru⁹ Iesu. *Quẽ remisi tibi*. Iã aliũ factũ, nisi enim emendatũ, & in aliũ cõmutatũ, ad te nõ mittere illũ. *Tu autẽ illũ, id est, mea viscera suscipe*. Filios nobis dilectissimos vocare solem⁹ viscera nostra: ita Paul⁹ vocat Onesimũ. Vel: In eo suscipe internũ dilectionis meę symbolũ. Ad tertiũ circa illud: *Quẽ ego voluerã mecũ detinere, vt ꝓ te ministraret in vinculis Euãgelij*: dicendũ est, Apostolum insinuare voluisse dignitatẽ ministerij sui in vinculis, & ꝙ Philemon debebat sibi ministeriũ impẽdere, quatenus ipse Philemon intelligeret, ꝙ nullo ex absentia serui seruitio, aut fructu frustratus fuerit, si penes se retinere voluisset, quò vicẽ dñi ministrando suppleret, & præmium suæ pietatis apud Deũ expectare posset. ¶ *Sine consilio autem tuo* (vel, sine sententia autẽ tua) *nihil volui facere, vti ne*

Pauli Apostoli ad nomen Onesimi elegans allusio.

Matth. 1.

Onesimus quare & Paulo & Philemoni vtilis.

Quid Onesimum, id est, Pauli viscera suscipere

Tertiæ quæstionis solu.

Vnde Philemoni natum sit, Apostolo debitũ ministrandi.

Beneficium, velut ex necessitate qđ nolebat Apostolus à Philemone recipere sed voluntarium. *Psal. 53. 2. Cor. 9. Oecume. c. 2.*

velut ex necessitate bonum tuũ esset, sed voluntarium. Hoc est: Nolo beneficiũ, etiam necessarium, mihi à quoquam conferri, nisi illud, quod ex voluntaria propẽsione, & hilari animo proficiscitur. Vnde Dauid dixit: *Voluntarie sacrificabo tibi:* & Apostolus: *Hilarem datorem diligit Deus.* Oecumenius ponderans hunc locum, ait: *Non dixit simpliciter, ex necessitate, sed, Velut ex necessitate, perinde ac si diceret, Noueram, quòd si etiam præter tuam sententiam ipsum retinerem, nequaquam te contristarem; attamen ne videretur quasi ex necessitate fieri, nolui facere.*

Cur Deus hominem non fecerit impeccabilem. *Gen. 1.*

Quærunt nonnulli, quare omnipotens Deus non condidit hominẽ, qui peccare non posset. Respõdẽt: Quia si talem fecisset qui peccare non posset; bonum illius perfectum nõ esset, quod præmium mereretur, sed necessarium; atque ideò liberum arbitriũ non haberet. Creauit enim Deus hominem ad imaginem, & similitudinẽ suam, vt sicut ipse voluntate sua est bonus, nõ autem necessitate, ita etiã homo voluntate bonus esset.

Quartæ dubitat. solut. Onesimũ ad horam fugitiuum quomodo Philemon poterat in æternum recipere.

Ad quartum dubium in illud; *Forsitan enim ideò discessit ad horam à te, vt in æternum illum reciperes.* Probat Apostolus vtilem fuisse serui fugam, & confutatiuncula diluit, quod obstare poterat, quominus reciperetur Onesimus. Primò enim dicere poterat: Ego ne fugitiuum recipiam? Respondeo: Discessit, vel Recessit, fateor, & ad tempus fuit ille discessus: quibus verbis serui fugam humanitus mitigat, eam, secessionem vocãdo. Porrò si quid ex hominum peccatis iracundiæ contraximus, mitigari conuenit, vbi videmus, quæ peruerse aliòqui egerant, Dei consilio in alium finem conuersa esse. Læta enim catastrophe in malis, quasi remedium quoddam est, quod nobis ad dolendas offensas Dei manu porrigitur. Nã ita Ioseph, dum pro mancipio venditur, in eum locum eiectus fuit, vbi patrem, & fratres alere posset, perfidiæ, & crudelitatis fratrum suorum oblitus, se Dei voluntate præmissum esse dicit eorũ caussa. Paulus ergo serui fuga nõ debere tantopere Philemonem offendi admonet, quia caussa boni non pœnitendi extiterit, vt perpetuum recipieret, & sic breui iacturæ vsus perpetui commoditatem opponit.

Consueuit diuina bonitas & sapientia, malè acta in bonum finẽ conuertere. *Gen. 37. Infra 45.*

Ex quo erudimur, quòd cũ ex Dei dispositione priuamur rebus quæ videntur nobis vtiles, & iocũdæ Deum non id facere quò nos perdat, sed quò res ablatas nobis reddat pretiosiores, & vtiliores. Deus enim Optimus Maximus nõ permitteret mala nobis euenire, nisi pro sua bonitate posset, & vellet bonũ efficere. Deinde quia vetus est, & solennis Diuinæ rationis agendi modus, & non pro more mundi huius opera sua inchoare, sed à parte diuersa, vel contraria. Consolaturus enim nos, priùs terret: ditaturus, priùs pauperes facit: viuificaturus, antè mortificat: denique exaltaturus suos, priùs humiliat, ac deprimit.

Rebus amabilibus, & caris cur interdũ à Deo destituimur.

Secunda ratio.

Quare Onesimꝰ dicatur Forsitã discessisse ad horam, vt Philemon illum in æternum reciperet.

Et ait: Forsitan discessit à te ad horam, id est, ad tempus, quia futuram Onesimi perseuerantiam nesciebat, qua redderetur æternus, vtpote adeptus vitam æternam. Et idem, si æternùm ponatur pro aduerbio, æternè, sed priorẽ sensum indicat litera Græca. ¶ *Iam non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem.* Quia Græcè legitur ὑπὲρ δοῦλον in Accusandi casu, & non in Gignendi, ὑπὲρ δόλλε, præstat intelligere super, vel supra seruum, id est potiorem seruo: sicut cũ dicitur: *Super inimicos meos prudentem me fecisti: super senes intellexi: super omnes docentes me intellexi.* Græca habent, ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου: & ὑπὲρ πάντους τοὺς διδάσκοντάς, &, ὑπὲρ πρεσβυτέρους συνῆκα. Quibus verbis aliam fugæ vtilitatem proponit: nã non solùm eius occasione correctus fuit Onesimus, vt frugi seruus esse inciperet; sed quòd factus sit domini sui frater. Subdit: *Maximè mihi:* Ne scilicet recenti offensa exulceratus animus Philemonis, fraternũ nomen ægrè admitteret, Paulus illum primo loco fratrem suum agnoscit. In quo licet conspicere raram Pauli modestiam, qui vilissimum, & nullius pretij seruum fraterno nomine dignatur, & quem priùs filium voca-

Onesimum Paulꝰ cur nominet fratrẽ. Eiusdem modestia, & charitas singularis.

uerat,& genitum in vinculis, nũc fratrem compellat. ¶ *Quanto autem magis tibi & in carne, & in Domino?* Colligit, seruum Philemoni esse coniunctiorem, cùm duplex esset inter illos coniunctionis vinculum. Nam præterquàm quòd communis tecum Domini, hoc est Iesu Christi, factus es minister, & eiusdem corporis membrũ, quo nomine mihi quoque est charissimus, accedit hoc, quòd peculiariter quoque de tua est familia, & iuxta carnem tibi coniunctus.

Duplex Philemonem, inter & Onesimum necessitudo quæna intercedebat

Ad quintum circa illud: *Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.* ¶ *Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam*, &c. Dicendum est, epilogum esse, in quo se Apostolus magis demittit, fugitiuo seruo ius & honorem resignans, & quasi eum restituat loco suo, vt paullò pòst se spõsorem pro eo, & eius loco subijciat. Estque hoc ad persuadendum efficacissimum: Onesimus factus est mihi non tantùm frater, & filius, sed & alter ego: Si ergo habes me sociũ, vel, si me Euangelij habes consortem, id est si me amas, si me suscipis, suscipe illũ sicut me, id est meo loco. Si quid beneficij in eum cõtuleris, in me collatum accipiam. Sin eieceris, & me ipsum eiectum reputabo. Aut igitur tibi vterq; excipiendus est, aut vterq; reijciendus. ¶ *Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.* Hoc est: Si quid furto sustulit, dum fugit (ita enim solent serui fugam facere) hoc mihi velim imputes. ¶ *Ego Paulus scripsi mea manu.* Quasi dicat: Hoc chirographo mea manu scripto fidẽ meam tibi obstringo. Vel, En habes Epistolam mea manu scriptam. Si videor tibi bonæ fidei sponsor, Onesimum omittito, me conuenito, qui sum in carcere. Ego reddam, vel dependam. Ἐγὼ ἀποτίσω, verbum est pro altero fideiubentis. Atq; in hoc habes meũ chirographũ. ¶ *Vt non dicam tibi quod & teipsum mihi debes.* Quasi dicat; Nihil est quod negare mihi sustineas, etiamsi teipsum poscerem: non enim id commemorabo, quòd cũ mea opera & doctrina factus sis Christianus, non tua solùm, sed & teipsum mihi debes: ergo minus iniquum videri debet, si hoc postularem, vt Onesimi debita remittas. Nos ergo nostra omnia fratribus debemus, vt docet parabola Luc. 10.

Solut dub. 5

In id: Si ergo habes me socium, suscipe illũ sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, & reliq.

Quid sit: Ego Paul⁹ scripsi mea manu.

Quid etiam: Vt non dicã tibi, quòd & teipsum mihi debes.

Ad sextum: *Ita frater, ego te fruar in Domino. Refice viscera mea in Christo.* Epilogus est planè patheticus, & ad misericordiam permouendam appositus. Aliqui vertunt: Ego fructum abste consequar. Id est: sine vt hoc beneficium abs te impetrem. Et alludit rursus ad Onesimi nomẽ, quod à frui tione deduci videtur. Legimus enim Græcè: Ναὶ, ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. Ambrosius vertit, ita frater, sic ego te fruar in Domino. Et particula ναὶ, blandientis est in Græca lingua, sicut אָנָּה apud Hebræos: & significat quæso, vel obsecro. Blando ergo sermone deprecatur cõcupitam præsentiæ fraternæ dulcedinem: Esto mihi in his vinculis, & in afflictionibus recreatio mea, & refice, siue refocilla viscera mea, non corporea, sed spiritualia in Onesimo abs te recepto, & veniam assecuto, & ita ego abste consolationem, ac delectationem nõ vulgarem captabo. ¶ Verbum autẽ frui, est, fructu vti; & vt se habet vti ad vtile, ita frui ad fructum. Denotat autem fructus dulcedinem quandam, quam ex fructu percipimus iuxta illud: *Et fructus eius dulcis gutturi meo:* denotat etiam vltimum arboris: nam ideò plantatur, vt fructum capiamus. Ideò propriè frui, est habere aliquid delectabile propter seipsum. Quare Augustinus lib. 1. De doctrina Christiana, distinguit inter fui, & vti. Et vt creatura quidem vtimur, ita Deo fruimur. Et ab ipso Augustino ita frui, & vti definiuntur: *Frui, est alicui rei inhærere propter seipsam; vti autem, quòd in vsum venerit ad id quodammodo obtinendum referri; si tamen amandum est: nam vsus illicitus, abusus potius, vel abusio nominandus est.* Hæc ille. Aliquando verò etiam in Scripturis confunduntur hæc verba, & pro eõdem ponuntur: & significant delectationem

Hoc sensu quo dicatur: Ita frater, ego defruar in Domino. Refice viscera mea in Christo.

B. Ambros. hoc loco, tomo 5.

Frui quid, & fructus significet.

Cant. 2.

D. August. tom. 3.

Inter Frui, & vti distinguit Augustinus.

Vbi Scripturarũ hæc verba cõfundãtur.

cuius-

cuiuscunque rei, etiam turpis, & obscœnæ absque contrario. Vnde Sap. 2. dicunt impij, *Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & iutamur creatura tanquam in iuuentute celeriter:* & Gen. 38. *Quid dabis mihi vt fruaris concubitu meo?* Prouerb. quoque 7. *Fruamur capitis amplexibus;* item Ecclesiastes 2. *Affluam delicijs, & fruar bonis,* & cap. 7. *In die bona fruere bonis.* Si igitur frui significat delectari in re aliqua tãquã in fine, & propter se, nequaquam est fruendum creatura, vel homine. Cũ autem significamus delectationẽ quã dam ordinatam sub Deo, ita fruimur bonis sine peccato. Vnde Paulus dixit, *Qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum.* Deuteronom. etiam 28. *Filios generabis, & filias, & non frueris eis:* id est: Cum delectatione eos non videbis, quia subdit: *Ducentur in captiuitatem.* Et Horatius, *Dij tibi diuitias, dederunt, artemq; fruendi.* Fruimur etiam hominibus sanctis in Domino, cum gaudemus de bono diuino, quod est in illis. Vnde hîc dixit: *Ita te frater, Ego te fruar in Domino.* Quòd interpretans Augustinus prædicto loco, dixit: Cũ homine in Deo frueris, Deo potius quàm homine frueris. Illo enim frueris, quo efficieris beatus, & ad eum te peruenisse lætaberis, in quo spem ponis, vt venias. Inde ad Philemonem Paulus: *Ita frater,* inquit, *ego te fruar in Dño.* Quod si non addidisset in Dño, & te fruar, tantùm dixisset, in eo constituisset spem beatitudinis suæ, quanquam etiam vicinissimè dicitur frui, cũ delectatione vti. Cùm enim adest quod diligitur, etiam delectationem secum necesse est gerat. Per quam si transieris, eamq; ad illud, vbi permanẽdum est, retuleris, vteris ea, & abusiue, nõ propriè diceris frui. Si verò inhæseris atque permanseris, finem in ea ponens lætitiæ tuæ, tunc verè, & propriè frui dicendus es. Quod non faciendum est nisi in illa Trinitate, id est summo & incommutabili bono.

Hieronymus etiam hoc loco: *Apostolus non fruitur nisi eo, qui multas in se habet, concinnentesq; virtutes. Et ne putes illam fruitionem dici, qua nos sæpè nostri inter nos præsentia delectamur; addidit, in Domino; vt ex eo quod Domini nomen adiunctũ est, intelligeretur & alia esse fruitio, qua quis absque Domino perfruatur.* Hæc illi Patres. In hunc quoque sensum scripsit ad Rom. 15. *Cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primùm ex parte fruitus fuero:* quod similiter intelligendũ est, in Domino. Non ignorauit Seneca hanc locutionem, quandoquidem lib. 1. epist. 8. ad Lucilium: *Aut rectis saltem,* inquit, *aut temet fruere.*

Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id quod dico, facies. Correctio est: Paulus enim reprehendit quodammodo seipsum, q̃ tam solicitè scribat, perinde acsi dubitaret de eius obedientia, ac pietate, quasi dicat, Hæc pluribus tecum ago, non quòd diffidam charitati tuæ, sed hæc ex abundanti facio, & quodam peculiari amore erga Onesimũ meum filium.

Ad postremum in illud: *Simul, & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis:* Videtur postrema & efficacissima ratio: futurum enim est, vt exigentibus id, & impetrantibus vestris precibus, vt ego vinculis solutus ad vos reuertar: ac ideò desidero te domi tuæ amplecti, ac domi tuæ hospitari, vt aliàs feci; & hanc tuam bonam voluntatem quam erga Onesimũ exercueris, gratissimam habebo. Hoc etiam de hospitio adiecit Apostolus teste Oecumenio, vt formidaret, si Onesimum non susciperet, eò quod venturus esset Apostolus, & palàm facturus qđ fuisset parum obediens. Scribit verò Hieronymus; *Non putò tam diuitem fuisse Apostolum, & tantis sarcinis occupatum, vt de præparando ageret hospitio, & non vna contentus cellula, breue corporis sui spatium, ædes amplissimas existimaret. Sed dum eum expectat Philemon ad se esse venturum, magis faciat quod rogatus est. Si autem hoc non dispẽsatoriè, sed verè quis existimat imperatum, vt sibi hospitium præparet; Apostolo*

Gen. 38. *Prou. 7.* Ad 6. dubiũ. Paulus quare dixit: Frater, ego te fruar in Domino. *1. Tim. vlt.* *Deut. 28.* *Horat.* *Cap. 33.* *Hierony. tomo 9.* Apostol⁹ Philemone quo modo secundùm Hieronymum, vteretur, in Domino. *Rom. 15.* *Senecæ.* Apostoli prudentia. Septima quæstionis solutio. Apostolus cur velit parari sibi hospitium. *Oecum.* *Hieron. hoc loco tom. 9.*

Quale sibi hospitiũ vellet Apostolus præparari.

magis quàm Paulo hospitium præparandum est. Venturus ad nouam ciuitatem, prædicaturus Crucifixum, & inaudita dogmata delaturus, sciebat ad se plurimos concursuros: & necesse erat, primùm, vt domus in celebri esset vrbis loco, ad quam facilè conueniretur. Deinde vt ab omni importunitate vacua, vt ampla, quæ plurimos caperet audientium, ne proxima spectaculorum locis, ne turpi vicinia detestabilis: postremò vt in plano potius esset sita quàm in cœnaculo. Quam ob causam eum existimo etiam Romæ in conducto mansisse biennio. Nec parua, vt reor, erat mansio, ad quam Iudæorum turmæ quotidie confluebant. Hæc ille.

Paulus quantum fideliũ precibus tribueret. *Act. 12.*

Sequitur: *Nam spero per orationes vestras donari me vobis.* Omnia siquidem Paulus aliorum orationibus tribuit: sicut solutio Petri ex carcere tributa est orationibus Ecclesiæ pro eo precantis. Et addit salutationes more solito. *Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas adiutores mei.* Vt intelligat Philemon non tantùm Paulum esse, qui id postularet ab eo, sed omnes etiam, qui secum erant, comprecatores extitisse eiusdem beneficij. Epaphras Colossensium erat minister, vt habes cap. 1. ad Colossen. Et ornat illum magno titulo, cùm ait, Concaptiuus, quo alij non ornantur: quanquàm ad Colossen. 4. scribat: *Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ:* & infrà: *Salutat vos Epaphras qui ex vobis est, seruus Christi Iesu:* & paullò pòst: *Salutat vos medicus charissimus, & Demas.* Ex quo constat, Apostolum interdum mutasse socios quos secum in carcere habebat, vt nunc dicatur Epaphras concaptiuus, modò verò Aristarchus.

Epaphræ Marci, & aliorum Philemoni cur mittat salutationes Apostolus.

Coloss. 1.

Deinde habes Marcum, quem in posteriori ad Timotheum postulauerat vt ad se veniret, & fortasis iam venerat: vnde hæc Epistola posterior est illa secunda ad Timotheum. ¶ Aristarchus verò, vt Actor. 20. habetur, Thessalonicensis erat, & comes peregrinationis Pauli: & teste Dorotheo in Synopsi, cum Paulo à Nerone capite truncatus fuit cum Trophimo, & Pudente. ¶ Demas, ille est, qui cùm Paulum deseruisset tædio laborum fractus, posteà pœnitẽtia ductus ad Paulum redijt: quemadmodùm etiam olim Marcus cùm reiectus esset à Paulo, & mandatum dedisset ne reciperetur in Ecclesijs, posteà cùm ad meliorem frugem redijsset, iussus est susci pi, & ipse eius ad se vocati opera vtebatur, Episcopus Bybli fuisse dicitur à Dorotheo in Synopsi. ¶ Lucas hic etsi postremo loco ponatur, fuit tamen inter socios, adiutores, & comites Pauli præcipuus, de quo illud egregium testimonium; Lucas est mecum solus; &, Cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias.

2. Tim. 4.

Et concludit: *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro Amen.* Nã sicut salutatio hæc, quæ postremo loco annectitur, ad alios in salutatione expressos, & hic suppressos extenditur, ita etiam Epistola tota nomine Pauli, & Timothei scripta est; & ad solum Philemonem dirigitur. Et vt annotauit eleganter Hieronymus, à maiori, & meliori parte, id est spiritu, per Synecdochen de toto homine loquitur. *Et Gratia,* inquit, *sit cũ spiritu vestro, Amen,* sine qua nihil feliciter, & piè vel inchoatur, vel progressũ susci pit, vel finitur. Et hi quibus Christus per gratiam fauet, fauet Pater, & Spiritus sanctus, & Angeli omnes; cedunt verò dæmones, & omnes homines reprobi, & totus infernus. Ac de his hactenus.

Posteriorem ad Timotheũ hac ad Philemonem Epistola vnde constet esse priorem. *Act. 20.* Aristarchus quis, & Demas. *2. Tim. vlt. Act. 15.* *2. Cor. 8.* *Dorothe. Episcop.* Lucas qualis Pauli comes *2. Tim. vlt. 2. Tim. 8.*

Salutatio hæc: Gratia Domini nostri cum spiritu vestro, expenditur. *Hieron. tomo 9.*

Gratiæ Dei efficacia.



DISPVTATIONVM IN EPISTOLAS B. PAVLI Apostoli, liber postremus: in quo peculiariter Epistola ad Hebræos excutienda est & explicanda.

DISPVTATIO PRIMA.

IN Qua agitur num hæc Epistola ad Hebræos destinata, Pauli Apostoli sit, an alterius.

Propositum Autoris.

QVONIAM De hac Epistola inter veteres olim Ecclesię Patres quædá controuersa extiterunt, & nostro seculo à multis, sed præsertim ab Erasmo, & Caietano, in dubium reuocata sunt, quæ tamen in Ecclesia Dei certissima & exploratissima, & constanti fide ab omnibus recepta esse debuerunt; non grauabor diligẽtiùs de illis disceptare, quò Catholica & orthodoxa veritas de perniciosis mendacijs, & pestiferis hæresibus triumphum agere valeat.

Fuerunt enim apud veteres Patres ambigua nonnulla quæ ad hanc Epistolam pertinent. Primùm, an Epistola hæc esset Apostoli Pauli, an alteriùs. Secundùm, an sit Canonica, & in catalogo Sanctorum librorum reponenda, an non. Tertium dubitatũ est, qua lingua conscripta fuerit, Hebræane, vt quidam ex veteribus Patribus docent, an Græca, vt alij multi posteriores volunt. Quibus adijcere possumus quartum, quare inter Epistolas postremum locum hæc habeat, cùm constet, Matthæi Euangeliũ Hebraico sermone exaratum, primũ locum inter Euangelia sibi vendicasse. Quintum disputandũ est, qui sint illi Hebræi, ad quos instituendos hæc Epistola destinata fuit. Sextum, ac postremum, quod, aut quale sit tantæ Epistolæ argumentum, & in quem finẽ mens autoris collimet.

De Epistola ad Hebræos quæ olim Patres dubitauerint.

Proponũtur aliæ dubitationes inferiùs resoluendæ.

Vt igitur ad primam dubitationẽ illustrandam accedamus, præmitten-

Nõ esse Pauli Epistolam ad Hebræos, cur quidam asserueri, teste Hieronymo.

B. Hierony. tom 9.
Idem tom. 1 parum à medio.

dum, B. Hieronymũ in Prologo super Epistolas Pauli, & in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, ita de hac Epistola ad Hebræos scripsisse: *Epistola autem, quæ fertur ad Hebræos, nõ eius creditur, propter styli sermonisq; dissonãtiã; sed vel Barnabæ, iuxta Tertullianũ; vel Lucæ Euangelistæ, iuxta quosdam, vel Clementis, Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse, & ornasse sermone.* Vel certè, quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerit. Scripserat autem vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id est, suo eloquio disertissime, vt ea quæ eloquẽter scripta fuerant in Hebræo, elo quentius verterentur in Græcum: & hanc caussã esse, quod à cæteris Pauli Epistolis discrepare videatur. Item argumentum præfixũ huic Pauli Epistolæ, & habetur in Glossa ordinaria, ita habet: Quidam veritatis calũniatores hanc Epistolam non esse Pauli dicere ausi sunt, eo quòd nomen eius in titulo non habent, & longè splendidiore atq; facundiore stylo quàm aliæ resplẽdeat; sed aut Barnabæ, aut Lucæ, vel Clementis, vel Tertulliani. Quibus in promptu nobis est respõdere. Si em̃ ideò non est dicenda Pauli, quia nomine eius prætitulata non est, ergo nec alicuius illorũ; imò nullius omninò, cũ nulliusnomẽ habeat. Ideò autem nomen suum huic Epistolæ, sicut & cæteris nõ præposuit; quia Hebræis odiosus erat, quib⁹ legis destructor videbatur. Quia ergo nõ eorũ, sed Gentiũ erat Apostolus, nomẽ suũ eis odiosum tacuit, ne præscripti nominis inuidia sequentis vtilitatem excluderet lectionis. Sciẽs quoq; eorũ superbiam, suamq; humilitatẽ ipse demõstrans, ordinis sui dignitatẽ noluit anteferre, nominando se Apostolum: sed meritum officij sui tacẽs superbis, ipse humilis nõ se Apostolum nominauit, ne superbi indignarẽtur. Quòd verò hæc Epistola maiore reluceat facundia quàm aliæ, sanè mirãdũ nõ est; cũ naturale sit vnicuiq; plus in sua, quàm in alia valere lingua. Cæteras enim Epistolas Apostolus peregrino, id est, Græco sermone composuit: hanc autem scripsit Hebraica lingua. Hæc nomine Hieronymi à quibusdã in illo Prologo circũferuntur: quæ cũ in Hieronymi libris non inueniãtur, probabile est verba esse alicuius alterius Doctoris, qui sensus & verba Hieronymi æmulatus est, aliquid addens de suo.

Rationes eorum diluuntur.

Quare Paulus non huic Epistolæ pro more nomen suum præposuerit.

Ad hũc igitur modũ Hieronymus illis argumentis satisfecit. Quod em̃ nomen & Apostolatus dignitatẽ subticuerit, in gratiã fecit B. Petri Apostolorũ Principis, qui erat Circũcisionis Apostolus, vt ipse Paulus Præputij, id est Gentium, quemadmodũ ipse testatur ad Gal. 2. Fecit etiam hoc ob Dñi honorẽ, qui in hac ipsa Epistola vocatur Gẽtis Hebrææ Apostolus, vt habes cap. 3. qui & ad Rom. 15. Minister Circũcisionis fuisse traditur. Episcopi siquidẽ extra suas diœceses, quãdo cũ ijs agunt, in quos autoritatem nõ habẽt, dignitatem suã, aut titulos nõ exerunt, neq; iactãt. Quã rationẽ attingit Theodoritus ex Clemẽte in informationibus. Addit Hieronym. in cap. 1. ad Gal. in Epist. ad Hebræos propterea à Paulum solita consuetudine, nec nomen suum, nec Apostoli vocabulũ præposuisse, quia de Chro erat dicturus, Habẽtes ergo Principẽ Sacerdotum, & Apostolũ nostræ confessionis Iesum; nec fuit cõgruum, vt vbi Christus Apostolus dicẽdus erat, ibi etiá Paulus Apostolus poneretur. Argumentum etiam desumptũ à diuersitate styli, valde est debile ac imbecillum, cũ vnus & idem homo prote̅poris, vel causę ratione nũc cultiori & elegãtiori oratione, nunc humiliori, ac depressiori sermone agat. Cõpone obsecro Hieronymi in cõscribẽdis Epistolis phrasim cũ stylo, quo Prophetas explanauit, vel Registrũ Gregorij cũ libris Moral. & cũ volumine qđ inscripsit, Pastoralis cura, & grande inuenies discrimẽ. Ita vt, si ab styli discrepantia ferendum iudicium sit, vix vnius & eiusdem autoris eiusmodi opera esse credantur.

Prima ratio cur Paulus in hac Epistola sui etiam Apostolatus nihil meminerit.

Gal. 2. Altera.

Heb. 3. *Rom. 15.* Idem confirmatur exemplo.

B. Theodor. tom. 2. *B. Hieron.*

Vnius eiusdemque Scriptoris stylus cur variet interdum, ac discrepet.

B. Gregor. tom. 2. *Idẽ tom. 1.*

His præmissis, probandũ est hanc

Epistо-

I. argum ad probandum, Epistolã ad Hebræos omninò alterius non esse quàm Apostoli Pauli.

2. Cor. 13.

Epistolam sincerum esse, & germanũ Pauli Apostoli fœtum. Nã in primis illud abũdè testatur sublimis & vere Apostolica doctrina cũ sensuum profunditate, & vi illa dicendi incõfutabili: qđ planè arguit alterius esse non posse quã Pauli, qui Christum in se loquẽtẽ habebat. Erat siquidẽ Paulus acerrimus legis Mosaicæ insectator, & incõparabilis Euangelij ꝓpugnator, & vindex: at quid aliud agit in tota hac Epistola Apostolus, quã legis ceremonias abrogatas fuisse docere, & Christum super Angelos, Moysen & Põtificem Aaron, & super ipsum etiá Melchisedec, stabilire? Deinde, si Hebræa lingua hanc dictauit Epistolã, vt quidam ex Patribus tradũt, mirum vlli esse nõ debet, si eloquio disertiori, & magis perspicuo atq; dilucido egerit. Tertiò idem persuadet, quod titulo caret, & nomine autoris: cuius rei singulare in Paulo inuenitur argumentum, cur ab eo abstinuerit. Nam cùm esset Hebræus, & Hebræis singulariter inuisus, curauit ne nominis odium vtilitatem excluderet lectionis: quæ ratio scribendi alteri ex Apostolis quã B. Paulo cõuenire non potest. Siluit ergo nomen propriũ, & Apostolatus autoritatẽ, præter causas superiꝰ assignatas, tũ ob grauissimas persecutiones, quas Iudæis ad Christũ cõuersis olim cũ esset incredulus, & pro lege zelans intulerat: tùm ꝓpter Gentium cõuersionem cũ quibus versabatur: quæ res etiá Christianissimis Iudæis ad fidem cõuersis nõ solũ infausta, sed etiam inuisa haberi potuisset. Voluit præterea potiùs rationum momentis decertare, quàm nominis, & Apostolatus autoritate: nõ enim baptisma à Iudæis cõuersis veterem hominem, & eius effectus confestim excluserat, vt eum, qui paullò ante Ecclesiæ esset persecutor, ad Apostolatus apicem promotum æquis auribus audirent, aut vt inueteratũ odiũ in Gentes, ad quas Paulus discesserat, omninò deponerent: vt cõstat ex ea, quã ad Romanos scripsit Epistola, in qua simultatem Iudæorum, & Gẽtiũ ad Christum cõuersarum adimere cõtendit. Et Hebræi isti, ad quos Paulus scribit, imperfecti erant: *Cũ deberetis*, inquit, *magistri esse propter tempus; rursus indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.* Addit etiam Theodoritus hęc verba: *Suæ autem accusationi hunc prætextum afferunt, quòd Apostolica appellatio nõ sit similiter posita in Proœmio. Oportebat autẽ eos considerare, cũ eorum qui ex Gẽtibus, nõ eorum qui ex Iudæis crediderãt, fuisse constitutũ Apostolum. Etenim dixit ei Dñs; Festina, & hinc citò egredere; nõ enim suscipient testimonium tuũ de me. Vade, quoniam ad Gentes procul mittam te.* Et paullò inferiùs: *Ad Hebræos autẽ scribens, quorum nõ erat sibi cura credita, meritò nudam dignitate doctrinã eis tradidit. Aliorum enim Apostolorũ curationi suberant.* Hæc ille satis elegãter. Quartò, idem probat ardentissimus zelus, quò Iudæorum salutẽ sitiebat, & pro quibus optabat esse à Christo anathema. Idem aiebat; *Quandiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo; si quomodo ad æmulationem prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis.* Quod & fecit, tùm viua voce prædicando, & cũ eis disputando; tũ signa admiranda edendo, tùm deniq; doctissimã hanc Epistolam ad eos cõscribendo, si tot alias Epistolas ad institutionẽ, & cõsolationem Gentiũ dictauit. Quintò, adde zelum Apostoli mirabilem in literis ad eas Gentes exarandis, in quibus nouæ hæreses, & noxij in fide errores suscitabãtur: nã ea cura ad Apostolos maximè spectabat, dũ viuerẽt; præsertim cũ Canonici libri qui sunt fidei, & morum regula, ac norma, nõdum editi essent, vt sese illis tá verbo, quàm scripto opponerent. Cùm igitur Apostolorum seculo hæretici Nazaræi insurrexissent, qui legem cũ Euangelio esse ad salutem necessariá cõtenderent: debebat saltẽ Apostolus Paulus, qui tanto scientiæ talẽto præreliquis omnibus præditus erat, huic hæresi occurrere, & aliquo scripto obuiá ire, vt in futurũ extaret salutiferę eiꝰ doctrinæ aliquod monimẽtũ, quo

Secundum arg.

Tertium.

Aliæ rationes adferuntur tres, cur Paulus Apostolatus nomen suppresserit hoc loco.

Act. 9.

Epistolam ad Romanos Paulus cur scripserit.

Heb. 5.

B. Theodor. in Argumẽto huius Epist sub initium, par. 2

Act. 22.

Quartum argum.

Rom. 9.

Infra 11.

Paulus ministerium suũ, Iudæos ad Christum cõuertendo, triplicitèr honorificauit.

Quintum argum.

Apostoli Ecclesiæ nascẽtis initio quid præcipuè curare debuerint.

Nazaræorũ hæresis quãdo primum exorta; qualis.

hære-

hęreticorũ futurorum ora obturaret.

Act. 15. Ierosolymitanæ Synodi cogẽdæ, nec non & huius Epistolæ ad Hebrẽos scribendę necessitas.

Quòd si ad Gentiũ salutem tuẽdã opus fuit in Cõcilio Ierosolymitano Apostolicã sententiam confirmatam promulgari, quæ traderet, Gentibus opus non esse lege Mosaica prẽter Euangelium ad salutem: & Epistola ad Galatas, quæ tota in eo argumento corroborando versatur: quãto magis necessarium fuit ad Iudæos suæ legis tenaciſsimos, ac studioſisimos seruãdos Epistolã extare, quæ prẽter Christum, & Euangelium, legẽ esse omninò imbecillam, seu inutilem demonstraret: qđ in hac Epistola euincitur. Sextò loco huic veritati fauere videtur B. Petrus, qui & ipse ad electos ex Hebræis scribens, id est ad dispersos Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, eos adhortatur vt lõganimiter ferant diẽ retributionis: *Sicut & charißimus*, inquit, *frater noster Paulus secundũ datam sibi sapiẽtiam scripsit vobis*: sicut & in omnib⁹ Epistolis. At certè ni velimus inaniter cõtendere, hæc propriè fuit materia, & argumẽtum Epistolę ad Hebrẽos, qua passim eos commonefacit, vt longanimiter expectẽt. Quare cap. 6. ita scribit: *Cupimus autem vnumquẽq; vestrum eãdem ostentare solicitudinem ad expletionem spei vsq; in finẽ, vt nõ segnes efficiamini*, &c. Et cap. 10. *Nolite itaque (fratres) amittere confidentiã vestram quæ magnã habet remunerationem.* Deniq; penultimo & vltimo cap. nil aliud agit quàm exhortationib⁹ vrgere eos vt permaneant in Christo, & ne quis desit gratię Dei, aut à Christo, & eius gratia excidat. Septimò, ipsemet genere Hebrẽum secũdùm carnem se esse indicat. Ait enim? *Amplius autem deprecor vos hoc facere* (hoc est preces ad Deum pro me fundere) *quò celerius restituar vobis*: quod etiam in eo loco agnouit Caietanus: at Clemens qui huius Epistolæ autor fuisse fertur, genere Romanus erat, non Hebræus: nec item Tertullianus, qui in Prologo, quem producit Gloſſa Ordinaria à quibusdam adscripto B. Hieronymo, prẽsentis Epistolæ scriptor affirmatur, præsertim cũ ille malè audierit in Ecclesia Dei, & cõditor fuerit hæresis Tertullianistarũ, & Hieronymus in Heluidium scribens dicat, Tertullianum hominem Ecclesiæ nõ fuisse. Præterquàm quòd multi Patres ante illum natum de hac Epistola tanquam legitimo Pauli fœtu protulerint testimonia. Octauò, vincula & catenæ, ex quibus affirmat se scribere, probãt similiter Paulum Apostolum autorem esse huius Epistolæ. Quis em̃ alius erat in vinculis Romæ ex Apostolis, aut quis ex illis solitus erat Epistolas mittere nisi Paulus? quis item alius dicebat se vinctum, nisi ille? *In quo*, inquit, (scilicet Euangelio) *laboro vsque ad vincula, quasi malè operãs: sed verbũ Dei non est alligatum.* Certè vinculorum suorum mentionem facit in Epistolis ad Ephesios, Philippenses, Colossenses, secunda ad Timotheũ, & ad Philemonem. Et in cap. vlt. præsentis Epistolæ: *Mementote*, inquit, *vinctorum* (siue vt Græca habent, vinculorum meorum) *tanquam simul vincti.* Nonò, missio Timothei, qui tabellarius fuit harum literarum, testatur, earum scriptorem fuisse Paulũ: quis enim alius Timotheum habebat pro filio, & fratre, & discipulo, & eum ad varias Ecclesias pro diuersis causis destinabat, nisi Paulus eius magister, & parens? iam enim Barnabas à Pauli consortio discesserat, vt ab eo amplius mitti nõ posset. Decimò: huius Epistolæ missio cum salutatione fratrum qui sunt ex Italia, idipsum nó obscurè indicat: & Paulus iubet posteà Timotheũ ad se citò in Italiam redire, vt habes 2. Tim. vlt. Vndecimò, in calce Epistolæ adiungit consuetam salutationem suam: *Gratia cum omnibus vobis. Amen.* Ex quo habes, nõ omninò insalutatos Hebræos reliquisse Apostolũ in hac Epistola, etiamsi cõsultò in initio abstinuerit à salutatione: iam verò quis alius magis solitus erat sic salutare prẽter eum? Quod facilè constabit, si per alias Epistolas ferè omnes discurras: & 2. Thessal. vltimo habetur: *Salutatio, mea manu Pauli: qđ est signũ in omni Epistola, ita scribo. Gratia Dñi nostri Iesu Christi cũ omnibus vobis. Amẽ.*

Sextum arg. ab autoritate principis Apostolorum Petri. *1. Pet. 1.* *2. Pet. vlt.*

Heb. 6. *Iufra 10.*

Septimum argum. *Iufra 13.*

Caiet. *Romanum Clementem, vel vt alij volunt Tertullianũ, huius Epistolæ nõ fuisse Scriptores.*

D. Hieron. tomo 2. in princip.

Octauum argum. ab ipsomet Paulo. *2. Tim. 2.*

Vndecimum arg. à Timotheo Pauli discipulo.

Decimum argum. ab eodem Apostolo.

Vndecimum rursus ab eodem. *2. Thess. 3.*

Duodecimũ argum. ab Ecclesiæ autoritate.

Postremò Ecclesia Catholica dum aliquid ex hac Epistola producit, in magnis solẽnitatibus Saluatoris, aut in Missæ sacrificio prẽmittit semper: *Lectio Epistolæ B. Pauli ad Hebræos.* Argumentum ergo certissimum, & indubitabile esse debet, Epistolam hãc semper ab Ecclesia pro legitima, & germana Apostoli Pauli habitã fuisse.

Præter has probabiles, & veritati admodùm consentaneas rationes, accedit perpetua Ecclesiæ traditio; quæ tùm in Pontificum Romanorum decretis, tùm in Synodis Generalibus, tùm in veterum Patrum testimonijs sita est. Quod ad Pontifices spectat, est in primis Clemens Roman. Petri discipulus, & Pontifex Maxim. qui in sua ad Corinthios Epistola ex hac Epistola ad Hebræos testimonia producit: quæ Eusebius libro tertio Historiæ Ecclesiasticæ inferiùs citandus depromit. Idem in Epistola prima ad Iacobum fratrem Domini ex hac Epistola testimonia allegat, non quasi ex Epistola sua, sed vt alterius: quo minus putandum est illum fuisse eius autorem. Adhæc inter Canones Apostolorum, qui sunt numero octogintaquinque, quos probat Sexta Synodus in secundo Canone suo, in vltimo Canone ponitur Catalogus librorum Sacrorum, & inter illos locum suum habet Epistola ad Hebræos. Est etiam Anacletus quartus à Petro, qui in Epistola sua secunda citat ex hac eâdem Epistola. Euaristus etiam sextus à Petro in Epistola sua ad Africanos; Sother Pontif. in suis Epistolis. Et hi omnes Apostolorum ferè seculo floruerunt.

Romani Pontifices.

Idem & sequentes fecerunt Pontifices, vt Cornelius, Marcus, Iulius, Liberius, Felix I. Innocentius I. ad Exuperium Tolosanum, in qua catalogum Sacrorũ librorum ponit; Leo I. sermo. 4. de Natiuita. Domi. prope finem, & sermo. 7. de Quadragesima; Gelasius, & Gregorius Magnus. Et quis non, vt semel finiam, ex posterioribus Ecclesiæ Romanæ pastoribus?

Concilia Prouintialia.

Quod ad Concilia Sacrosancta attinet, habes ex Prouincialibus in primis Concilium Laodicenum canon. LIX. in quo enumerantur omnes libri Canonici, item Carthaginense III. cui interfuit beatus Augustinus, Canon XLVII. in quo separatim de hac Pauli Epistola disseritur, quasi ad amouendam dubitationem an esset Pauli; Concilium Arausicanum II. Canone vltimo, vbi nominatim asseritur hæc Epistola esse beati Pauli. Et producit testimonium ex vndecimo capite huius Epistolæ.

Generalia Concil.

Ex Oecumenicis verò Synodis habemus in primis Nicenum, & primarium Concilium, quod hanc Epistolam Paulo asignat, præsertim cum Arriani, Epiphanio teste, negarẽt esse beati Pauli: cuius etiam rei meminit beatus Thomas in Commentarijs huius Epistolæ. Est præterea Synodus Ephesina in Epistola ad Nestorium, vbi contra Nestorianam hæresim ex hac Epistola testimonia desumpta sunt, quasi ex Sacra & Apostolica Scriptura. Est & Concilium septuaginta Episcoporum sub Gelasio Papa, vbi festis diebus iubet legi ex Epistola Apostoli ad Heb. Lege caput, Sancta Romana Ecclesia, distinct. 15. Adde Concil. Florentinum quod sub Eugenio IIII. hoc ipsum definiuit, docens quatuordecim esse Pauli Epistolas, sicut postremum Concilĩ Tridẽtinum nostra ætate celebratum idẽ confirmauit.

B. Epiphan. in Hæresin 69. aliquanto ante dimid

D. Thom.

Patres veteres, Græci.

Ex veteribus verò Patribus, præter Pontifices, & Concilia Generalia, habes in primis Dionysium Areopagit. epistola 8. ad Demophilum, & 9. ad Titum ex hac Epistola citantem, & lib. Ecclesiasticę hierarc. cap. 5. par. 3. Habes deinde Clementem Romanum Petri discipulum, de quo Eusebius lib. 3. cap. 38. affirmat, dicens, Clementem Roman. Episcopum testimonijs huius Epistolæ vsum. Idem quoque Clemens in fine Commentariorum in Epistol. B. Petri asserit Lucam stylo executum Actus Apostolorum, & Pauli ad Hebræos interpretatum Epistolam. Adde Clementem Alexandrinum, qui apud Eusebium

lib.6.cap.11. producitur, dicentem: *Manifestè Pauli est Apostoli, scripta autem Hebræo sermone tanquam Hebræis; à Luca verò, qui erat Pauli discipulus, interpretata in Græcum.* Iustinus quoque martyr frequenter huius Epistolæ vtitur testimonijs. Adde Irenæum lib.3.cap.6. in fine, de Moyse loquentem, vbi alludit ad verba Apostoli ad Hebræ.3. *Sed fidelis*, inquit, *Moyses famulus & seruus Dei dicitur à Spiritu.* Item Origenes lib.1. Commentariorum in Matthæum, ex quo Eusebius lib.6. historiæ Eccles. cap. 18. prope finem producit hæc verba: *Ego dico, sicut mihi à maioribus traditum est, quia manifestißimè Pauli est, & semper omnes antiqui maiores nostri ita eam vt Pauli Epistolam susceperunt. Si verò requiras à me, per quem sit eius sermo compositus, pro certo quidem Deus viderit. Opinio tamen quæ ad nos vsque peruenit, huiusmodi est. A quibusdam dicebatur quòd Clemens Apostolorum discipulus, & Episcopus vrbis Romæ, Græco eam sermone, non tamen sensibus expoliuerit; alij quòd Lucas*, &c. Eusebius Cæsarienſis satis illam Pauli Apostoli probat, cùm recenseat, eam à Clemente Romano, & à Clemente Alexandrino, & ab Origene probatam fuisse: vt ex testimonijs allatis cõstare potest. Idem in Epistola ad Iulium Africanum, pollicetur se euidentissimis rationibus ostensurum, Epistolam ad Hebræos Pauli esse. Adde Chrysostomum, qui eam Commentarijs illustrauit, & Epiphanium æqualem illius, qui in Hęresin 69. testatur Arrium negasse hãc Epistolam fuisse B. Pauli. Ad hæc B. Cyrillus Alexandrinus in caput 22. Esaiæ, & lib.12. Thesauro. cap. 9. & Theodoritus in argumento Epistolæ præfixo, sicut & Theophylactus, & Oecumenius, qui docet B. Apostolum, postquam vniuersis Gentibus scripsisset, posteà Hebræis quoque, qui ex Circumcisione crediderant, hanc Epistolam dictasse. Et ante hos Cyrillus Ierosolymitanus cateches. 10. in fine, quatuordecim Epistolas Paulum scripsisse tradit. Basilius Epistola 43. ad Gregorium Nyssenum, ponderat verba illa: *Qui cum sit splendor gratiæ, & character hypostaseos eius:* & in caput 8. Esaiæ: In libro etiam de Constitutionibus monastic. cap. 23. producit quoddam ex illa testimonium. Gregorius verò Nazianz. lib. 2. & 4. de Theologia ex eo citat: & idem in Carmine suo heroico catalogum enumerans, ait:

Deinde bis septem Pauli numerato libellos.

Sanctus quoque Amphilochius Iconij Episcopus in Iambis suis ad Seleucum, libros recensens Canonicos, de Epistola ad Hebræos ait: *Ad singulos* (scilicet populos) *& ad Hebræos itidem. Quæ verò ad Hebræos notha esse dicitur plerisque, sed male: nam germana gratia est.* Hæc ille. Gregorius quoque Nyssenus lib. De differentia essentiæ, & Hypostaseos. Athanasius Epistola 9. ἐπιστολῶν vbi catalogũ enumerat librorum Canonicorum, ponit Epistolam ad Hebræos. Damascenus verò lib.4. de Fide Orthodo. cap. 18. texens catalogum librorum Canonicorum, hãc Paulo Epistolam tribuit, & alibi sæpè citat. Isychius item lib. 20. in cap.10. & 11. Leuitici hanc profert Epistolam.

Ex Latinis verò Patribus producitur in primis Ambrosius, qui eam Commentarijs explicauit, si tamen eius sint illa Commentaria, & in Psalmum 118. & lib. De ijs qui mysterijs initiantur: cap.8. & lib. de Cain & Abel, cap.2. in quibus locis citat ex ea Epistola, vt Sacro libro & Canonico. Sicut Hilarius lib.12. de Trinitate sub initium, & Ruffinus in explicatione Symboli, Augustinus lib. 2. De doctrina Christiana, cap. 8. vbi texitur Canonicorum librorum catalogus: Gregorius lib.5. Moralium, capite 3. Sedulius quoque & Anselmus, & reliqui, qui Pauli Epistolas elucidarũt. Denique Hieronymus apertissimè in Præfatione Epistolæ ad Titum, illam vt Pauli Apostoli suscipit: neque verum est quòd Hieronymus de huius Epistolæ autore dubitauerit, cùm in catalogo Scriptorum Ecclesiast. refellat argumenta eorum qui dixerũt

Heb.3.

Euseb. tomo 1.

Qu'd argumento fit, Eusebium quoque Cæsarię. huius fuisse sententiæ.

Tom. 2. Par.2.

Tom. vlt.

Heb.1.

Tom.2.

Latini Patres.

Tom.5.

Tom.4.

Eod. tom. Ibidem.

Tom.3. sub initium.

Tom.1. Tom.2.

Tom.9.

Tom.1 à medio.

non

non esse Pauli. Et in Epistola ad Dardanum de Terra promissionis verba faciens, ita loquitur. Illud nostris dicendum est: hanc Epistolam quæ inscribitur ad Hebræos, non solùm ab Ecclesijs Orientis, sed ab omnibus retro Ecclesijs, & Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli suscipi, licèt plerique eam vel Barnabæ, vel Clementis arbitrentur, & nihil interesse cuius sit: cùm Ecclesiastici viri sit, & quotidie Ecclesiarum lectione celebretur. Idem quoque in Epistola ad Euagrium constanter asseuerat esse Pauli Apostoli: *Quanquam*, inquit, *Apostolus in Epistola sua ad Hebræos apertissimè definiat, non Abraham susceptisse à Melchisedec decimas diuitiarum eius, sed de spolijs hostium, partem accepisse Pontificem.* Hæc Hieronymus.

Denique omnis Ecclesia Græca eã vt Apostoli recipit, præter Gaium quendam, vt refert Hieronymus epistola ad Dardanum, & in catalogo Scriptorum Ecclesiasticor. suppresso nomine, vbi ex huius viri sententia tantùm 13. Apostoli Epistolas veneratur, & vltimam ad Hebræos reijcit, quòd non sit Pauli, & quòd olim apud Romanos, vt Pauli non legeretur. Prætereà omnes Ecclesiæ Catholicæ vetusti Scriptores eam, vt Pauli amplectuntur, exceptis Tertulliano, Cypriano, Arnobio, & Lactantio, qui nunquam ex ea aliquod testimonium producunt: imò Tertullianus tribuebat illã Barnabæ, vt diximus ex Hieronymo lib. De scriptorib. Ecclesiast. Argumenta porrò Caietani, & Erasmi ad probandum illam non esse Apostoli; leuia sunt, & parui momenti, atque in istius Epistolæ explicatione suis locis resoluẽtur. Et hæc de prima quæstione.

Epist. 129. circa medi. tom. 3. sub initium. In eos, qui Hieronymũ Pauli ne esset hæc Epistola, dubiũ fuisse asserũt

Epist. 126. post mediũ, tom. eodem propè princip. *Gen. 14.* *Heb. 7.*

Qua ratione ductus Gaius quidam, Pauli hanc Epistolã esse negauerit.

Episto. 129.

Eandem ex veteribus qui non, vt videtur, agnouerint.

Qualia sint quæ fiunt in oppositũ argumenta.

DISPVTATIO II.

IN Qua Epistola ad Hebræos inter libros Sacros & Canonicos tanquam diuina Scriptura reponenda comprobatur.

Eraſmi sententia.

SEcunda, atque præcedenti dubitationi proxima disputatio est, an hæc Epistola tanquam liber Sacer & Canonicus sit recipienda. Sanè Erasmus, etsi Paulum Apostolũ eius fuisse autorem negauerit; admittit tamẽ vt Sacram, & Canonicam, & ab Spiritu sancto profectam. Alij verò audaciùs dixerunt, si non sit certum esse B. Pauli Apostoli, nec etiam esse Canonicam. Cùm igitur dubium sit, an sit scripta à B. Paulo; consequenter hoc dubio stante, fatendum est non esse vt verè Canonicam acceptãdam.

Altera Lutheri, & aliorum quorundam hæreticorum damnabilis.

Quare Lutherus in Prologo huius Epistolæ non agnoscit eam vt sacrum librum, dicens; Ad Hebræos Epistola nec Pauli est, nec vllius Apostoli. Nam durum habet nodum, quòd in capite 6. & 10. & 12. peccatoribus pœnitentiam post Baptismum simpliciter denegat. Idem dixit Brentius in confessione Vvittembergensi, capite De Sacra Scriptura, & Kemnicius in examine Concilij Tridentini, & Magdeburgenses Centur. 1. lib. 2. cap. 4. Caluinus etiam secutus Erasmum in Institutione cap. 8. §. 116. dubitat an sit Apostoli Pauli, admittit tamen vt Apostolicam: & ministri Caluini in confessione quam attulerunt Pisiaci, artic. 3. ponunt in numero Sacrarum literarum, sed vt ignoti autoris.

Quid senserit Caluinus cum suis.

Quid contineat ad Hebræos Epistola.

Beza quoque in Præfatione huius Epistolæ scribit: *Verùm quid attinet*, inquit, *de scriptoris nomine contendere, quod scriptor ipse celatum voluit? Sufficiat hoc nosse, verè esse dictatã à Spiritu sancto: quæ luculentissimam, ac planè Apostolicam veteris fœderis cum nouo collationem, atq; adeò noui fœderis veluti singularem quandam promulgationem, ac sanctionem complectatur?* Hæc ille.

Illam diuinę esse & sacrosanctæ autoritatis ostenditur, triplici Patrum testimonio.

Sed profectò hic error priori non est inferior, vt videbimus. Et contra eum in primis opponimus id quod apud me maximi semper fuit ponderis, & momenti. Petrus enim Apostolus cap. vlt. posterioris Epistolæ hanc ipsam Pauli Epist. ad Hebræ. corroborare, & sua autoritate confirmare videtur. Nã exhortans Hebræos, qui sunt in dispersione Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, &c. (cum constet vtrãque Petri Epistolam ad eosdem missã fuisse, vt expresse habetur in principio eiusdem capitis tertij) scribit tamen: *Domini nostri longanimitatem salutem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus secũdùm datam sibi sapientiam scripsit vobis*: Iam hîc figo pedem cum aduersario, & quæro quã aliam vnquam scripsit Paulus Epistolam ad Hebræos inter quatuordecim quæ numerantur? cæteræ omnes ad Gentes scriptæ sunt præter illam quę ad Hebræos inscribitur, in qua ad lõganimitatem Domini nostri expectãdam sæpè inuitat eos, vt alio loco dixi. Sequitur ergo, B. Petrum vniuersalem Ecclesię Christi pastorem, confirmatorem, & comprobatorem extitisse, in genere quidem omniũ Pauli Epistolarum, in specie tamẽ solius huius Epistolæ ad Hebr. aut dicere cogentur, aliam Paulum Epistolam ad Hebræ. scripsisse, prẽter eam quã nũc habemus, quod quidem alienum est ab omni Ecclesiæ traditione, & historia. Deinde etiam opponimus Hieronymum, qui in Præfatione Epistolę ad Titum ad hunc modum scribit: Vt enim de cæteris Epistolis taceam, de quibus quicquid contrarium suo dogmati viderant, eraserunt: nõnullas integras repudiandas crediderũt: ad Timotheum videlicet vtramque, ad Hebręos, & ad Titum, quam nunc conamur exponere. Et si quidem redderent causas cur eas Apostoli non putarent, tentaremus aliquid respondere, & forsitan satisfacere lectori. Nunc verò cum hæretica autoritate pronuntient, & dicant; Illa Epistola Pauli est, hæc nõ est: ea autoritate refelli se pro veritate intelligant, qua ipsi non erubescãt falsa simulare. Hæc Hieronymus de Marcione, & Basilide, & cæteris Hæreticis. Idem ad Dardanum de Epistola ad Hebræos ita loquitur: *Quòd si eam Latinorum consuetudo non recipit inter Scripturas Canonicas; nec Græcorum quidem Ecclesiæ Apocalypsim Ioannis eãdem libertate suscipiunt: & tamen nos vtraque suscipimus, nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum Scriptorum autoritatẽ sequentes, qui plerunque vtriusque abutuntur testimonijs, non vt interdum de apocryphis facere solent: quippè qui & Gẽtilium literarum rarò vtantur exemplis, sed quasi canonicis & Ecclesiasticis.* Idẽ Hieronymus in cap. 2. Epistolæ ad Titum: *Relege*, inquit, *ad Hebræos Epistolã Pauli Apostoli, siue cuiuscunque alterius eam esse putas: quia iam inter Ecclesiasticos est recepta* Deinde Arriani hãc Epistolam peculiariter de albo diuinorum librorum reiecerunt, vt testãtur Theodoritus, & Epiphanius. Prioris hæc sunt verba: *Nihil faciunt admirandum qui morbo Arrianico laborant, si aduersum literas Apostolicas furiant, & Epistolam ad Hebræos à reliquis separẽt, & eam adulterinam appellent. Qui enim aduersus Deum, & Seruatorem nostrum linguas mouent, quid non ausi fuerint aduersus eius beneuolos, & grandiloquos veritatis præcones? Ipsius enim Dñi vox est: Si me persecuti sunt, & vos persequẽtur. Oportebat autem ipsos etsi nihil aliud, temporis quidem certè diuturnitatẽ reuereri, quo hanc Epistolam in Ecclesijs perpetuò legerunt alumni veritatis. Ex quo enim literarum Apostolicarum fuerunt Ecclesiæ participes, ex illo etiam Epistolæ ad Hebræos vtilitatem percipiunt. Quòd si nec hoc quidẽ ad eis persuadẽdũ satis est, Eusebio quidem certè oportebat*

Contra Marcionem, & Basilidem, eorũque sequaces

Idem epist. 129. circa dimid. tom. 3. nõ procul à princ.

Idem tom. 9

Aduersus Arrianos.

Theodor. in argum. huius Epistolæ, initio, tomo 2.

Hæreticorũ impietas, & audacia.

Ioan. 15.

Epistolæ ad Hebræos antiquitas in Ecclesia.

Hieronym. tom. 9.

eos

Qualem Arriani Eusebium Cæsariensem appellarent, teste Theodor.

eos Palæstino credere, quem Patronũ suorum decretorum appellant. Nam is etiam diuinissimi Pauli hanc esse epistolam confessus est, & veteres omnes hanc de ea sententiam habuisse asseruit. Sed ÿ, ommibus iussis valere, aduersus veritatẽ impudenter decertant, Apostolicæ Theologiæ, qua proœmium exornauit, splendorem non ferentes. Cùm enim non possent resistere ÿs quæ de vnigeniti diuinitate apertè dicta fuerant, ausi sunt totam epistolã eijcere; cùm tamen & decreta, & aliæ sententiæ magnam habeant cognationem cum alÿs epistolis. Hactenus Theodoritus.

Cur illi nebulones vt apocryphã reiecerint epistolam ad Hebræos.

B. Epiphan. Hebr. 3.

Alter verò, Epiphanius in hęresim 69. Arriomanitarum, locum quendã ad Hebr. 3. edisserens, ita loquitur: *Rursus vanè producunt hoc dictum falsò interpretantes; Suscipite Pontificẽ vestrũ fidelem existentem ei qui fecit ipsum. Et primùm quidem hanc epistolam, ad Hebræos, inquam, reÿciunt, negantes ipsam naturâ ab Apostolo esse, & asserentes ipsã Pauli non esse.* Postremò Theophylactꝰ egregiè de huius epistolæ autore in Prologo scribit: *Non possum equidẽ non admirari multorum hominum impudentiam, qui cùm intelligant per epistolæ exordium fuisse tot hæreses confutatas, haud tamen desistant asserere hanc epistolam haud Paulo conuenire, ceu à cæteris epistolis alienam. Velim tamen non esse hos nescios, epistolæ huius & sensuũ profunditates; & vim illam inconfutabilem nullius esse alterius posse quàm Pauli, qui Christum haberet in se loquentem. Quòd si dicendi modus illos offendit; intelligãt Paulum Hebraica lingua hanc dictasse epistolam, vt qui ad Hebræos haberet sermonem, & vnum aliquem de suis contubernalibus in Græcum vertisse: & pleriq; Lucam hanc transtulisse ferunt, aut Clementem, cuius etiam in ea vel stylus seruetur. Nec secùs ÿ peccant, qui hanc esse Pauli epistolam negant, quàm si à Paulo abesse Christum negarent.* Hęc ille.

Theophyl.

Vnde Theophylactus epistolam ad Hebr. Pauli esse deprehẽderit.

2. Cor. 13.

Sed obiectãt, olim de hac re fuisse dubitatum; ergo incerta erit huius epistolæ autoritas. Ego verò oppositum omninò colligerem, quiã non obstãte dubitatione retẽta fuit, quasi vera Pauli Epistola & canonica, & in Ecclesia pro tali cognita, & lecta, profectò omnem nobis scrupulum ademptum esse oporteret. Ita enim dubitauit olim Ioseph de virginitate sponsæ suæ Deiparæ Mariæ, vt quidã interpretantur: sed illa dubitatio nos omnes in certissima fide de B. Mariæ virginitate confirmauit. Vacillauit inter alios Apostolos de Christi resurrectione Didymus Thomas; sed ita, vt illa sua tarditate, & incredulitate omne dubietatis vulnus de nostro pectore amputauerit.

Quid sit, Paulũ huius epistolæ fuisse scriptorem negare.

Primum argumentum aduersariorũ diluitur.

Matth. 1.

Ioan. 20.

Secundò argumentantur: Beatus, inquiunt, Hieronymus in nonnullis locis dubius & incertus fuit de huius epistolæ autore. Sed quomodò ille dubitauerit, inuenies in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, & in epistola ad Dardanum, vbi apertè eã vt Pauli Apostoli Canonicam tuetur: & interdum vbi dubius fuisse videtur, magis dubitauit de autore eius, quàm de eo quòd esset canonica: & præsertim id videre licet in testimonio producto ex Commentarijs in Caput secundum Epistolæ ad Titũ. Adde quòd B. Thomas in explanatione eius epistolæ testatur se autoritate Hieronymi permotũ ad amplectendam hanc epistolam vt Pauli & canonicam. Prętereà non valet: Dubitauit Hieronymus de hac epistola, ergo nõ est canonica: nisi quis velit defẽdere, quicquid est canonicum in epistolis Pauli, oportere comprobari à Beato Hieronymo; cùm tamen ille quosdã veteris Testamenti libros asseruerit esse apocryphos, vt Sapientiam Salomonis, & librum Iesu filÿ Sirac, & libros Iudith, & Tobię, in Prologo galeato: qui hodie tamen vt canonici agnoscuntur, & leguntur.

Secundum argum ex B. Hieronymo.

D. Thomas.

Secũda solutio.

Scripturæ ab Ecclesia receptę, quænam tamen apocryphæ D. Hierony.

Tertiò argumẽtatur Caietanus, nos esse sortitos B. Hieronymum tanquã regulam directionis canonicorum librorum, ac primo illo dubitante, dubitandum esse. Sed cùm discernere libros Canonicos à non Canonicis, rem Fidei secum inuoluat, quia cogimur credere quodcunque in talibus Scripturis traditur; res autem Fidei infallibilem complecti veritatẽ debeant, quã nullus per se homo habet,

Tertium argum. ipsius Caietani.

qui & falli potest & fallere; idcirco absurdum est ex hominis vnius pendere iudicio. Quis enim istam impeccantiam dedit Hieronymo, ita vt peccare non posset? Nam soli Petro dictum est: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Certè Ecclesia hanc infallibilem autoritatem nec dedit, nec dare potuit, nec Hieronymus hanc in seipso gratiam discernendi libros sacros à non sacris vnquam agnouit. Quare in Symbolo suæ fidei sic protestatur: *Nouum & vetus Testamentum recipimus in eo numero, quem sanctæ Ecclesiæ tradit autoritas.* Vides igitur quid dicat Hieronymus, hoc iudiciũ ad solam Ecclesiam, quę Spiritũ Christi habet, & non ad priuatum aliquẽ spectare? Minùs etiam alij Patres hãc in Hieronymo autoritatem agnouerunt, sed sola Ecclesia in Concilijs Generalibus repræsentata, vel in capite suo Episcopo Romano hoc sibi vindicauit munus, vt posit inter sacra & profana volumina discernere, & alios sua autoritate cogere. Nam Doctores possunt quidem catalogum librorum sacrorum contexere, quem sua ætate Ecclesia recipiebat, vt fecit Gregorius Nazianz. in Carmine quodam, & Damascenus, & Augustinus superiùs producti. Quare si quando Hieronymus tradat de hac epistola dubitatum; non de sua mente, sed ex aliorum sententia illud depromit.

Luca 22.

B. Hierony.

Canonicorũ iudicium librorum ad quos spectet tantũmodò.

Greg. Naz. circa finem operis.

Ioann. Damascen. lib. 4. de Fide orthod. cap. 18.

Aug. lib. 2. de doctrina Christ. cap. 8. to. 3.

Autoré huius epistolæ incertũ fuisse in Ecclesia, vt dixerit aliquando Hieronymus.

Porrò argumenta quæ ab his fiunt, qui canonicam esse nolunt, in textus enarratione dissoluentur.

Quòd verò obijciunt hęretici, autorem huius epistolæ negasse, delinquentibus post Baptisma remanere pœnitentiæ remedium, vt cap. 6. 10. & 12. vbi tradit, Esau non inuenisse locum pœnitentiæ: Respondemus, manifestè falsum eos asserere, & contra sanctorum Patrũ expositiones, vt suis locis comprobatũ relinquemus.

Nequaquam Apostolum lapsis post Baptismum pœnitentiã denegasse.

Iam verò vt canonicam epistolam esse, ac sanctam comprobemus, nobis non est nouus labor subeundus, sed ad ea quæ dicta sunt præcedenti disputatione animus reuocandus. Nã & Pontifices permulti, & Concilia, tũ Prouintialia, tùm Oecumenica, & Patres tùm veteres, tùm posteriores vnanimi consensu idipsum tradunt. Nam præter ea, quæ ex Hieronymo, Theodorito, Epiphanio, atque Theophylacto, quos initio huius Disputationis protulimus; huic articulo confirmando etiam deseruiunt, tùm illa testimonia quæ apertè tradunt esse diuinam, & ab Spiritu sancto profectam epistolam: deinde omnes qui catalogum sacrorum nobis contextũ reliquerunt: tertiò, omnes Patres qui ex hac epistola tãquam ex sacra Scritura aut docent, aut hęreticos confutant, aut quoquo modo locos ex ea sumptos depromũt. Quartò, omnes, qui tùm veteres, tùm mediæ ætatis Patres, tùm recentiores hãc epistolã suis commentarijs aut scholijs illustrarunt. Quintò, omnes qui testãtur & confirmant veram esse & germanã Pauli epistolam. Nam si Pauli Apostoli est, Apostolica & sacrosãcta erit epistola: imò multi, qui de ea re dubitarunt, recipiunt tamen eam vt canonicam, & diuinã. Sextò & vltimò, Ecclesia Catholica, dum partes huius epistolæ in officio Diuino, & sancto Missæ sacrificio legendas tradidit, nõ obscurè indicauit, hanc epistolam vt sacram, & canonicam esse omnibus recipiendã. Nec enim ex apocryphis & incertæ autoritatis libris cõsueuit Ecclesia filios suos in fide, aut in moribus docere, aut in aduersis cõsolari. Et hæc satis de secunda dubitatione.

Primum argumentũ in confirmatione prædictæ veritatis.

Secundum argumẽtum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

DISPTATIO III.

In qua agitur, num hæc Epistola Hebręa lingua fuerit cõscripta, an potiùs Græca, vt quidam contendunt.

POST duas præcedentes Disputationes tertia proponitur, an Paulus Apostolus hanc epistolam Hebraico idiomate, an verò Græco conscripserit. Quamuis enim non multũ referre videatur hęc cognitio ad hoc, vt Pauli, vel Canonica esse agnoscatur, quia in vtraque lingua Paulus exercitatus erat, & in vtraque prędicabat, quemadmodũ ex cap. 22. Actuũ colligi potest: nam cùm Ierosolymis impetrasset à Tribuno Paulus, vt staret in gradib⁹, vt loqui posset, subdit Lucas: Cũ audissent autẽ quia Hebręa lingua loqueretur ad illos, magis prę stiterunt silentiũ: Matthæi etiã Euangelium Hebręo idiomate conscriptũ, nõ minùs canonicũ & authenticũ est in Ecclesia, quàm reliqua tria Græca enarrata: quia tamen de eo quondam Hieronymus dubitauit, & multi tam Catholici quàm hęretici diuersa sentiũt, & hoc ad nõnullas dubitationes pleniùs euacuandas conferre potest; nonnihil de re hac mihi disserendum esse, operæpretiũ fore putaui. Quod enim Hebræo sermone sit scripta, à multis traditur. Id enim docuit Clemens Alexãd. apud Euseb. lib. 6. Hist. Eccl. cap. 11. Tradidit etiã Origenes in cõment. suis in Matt. vt refert Euseb. Cęs. eodẽ lib. 6. c. 18. Eiusdẽ sententię fuit Hieron. plurib⁹ in locis, sed prę sertim in epist. ad Dardanum, & in catalogo scriptorũ Eccle. Quibus Patrũ sententijs assentiuntur & Theodoritus, & Theophylactus, & Oecumenius in prologis quos pręfigunt commentarijs suis in hanc epistolã, & plures alij, quos nominare non est operæpretium.

Quænã ratio sit huius Disputationis propositæ.

Eorum qui hãc epistolã asseruut Hebræo fuisse sermone conscriptam, primum argum. à Patribus. *Tom.* 1. *Epist.* 129. *tom.* 3. *Tom.* 1.

Deinde huic Patrum traditioni fauere videtur ratio eloquẽtioris styli, & cultioris sermonis, quo in hac præcellere videtur reliquis epistolis; quoniã certũ est, Paulũ gẽte & religione Iudæũ fuisse, & promptius cuique est in propria & natiua lingua dicere & scribere, quã in aliena: quare cæteræ, quas Græcè cõscripsit, tantã elegantiã & linguæ splendorem non habent.

Secundum argumẽtum.

Tertiò attestatur & alia ratio. Cũ enim esset Hebræus, & ad Hebræos scriberet, & mysteria cuiusq; religionis dulciùs resonent in propria, quã in peregrina lingua, esset quodãmodò stolidũ aut imprudentem reddere Paulũ, si lingua sibi magis comperta, nimirùm Hebræa neglecta, alienam, quã minùs callebat, vsurparet, & quã lectores, qui minùs essent intellectu percepturi, amplecterẽtur, prę sertim cũ affirmet Lucas, Iudęos magis prę stitisse silentium Paulo Hebraica lingua concionanti. Quartò, videbatur diuinæ prouidentiæ consentaneũ, vt quemadmodũ inter quatuor Euãgelistas, primo, hoc est, Matthæo, datũ est, vt Euangeliũ linguà Hebræa conscriberet, quò Iudęi inexcusabiles rederentur, ne possẽt vllũ excusationis prętextum obtendere, qp Euangelium non audirent, cùm Christus Dñs, & vniuersi Apostoli verbo, & peculiariter Matthæus Hebraicè scriptus, Euangelium illis consignassent: ad eũ modum rationi, & Dei pietati consonum erat, vt in Apostolica doctrina Iudæi aliquã eius partẽ ad suã ipsorũ salutem singulariter prædestinatam haberẽt. Quanquã per Hebręã linguã Mosaicam illam & Prophetarũ aliqui docent non intelligendam, quia illa

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Hebrææ linguæ nomine etiã Syriaca, venire solet apud eruditos.

iamdiu exoleuerat, sed vulgatam, & maternam linguam, in qua Christus, & Apostoli locuti sunt. Nã priorem illam Prophetis notam, tantũ Sacerdotes, & Rabbini nouerant, & item adolescentes, qui ad illam linguã addiscendam, Ierosolymam vndique à parentibus mittebãtur. Et certè verisimile non est, hanc vnã ex omnibus epistolã Hebraicè scriptam perijsse, cùm reliquæ oẽs, quę Græco sermone sunt dictatæ, & conseruatæ sint, & hodie etiam ab omnibus legantur. Et hęc mihi dicta sint pro illa sententia.

Vnde cõstet non Hebraicè, sed Græcè fuisse scriptã epistolã ad Hebræos.

Altera sententia est, Paulũ nequaquam Hebræa, sed Græca lingua hanc epistolam conscripsisse; quã Erasmus & Caietanus, atque alij posteriores amplectuntur. Sed hoc interesse inter hanc, & reliquas, quòd alias epistolas suis verbis, & perpetuo stylo cõscripserit, hanc autẽ non suo stylo, aut suo sermone, sed B. Lucæ, vel Clementis discipuli B. Petri phrasi exornauerit: ita vt sensus sint ipsius Pauli, at verba, & sermonis character alterutrius illorum. Et hoc sensit Origenes apud Euseb. lib. 6. Eccle. histor. cap. 18. Ait enim: *Si verò requiras à me, per quẽ sit eius sermo compositus, pro certo quidem Deus viderit. Opinio tamen quæ ad nos vsque peruenit, huiusmodi est. A quibusdã dicebatur, quòd Clemens Apostolorum discipulus, & Episcopus vrbis Romæ, Græco eam sermone, non tamen sensibus expoliuerit; alij, quòd Lucas, qui Euangelium scripserit, & Actus Apostolorum.* Hæc ille. Si ergo Clemens Romanus stylũ Apostolo suppeditauit in hac epistola scribenda, cùm ille esset natione Romanus, & in lingua Græca doctissimus, & Hebraicæ linguę vel omninò ignarus, vel parum in ea peritus: certè probabilius est, non Hebraicæ, sed Græcæ linguę orationem ac stylũ Paulo suppeditasse.

Paulus aliter in alijs epistolis, aliter in hac ad Hebręos Græcè locutus est, vt quidam annotant. *Euseb. to. 2.*

Prima ratio.

Deinde probatur alia ratione Græcè scripsisse: quia nullibi volumẽ extare ostenditur, neque quisquam ex Patribus tradit se illud proprijs oculis vidisse, aut de alijs qui viderint, quicquam retulisse. Quòd si respondeas, idẽ euenisse Matthæo, qui Hebraicè cõscripsit Euangeliũ, nec tamẽ alicubi extat; in prõptu est responsio; quia Hieron. testatur se illud mutuo accepisse ex Berœẽsi Ecclesia, ac proprijs oculis vidisse. Vt taceam quod Ioannes VVidmenstadius, qui nobis quatuor Euangelia Syriaca lingua cõscripta, in lucem edi curauit, nec leuibus, nec parui momenti rationibus probat, Euangelium Matthæi Syriacè conscriptum, illud ipsum esse quod Matthæus dictauit. Quod si verũ est, vt quibusdã valde probabile videtur, extaret etiam nunc Hebraicum Matthæi Euangelium, quod tamen de hac epistola asseruit nullus. Et confirmatur hęc ratio: quia cũ nouũ Testamentum Syriacũ, quo vtuntur Armeni, & reliquas omnes epistolas Græco idiomate à Paulo conscriptas in linguam Syriacam cõuerterint, & illas magna religione & legãt, & asseruẽt, solam hanc ad Hebræos Syriacè conscriptã non habent, neque agnoscunt: cùm tamen si aliena lingua reliquas scriptas seruarint, multò magis asseruare debebant illam quæ idiomate Syriaco fuerat tradita ab ipso Paulo.

Secũda ratio Soluitur illud: Ideò Hebraicè hanc scriptam epistolam non constat, quia Hebræum (vt de Euangelio quoq; Matthæi dicitur) eius exemplar interijt.

Ioãnis VVidmenstadij noui scriptoris opera, & diligentia.

Tertia ratio

Epistola ad Hebræos si fuisset Hebraicè scripta, quid inde

Tertiò, ab exemplo idem cõprobatur: quoniam epistolæ tres primæ Catholicæ, vna scilicet Iacobi, & vtraque B. Petri ad dispersos ex Iudęis per Galatiam, Asiam, & Bithyniã peculiariter cõscriptæ & destinatæ sũt; & tamẽ nulla illarum triũ Hebraica, sed Græca lingua exarata fuit. Paulus ergo cùm ad Iudæos ad fidẽ conuersos, vbicunq; illi essent, literas daret, alio idiomate ab illo duorum Apostolorum vti non debuit; etsi illorum Gręcè loquentiũ literas intelligebãt, haud dubiũ quin etiã intellexissent & B. Paulũ. Quòd si Hebraicè scripsisset, profectò à paucis intelligi voluisset, quia Hebræa illa lingua materna, & vulgata, & quę ab antiqua, & pura lingua degenerauerat, nõnisi in Ierusalẽ, & in finitimis Iudææ ciuitatibus nota fuisset: quã tamẽ alij Iudęi dispersi per totum orbẽ minimè nouerant, ad quos hæc epistola nõ spectaret.

Quarta ratio

Quartò, vt præcedẽtem rationem magis corroborem: quoniam

Iudæis

Iudæis per totum orbem diuina prouidentia dispersis Hebrææ linguæ notitia iam exciderat, & iam Græca illis notior erat, & familiarior: cuius, teste Cicerone, vsus erat per totum Orientem. A tempore enim Alexandri Magni, & Regum Syriæ, & AEgypti, linguæ Græcæ vsus propagatus erat: & vt testatur Iosephus lib. 12. Antiquit. vniuersi Iudæi qui degebãt in Ægypto, pro Legis, & Prophetarum ex Hebræo in Græcum sermonem translatione per Septuaginta interpretes cõfecta, ingentes gratias egerunt: quia iam per seipsos Græca legere, & intelligere valebant, nõ autem Hebrea, præter paucos Sacerdotes, & Rabbinos: nam Hebraica degenerauerat in Syriacam, vel Chaldaicã. Quamobrẽ in Synagogis à tempore Ptolemæi Philadelphi per octingentos annos sacra Biblia Græca legebãtur, vt testis est amplissimus Iustinianus in libr. Nouella. Const. 196. Quintò idem comprobatur validissimè ex eo quòd Paulus omnia ferè Legis veteris testimonia iuxta editionem Septuaginta interpretũ producit, cùm si Hebraicè scripsisset, promptum fuisset illi ex Hebraicis fontibus desumpta apponere. Et certè vt præposterum esset Græcè loquẽti allegare iuxta Hebreã literam; ita etiam præposterũ fuisset Hebraicè scribenti sententias, vt in Græco conuersę fuerunt, depromere. Antecedens probatur: quia illa verba cap. 1. proposita: Et adorent eum oẽs Angeli eius, ex lectione tantũ 70. interpretum accepimus Deut. 32. nõ ex Hebræis fontibus, in quib⁹ nihil tale habetur. Quod deinde producit, Ministros suos, flammam ignis, ex Septuaginta depromitur, qui habẽt: πυρὸς φλόγα: cùm Hebræa ad literam, ignem habeant vrentẽ, vt vertit Hieronymus. Et cap. 2. Ego ero fidens in eum, ex Septuaginta Esaiæ 12. desumitur, vbi nos habemus: *Fiducialiter agam, & non timebo.* Illi legunt: Ἐγὼ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ. Cap. 6. vbi legimus: *Nisi benedicens benedicã:* ex 70. profertur: ἢ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω. Hebræa porrò non habent, *Nisi.* In Cap. 8. *Consummabo testamentum* (Hebr. Berith, id est, pactum) *& ego neglexi eos.* Ita 70. quos imitatur Paulus; cùm Hebræa habeant: *Et ego dominatus sum eorũ.* Cap. 9. *Hic sanguis testamenti.* Hebrea legunt, *fœderis seu pacti.* Cap. 10. *Corpus aptasti mihi*, ita Septuaginta: pro quibus Hebræi dicunt: *Aures perfodisti mihi.* Ibidem: *In capite libri*, ita Septuaginta cũ Paulo: Hebræi habent; *In volumine libri.* Iterum ex Habacuc citatur, *Adhuc modicum aliquantulumq̃*, ex 70. Hebræa habent, *Adhuc vnum modicum.* Cap. 11. *Adorauit ad fastigium virgæ*: ita Septuaginta, etsi Hebræa legant, *Adorauit Israel Dominũ* (seu, vt alij) *Inclinauit se ad lectuli caput.*

Neque fingi potest, interpretem, quicunque ille fuit, siue Clemẽs, siue Lucas, siue Barnabas, vt autor est Tertullianus, de suo locos iuxta Hebreã veritatem à Paulo citatos, sua autoritate mutasse, vt habentur apud 70. quia hic certè infideliter vertisset, & multa de suo inseruisset: at boni, & fidelis interpretis est, vno idiomate dicta in aliud ita conuertere, vt nihil addat, nihil detrahat. Et ponderatio illa de testamẽto ad Heb. 9. qđ Græcè διαθήκη, & Hebraicè Berith, id est, pactum, Pauli ipsius nõ fuisset, quod minimè est credendũ, quia magn⁹ hic fuisset ausus interpretis, & confidentia. Aliud autẽ est, si vocumquarundã Hebreorum interpres ipse de suo explicãdi gratia, interpretationẽ addidisset: vt v. g. Melchisedec, id est, Rex iustitiæ, & Rex Salem, id est, Rex pacis, vt habetur ad Hebr. 7. quia simili ratione interpres Exod. 12. vbi habetur, Phase, addit (id est, transitus) Dñi. Et Matt. 1. Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscũ Deus. Et cap. 27. *Eli, eli, lammasabacthani*, hoc est, *Deus meus, Deus meus, vtquid dereliquisti me?* Hæc enim, & similia, etsi interpreti fideli concedi possent, in hac tamen Pauli epistola locum non habẽt, quia ipse Paulus ex ipsis vocib⁹, & ex earũ significatione & etymologia ratiocinatur, & ex proprietate testamẽti, qđ nõ valet, nisi morte cõfirmetur testato-

M. Tullius.

Ioſe. cap. 2.

Quando primum sacra Biblia Græcè legi cœperint, & quandiu.

Quinta ratio.

Inepta Scripturarũ testimonia, & præpostera quænã citãdi ratio.

Quos locos Apostolus ad Hebræos scribẽs, iuxta 70. interpretum protulerit veritatẽ.

Deut. 32.
Pſal. 103.
Hieron. t. 8
Eſaiæ 12.

Geneſ. 22.
Hebr. 6.

Ierem. 31.
Hebr. 8.

Exod. 24.
Hebr. 9.
Pſal. 39.
Hebr. 10.

Habac. 2.
Hebr. 10.

Geneſ. 47.
Heb. 11.

Nequaquam asserendum, Apostolũ iuxta Hebræũ, interprete verò iuxta 70. Scripturas allegasse.

Idonei interpretis officiũ

Quid permissum bono interdum Scripturarũ interpreti.

Hebr. 7.
Geneſ. 14.
Exod. 12.
Matth. 1.
Eſaiæ 7.

Matth 27.

Hebr. 9.

ris validũ conficit argumentũ. Certè Hieronymus in caput sextum Esaiæ vehementer admiratur, dicens: Primùm soluenda est illa quæstio, quæ nobis obijci potest (loquitur de disputatione quam habuit cum Iudæis Actor. 28.) quare Apostolus Paulus cum Hebræis disputans, non iuxta Hebraicum, quod rectum esse cognouerat, sed iuxta Septuaginta sit locutus. Et respõdet, veteres Ecclesiæ tractatores sensisse, Lucam magis Græcas literas sciisse, quã Hebreas. Ac subdit: *Pauli quoque idcircò ad Hebræos epistolæ contradicitur, quòd ad Hebræos scribens, vtatur testimonijs quæ in Hebrais voluminibus non habentur.*

B. Hierony. tom. 5. in principio.

Actor. vlt.

Quare secundùm Hieronymũ Pauli ad Hebræos epistolæ contradicatur.

Sed ni fallor, planius, & verius responsum dedisset, si dixisset, Iudæos illo seculo Græcæ linguæ maiorẽ habuisse notitiã quàm Hebraicæ: atque id abundè testari nobis posse ipsum Philonem, & Iosephum historicum: qui cùm Hebrei essent natione, & ad omnes tam Iudæos, quàm Gentiles libros scriberent; prætulerunt tamen lingua Græca scribere, in qua etiam magis præstare poterãt, quàm in Hebræo, & quã aut pauciſsimi, aut nulli erãt percepturi, cùm nulli alteri vsui iam deseruiret Hebræa lingua, quàm ad Biblia sacra meliùs interpretanda.

Commodior alia adfertur solutio.

Philo & Iosephus scriptores Iudæorũ, eurpotiùs Græco, quã Hebræo scripserint sermone.

Sexta alia ratio addi potest: Paulũ nõ minùs voluisse huius epistolę doctrinam communem esse Gentibus, quàm Iudæis; & idcircò ampliori, & cõmuniori idiomate, scilicèt Græco, vsum fuisse, maximè cùm videret, Iudæos magna ex parte à fide Christi excidisse, & Gentibus intrantibus in Christum, regnum Dei à Iudęis ablatum, & Genti datum quę faceret fructum eius, vt Christus prædixerat; & ob eam causam Deum ante Christi aduentum per trecentos ferè annos mirabili suæ prouidentiæ consilio curasse vt sacra Biblia ex fontibus Hebræis in Græcum sermonem conuerterentur, quasi præuideret illa magis in vsum futura Gentilium, quàm Iudæorũ. Hæ sunt rationes quæ pro hac parte adferuntur.

Sexta ratio, atque postrema.

Matth. 21.

Quando primùm Scripturę ex Hebræa in Græcam linguam fuerint traductę

Etsi ergo vtraque sentẽtia probabilis existat; posterior tamen solidioribus rationibus niti videtur, sicut prior traditionem veterum Patrum pro se habet: quanquàm illis aliquid responderi posset.

Vtra alter opinio præstare videatur.

Nam ad primũ, nõ est adeò multus Doctorum numerus, qui illud affirment: & in narratione nonnulla est varietas, cùm Origenes dicat per Clementem Romanum fuisse suppeditatum stylum Apostolo, quẽ Hebraicè suppeditare non potuit; alij verò dicant primò à Paulo scriptã Hebraicè fuisse, deinde in Græcum conuersam vel per Lucam, vel per Clementem. Alia verò ratio elegantioris styli in hac seruati quàm in alijs; tribuẽda est amanuensi quo vsus est Apostolus in epistola dictanda. Nam diuersitatem epistolæ prioris B. Petri à posteriori, quod attinet ad stylum, non aliter tuemur quàm dicendo Petrũ diuersis amanuẽsibus vsum: & Amphilochius Iconij Episcopus obscuritatem styli, quo vtitur in Epistola ad Romanos, Tertio, scriptori eius epistolę, Græcæ linguæ parũ perito, ac durã sermonis rationem habẽti, tribuit. Ad tertium verò dici posset, mirum non esse, si Hebræus ad Hebręos non Hebraicè, sed Græcè scripserit: quia Hebræi, amissa suæ linguę peritia, Græcè plus intelligebant, cùm illud idioma latè esset propagatum per totũ Orientẽ, & Iacobus, & Petrus Hebræi literas suas Canonicas ad Hebręos per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam & Bythiniã dispersos destinatas, non lingua Hebræa, sed Græca cõscripserint. Ad postremũ: non conueniebat, ad nationem Hebręã epistolã Paulinã Hebraicè exarari, quia nullũ, aut exiguum fructum esset in illis editura, præsertim cũ tanta excæcatio illorũ futura fuisset. Et satis fuit ad illos primitiuos ex Iudęis cõuertendos, & ad alios inexcusabiles reddendos, Euangelium à Christo, & Iudęis viua voce prædicatũ audiuisse, & Matthęi Euangeliũ Hebraicè conscriptũ accepisse. Atq; de his quidem hactenus probabiliter sit dictum, etiãsi alibi in opinionẽ contrariã magis inclinauerim.

Prioris sententiæ rationibus respondetur.

Prima.

Secunda.

Rom. 16.

Tertia.

Quarta.

DISPV-

DISPVTATIO. IIII.

In qua differitur, cur hæc epistola inter omnes alias Pauli literas postremum locum sortita sit: & qui sint ij Hebrei ad quos destinatur; & quale argumẽtum quod in ea peculiariter disputatur.

Quibus maxime in rebꝰ eluceat Diuina prouidẽtia.

CVM Nihil sine Diuinæ prouidentiæ consilio in operibus naturæ contingat; multo minus credendũ est aliquid in operibꝰ gratiæ casu, aut fortuitò inueniri, quod eius sapientiam, aut prouidentiam lateat. Itaque hęc epistola postremum locum inter alias habet. Constat autem, illã vltimã minimè fuisse. Nam post missum in Syriam, & in Orientem cum his literis Timotheum, postea tamen in posteriori ad eum epistola eum ad se reuocat; *Festina*, inquit, *ad me venire citò*. Quare hęc secunda ad Timotheũ posterior erit, vltima quam diximus ad Hebręos. Responsio est in promtu: Spiritum sanctum temporis ordinem sæpè neglexisse quia nihil mysterij, & eruditionis in illo erat, & per figuras notas Prolepsis, & Anacephaleusis, multa priùs narrata per Anticipationem, multa etiam posteriùs per Recapitulationem recẽsita inueniuntur non tantùm in Historijs, sed & Prophetis, & Psalmis, & in Euãgelijs, atque adeò in ipsis Pauli epistolis. Nã præcedit epistola ad Romanos, quæ tamen temporis ordine septimo loco scripta fuit; vt Ecclesiæ Romanæ dignitas, & maxima illius epistolæ doctrinæ, & ipsius Apostoli qui ciuis Romanus erat, designarentur. Ita hæc ad Hebræos omnibus postposita fuit, quia ipse proprius Hebręorum Apostolus non fuit. Idcircò eam præcedunt omnes epistolæ, quas ad Gentes scripsit, imò & illæ, quas ad singulares personas, vt ad Timotheum, Titum, & Philemonem dictatæ fuerant.

Epistolã ad Hebræos scriptionis ordi nem vel temporis vltimam non fuisse, *2. Tim. 4.*

Solutio propositæ dubitationis.

Epistola ad Romanos quando scripta, cur cæteris antepositа. *Act. 16. Infra 22.*

II. Solutio.

Deinde illud quoque dici posset, Paulum paulò ante mortem hanc epistolam ad instituendos eos, qui ex Hebræis erant, scripsisse, & qui iam priùs Gentes doctrina Euãgelica imbuerat, deinceps etiam Iudæos super erogando instituere: quod in argumento epistolę ad Hebræos præfixo per Oecumenium indicatur his verbis: Quoniam Iudęi legi insistebant, ac figuris vmbraticis; propterea Apostolus Paulus, cùm Doctor Gentiũ factus esset, & ad Gentes missus prædicaret Euangelium, vbi vniuersis Gentibus scripsisset, Hebræis quoque, qui ex Circũcisione crediderant, posteà scribit hãc qua eos docear Epistolam, qua Christum declarat venisse, & vmbram legis cessasse. Nec obstat, post illam ad Hebręos scriptam esse secundam ad Timotheum: nam satis non est ostẽdere, vniuersas Gentium Ecclesias fuisse ab eo institutas ante Iudæorũ Ecclesiam.

Oecumen.

1. *Tim. 3.*

III. Solut.

Tertiò dicunt alij, eam vltimo loco positam fuisse, quia tardiùs ab Ecclesia in Canonem recepta fuit: quoniam ab Ecclesia Latina multo tẽpore de ea dubitatum fuit. Sed hæc ratio mihi solida non videtur: quia illi qui de ea dubitarunt, ac de ea tanquam vltimum locum sortita loquuntur, anteriores sunt: quod apertum est signũ, eam ab initio in vltimo gradu collo-

IIII. Ratio siue solutio.

catam. Quartò dicit potest, aliquod hîc subesse mysterium; vt indicaret videlicet Apostolos Iudæos, qui ab initio excæcati, & reprobati fuerũt, post ingressum tamen plenitudinis Gentium in Christum, tandem illuminandos, & ad Messiam suum reducẽdos, secundùm illud Apostoli: *Cum plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet*. Nam qui à principio crediderunt, pauciſsimi fuerũt, vt Apostoli, 70. Discipuli, & nonnulli alij primitiui, qui Christum Gentibus Euangelizarunt: & hi reliquiarũ nomine apud Prophetas, & Apostolum veniunt. Qui verò ex Gentibus alacriter Fidem susceperunt: innumerabiles extiterunt. Vnde Isaias ad Israelem apostrophans: *Tunc videbis, inquit, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentiũ venerit tibi, inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Epha: omnes de Sabà venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiãtes.* Quintò non ineptè diceret aliquis, quòd vt Augustinus considerauit lib. de Consensu Euangel. Marci & Lucæ Euangelium inter duo Apostolorum Euangelia Matthæi & Ioannis continetur, vt ex vtrôque latere tanta autoritate fulti essent & muniti, & Apostoli illos vt filios suos charissimos amplecterentur. Ita hoc loco Ecclesia Ierosolymitana, quæ prima tempore fuit, & Domini præsentia, & doctrina illustrata, & eius sanguine sanctificata; & Ecclesia Romana, quę mater est, & primaria magistra omnium Ecclesiarum, & duorum Apostolorum Petri & Pauli primatu, sapientia, signis & morte decorata atq; exornata, reliquas omnes toti⁹ orbis Ecclesias, quæ fidem Christi per alios Apostolicos viros susceperunt, arctissimè cõplecterentur. Et hæc de primo.

Rom. 11.

Prophetę, & Apostol⁹ Paulus quas vocet interdum reliquias Israel.

Esaiæ. 60.

V. solutio.

Ierosolymitanæ Ecclesiæ illius antiquæ, & Romanæ priuilegiæ.

Secundò verò propositum est disserere de Hebræis, ad quos hæ literæ datæ sunt. Et in primis præmittendum, Hebrẽos nequaquam esse illos, qui in Christum credere noluerunt, aut vbi primũ crediderunt, Christum posteà abiurarunt, & ab eo se per incredulitatem subtraxerunt: nam vt quodam loco diximus, nullus liber canonicus, siue Propheticus, nullę etiam Apostolicæ epistolę Infidelibus dedicatæ fuêre, cùm non secus horum librorum lectio requirat in lectoribus fidei diuinę lumẽ, atq; libri philosophici, & humano rationis lumine cõscripti lectorẽ requirant, qui rationis naturalis lumine polleat. Dicendum est ergo, per Hebrẽos hîc accipi eos, qui ex progenie Abraham, Isaac, & Iacob descendentes in Christum crediderunt, eiusq; fidem amplectentes, legi Mosaicę renuntiarunt. Vnde ca. 3. vocat eos fratres sanctos, & vocationis cœlestis participes, & cap. 10. testatur eos pro Christo multa ab incredulis passos fuisse: *Rememoramini, inquit, pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum: & in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus spectaculum facti; in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorũ cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorẽ, & manentem substantiam.* Hęc Apostolus, iudicãs, Hebrẽos non solùm Christianos esse, sed perfectiores Christi cultores, pro cuius gloria & Euangelio multas perpessi erant tribulationes; bonorum quoque suorum deprędationem cum gaudio sustinuerant, quod nonnisi perfectæ patientiæ est opus. Erant tamen nonnulli inter illos infirmi, & imperfecti, quos amplius erudiri, atque instrui oportebat. Nam grauiter legis abrogationẽ, & à lacte Mosis diuulsionem ferebãt. Quos capite sexto his verbis alloquitur: *Qua propter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, nõ rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni, &c.* Atque horum infirmorum gratia Paulus nomen suum, & Apostolatus dignitatem suppressit, ne lectionis tãtæ epistolæ vtilitate destituerentur.

Ad quos scripserit Hebrẽos Apostolus.

Heb. 3.

Infra 10. Hebræorum illorũ encomium.

Cur sacri libri, aut epistolæ nullæ omnino infidelibus destinatæ fuerint.

Solut. primæ quæstionis.

Heb. 6.

Quinam ex illis min⁹ perfecti.

De hoc hominũ, perfecto rũ videlicet, & imperfectorum discrimẽ non esse mirandum.

Nec

Nec quisquam miretur, quòd simul essent perfecti, & infirmi; id enim in omni cœtu & congregatione hominum euenire solet: & in epistolis ad Corinthios quidam celebrantur vt perfecti, & eminentes in fide Christi cultores, reprehenduntur verò infirmi, & adhuc in fide deficientes, vel in moribus peccantes.

Paulum ad dispersos etiam Hebræos hãc epistolam destinasse. 1. *Pet.* 1.

An verò Hebræi habendi sint illi tantùm qui Iudæam, & Palæstinam incolebant, an etiam illi, qui dispersi, ac dissipati erant per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, Bithyniam, & reliquas orbis partes, meritò dubitari posset. Ego tamen ad posteriorem sententiam accedo: nam Hebræorum nomen magis comprehendit eos qui ex progenie Abrahę descẽdunt, & religionem Mosaicam retinet, quàm eos tantùm qui in Iudæa habitarunt. Magis enim ratio habenda est generis, & religionis, quàm prouinciæ, aut loci, in quo tamen multi non Iudæi habitabant. Et cùm Iacobus & Petrus etiam ad dispersos per varias Prouincias epistolas dederint; probabile est, & Dei prouidentiæ, & ingenti Pauli charitati consonum, non tantùm ad eos qui Iudæam incolebant, sed & ad omnes per orbem dissipatos Iudæos, qui tamen fidem Euangelicam profitebantur, hanc epistolam transmisisse: vt etsi tabellarius Timotheus eam credentibus Hebræis in Ierusalem, & in Iudæa tradiderit, non minus tamẽ ad vniuersos alios illis similes, quantum est ex parte Dei, & ex parte Pauli, destinata intelligitur. Quemadmodùm & prior ad Corinthios epistola, etsi data sit Ecclesię quæ est Corinthi, & sanctificatis in Christo Iesu, & vocatis sanctis; extenditur tamen ad vniuersos, cùm subiungit: *Cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro* Et de his hactenus. 1. *Cor.* 1.

Argumẽtum epistolæ huiꝰ ad Hebræos quodnã sit.

Tertio loco de epistolę argumento differendum est: quod sanè pręstãtissimum esse videtur. Agit enim de Christi super Angelos, Mosen, Aaron, & prophetas eminentia, cùm sit Dei Filius, & Doctor à Patre declaratus, & ab omnibus audiendus, ita vt eius verbis & summa fides, eius verò præceptis prompta obedientia adhibenda sit: excellentiam Euangelicę gratiæ præ lege, siue Testamenti noui præ veteri statuit: & hinc legis, & antiqui Sacerdotij inutilitatem colligit, eorumq; cessationem, & abrogationẽ docet, quodque suo officio functa ad Christum duxerint, & ad vtilitatem Euangelij, & Sacerdotij sempiterni contulerint. Quare palam eos reprobat, qui legem cum Euangelio esse seruandam ad salutem adipiscendam volebant. Itaque hoc epistolę argumentum, in quo de Christo capite omnis gratiæ, & veritatis fonte agitur, ordine doctrinæ reliquis epistolis præstare debet, nõ secus atque fundamentum reliquas ædificij partes præcedere solet. *Ioan.* 1.

Eiusdem diuisio.

Dispositiò verò, siue diuisio talis est; vt primo capite Christi diuinitatem proponat, qui à Patris hypostasi procedit tanquam viua imago, & gloriæ eius splendor, & Angelos pro seruis, & ministris habet, quique Filium adorare iubentur; Humanitatem autem eius adeò euexerit, vt eam exultationis oleo præ omnibus participibus suis vnxerit, adeoque sublimauerit, vt illi soli dixerit: *Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* In secundò capite colligit, illum esse per omnia audiẽdum ab omnibus, propositis ante oculos pœnis decretis contra incredulos Iudæos, qui Messiam ad se missum in paupertate, & humilitate non reciperent: atque easdem commi nationes capite 4. & 10. repetit. In tertio capite ipsi Moysi, & Prophetis, imò omnibus Sacerdotibus Christum per omnia præfert: erat enim Moses famulus in domo Dei, Christꝰ verò filius: ex quo digreditur, Christumque prę ferendum summo Sacerdoti Aaron comprobat. Erat enim Christus Sacerdos in æternum, Aarõ verò mortalis, & ad tempus. Deinde Christus fuit sanctus, innocens, impollutus, segregatus à pecatoribus, & *Psal.* 109.

Aaronis summi Sacerdotis, & Christi discrimẽ quadruplex. I. ac II.

excelsior

excelsior cœlis factus ; Aaron verò peccator , & infirmitate circundatus. Tertiò , fuit Dominus Sacerdos

Tertia.

secundum ordinem Melchisedec; quo longè inferior fuit Aaron, quia Scriptura sancta testatur Abraham decimas dedisse Melchisedec, à quo & benedictionem accepit , in quo Leui eius filius decimatus fuit , & benedictus. Quartò , Christus vnica hac ratione Patrem placauit ; Aaron verò easdē sępe repetendo hostias nunquam litabat. Erant enim hostię materiales , & vmbratiles. Denique multis rationibus abrogatis vmbris , & figuris legis , capite vndecimo Fidei tradit definitionem, eiusque virtutē, & laudes per omnes sanctos Patres commendat , ac celebrat , atque ita ad Euangelium amplectendum relicta lege Iudęos qui Christum agnoscunt , adhortatur . Postremis duobus capitulis ad mutua charitatis officia , & pietatis opera, exemplo sanctorum patrum viua , & efficaci oratione eos stimulat , & accendit.

Gen.14.

Heb.7.

Quarta.

Est autem hęc epistola partim in genere Demonstratiuo, quia Christum, & Sacerdotium eius & hostiam noui Testamenti , atque fidem laudibus celebrat , & commendat: partim verò ingenere Deliberatiuo, quia Iudæos , qui in Ierusalem , & Palæstina & alijs locis ab infidelibus varijs modis affligebantur, consolatur, hasque scribit literas , cohortans eos ad fidem , & persecutionum sustinentiam propter Christum : & quia immarcescibilis corona , & certa merces eos in cœlis manebat . Denique videtur etiam in genere Iudiciali cōscribi , quia in iudicium lex Moysi producitur , & sacrificiorum cessatio , & Sacerdotij abrogatio quasi euidentibus rationibus euincitur : & declaratur, pronuntiaturque sententia pro Christo, & Euangelio eius, vt aduenięte veritate ac luce, vmbris & figuris amplius locus vllus non relinquatur. Et de his hactenus.

Hanc epistolam in triplici genere causarū versari.

DISPVTATIO V.

In illa verba capitis primi: *Multifariàm, multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis; nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio , quem constituit hæredem vniuersorum , per quem fecit & secula.*

Exordij ad Romanos epistolæ, & huius ad Hebręos similitudo quid arguat.

GRANDI Et magnifico Paulus vtitur exordio , in quo cum de Christi diuinitate , magnitudine atq; gloria verba faciat, non obscurè proditur eius autor Spiritus sanctus. Nā simili ratione in epistola ad Romanos principiò permulta de Christi maiestate , prædestinatione , mortisque victoria , ac resurrectione edisseruit, vt ita vtriusque epistolæ vnum eundemque autorem facilè intelligamus , nimirùm , vas electionis Apostolum Paulum. Cur verò hæc epistola nomen proprium autoris , & Apostolatus munus non expresserit, abunde superius est declaratum.

Act.9.

Nouum vero , & parum solidum mihi videtur , quod quidam ex recētioribus annotauit: Inscriptionem Paulo solitam in hac epistola appositam non fuisse , quoniam Interpres in mancū exemplar incidit; aut quòd omissa salutatione, quæ in fronte esse

Inscriptionis epistolæ huius omissę ab Apostolo duæ cuiusdā rationes proponuntur et refellūtur.

solet,

Ratio prima.

Secunda.

Quæſ. prima

Secunda.

Pſalm. 61. Iob. 33.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Rom. 4. Infra. 8.

Sexta & vlt.

Solut. I. quę De tāta exordij maieſtate qua vſus eſt Paulus. *Eccleſ. 17. Gen. 3.*

ſolet, quam primùm potuit, ipſam materiam præcipuè tractandam quaſi impatiens morę aggreſſus fuerit. Sed primum mihi non fit probabile, quia cum perfecta, & integra ſit in omnibus ſuis partibus hæc epiſtola, non eſt credibile, mancam, aut mutilatam fuiſſe in præcipua ſui parte, hoc eſt in proœmio, quod veluti caput eſt, ſi referatur ad corpus totius epiſtolę. Secundum verò improbabile valde eſt: Interpretem, qui Lucas, aut Clemens fuiſſe traditur, tam infideliter ex Hebræo in Græcum eloquium illā vertiſſe, vt conſultò ſalutationem eius amputauerint: quod ſanè grande ſcelus fuiſſet.

In verbis igitur propoſitis prima dubitatio eſt, quorſum hoc tanto exordio tendat Apoſtolus. Deinde quid eſt: *Multifariā, multisque modis*, an voces ſint ſynonymæ, & idem ſignificent; an diuerſæ, & diſtinctæ: præſertim cùm Paulos conciſus ſit, & breuitatis amator: & quomodò ait, Deum multis modis locutum ad Patres, cùm Dauid dicat: *Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui*; & Iob, *Semel loquitur Deus, & ſecundò id ipſum non repetit*. Tertiò, qui ſunt illi patres, ad quos Deus dicitur locutus, an Patriarchę, an Prophetę, an vtrique. Quartò, qui ſunt iſti dies nouiſsimi, in quibus nobis locutus eſt per Filium. Quintò, quomodò conſtitutus aſſeratur Chriſtus vniuerſorum hæres, qui quatenus Deus eſt, ab ęterno Dominus fuit; quatenus autem homo, ab inſtanti incarnationis cum Deo hypoſtaticè vnitus eſt, hæres ac Dñs fuit: & quomodo ille hæres, cùm Abraham hæres mundi dicatur Rom. 4. & nos appellemur hæredes Dei & cohęredes Chriſti. Poſtremò quomodo dicitur ſecula feciſſe, & quę ſunt iſta ſecula. ¶ Etſi verò hæ dubitationes magnæ eſſe non videantur, quia tamen ad magna tendūt, non ſunt omittendæ.

Ad primā igitur ita reſpondemus, Deum pro ſua ſapientiſsima prouidētia hominē à ſe conditum multis donis ac prærogatiuis exornaſſe, quo poſſet ad æternę vitę poſſeſsionem aſ-

Mira erga hominem Dei prouidentiæ.

ſurgere; præuaricatione tamen ſua, quam Satanas molitus fuerat, iuſto Dei iudicio ſe cū poſteritate tota præcipitem dediſſe. Verùm benignus Dominus, volens collapſa, ac diruta inſtaurare, Vnigenitū ſuum Redēptorē, ac mediatorē noſtrum nobis dare deliberauit, vt per eū reconciliati, & maioribus donis aucti, & cumulati, per incōparabilia Filij ſui merita repararemur. Hoc autē Diuinæ prouidentiæ cōſiliū voluit omnibus hominib⁹ manifeſtum reddi, cùm ſine eius notitia, ac ſuſceptione per fidem ſalus nobis non poſſet cōtingere. Ob quam cauſam ab initio Deus ad ipſum Adamū, & ad eius poſteros eloqui cœpit, vt promiſſam ſalutem venturā per fidē eius amplectentes, eius fierēt participes, ſiue illi ad vetus, ſiue ad nouum ſpectarent Teſtamentum. Inter quæ teſtamenta quatuor quaſi antitheta opponit, quò præſtantiam teſtamenti nobis exhibiti per Chriſtum ſupra illud præſtitum Iudæis oſtenderet. Nam lex per Prophetas, id eſt ſeruor Dei data eſt, Euangelium verò per Filium: non quidem adoptione, quia etiam Prophetæ omnes tales erant, ad quos dicitur: *Ego dixi, dij eſtis; & filij excelſi omnes*: ſed naturā, & ſubſtantia filius. Deinde lex in vmbris obſcuris, & in ænigmatibus, & figuris tradita eſt, Euangelium verò planè, & apertè, & abſque vllis rerum inuolucris. Nam multifariàm, multisque modis, non eſt aliud, quàm, varijs, multiplicibusque figuris. Tertiò lex vetus olim ab initio egreſsis de Egypto data eſt, & quaſi in primis mundi diebus poſt diluuium, Euangelium verò nouiſsimis temporibus. Solent autem quæ primò traduntur, rudiora eſſe, & imperfectiora: quæ verò progreſſu temporis exhibentur, perfectiora ſunt ac politiora: quod in omnibus ſcientijs, & artibus perſpicere licet. Demùm lex illa tantùm Palæſtinam occupauit, Euangelium verò totùm penè orbem penetrauit. Quę cùm ita ita ſint, mirum videri non debet, ſi præſente iam, & corruſcante Euangelio, legē

Veteris Teſtamenti, & Noui primū diſcrimen à Paulo aſsignatum, & traditum.

Pſalm. 81. Ioan. 10.

Secunda.

Tertia. *Exod. 20.*

Quarta & vltimam.

veterum

veterem Iudæi relinquant, nec ægrè ferre debẽt se à ceremonijs Iudaicis, abduci, vt rem ipsam in illis præsignificatam accipere mereantur.

Altera solut.

Vel etiam sic dicere possumus: O Iudæi, sic agnoscite vestram sortem, & progenitorum vestrorum: nam illis locutus est Deus per Prohetas, sed ruditer, & velut in typo; vobis verò perspicuè & apertè per Filium. Cùm igitur vos tanto honore, & gratia dignatus sit, mala quæ vobis infliguntur à magistratibus, vel ab incredulis, non tantùm patienti, sed etiam gaudenti, ac lætabundo animo sustinere debetis. Hic est scopus primæ sententiæ.

II. solu. quæ. Duo hæc verba: Multifariũ, multisq; modis. an vnum idemq; significent.

Ad secundam dubitationem: πολυμερῶς, & πολυτρόπως, siue, Multifariàm, multisque modis, non sunt synonyma, sed varia, ac diuersa. Si enim demostratiua scientia reijcit synonyma vt superflua, multo magis doctrina cœlestis, quæ breuitatem amat, repudiabit. Prima ergo vox potest verti, Frequenter, siue Plerunque, vel Multipartitè, vt sic dicam, siue, Per multas partes, & non omnia simul. Quòd si ad tempus spectes, intellige, diuersis seculis, & ætatibus Prophetas misisse, qui de Filio suo annunciarent. Nam post casum Adæ, statim illum allocutus est de semine mulieris, quod contriturum esset caput serpentis. Tempore quoque Noe, vbi arcum dedit in signum fœderis, deinde ætate Abrahæ multa locutus est, multa quoque per Moysen, ætate etiam Dauidis & Prophetarum: & sæpè idem ipsum varijs ætatibus annuntiabat, quia vniuersi homines simul non fuerunt.

Verbum Multifariàm quomodo pertineat ad tempus locutionis Diuinæ patrib⁹ factæ. *Gen.3.* *Infra 9.*

¶ Si verò doctrinam spectes, per partes locutus est de Filio suo. Non enim omnia singulis dedit, sed oracula vt voluit, distribuit iuxta suam prouidentiam, & mundi audientis captum. Vnde ad Moysen dixit de patribus suis: *Nomemeum Adonai non indicaui eis*; Et Dauid exultans in spiritu gloriatur: *Super omnes docentes me intellexi*. Denique vt Gregorius scribit: *Quò propinquiores erant Christo, eo copiosiorem habebant cognitionem*. Vnus siquidem de eius aduentu, vt Iacob de auferendo sceptro à tribu Iuda: Daniel de Hebdomadis prædixit; alius de loco Bethleem, vt Michæas; Alius de conceptu, & ortu ex Virgine, deque miraculis, & signis eius, vt Esaias; Alius de morte, & resurrectione, vt Dauid qui dicit: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in capit anguli: & idem de Sacerdotio eius secundùm ordinem Melchisedec: alter de aduentu Spiritus sancti super omnem carnem. Et hæc exempli gratia dicta sint.

Idẽ quo etiã modo ad doctrinam, & reuelationẽ de Christo vẽturo referatur. *Exod.6.* *Psalm.118.*

Quæ qui vates de Christo dixerint futura mysteria. *Gen.49.* *Dan.9.* *Micha.5.* *Matt.2.* *Esaiæ.7.* *Infra 35.* *Psalm.117.* *Matth.21.* *Psal.106.* *Heb.5.* *Ioel 2.* *Act.2.*

Alterum aduerbium est πολυτρόπως; quod ad varios modos Diuinæ ad nos elocutionis referendum est: quia nunc per somnum, nunc in vigilia, interdum per phantasmata, aut visiones imaginarias, interdum verò per externa & visibilia signa, quæ exteriùs adhibere solebat, loquebatur Deus: vt per nuditatẽ Esaiæ, per descensum Ieremiæ in domum figuli, per vasa trãsmigrationis Ezechielis: Quandoque per ministeria Angelorum, ac voces eorum sensibiles, quãdoque per intellectualem mentis locutionem factam ab Spiritu Sancto; Modò ex oraculo, siue propitiatorio, quod erat intra Sancta sanctorũ, modò in ecstasi & raptu, siue mentis excessu sopitis sensibus, vt ratio posit Deo magis vacare: Denique viua voce, & scripto, & factis, & signis, & apertè, & obscurè, siue in ænigmate, & nunc blandiendo, nunc perterrefaciendo.

Multis modis vt si Deus patres allocut⁹. *Esaiæ.20.* *Ierem.18.* *Ezech.12.*

Cur Deus in somnis loqueretur interdũ

Quòd si in hæc objicias illud Dauidis: *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui: quia potestas Dei est, & tibi Dñe misericordia.* Sed Augustinus respondet, in eo loco Dauidem loquî de verbo interno, de quo: *In principio erat Verbum.* Paulũ verò de externo, quod varium est. Vnde Hieronymus & Caietanus hunc locum verterunt: *Vnum locutus est Deus.* ¶ Hoc tamen dubitationem non tollit: quia sequitur in Dauide de Misericordia, & Iustitia in plectendis impijs, & de locu-

Si semel, vt ait Dauid, quomodo, vt Paulus, multifariam locutus est Deus. I. solut. non omnino solida. *Psalm.61.* *August.t.3.* *Ioann.1.* *Hieron.t.8.* *Caie. in Psa.*

tione

tione externa, quia sequitur, Duo hęc audiui. Quare Theodoritus interpretatur, posuisse semel, non vt numerũ indicaret, sed semel, id est constanter, & immobiliter decreuit Deus dare præmia bonis, & supplicia reprobis.

Altera solidior *Theodor. in psal. 61. sub fin. par. 1.*

Ad aliud verò testimonium Iobis: Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit; eadem ferè est responsio: quia dicitur Deus semel loqui, & secundò idipsum non repetere, quia vna Dei locutio perinde est firma, ac tãti roboris, ac si millies idẽ dixisset: quia cœlum, & terra citius transibunt, quàm verbum Dei, quod interdum nostra caussa repeti frequẽter solet: vt Paulus ipse rectè dixerit: Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessariũ. Et hactenus de secunda dubitatione.

Illud Iob: Semel loquitur Deus, & secũdo idipsum non repetit, vt sit accipiẽdum. *Iob 33.*

Tertiæ solutio quæst. *Matth. 5.*

Ad tertiam, nomine Patrũ veniũt antiqui Iudæi, de quibus; *Audistis quia dictum est Antiquis.* Non autem videtur loqui de Patriarchis, Abraham, Isaac, & Iacob: nam hos allocutus est Deus per se ipsum sine Prophetis; vt hìc dicitur: imò ipsi fuerũt ex primis Prophetis, vt de Abraham expresse dicitur: Redde, inquit, viro suo vxorẽ, & orabit pro te: quia Propheta est, & viues. Idem de Iacob credendum, qui cap. 49. prædixit filijs quæ ventura erant, & de Messiæ aduentu. Hos etiã Patres, incredulitatis, & inobediẽtiæ notat Paulus cap. 2. & 4. quod tamen de primis illis tribus non videtur sentiendum; de alijs ergo inferioribus filijs Iacob, & eorum posteris tàm bonis quàm malis loqui videtur, cum ait: *Vbi tentauerunt me Patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea.*

De patriarchis id accipi non posse, vnde perspicuum sit. *Gen. 20.* *Infra 49.*

Psal. 94. *Heb. 3.*

Hos autem allocutus est per Mosen prophetam à principio, deinde per eundem legislatorem, quando legem tulit; adhæc posteà misit & alios multos varijs in seculis. Et quia in Hebraica gente hoc impletum est; colligimus, autorem tacitè se Hebræum innuere. Et captat eorum beneuolẽtiam, ipsorum dignitatem cõmemorando, quam in Patribus habuerunt, quibus tale ac tantum beneficiũ Deus contulit, vt dignaretur eos alloqui, ac de seipso pro ipsorum salute instruere. Hinc habet Paulus: *Secundùm Euãgelium quidem inimici propter vos; secundùm electionem autem charissimi propter patres.* ¶ Missi sunt autem ad Iudæorum maiores Prophetæ, per quos Deus alloquebatur illam gentem, & plus ipsis quàm Gentibus datum, alibi tradit: quia credita sunt illis eloquia Dei, & gloriabantur, dicentes, Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Gẽtes verò hospites erant testamentorum, & per inditum lumen rationis, & habitum principiorum tàm speculabilium, quàm practicorum, & per creaturas quæ enarrant gloriam Dei, tantùm est illas allocutus. Per Prophetas verò rarò, vt per Ionam Niniuitas, & per Esaiam instruxit Cyrum, & Chaldæos Reges, & populum Babyloniũ per Danielem. Ait verò, *In Prophetis*, more Hebræo, pro, per Prophetas: & paullò infrà, *In Filio*, id est per Filium.

Quid argumento sit huius scriptoré Epistolæ Hebræum extitisse. *Rom. 11.*

Quanto excellentius Iudæos Deus quàm Gẽtes sit allocutus *Supra 3.*

Psal. 147. *Ephes. 2.*

Psal. 18. Deus Gentes in prophetis quando fuerit locutus.

Esa. 45. *Dan. 2. & 3*

Ad quartam dubitationem dicendum, planiorem esse lectionem: Nouissimis diebus istis, quam Græci habent, & nonnulla exemplaria Latina, quàm aduerbialem illam, Nouissimè diebus istis. Partitur verò Apostolus vniuersum tempus in Olim, & Nouissimum: vt olim, sit totum tempus ab Adam lapso, siue ab origine mũdi, vsque ad Ioannem Baptistam, qui est veluti horizõ tempora priora distinguens à posterioribus, de quibus Dominus, Lex & Prophetæ vsque ad Ioãnem. Tempora posteriora à Ioãne & à Christo, qui simul eodem tempore venerunt, denominantur, & apud Prophetas vocantur Dies nouissimi, vt Esai. 2. Mich. 4. imò & nouissima tẽpora à Petro, & Apostolus alio loco vocat fines seculorum, & Dilectus nouissimam horam, hoc residuum annorũ, quia vna est ætas, videlicet mũdi senectus, quæ quandiu sit duratura, nemo nouit: & multi qui putarũt instare diẽ Domini, hactenus decepti fuerunt, eo quòd in Scripturis legerent nouissimos dies, nouissima tempora, nouissimã horam, non satis rectè ætatem vltimam considerantes, vt

Solut. 4. quæstionis. De diebus nouissimis diuinæ locutionis in Filio.

Qualis Ioannes Baptista. *Luc. 16.*

1. Pet. 1. *1. Cor. 10.* Dies illi quibus alijs nominibus exprimantur.

Prima ratio cur dies illi dicantur nouissimi.

egregiè, & pdoctè tradit B. Thomas. Illa siquidem ætas postrema æquare potest annorũ numero omnes ætates præcedentes; vt homini accidit, cuius senecta adæquare potest alias omnes ætates, vt Augustinus docet lib. 83. quæstionum. q. 54. Deinde non satis certi sumus quantum iam durauerit mundus: siquidem nec Hebræa cum 72. interpretibus consentiunt, nec nobiscum, & nostri inter se discrepant. Certè veteres Patres plures annos enumerant, quàm possimus modò ex Hebræa veritate colligere. B. Cyprianus lib. De exhortatione Martyrũ, in Proœmio: Sex millia, inquit, annorũ iam penè complentur, ex quo hominem diabolus impugnat. Idem docet Hieronymus in Epistolam ad Titum. Si ergo hactenus mũdi duratio ignoratur, & Scriptura ait; *Dies seculi quis dinumerauit?* tempus futurum quòd nondum est, quis enumeret?

Ait ergo, Diebus istis, quando cœpit nouissima ætas, & seculum nouũ, de quo, loquens de Christo, Esaias dixit: *Pater futuri seculi*, quod felicissimum fuit, quia illustratum est præsentia tanti Solis. *Locutus est*, inquit, *vobis in Filio*, siue, per Filium. Et manifestè se ponit in numero gentis illius, ad quam vnam venit Dominus, de qua: *Non sum*, ait, *missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* Vel, vt ait Thomas, Nobis, id est Apostolis, qui Christũ in propria persona vidimus, quos immediatè, & per se Christus docuit, & præceptum est nobis à Patre, vt eũ audiamus.

Porrò singulari numero vtì cõsueuit Scriptura, ad denotandũ propriũ, & naturalem Filium, & qui singulari modò est filius: nam totã Patris substantiam, & non partem aliquam eius quæ impartibilis est, per generationẽ accepit. Nã etsi sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra (siquidẽ sunt dij multi, & domini multi) nobis tamen vnus Deus Pater, & vnus Dominus Iesus Christus: vt Apostol. dixit. Et cum dicat, in Filio Deũ esse locutum; non adiunxit, Multifariam, aut multis modis, quia vno tãtùm modo palàm, & apertè, in multis signis, & prodigijs manifestis, quæ manifestè testãtur diuinitatẽ in autoritate multa & potestate, quæ testabantur eum magistrum cœlestem. Nam vt ait Lucas, In potestate erat sermo ipsius. Et cũ tanta emphasi se opponens Moysi, dicebat: *Ego autem dico vobis: Hoc est præceptum meum; Hoc mando vobis.* Etsi dici possit, Christum multis modis locutum apertè, & tectè per parabolas, verbo, & scripto non quidẽ tantum per seipsum, sed per Apostolos, & Ecclesiam: in quibus omnibus ipse loquitur, de quibus dixit, *Nõ vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.*

Ad quintam difficultatem, quomodo cõstitutus sit hæres vniuersorum, respondemus: Paulum Christi humanitatis dignitatem illis verbis indicasse, quemadmodùm & in sequentibus, Per quem fecit & secula, diuinitatem aperit. Et casus ille Gignendi, vniuersorum, duplicem expositionẽ admittit, nimirum rerum, & personarum. Et primus sensus erit: Patribus data fuit certa hæreditatis portio, nimirum Palæstina; at Filius institutus est hæres nõ solùm Palæstinæ, sed totius orbis terrarum.

Alter sensus est: Christum hæredẽ institutum vniuersorũ, sicut & Abraham, de quo ad Rom. 4. dixit Apostolus: *Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi.* Atque huic sensui fauet quod dicitur Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi Gẽtes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ; vel iuxta Hebræum morem, & possessionem tuã vsq; ad terminos terræ. Et ita accipiẽdo hunc Gignendi casum, suauiùs cohærere videtur cum præcedẽtibus, & sequentibus, in quibus Christus Angelis, Moysi, & Aaron, & Prophetis præponitur, quanquam in idem recidere videatur. Volunt itaq; quidam in voce Hæredis, esse Hebraismũ, vt sit sensus: Quem fecit dominum omnium, sicuti Acto. 2. dicitur; Certissimè sciat ergo omnis domus Israël, quia & Dñs eum, & Christum fecit

Lege Thomã, in hanc Epistol. c 9. lect. 5. tom. 16. & de potentia q. 5. ad 1.

B. August. tom. 4. Secunda ratio.

B. Cypria.

Hierony. in cap. 1. Epistolæ ad Titum tem. 9. Ecclesiastici 1.

Dierum illorum felicitas

Esa. 9.

Quos Deus sit allocutus in Filio.

Matth. 15. B. Thom. lectu. 1. à medio. matth. 17.

Filius Dei naturalis numero tãtùm singulari in Scripturis exprimitur.

1. Cor. 8.

Quare non multifariam Deus dicatur locutus in Filio.

Luc. 4.

Matth. 5.

Quam multis modis Christus locutus sit.

Infrà 10.

Quinta quæstionis sol. Christus vt vniuersorum cõstitutus sit hæres.

I. acceptio illius vocis, Vniuersorum.

Altera.

Rom. 4.

Hebraismus.

Act. 2.

Deus,

Deus, hũc Iesum quem vos crucifixistis: & ad Gal. 4. asserit: *Quanto tẽpore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cũ sit dominus omnium.* Vbi obætatem qua impeditur ab vsu rationis, paruulus nõ differt à seruo; ob ius tamẽ ad successionem bonorum, dñs dicitur.

Gal. 4.

Chrysost. homil. 1. in Epist. ad Hebr. tom. 4.

Expendit porrò Chrysostomus illud verbũ, *Constituit*, asserens hæc de Christo dicta quatenus homo est. Nã si naturam diuiná consideres in Christo, hæres est ab æterno cũ Patre, & Spiritu sancto, hoc est omnium Dñs creaturarum, non quidem via successionis, sed suo iure. Rursus quòd filiꝰ Dei esset per gratiam vnionis hypostaticæ, iure hęreditario non accepit: nam hæreditas est quid extrinsecũ, & extra hæredis substantiam quasi adiũctum. Quare hæreditatis nomine, omne Dei patrimonium, quod extra ipsum Deum est, intelligitur, nimirũ hic mundus, & omnis creatura quæ subiecta illi fuit, & ab eo (præter primum ius) hæreditario iure acquisita fuit obediẽtiæ meritò in sanguine & crucis morte; quoniam ita fuit paterno testamento dispositа, vt suscitatus dixerit; *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Et cognouerunt hoc mali agricolæ qui dixerunt; *Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Sed ignorabãt cæci, quòd & eo pacto occidẽdo hęredem, illi nõ poterãt succedere in hæreditate. ¶Sed obijcies primò: Si Dñs Iesus filius Dei erat, nonne ipso iure ad eum spectabat hæreditas absq; eo ꝙ Pater instituerat eum hæredem, qui postularet sibi dari hæreditatẽ, & multò magis absq; eo ꝙ pateretur? Dicẽdum, verè sic fuisse dispositũ, etsi in eo totus mundus inclusus nõ peccasset: nã ipse venisset sua die gloriosus (vt mihi pium est credere) tanquam vnigenitus ad hæreditatem suã, hoc est ad filios suos, vt eos in gloriá perduceret: sed quia peccatũ intercessit, conditio mutata, vt ita ad tempus abstineret à gloria sua, & ab hæreditate sua, quo debita nostra Patri suo exolueret, & sic admitteretur posteà ad iura sua, & per obedientiam ad hęreditatem peruenire. Quare quæ iure filiationis sibi debita erant, cœperũt ei deberi nouo iure acquisitionis. Vnde & à Petro dicimur Populus acquisitionis. Vsque adeò, vt tunc videatur accepisse diuinitatem suam, quando perfectò munere redẽptionis instauratꝰ est ipse, & immortales, ac dignas vnigenito vestes accepit.

Hæreditas Christi qualis sit.

Matth. 28.

Supra 21.

Iudæi Christum hæredẽ occidendo quid assecuti sint miseri.

Quòd si secũdò obijcias: Cur ergo Apostolus nos Christi cohæredes vocat? qui enim habet cohæredes, vt primogenitus inter multos fratres, non est dominus ipsorum, nec vniuersorũ hæres. Respondemus: Solũ Dñm Iesum factum esse hæredem totius mũdi, quia ipse solus illum iam per peccatum perditum lucratus est, vt ipse solus dicatur illũ hæreditasse: nam vt in hoc lucro neminem habet adiutorem, ita neq; cohæredem. Hæreditate verò, quæ est cœlestis beatitudo, & æternæ vitæ acquisitio, cohæredes Christi efficimur, & vocamur, eo ꝙ cũ illo Deo fruemur, videntes illum facie ad faciem: & hãc beatitudinem, siue gloriá illi referimus acceptá, ita vt ipse sit verus hæres & nostræ gloriæ, qui nobis illum promeruit, & illi donatur in nobis, & nos ipsi eius sumus per omnia, vt etiam hac ratione sit hæres vniuersorum. ¶Similiter Abrahã ad Rom. 4. vocatur hæres mũdi per fidẽ: quia omnes qui Fidei vinculo vnimur, omnium etiam bonorum suorum hæredes efficimur. Et vt nos sumus eius hæreditas, ita ipse vicissim est nostra hæreditas. Magna ergo differentia inter alios Prophetas, & Dei Filiũ: quia etsi illi dicantur dij, & filij Excelsi omnes, & cõtrà ipse Christus dicatur Propheta Matth. 21. Luc. 7. Ioan. 4. 6. & 9. turbæ, Samaritanæ, & cæci nati ꝓfessione: inter se tamen distinguũtur, quia ipse est Filius naturâ vnigenitus, & verus, alij verò longè inferiori gradu, adoptionis scilicet, & participationis. Et cũ Prophetæ Christo comparantur, nõ dicũtur filij, sed serui: vt constat in vineæ parabola: nã post seruos, id est Prophetas missos, ad exigẽdũ vineæ fructus, posteà tãdem misit Filium suũ. Sic &

Propositæ solutio quæstionis.

Christiani cur populus acquisitionis vocentur. *1. Pet. 2.*

Si nos Christi cohæredes sumꝰ, hæres vniuersorum quomodo Christus. *Rom. 8.*

Christianorum cœlestis hæreditas qualis.

Hæres mũdi vt dicatur Abraham. *Rom. 4.*

Christus qualis præteris Dei Filiꝰ sit, & qualis Propheta. *Psal. 81.*

Matth. 21.

Christus propheta nõ erat eo modo, quo vnus de grege aliorũ: quia in ratione ꝓphetiæ omnes Prophetas excessit, & omnibus supereminebat; & ita Propheta magnus, & Propheta qui venturus erat in mundum, dictus est.

Luc. 7. *Ioan. 6.*

Quòd si quis tertiò obijciat, quomodò possit Iesus hæres esse, si propriè agatur de hæreditate, quæ venit ex testamento adeũda. Oportet enim vel ipso Apostolo teste in hac eâdem Epistola, mortem intercedere testatoris ad hoc vt firmum sit testamẽtũ: nam Pater, cuius Filius est hæres, nõ moritur, neque morti est obnoxius. Sed ad hoc dicendũ, multa metaphoricè in Scripturis accipi, quæ tribuũtur Deo, & tamen propriè accidũt in humanis. Nam Filius secũdùm diuinam naturam, nullo iure successionis hæreditario est constitutus omnium domin⁹, sed qua parte homo fuit: qui dominium non semper habuit, sed à certo tempore, ex quo per vnionem hypostaticam Deus factus est. Deinde ex quo per obediẽtiam crucis se Deo obtulit, & interim quasi condito testamento à Patre illi sic hæreditatem procurante fuit vniuersorum hæres institutus, vt ita vtilius suo munere functus hæreditatem acciperet quasi à Patre defuncto, qui omne iudicium dedit Filio, & qui perinde illã tenet, ac si mortuus esset Pater, qui quodãmodo mortuus videtur Filio morienti: quo excitato, dicitur viuere in illo, cui commisit omnia, atq; de eius volũtate perinde ac si esset mortuus, omnia administrat, & eum habet hæredem, & successorem. Non secus ac si quis homo filio committat, vt omnia administret se silente, iam ille diceretur habere successorem, & hæredem invita, etiam antequam mortem incurrat: ad eum modum Christus omnia administrat, donec restituat rationem Deo & Patri.

Nomen hæredis, cũ mortem ponat testatoris, ipsi Christo, Patre viuente, an rectè conueniat. *Heb. 9.*

Quando primum Christ⁹ esse cœperit hæres vniuersorum. *Philip. 2.*

Ioann. 5.

Christi hæredis vniuersorum à Patre institutio cui similis. *1. Cor. 15.*

Ad 6. quæst. De eo quod dicitur: Per quem fecit & secula.

Sequitur vltima dubitatio circa illud: Per quem fecit & secula. Nã hoc de diuina dicit natura, vt mirum esse non debeat, si tota hæreditas sit illi donata, cùm sit ille Verbũ, per quod Pater omnia extra se operatur, & nihil non per illud, & cum illo faciat præter ipsum Filium, quem solus generat: reliqua omnis creatura ab ipso per Verbum in Spiritu sancto cõdita est. Per secula verò tropo Hebræo intelligit res omnes tempori subiectas, quæ certis seculis & durationibus cõstant. Dixit etiam αἰῶνας, vt nõ solùm tempus significaret, sed etiam æuum: quod æternum non est, sed cum suis creaturis, quæ eius sunt capaces, concreatum. Nam cũ dicitur; *In principio creauit Deus cœlum, & terram*, de æuiternis creaturis est sermo: ab eo autẽ loco; Fiat lux, & facta est lux, de creaturis tempori subiectis: quia tùm cœpit vespere & mane dies vnus, id est primus. ¶ Quòd autem appellatione seculorum creaturæ veniant, quæ seruiunt aut æuis, aut temporibus, explicat nobis Scriptura, quæ ait; Demas me reliquit, diligens hoc seculum, id est creaturas huius mũdi: & ad Gal. 1. *Qui dedit semetipsum pro nobis, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam.* Et ad Titum, *Vt abnegãtes impietatem, & secularia desideria*, &c. Quanquàm autem vnum tantùm sit æuum, & vnum tempus continuatum: multa tamen sunt tẽpora partialia: vnde ponimus seculum præsens, & futurum, de quo: *Non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro*: & apud Romanos ætas cẽtum annorum, seculum vocabatur: & ludi, qui centesimoquoque anno celebrabantur, dicebantur seculares, & apud Horatium habes Carmen seculare. Ita habet Paulus, *Regi seculorum immortali, inuisibili*, &c.

Ioan. 1.

Gen. 1.

Caput primum Geneſis quib⁹ verbis æuiterna, & temporalia exprimat.

Per secula res venire tẽporarias, & corruptibiles, vbi Scripturarũ constet. *2. Tim. vlt.* *Tit. 2.*

Æuum quomodo multiplex, cum sit vnum tantùmodo. *Matth. 12.*

Propriè seculum quid sit. *Horat. lib. 4. Carmin. ode 6.* *1. Tim. 1.*

Vide autem conuenientiam: nam per illum decens fuit secula instaurari, per quem facta sunt prius. Iam vide quid Damascenus lib. 2. cap. 1. scribat: *Operæpretium sanè est, vt intelligamus seculi nomen multa designare. Compluscula enim significat. Nam seculum dicitur vniuscuiusq; hominũ vita. Dicitur rursus seculum, tempus mille annorum. Dicitur rursus seculum, vniuersa præsens vita. Et seculum, futura vita post resurrectionem, nullo fine claudenda. Dicitur rursus seculum, non tempus, neq; tẽporis*

B. Ioann. Damascen. Variæ seculi acceptiones ex Damasceno.

pars,

pars, latione Solis, & cursu mensurata, per dies videlicet, & noctes cõstituta, sed quod coextenditur sempiternis, instar cuiusdã temporalis motus, & spatij. Quod enim ijs quæ in tempore sunt, tempus, illis sempiternis est seculum. Dicũtur & septem secula mundi huius, à cœli & terræ videlicet creatione, vsq; ad cõmunem hominũ cõsummationem, & resuscitationem. Est enim particularis cõsummatio, ea quæ est vniuscuiusq; mors. Est autem cõmunis, & omnimoda cõsummatio, quando futura est communis omnium hominum resurrectio. Octauum autem seculum est, quod futurũ est. Hæc ille.

Aeternitas Filij Dei verbo effectionis seculorũ expressa, declarataque. *Ecclesiastici 24.*

Si ergo ipse est, per quem Deus fecit secula, ipse proculdubio Filius est ante secula, qui introducitur dicens: *Abinitio, & ante secula creata sum:* & Concilium Nicenũ: *& ex Patre natum ante omnia secula.* Ipse itẽ est supra omnia secula, vt eorũ autor: ipse in omnibus seculis, & denique post omnia secula, si illa finem vllũ essent habitura.

Illud: p quẽ, dupliciter accipitur. *B. Augustt.*

Particulam verò, Per quem, Augustinus refert ad ideam, & artem, etiamsi dogma videatur Platonicum. Chrysostomus verò indicat illa præpositione significari, Patris & Filij opera communia esse, secũdùm illud: *Cum eo eram cuncta componens.* D. *Chrysost.*

Verbum, *Fecit*, si sit sermo de æuiternis factis ante omnem diem, positum est ,p, creauit, quia res ex nihilo ad esse perduxit. Si verò sit sermo de reliquis, quæ per sex dies operat⁹ est, fecit propriè ex materia subiecta: nã per sex dies nihil condidit, quod non ex prius à se ,pducta materia formauerit præter animam rationalem, quę sola materiæ expers inuenitur. Coniunctio verò illa, Et secula, ideò posita est, vt non solùm omnia Deum fecisse constet quæ condidit, sed etiam illa, quæ potius concreantur, quàm creantur. Nec enim tempus, aut æuũ vllam in se substantiam, aut existentiam habet præter eam, quá creaturæ ipsæ, quibus applicantur mensurandis, in seipsis habent. Vnde & difficillimum omnium factu apud Philosophos tẽpus esse iudicatur. *Prouer. 8.* Facere hoc loco, habet duplicẽ sensum. *Gen 1.*

Cum dicitur: Per quem fecit & secula, quid mysterij habeat cõiunctiua illa particula.

Aeui, Temporisve existentia qualis sit: de eo ié Philosophorum opinio.

DISPVTATIO VI.

IN illa verba: *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram Maiestatis in excelsis: Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum, &c.*

Prima dubitatio.

IN HIS Paucis verbis non paruæ, neque exigui momenti difficultates occurrunt: quæ quo commodiùs explicentur, primò proponetur Apostoli scopus, deinde quid significatur per hanc speciosam metaphoram splẽdoris gloriæ, & quid per alteram figuræ substantiæ eius, siue characteris hypostaseos, vt Græca habẽt, & in quo distinguuntur. Tertiò quomodo verbo virtutis suæ omnia portat, cùm verbo (quod cùm prolatum est, mox deficit) nihil sit debilius, & infirmius. Quartò quomodo de præsenti dicatur: Purgationem peccato-

Secunda.

Tertia.

Quarta.

rum faciens: nam hoc olim fecit, dũ viueret. Nec enim modò in cœlo regnans aut mereri potest, cum sit extra viam, aut vllis laboriosis operibus satisfacere, cùm sit in summa bonorum æternorum fruitione, nec amplius se in hostiã offerre possit cruentam, qui immortalitate, & impassibilitate gaudet. Quintò, quomodò dicatur à Paulo sedere ad dexteram maiestatis, cum diuina Maiestas quæ Spiritus est, dextra, & sinistra careat.

Quinta dubitatio.

Sextò, quid est illud nomen differentius, ac honorificentius, quod præ Angelis Christus habuit: nam & Angeli filij Dei dicuntur, iuxta illud: *Quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei?* Et Iob: *Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei* Septimò dubitatur circa illud; *Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu?* videtur enim argumentatio Pauli minus solida, quia ex negatiua illationem facit, quæ imbecilla est apud Dialecticos probandi ratio. Deinde quomodò negatur Angelis filiorum Dei nomen tributum, cum Iob 1. dicantur filij Dei, & 38. Imò homines Angelis inferiores filij Dei vocantur, secundùm illud, *Ego dixi, Dij estis; & filij Excelsi omnes*, & audemus dicere, *Pater noster qui es in cœlis.* Postremò, cum illius versiculi: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, plures producantur sensus, ambigitur quis eorum sit magis germanus, & Apostolicæ mẽti congruentior.

Sexta.

Psal. 88.

Iob 38.

Septima.

Psal. 81.

Ioan. 10.

Matth. 6.

Octaua.

Vt primæ difficultati respondeamus, dicendum est, maximè hæc cum præcedentibus cõgruere. Cùm enim dixisset Apostolus, Deum per Christum secula fecisse, ne quis putaret quasi per aliquod instrumentum, aut ministrum illa facta fuisse; idcirco ea subiungit, quibus aperta diuinitas, & omnipotentia Filij Dei exprimuntur: Quemadmodum vt tolleret humilitatẽ verbi illius, Constituit, adiũxit: Per quẽ fecit & secula. Et vt superiùs ostẽdit, Christũ Deũ esse ab effectu, per hoc q̃ fecit secula; ita nũc ex ipsa sua natura Deus esse indicatur.

Ad 1. dubit. De ordine cõsequẽtiaq̃ dictorum.

Ad secundam difficultatem respõdendum est, sub metaphoris Apostolum nobis describere Christi diuinam naturam, quæ longè ab eo, quod expressum esse volebat, absunt: quia res incomparabiliter excedit omnia vocabula, & metaphoræ omnes deficiunt: & nobis bonum est vt desint, vt apprehendamus illum esse & mentibus incomprehensum, & vocibus minimè explicabilem.

Solut. 2. dubit. His verbis: Qui cùm sit splendor gloriæ, &c. qualia Christi mysteria nobis significẽtur.

Prima ergo vox dicitur, Splendor, id est Græcè ἀπαύγασμα, hoc est, Relucentia, siue Resplendẽtia, siue id quod ex alio corpore terso, & polito resplendet. Facit igitur Patrem veluti Solem quendam, & Filium velut resplendentiam quandam, quæ ex Sole emittitur. Et per hæc, teste Chrysostomo, nihil aliud exprimi voluit, quàm Filij processionem ex Patre impassibili. Vt enim Sol radios emittit sine labore, sine mutatione, aut sine corruptione sua; ita Pater generando Verbum, nihil patitur, in nullo minuitur, non corrumpitur, manet æquè potens ac magnus vt prius, si vllus tamen locus esse posset prioritati. Deinde vt radij coæui sunt ipsi Soli, sine quibus Sol fuit nunquam; ita abæterno Filius fuit Patri coæternus, & nunquam fuit Pater sine Verbo, aut Filio suo. ¶ Potest etiam tertiò intelligi Filius, vt sit æternæ lucis Patris refulgentia, sicut Sapient. 7. dicitur; Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius; id est, Speculum, in quo tota Patris maiestas quasi in speculo quodam exprimitur: quod de nulla creatura dici potest. Nam etsi creatura illustretur à diuina gloria secundùm hunc statum, opprimeretur tamen, & offuscaretur à gloria maiestatis diuinæ. At post hanc vitam fortis redderetur creatura per lumen gloriæ ad recipiẽdam diuinę lucis virtutem, pro suo tamen modo, & capacitate. Et sicut splendor inseparabilis est à luce; ita Filius in natura, & operationibus immanẽtibus à Patre suo.

Quid sit propriè splẽdor.

B. Chrysost. homil. 1.

Splendoris proprium.

Alter sensus.

Tertius sensus.

Sap 7. Quanto aliter Christus Dei filius, quã reliquæ creaturæ, sit speculum Dei. *Prou. 25.*

Proprietas splendoris altera.

Nomen autem gloriæ, quæ est cla-

ra cum

Quid sit gloria: quomodo nunc accipiatur à Paulo.

Tull. 2. de Inuent.

Matth. 6.

Esther 1.

Gloria Assueri quænam illa.

Exo. 16.

Luc. 9.

Ex quibus glorificetur Deus.

Theophyl.

Ioan. 1.

Nomen characteris proprium Noui Testamenti.

Apoc. 13.

Character quid, & quomodo sit Christi character.

Cicero.

ra cum laude notitia, vel vt Cicero ait, Frequens de aliquo fama cum laude, pro obiecto gloriæ hoc loco ponitur, vt solet interdum alibi accipi, vt ibi; *Nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis*; & apud Esther, *Fecit grande conuiuium Assuerus, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui*; id est magnificentiam palatij, diuitiarum immensitatem, ac mensæ delicias, ex quibus quis glorificari solet. Ita etiam legimus, Vespere scietis quòd Dominus eduxerit vos de Terra Ægypti: & mane videbitis gloriam Domini; &, Apparuit gloria Domini super Sinai; & Moyses, & Helias visi in maiestate, siue in gloria, vt Græca habet lectio apud Lucã. Ita hîc sumitur pro quocũq; quod in caussa est, vt Deus glorificetur, vt infinitas, æternitas, potentia, sapientia, bonitas, iustitia, misericordia, & similia.

Theophylactus hæc verba explicans: *Ad ipsum*, inquit, *de Filij maiestate fastigium transit, deradiationem, aut splendorem ipsum vocans; vt hoc discas, quod sit ex Patre, sine perturbatione, & motu quopiam prauo, citráue Patris afflictionem, vt adeò neque imminutus sit Pater, neque inferior factus, verùm quòd ex eãdem substãtia, lumen ex lumine. Nã animas nostras ille illuminauit, ac Patrẽ ipse denuntiauit.* Hæc ille.

In secunda metaphora, vocatur figura substantiæ, siue vt Græca lectio habet, character hypostasis eius. Est autem character, vox nullibi posita, aut vsurpata nisi hoc loco in Nouo Testamento, etiamsi in Apocalypsi dicantur non semel quidam ferre characterem bestiæ. Sed ibi Ioannes non vtitur hoc nomine, sed alio illi vicino, nempè χάραγμα. Est autem character, forma expressa ex alio, siue nota cuipiam rei impressa, vt in cera fit per sigillum. Vnde Cicero in Oratore, χαρακτῆρα φράσεως, genus dicendi, siue stylum proprium vocat. Ita ergo dicimus Filium expressum esse ad naturam Patris notam, siue formam, vt eam in se totam complectatur, & integrè, & per omnia eam referat.

Subsstantia autem hoc loco nõ est οὐσία, quam Quintilianus essentiã vocat, sed hypostasis, ab eo quòd per se subsistat, dicta. Et Hieronymus ad Damasum: *Tota*, inquit, *secularium literarum schola nihil aliud hypostasin, nisi vsiam, nouit.* Sic ille. Quia tamen Arriani per has hypostases nolebant distinguere Personas tantùm ab inuicem, sed etiam naturam, & substantiam; ideò hic loquendi modus à Catholicis abinitio reiectus fuit tanquã suspectus: de quo Damasum Hieronymus consuluit. Sed iam nihil esse periculi in illa loquendi ratione, declaratum est. Basilius tamen Epistola 43. ad Gregorium Nyssenum, alia ratione quàm Hieronymus, hypostasin accepit, dicens significare naturam, siue rem indiuiduam subsistentem.

Character verò aliud quiddam esse videtur præter primum exemplar, vt qui subsistat per se, similis prototypo, seu primo exemplari. Et sicut per gloriæ splendorem declarauit Filium Patri inseparabilem, & coæternum, atque ab eo egredientem; ita per characterem hypostasis æqualitatem diuinarum Personarum exprimit. Nam quia splendor, siue resplendentia & persona, & substantia caret, vt ait Theophylactus: hac secunda similitudine ostendit, quòd Filius in propria persona subsistat, & apud Patrẽ existat, sicut Ioannes Euangelista dixit. Nam primò Verbum ostendens Patri coæternum, dixit: *In principio erat Verbum*: in sequenti verò clausula ostendit, Verbum personam esse subsistentem, cùm ait: *Et Verbũ erat apud Deum.* Ita simile quid hoc loco fecit Apostolus.

Non est tam dicendus Spiritus sanctus character Patris, & Filij, vt docet hîc Caietanus. Primò, quia iuxta doctrinam B. Thomæ, propriè Spiritui sancto characteris, aut imaginis voces non tribuuntur, quæ in Scripturis Filio peculiariter competũt. Deinde quia Spiritus sanctus nõ procedit à Patre & Filio, vt sunt duo supposita, vel duę hypostases, sed vt sunt vnũ spirationis principiũ: nec admittim⁹ duos spiratores, sed bene duos spirantes.

Quintil. libro 3. cap. 6 circa princ.

Hypostasis quoque cur huius nominis.

B. Hieron. epistol. 57. Quoniã vetusto oriẽs, &c. tom. 2. ante med.

Ab hoc nomine cur olim Patres abstinuerint aliquandiu.

Basilio quid sit hypostasis: eius à charactere discrimen.

B. Basil. tomo vlt.

Theophyl.

Ioan. 1.

Prima ratio cur Spiritus sanctus non sit propriè character Patris & Filij, contra Caietanum. Altera.

Figura quid sit: quo sensu hic accipiatur.

Figura autem propriè, forma quâdam corporis est, quatenus quantum est: nam terminat & distinguit quâtum. Sumitur autẽ hoc loco pro imagine: nã Erasmus vertit, expressâ imaginẽ; alij, insculptâ formã. Sed hæc imago p se subsistẽs est, quia operatur, creat, & repræsentat Patrem; vt propterea dicatur; *Qui est imago Dei inuisibilis.*

Coloss. 1. Christus cur sit imago Dei inuisibilis, teste Paulo.

Ad tertium dubium, cur dicat: Portãsq; omnia verbo virtutis suæ. Sicut superiùs participium ὢν in verbũ resoluerat interpres, vertẽdo, Qui cùm sit; ita hoc loco participium Φέρων poterat vertere: Portatq; omnia verbo virtutis suæ; id est, Agat, siue moueat, & moderetur omnia. Per eum enim, per quem mundum condidit, cõditũ regit, & administrat: idq; absq; labore, vt Chrysostomus explicat, expendens vim illius verbi Græci, Φέρειν, p de his, qui digito aliquid mouent, vel efficiunt (inquit) dici solet. Et verbo virtutis, nõ respondet λόγος Græcè, sed ῥῆμα, id est nutus, iussus, imperium, & voluntas; ita vt sit sensus: Portatque omnia potenti verbo suo, sine quo omnia condita in nihilum reciderent. Etsi verò verbi humani, cùm sit accidens, ac debile, & infirmum, propriũ nõ sit portare aliquid: est tamẽ verbi Dei, de quo dicitur: *Cœlũ, & terra trãsibunt, verba autem mea non præteribũt.* Cũ autem hoc verbum nõ natura, sed voluntate proferatur, commune est toti Trinitati. Vt enim Pater volens dicit vt aliquid extra se fiat, & fit qđ dicit propter omnipotentiam suam, quæ est in verbo volũtatis: ita Filius, & Spiritus eodem verbo dicunt, vt aliquid extra se fiat. Est autẽ aliud natura dicere, aliud voluntate: nam etsi dicat volens, non tamen per volũtatẽ dicit: Et hoc sic dicto per naturam Pater Filium generat sempiternum: deinde Pater cũ Filio ab æterno genito, simul cũ illo per voluntatem spirans, reddit sibi Spiritum sanctum, hoc est tertiam personam. Prætereà tres Personæ, in quibus adhuc est potestas dicendi, vt extra se producant, nõ tamẽ internè qđ semel est factum, atq; expletum, id per voluntatem sibi ipsis cõmunem faciunt: nam eâdem voluntate dicunt, & idem verbum, seu mãdatum proferunt. Hoc ergo cõmuni verbo, qđ in solidũ est vniuscuiusq; personæ, ipse Filius portat omnia, dũ cuncta cõseruat, & omnibus suas dispensat virtutes, & operationes. Nam eiusdem est conseruare, cuius est & condere: & eôdem verbo quo creat, etiã cõseruat. Est ergo potentia creãdi, & potentia cõseruandi, siue regẽdi creata, æqualis & par per omnia in tribus personis.

B. Chrysost. homil. 2. in hũc locum.

Psal. 103.

Quale præ humano sit verbum Dei.

Matth. 24.

Verbũ illud vnde constet commune tribus esse Personis.

Dicere in diuinis, natura, & Dicere voluntate, esse diuersa. Prima ratio.

Secunda.

Creare, Regere, Conseruare, æque virtutẽ Dei arguunt infinitum.

Quòd si quæras, qua de caussa Christus non habuit abinitio hanc mundi hæreditatem prædictam? Respondet Apostolus: *Purgationem peccatorum faciens*, &c. Vbi ad quartam quæstionẽ respondendum est, annotãdo primò, Græcè non de præsenti, sed de præterito legi: Purgatione peccatorũ facta: & Græcè additur vnũ verbum, nimirũ, per se ipsum, vt sit sensus: Purgatione peccatorum per se ipsum facta, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Id est: Arduũ negotiũ impediuit possessionem hereditatis, nimirũ peccatorum purgatio, ne frueretur illo dominio: quia etsi omni iure sua esset hæreditas, necessariũ tamen erat nostræ redẽptionis opus, qđ nemo alius præstare poterat. Hinc rectè dicitur, per semetipsum; sicut & alibi dixit: *Vocabis nomẽ eius Iesum, ipse enim saluũ faciet populũ suum à peccatis eorum.*

Ad 4. dubit. Circa illud: Purgationẽ peccatorũ faciens.

Matth. 1.

Cũ ergo ait: purgatione peccatorũ facta: omniũ intelligatur. Infinita emi propositio p vniuersali accipi colet, vt illa; Pasce oues meas, hoc est vniuersas oues. Purgauit autem suo sanguine in Cruce, dũ merito, & in caussa, siue potentia remissionem omniũ peccatorũ à Patre obtinuit, & omnes homines peccato sordidatos purgauit. Actu verò, & in præsenti dicitur purgare, quando per fidem, & Sacramenta virtus eius sanguinis applicatur, ita vt dici possit purgasse de præterito, & purgare de præsenti; etsi nullum meritum nouum in cœlo nunc habeat, habet tamen anteacti meriti fructum, quem in suos deriuat. Christus ergo vt Deus, efficiẽter purgat

Quorũ Christus peccatorũ purgationem fecerit. *Ioann. vlt.*

Quomodo purgauerit, & etiã nunc purget iãm beatus.

Aliter Christus vt Deus, aliter vt homo purgat peccata.

gat peccata: vt homo, meritum habuit purgandi omnes homines à sorde peccati, quia pretium obtulit, & lauacrum ad abluendas animæ maculas, & à pœna etiam temporali, quatenus eam hîc pendere, aut in purgatorio etiam debemus. Et pœnas temporales quas reliquit, conuertit in exercitia virtutum. Et vt ille non ascendit in cœlum, neque sedit ad dexteram Patris, nisi purgatis prius nostris peccatis: ita voluit nos intelligere, aditum regni cœlestis nobis nõ patere, nisi priùs per Fidem, & Sacramentum ab omni inquinamento mentis, & corporis purgati sanctificemur.

Quid nos docear Christi post passionẽ & mortẽ suã in cœlum ascensus.

Et quod ait, *Sedere ad dexteram maiestatis in excelsis*, innuere noluit, Christum potestatem omnem, quam acceperat in cœlo, & in terra, executioni cœpisse mandare in cœlis, non autem in terra, vt quidam decepti putarunt. Nam hoc esset planè contra Domini verbum, qui dixit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Et ad quid quæso data esset potestas, si non datum esset simul exequi? Imò hæc fuit hæreditas vniuersorum; at qui vniuersa dicit, excludit nihil. Imò executio in ea includitur. Nam etsi multi existant, qui non credunt Euangelio, & multi credentes suo vitio Deo non subijciantur; non propterea à potestate eius, & regimine eximuntur: dabunt enim illi suo tempore debitas pœnas, & non effugient. Adde quòd hoc dominium ad gubernationem Ecclesiæ militantis pertinens, post Iudicij diem cessaturum est, vt ait Apostolus, cùm restituet regnum Deo & Patri, tanquam qui omne negotium sibi creditum iam consummauerit. Nec obstat Angeli verbum: Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Cõmodè enim intelligi potest, quòd nõ erit vsus regni huius in hoc seculo: quemadmodùm dicitur Sacerdotium eius sempiternum, cui etiam regnum coniunctum fuit, & tamen in cœlis munus illius Sacerdotij vltra nõ exercet.

Christum sedere ad dexteram maiestatis in excelsis, metaphoricè quid

Matth. vlt.

Quæ Christo data hæreditas vniuersorum.

Infideles & impij quomodo ad regnũ Christi pertineant.

1. Cor. 15.

Ioan. 17. Vt sit regnũ Christi æternum, vt dixit Angelus, quod, Paulo teste, finẽ est habiturum? *Luc. 1. Heb. 7.*

Ad quintã dubitationem dicimus, per metaphoram sedendi ad dexterã, frequentem, in Sacris literis significari summum & maximum honorẽ. Et hoc idem est ac dicere, Christum sublimatum esse ad æqualitatem Patris. Idcircò cum quæritur, an homo assumptus sit æqualis Patri, cum distinctione est respondendum, quòd ille homo in quantum homo, non est æqualis Patri, sed minor illo. Ipse enim dixit, Pater maior me est. Si autẽ loquamur de Christo homine, qui assumptus est ad Deitatem, respondemus, quod naturâ Dei filius, & par per omnia ei & æqualis, qui in hoc sensu dixit; *Ego, & Pater vnum sumus.* ¶ Et quod dicitur, *Sedet*, in Græcis est de præterito, Sedit. Loquitur enim de exaltatione præterita, vt ad Philippens. cap. 2. Nec hæc sessio derogat, quòd ab Stephano visus sit stare: quia dum sedet, & regnat, nobis stat, cùm ad præstandum auxilium & vires in pugna pro fide, paratus est.

Dubij 5. solutio.

Quomodo Christus sit æqualis Patri.

Ioan. 14.

Supra 10. Si Christus sedet ad dexterã Patris, Stephano oranti cur videtur stans? *Act. 7.*

Ad sextum, cùm dicitur: *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit*: dicendum, Christum obedientia mortis suæ duo promeruisse: alterum, vt resurgens ascenderet, & sederet ad dexteram Patris, alterum, vt naturâ Filius Dei agnosceretur, iuxta illud, *Propter quẽ & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quòd est super omne nomen*, hoc est nomen Iesu, siue Filij Dei.

Solutio 6. dubitationis. De eo quod Christus præ Angelis differẽtius nomẽ hæreditauit, quodnam illud sit. *Philipp. 2.*

Quòd verò ait: *Tanto melior*: nõ est referendum ad mores, & vitæ sanctitatem, sed ad dignitatem eius, nobilitatem, atq; præstantiam. Ita emẽ vulgus vocare solet meliores, eos, qui aut natalibus, aut autoritate cæteris præstãt: ita illud quod habetur cap. 7. interpretandum, Quod minus est à meliori benedicitur: & 3. Reg. 2. Salomõ dixit de Ioab, *Interfecit duos viros iustos meliores quàm se*, id est, nobiliores. Et Helias 3. Reg. 19. orabat ad Dominum, *Tolle Domine, neque enim melior sum quàm Patres mei.* Nomen præterea Angelorum non ponitur pro infimo ordine, sed pro vniuersis ordini-

Cõparatiuus ille: Tanto melior, &c. nũc quomodo accipiatur.

Quid hoc loco per Angelos.

bus,

bus, etiam supremis, Cherubinorum, & Seraphinorum.

Et quod ait, Differentius, intellige præstantius nomen hæreditasse, vt esset Filius Dei. Est enim nomen Angeli, nomen ministri, siue officij, vt Hieronymus tradit in Aggæum cap. 2. & Augustinus in psalm. 103. & significat nuntium missum ad aliquid renũtiãdũ. Et sunt boni Angeli, qui sunt Dei nuntij: & Angeli Satanæ ab eo missi ad seducendos homines. Sunt etiã Angeli, siue nuntij hominum, de quibus Homerus ait:

χαίρετε κήρυκες διὸς ἄγγελοι ἠδ' ἀνθρώπων.

Et absolutè posita vox apud Latinos, pro bono Angelo à Deo misso accipi solet. Quòd si est Angelis præstãtior, erit & vniuersis hominibus excellentior, qui Angelis sunt naturâ inferiores, secundùm illud; *Minuisti eũ paullò minus ab Angelis:* quibus etsi Christus secũdùm carnem naturâ sit inferior; est tamẽ maior gratiæ plenitudine, & muneris potestate. ¶ Rectè autem dixit, præstantius nomen hæreditasse: quia Filij nomen non videtur consecutus antequam hæreditatẽ possideret: quod factũ fuit in resurrectione. Nam etsi in primo conceptionis suæ momento filius Dei fuerit: quia tamẽ perfectam, & Filio Dei conuenientẽ gloriam non habuit quãtum ad corpus; ob id in sua perfectione Filius Dei dici non poterat, nec super Angelos omninò esse videbatur, qui & illis aliquo modo, teste Dionysio Areopagita, qđ ad regimen spectat, in hac vita mortali subiectus fuit, & instãte hora mortis à quodam illorum confortari indiguit. Nec hoc mirum esse debet, si matri suæ, & parẽti nutritio suo Ioseph fuit subiectus. Cùm verò à mortuis resurrexit; diuturnitatem suã visus est accepisse, & Dei formã, ac filiationem cõsecutus, ac denique tũc à Patre genitus dicitur. Vnde subiungit: *Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* In cuius verbi explicatione tres postremæ difficultates expediendæ sunt. Prior erat, debile videri argumentum quod à negatiua desumitur, & qđ solent frequenter vsurpare nostri seculi Hæretici. Nam volentes omnia esse expressa in Sacris literis, ea, quæ ex illis vehementer colliguntur, respuunt, etiãsi ab Ecclesia Catholica recepta sint, arguentes: Hoc nõ habetur in Scripturis; ergo nõ est verum. Sed dicendum est, hoc genus argumẽtandi, vim suam obtinere, quando id quod negatur in Scriptura haberi, tale est ac tantùm, vt si verum esset, in ea esse debuerit, vt in proposito nostro, si tanta esset vnius Angeli eminentia, vt verè Filius Dei esset, & vocaretur, non debebant Sacræ literæ illud supprimere, ne debitus illi honos à mortalib⁹ denegaretur, sed in illis vel tribuendus præciperetur, vel Spiritus sanctus id in Ecclesiæ traditione proposuisset, quæ æquè veneranda est atq; ipsa Scriptura: si hæc ad erudi tionem nostrã, & vtilitatẽ spectarẽt.

Posterior difficultas erat: quia & Angelis nomen filiorum Dei inuenimus attributum in Sacris literis. Respondemus, subtiliter Apostolum locutum fuisse. Dixit enim, in singulari nemini dictum, Filius meus es tu: in quo non negat filiorum Dei appellationem in plurali illis conuenire, ac deferri, sed propter adoptionem, & gratiæ participationem: at singulariter, & eminenter vnus est Filius, propter singularem, & eminentẽ sanctificationem, nec vllus singulariter sic vocatus est à Deo Patre in Scripturis. Imò ipse Apostolus sibi consonus alibi dicit: *Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra (siquidẽ sunt dij multi, & dñi multi) nobis tamẽ vnus Deus, Pater, & vnus Dñs, Iesus Christus.*

Postrema difficultas est de multitudine sensuum quos habet ille versus Dauidis. Nam ab Augustino in psal. 2. de illa Filij Dei generatione quæ ab æterno est exponitur: à Theophylacto verò de illa temporali, qua natus est ex Deipara Virgine. Et Athanasius apud Oecumenium: Appropriat sibi Pater natiuitatem Filij iuxta carnem. Propterea dixit, Hodie. Ita ille.

¶ Paulus verò Act. 13. ad resurrectionẽ Christi à mortuis hæc verba referen-

B. Hieronym. tom. 6.

Triplex Angelorum acceptio.

Homer.

Psal. 8. Heb. 2.

Quãdo Christus Filij Dei nomen hæreditauerit.

Vt fuerit subditus Angelis ille dũ viueret: & quàm fuerit conueniens. *B. Dionys. lib. De cœl. hierar. c. 4. post med. Luc. 22. Supra 2.*

Ad septimam dubit.

Huiusmodi Pauli argumentationẽ affectant Lutherani.

Quanta diuinæ traditionis autoritas

Solius Christi proprium si est nomen Filij Dei, cur Angeli filiorum Dei etiã nomine nuncupantur?

1. Cor. 8.

Ad octauam dubit.

I. Augustini tom. 7. in princip. Secũda Theophylacti, & Athanasij.

Tertia Apostoli Pauli.

da cen-

da censet, dicens: Et nos vobis annũtiamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est. Quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Iesum, sicut & in psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quartus sensus, & ab alijs diuersus est: Ego feci hodie, vt intelligãt omnes te esse Filium Dei naturalem, & consubstantialem, atque adeò à me genitum. Dicitur eñ fieri more Scripturæ, quod esse demõstratur, & ostenditur. Quintus sensus huius versiculi habetur ad Hebræ. 5. de diuina electione Filij ad pontificatũ, de qua ibi erit sermo.

Quarta.

Quinta & postrema, item Apostoli.

Illorum sensuũ quis huic loco sit accõmodatior.

Hic verò dicendum, Pauli expositionem de resurrectione, cæteris præferendam, quia magis esse ad rem videtur, & quæ à verbis Apostoli præcedentibus de passione Chri, & subsequentibus de assumptione Gẽtium inhæreditatem, & in virga ferrea regendis magis quadrant. Et quia hanc expositionem tùm noster Hilarius, tùm alij Græci Patres sectantur. Dixit autẽ, *Ego hodie genui te*, in aduerbio, *hodie*, illam diem significans, quam fecit Dominus, quando Filium suum à morte suscitauit. Et nullibi in Scripturis ad literam, Hodie, pro æternitate sumitur. Et Athanasius ex illa voce collegit fuisse temporalem generationem, non autem æternam, vt Augustinus. ¶ Genuit autẽ illa die Pater quodammodò Filium, cum eũ suscitauit, & illi gloriam suam, & immortalitatis vestes, ac primogenito Dei Filio condignas restituit. Vnde dixit Ioannes, *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* Et sic verus Dei Filius apparuit. Nos etiam regenerari dicimur, cum ad easdem corporis nostri suscitati dotes, hoc est gloriã, immortalitatem, impassibilitatem, agilitatem, & subtilitatẽ peruenerimus, iuxta verbum Domini: *In regeneratione, cum sederit Filius hominis*, &c. Et de hoc loco satis sit dictum, cum plura alibi à nobis sint dicta.

Psal. 2.

Quo die genuerit Filiũ Pater, iuxta prophetam. *Psal. 117.*

B. Athanas.

Cur eo die genuerit.

Ioan. 1. Nos etiam in Christo quãdo regenerabimur.

Matth. 19.

DISPVTATIO VII.

IN illa Apostoli verba: *Et rursum: Ego ero ei in Patrem, & ipse erit mihi in Filium? Et cum iterũ introducit Primogenitum in Orbẽ terræ, dicit, Et adorẽt eũ omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidẽ dicit, Qui facit Angelos suos, spiritus, & ministros suos flãmã ignis.*

CVM mẽs & scopus Apostoli non sit ignotus, quia omnibus his Scripturarũ testimonijs eminentiam Christi super omnes creaturas, etiam Angelicas demonstrare conatur; non est hìc diu hærendum, sed in singulis eiusmodi locis diligenter inuestigandum est, an ad rem propositã faciant, & in sensu literali ab Apostolo producãtur. In primo igitur testimonio graue dubium est, quia illa verba ad literam dicta videntur de Salomone filio Dauidis: quòd si in eo exitũ habuerunt, & complementum, videtur non posse produci ab Apostolo nisi in sensu mystico, qui tamen refractarios, & contrarios minimè reuincit. Deinde eo dato, quòd sermo sit de Christo; dubitatur quomodo ait: Ego ero illi in Patrem, an secundùm naturam Diuinam, an verò secundum humanam. Si secundùm diuinam: cùm abæterno fuerit Deus, quomodò dicitur, Ego ero illi in Patrem? Si secundùm humanam; Deus non est natura-

Primum dubium.

Secundum.

lis

Tertium argum.

lis pater Christi. In secundo testimonio dubitatur, quia non satis constat ex quo libro Scripturæ desumptum sit, etsi in Psalmo aliquid simile inueniatur: *Adorate*, inquit, *eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.*

Psal. 96.

Quartum.

In tertio testimonio primò ambigitur, quid est illud quòd ait, *Iterum: & cùm iterum introducit*: nam potest explicari idem esse iterũ quòd rursum, vt sit aliud testimonium. Deinde potest applicari verbo, *Introducit*. Secũdò eãdem in hoc testimonio patimur difficultatem, quã in primo: quia videtur ad literam esse sermo de rebus naturalibus à Deo conditis, id est vento, & igne, quæ ministri, & Angeli vocantur: quòd sequentia, ac præcedentia eius versus ostendunt. Præcedit enim; *Extendens cœlum sicut pellem: Qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.* Quæ etiã consequuntur, naturæ sunt opera: ait em̃: *Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentũ amictus eius: super montes stabunt aquæ.* Habet nonnullos graues autores, vt Chrysostomum, Theodoritum, & Euthymium, de igne & vẽto exponentes angelos, & ministros.

Quintum.

Psal. 103.

B. Chrysost. homil. 2. in hæc verba, tom. 4. Theodor. ibid. part. 2. Euthym. in psal. 103.

Caietanus cũ suis, de Scriptore huius Epistolæ audacius hoc loco quid senserit.

Ad primam primi testimonij dubitationem antequam respondeamus, præmittendum est, Caietanũ, & alios recentiores, qui eius sententiã secuti sunt, ausos fuisse huius Epistolæ autorem reprehendere, quòd locum de Salomone ad literam loquentem, violenter ad Christum detorserit.

Prima dubij primi dissolutio.

Sed dupliciter potest hic nodus dissolui. Primò quidem modo, asserẽdo, quòd ad literam de Christo sit sermo, vt rectè propterea sit productus à Paulo. Nec obstat, etiam ad literam conuenire Salomoni: quia potest eadem litera plures sensus literales cõplecti, vt tradunt Augustinus, & B. Thomas. Et vt sæpè in Scripturis nomine Dauidis ad literam venit Christus: vt Ezech. 34. *Suscitabo super eas Pastorem vnum, seruũ Dauid*: & Ierem. 30. *Seruient Domino Deo suo, & Dauid Regi suo.* Ita etiam per nomen Salomonis Christum eo loco intelligimus. Maximè quia adiecit: *Stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum*: qđ Angelus Luc. 1. ad Christum retulit, dicens; *Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Et B. Augustin. enarrans in psal. 71. qui inscribitur: *In Salomonem*, asserit illum psalmum Iudæos de Christo esse prophetiam tradere, & inuictissimè defendere: quia quædam ibi dicta, Salomoni conuenire nõ possunt. Est autem regula intelligendæ Scripturæ à B. Petro Act. 2. & à B. Paulo Act. 13. tradita: Vt quæ alicui tribuuntur, quæ nõ possunt ei cõuenire, quia excedunt eius dignitatem, ad Messiã finem legis, & Prophetarum, necessariò referantur. Et eâdem ratione euincimus, Psalmum 44. epithalamiũ esse Christi, & Ecclesiæ, cùm Salomonis, & filiæ Pharaonis nuptijs cõgruere non possit. Adde quod 2. Reg. 7. habetur: *Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnũ eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. Ego ero ei in Patrem, & ipse erit mihi in filium.* Quomodo quæso possunt Salomoni conuenire, qui suscitatus est in diebus Dauidis, cũ non ex viri, sed ex mulieris vtero fœtus egredi soleat? Deinde quomodo stabilitum est regnum Salomonis in æternum quod Angelus cap. 1. Lucæ ad Christum retulit, cum dixit: *Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius*: id est, quòd in fede, & regno Dauidis fuit prænuntiatum, ac promissum. Et quam quæso Salomon domum Dño ædificauit? Ait enim Dominus per Esaiam cap. vlt. *Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? Et quis est iste locus requietionis meæ?* & Paulus Athenienſibus dixit, *Non in manufactis templis habitat*, scilicet Deus: sed Christus ipse est, qui Deo ædificauit veram domũ, hoc est Ecclesiam, quæ templum Dei dicitur. Et sequitur in eodem loco:

Illud de Salomone dictũ: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, quàm apte de Christo dicatur. *August. lib. 3. de doctr. Christ. cap. 27. tom. 3. sub init. & 12. lib. Confess. c. 26. & 31. tom. 1. Thom. 1. p. q. 1. art. 10* Proposita verba Christo, quàm Salomoni aptius conuenire. 1. argum. *Luc. 1. D. August. tom. 8.*

Optima nobis à Petro & Paulo Scripturas interpretandi ratio commendata. *Rom. 10.*

Secundum argum.

Tertium.

Veram domum quam Christus Deo ædificauerit, non autẽ Salomon. *Act. 17.*

Quartum argum.

2. Reg. 7.

Psal. 88.

2. Reg. 7.

Quid illud mysticum de Christo: Arguam eũ in virga virorũ, & reliq.

Tyconij Donatistæ vtilis canon intelligentiæ Scripturarũ Lege Aug. libr. 3. de doct. Christiana, cap. 31. tom. 3. regula 1.

Coloss. 1.

Quintum & postremum argumentũ.

Lucæ 1.

Prædicti loci; Ego ero illi in patrẽ, &c. Erasmiana paraphrasis.

Altera solut. prioris difficultatis.

B. Dionys. epist. 9. Aug. epist. 48. tom. 2. B. Hieron. tom. 9. in princip.

Qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum: quod non de vero Christo, sed de Christo mystico interpretatur Dauid Psalmo octuagesimo octauo, cùm ait: *Ipse inuocabit me, Pater meus es tu; Deus meus, & susceptor salutis meæ; & ego primogenitum ponam illum, excelsum præ Regibus terræ.* Et saltans à singulari ad numerum multitudinis, subdit: *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, &c. visitabo in virga iniquitates eorum;* vel vt habetur 2. Regum 7. Arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. In virorum, inquit, virga, id est, humaniter, vt solent parentes corrigere filios suos. Vbi quod de Salomone solo dicitur in libris Regũ, hoc Paulus interpretatur in hoc Psalmo de filijs Messiæ spiritualibus per Regulam assignatam à Tyconio de Capite Christo, & corpore eius, quod est Ecclesia: per quam quæ capitis sunt, corpori; & quæ corporis, capiti tribuuntur.

Denique esse filium Dei, magis spectat ad naturalem filium Christum, quàm ad eius membra, quę per adoptionem tantùm de dignitate filiorum participant. Ideò Dominus Iesus filius Patris declaratur: is enim natus est ex posteris Dauidis, & assumptus ad naturalis filij Dei vnionem, vt subsistat in hypostasi increata: ad quod alludit Angelus Lucæ primo, cùm dixit: *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Etsi Erasmus verterit: Ego ero ei loco patris, & ipse erit mihi loco filij: id est: Ego habebo illum pro filio, & ille me pro parente.

Secundo modo solui potest hoc argumentum, affirmando in sensu mystico hunc locum Paulum produxisse; quia aliàs ita solet interdum Apostolus argumentari, vt facit ad Galat. quarto: vbi ex Allegoria agit in Galatas. Aliud enim est ex sensu mystico trahi efficax argumentum, quod Dionysius in Epistola ad Titum, & Augustinus ad Vincentium Donatistam, & Hieronymus in Caput Matthæi duodecimum inficiati sunt; aliud verò probabile effici argumentum. Solent enim Rhetores argumenta topica, & probabilia certis exploratisque adiungere. Idem quoque facit Apostolus, & tãto comdiùs, excellentiusque, quanto Hebræi intelligerent ea quæ de Dauide in Salomone Deus promiserat, in Christo esse complenda, admoniti ex Scripturis. *Quis*, inquit Paulus, *militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundùm hominem hæc dico?* id est, Nunquid rationibus humanis ago? an & Lex hęc nõ dicit? Scriptũ est enim in lege Moysi, *Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo?* Et ratione allegorica confirmat: *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt?*

Idem quoque inferiùs Sacerdotij Aaronici cessationem, & noui stabilitatem, ex allegoria Melchisedec colligit: Translato enim, ait, Sacerdotio, necesse est vt & Legis translatio fiat. Valent ergo rationes à sensu mystico recepto, & probato, non autem ita à mystico, & voluntario, pro cuiusque cerebro. Nec mirum est, sensum esse principalem, in quem mẽs autoris quasi in finem dirigitur: finis autem Legis est Christus, in quẽ omnia tendunt. Præsertim verò sensus mysticos ab Apostolis assignatos nemo poterat respuere; quia illorum veritatem signa, quibus coruscabant, & sapientia doctrinæ, & vitæ sanctitas testabantur, atque commendabant.

Ad alterum dubium in hoc testimonio propositum dici potest, quòd sermo sit de Christo secundũ vtrãque naturam, & diuinam & humanam, ex eo quòd tũc res fieri incipit, vel esse, cùm incipit cognosci. Quia ergo per generationem ex Maria, vel per resurrectionem omnibus inclaruit fidelibus diuinitas eius, & filiatio, & in futurum constabit etiam infidelibus quòd Pater ipse sit natura eius

1. Cor. 9.

Quanam Apostolus firma de Scripturis, & solida spirituali terintellectis argumenta depromat.

Deut. 52. Hebr. 7.

Scripturę sẽsus mystici qui minimẽ probabiles, vt ex ijs etiã argumenta quæ fiunt.

Rom. 10.

Apostolorũ spiritalis intelligentia Scripturarũ cur omnibus recipienda.

Solutio secũdæ dubitat.

Paulus, cùm ait: Ego ero illi in patrẽ, &c. de diuina Christi, an de humana loquatur generatione.

parens,& Christus naturâ eius filius; ideò dixit: *Ego ero ei in Patrem,& ipse erit mihi in in filium.*

Ad quartum dubium. De sensu illius particulæ: Et cùm iterum.

Inter ea,quæ in tertio testimonio dubitata sunt, primò propositum fuit,quid significet illud aduerbium: *Et cùm iterum introducit Primogenitũ,* quid est, inquam, illud, *Iterum*, siue Græcè πάλιν,& an iungendum cum verbo Introducit, an seiungendum ab illo,vt fecit Erasmus:Rursus autẽ cùm introducit Primogenitum; & ita esset vocula secundum, vel tertiũ testimonium citantis, & interdum redditur per aduerbium, Rursus, vt in hoc Capite,& Rom.15.in citandis pluribus locis frequenter ponitur. Alij verò libenter adiungunt cum verbo illo, Introducit, quanquàm variè exponi possit. Introductus est enim semel per incarnationem in vtero, vbi ab Angelis confestim fuit adoratus: quemadmodùm cùm per natiuitatem de vtero matris est egressus,subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum,& dicentium, Gloria in altissimis Deo. Tertiò, iterum ingressus est post mortem ad vitam suscitatus, in orbem terræ, id est,in totius orbis terrarum possessionem,acdixit:*Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra*: tunc etiam adoratus creditur ab omnibus Angelis,vt iam conspicuus & manifestus Dei Filius. Et de hoc vltimo ingressu videtur esse hoc loco sermo. Alius sensus esse potest, tunc primùm ad Angelos introductum Christum, cùm illum ostendit eis ante casum, vt adorarẽt eum;iterum verò in Incarnationis mysterio, vel in natiuitate,vel in resurrectione eius. Quo in loco dignum censui annotatione,Incarnationem Filij Dei dici introductionem respectu nostri, quia is qui extra mũdum erat, factus est pars mundi: eandem etiam dici exitum,iuxta illud: *Exiui à Patre, & veni in mundum*; & : *Exijt qui seminat, seminare semen suum*, & hoc respectu Dei, non quòd Deum Patrem deseruerit exeundo, sed vt qui cum solo Patre erat, inciperet etiam esse nobiscum: & qui priùs inuisibilis erat, per incarnationem factus sit nobis conspicabilis.

Prima solut.

Rom. 15. Alteratio,& quoties fuerit Christus in mundum introductus. *Lucæ 2.*

Quo de in mundum introitu hic loquatur Apostolus. *Matth vlt.*

Si vbiq; erat Dei Filius, quomodo est introductus in mundum?

Ioan.16. Matth.13.

Et vocat eum,Primogenitum, eò quòd ipse prior ad immortalem vitã resurrexit; & primitias dormientiũ, scilicet eorum, qui ad vitã redeunt; vt eum omnes fide agnoscant mortis domitorem,atque illi vt redemptori gratias agant, & perpetuis laudibus eum celebrent. Est igitur validum argumentum ad probandam Christi eminentiam super Angelos; Angeli habuerunt præceptũ adorandi Christum cultu latriæ: aliàs nihil probaret: non potest autem creatura adorari sine flagitio idololatriæ: Christus igitur nõ tantùm homo, sed & Deus erat,qui dignus est tali cultu.

Cur Paulus Christũ,Primogenitum appellet. *1. Cor.15.*

Idem quàm fortiter Christũ euincat eminentiorẽ Angelis, ab adoratione.

Sed illud plus difficultatis habet, vnde videlicèt Apostolus hæc verba deprompserit. Communiter dici solet, à Dauide accepisse hoc testimonium,ex Psalmo *96*. qui incipit: *Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ*; & infrà: *Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Adorate eum omnes Angeli eius: Audiuit,& lætata est Sion.* Et probant ex eo,quòd ille Psalmus Christi victoriam de morte per resurrectionem decantat.Vnde incipit: *Dominus regnauit, exultet terra:* (scilicet Iudaica) *lætentur insulæ multæ*, hoc est, Gentes in insulis significatæ. Et aptè conuenit ablata idololatria post Christũ apud Gentes prædicatũ, Christũ ab omnibus adorari.

Ad tertium dubium. Illud:Et adorent eum oẽs Angeli eius, vnde sumptum sit.

Prima solut.

Sed vt demus hęc omnia vera esse, duo tamen sunt quæ impediunt, quo minùs intelligatur desumptum hoc testimonium ex illo loco. Primum, quia ibi est verbum Imperatiuum secundæ personæ, videlicet, Adorate eum;hic habetur Imperatiuum tertię personę,videlicet,Adorent eum. Alterum est, quia in Psalmo habemus: Omnes Angeli eius. Imò quod plus est,iuxta Hebræam literam habetur, Col elohim, id est,vniuersi dij,etiãsi Septuaginta verterint,πάντες Ἄγγελοι αὐτοῦ: hoc autem loco habemus, Omnes Angeli Dei. Si igitur alius

Huius solutionis primũ incommodũ

Secundum.

Altera solutio, longè solidior.

locus

locus in Scripturis inueniretur, qui eadē omninò verba quæ Paulus producit, haberet (id est, qui neque plura neque pauciora verba contineret) certè ex illo potiùs dicendum esset Paulum citasse.

Deuter. 32.

Cùm igitur in Cantico Moysis inter illum versiculum: *Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes:* & versum sequentem: *Laudate Gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur,* integer versus in Hebræo codice desideretur, qui tamen apud 70. interpretes inuenitur: εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. Hoc est: *Lætamini cœli simul cum eo, & adorent eum vniuersi Angeli Dei:* habemus omnia verba præcisè quę Apostolus produxit: nec certè tantus Apostolus, & Hebræus, apud Hebræos citasset, qđ in Hebræo codice suo tempore non haberetur. Ex quo intelligimus, post Apostolorum tempora violatam, & in multis locis corruptam fuisse Scripturam, vt etiam Hieronymus in suis ad Galatas commentarijs, nō leuibus coniecturis suspicatur. Nec enim credendum est 70. interpretes versiculos integros de suo capite addidisse, atque Cantico Mosis affinxisse, cùm non ignorarent Dei sententiam in eodem libro scriptam: *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Neque verisimile est, Paulum Apostolum peritissimū virum, versiculum non canonicum, sed apocryphum quasi in sacris literis contentum, ad probandam Christi diuinitatem produxisse. Adde, quòd præter Paulum Patres veteres huius peculiariter testimonij mentionem fecerunt, tanquā sacrosancti, & canonici; vt Iustinus martyr in Dialogo contra Tryphonem, & Augustinus libro 5. locutionis ex Deuteronomio. Tradunt verò hunc locum allegatum hîc à Paulo, Theodoritus lib Quæstionū in Deuteronomium, & Procopius Gazæus, & Euthymius, in eundem locum Deuteronomij scribētes. Adhæc in sequēti versiculo alius est error in Hebraico codice, qui etiam corrigendus est per 70. interpretes. Habent enim: Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Id est, Laudate Gentes populū eius, vt habetur Rom. 15. vel: Lętamini Gentes cū plebe eius. Addunt verò Septuaginta, quæ in Hebræis desiderantur: Ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ θεοῦ: hoc est: Et confortent eū siue corroborēt eum omnes filij Dei. Quæ verba Epiphanius in Arrianos disputans, & in Ancorato allegat ad probandum, Christum ab Angelo in horto confortatum: atque illo eodē verbo ἐνισχύειν vsurpato à Septuaginta, vtitur Euangelista Lucas Capite 22. & Apostolus ad Philippēses, cùm ait: *Omnia possum in eo qui me confortat.*

Deinde aduerte, quòd cùm hîc, & præcedens versiculus ab eâdem voce Græca incipiat, nempè εὐφράνθητε, procliue fuit, vt librariorum incuria, priorversus omninò desideretur. Vbi enim duæ, vel plures lineæ ab eadem voce incipiunt, hic lapsus à parum oculatis scriptoribus admitti solet. Expende etiam, priorem huius versiculi partem, quæ in Græco simul & Hebræo codice habetur à Paulo ad Rom. 15. proferri, ad probandā Gentium vocationem: ideò mirum esse non debet, si per hoc Canticum de Christi Domini mysterijs Moses præcinuerit. Nam in eo prophetat reprobationem populi Iudaici; & in eius locum Gentiles vocari indicat. Postremò perspice, idem esse filios Dei & Angelos: nam ita Iob 1. & 2. Angeli vocantur: & Propheta Psalmo octogesimo octauo: *Quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei?*

Cùm ergo indicans Diuinam Christi naturam, dixisset: Et adorent eum omnes Angeli Dei, vt citauit Paulus; ita in sequenti versu subiungit de humana natūra, quæ confortatione, & ministerio Angelorū in cibo, & potu in deserto indiguit: Et confortent eū omnes filij Dei; vt intelligamus, Angelis, qui filij Dei dicuntur, præceptū esse vt adorarent Dominum, & eum

Primum argumentū, ad probandum, dictam sentētiā, vt & alias Scripturarū complures, à Iudęis deprauatam fuisse, atque corruptam.
B. Hieron. in cap. 3. ad Gal. tom. 9. Deuter. 4. Infra 12. Prouer. 30.

Secundum argumentū à Patribus.
Tom. 2. Cap. 76. & vlt. tom. 3. sub initium Quæst. 42. init. to. 1. circa princ.

Deut. 32. Hebræa lectio in duobus etiam corrigenda, & quænam illa.
Rom. 15.

B. Epiph. in hæres. 59. procul à medio.

Lucæ 22. Philip. 4.

Librariorū familiare vitium.

Mosaici illi⁹ Cantici: Audite cœli quæ loquor, cap. 32. Deuteronomij contentum præcipuum argumentū Christus.
Rom. 15.

Angeli, & filij Dei, ijdē sunt in Scripturis.
Iob. 1. Infra 2. Psalm. 88.
Illorum ministerio quo modo Christus indegu erit. Eisdem mandata de Christo.
Matth. 4.

corroborarent, & in necessarijs ei inseruirent. Etiamsi aliter Græci Patres interpretentur. Et tunc sequitur: *Quoniam sanguinem seruorum suorum vlciscetur.*

Deut. 22.

Quinti dubij solutio.

Iam ad alterã difficultatẽ in tertio testimonio propositã aliquid dicendum est. Hæc igitur difficultas erat similis illi, quæ in primo testimonio tacta est: videlicet textum de igne, & ventis quæ Deo ministrant, & eius renuntiandæ voluntatis sunt symbola, quomodò ad veros Dei Angelos significandos ad literam detorquere videatur. Respondemus igitur duobus modis, ibi esse ad literam sermonem de Angelis, qui inter primas Dei creaturas computantur, & sunt spiritualis naturæ, facti tamen Angeli, hoc est, nuntij: qui etsi ob efficacem virtutem sunt maximè actiui, velut ignis vrens, & celeres velut venti; facit tamen eos Deus ministros suos. Dignior autem est qui recumbit in dextera Patris, quàm qui assistunt, & administrant. Græca tamen litera indicat per articulos, quos addit vocibus, Angelos, & ministros, habere locum subiecti; Spiritus verò, & ignem vrentem, qui carent articulis, locum prædicati. Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα: vt sit sensus: Qui facit Angelos suos celeres instar ventorum, & ministros suos facit ignem vrentem, ob vim, & efficaciam operandi. Præcessit etiam de Angelis, quibus præceptum est adorare Christum: non igitur de ventis, aut igne, sed de Angelis, qui sunt spirituales, & veloces, & actiui, & sapientia præstantes, vt Cherubini. Et ministros suos facit ignem vrentem, id est, Seraphinos, qui igne amoris Dei ardẽt, qui tamen vt serui administrãt Messiæ. Par autem erat, vt quia Angelorũ creatio tectè erat apud Mosen in Genesi descripta, extaret aliquis apertus locus, qui eorum describeret conditionem, naturam, & officium. Et si tanta est eorum natura, quid erit & gratia? quanta & eorum gloria, cùm pro mensura naturæ dispensata sit gratia, & pro gratiæ ratione reddita beatitudo? Additur & alia ratio: nam ille Psalmus non tantùm celebrat Dèum in operibus naturæ, sed etiam in operibus gratiæ. Vnde ait: *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur; & renouabis faciem terræ.* Est ergo sermo de Christo, qui misit Spiritum suum in Apostolos; & ideò à principio ait: *Domine Deus meus, magnificatus es vehementer*: magis autem resplendet magnificentia Dei in effectis gratiæ, quàm naturę. Et cùm primùm narret cœlos condidisse, & illos aquis, id est, crystallino cœlo texisse, subdit: *Qui ponis nubem ascensum, vel currum tuum*: nam vtitur nubibus instar currus, quo vehi solet. Addit: *Qui ambulas super pennas ventorum.* Vbi describit celerrimum eius currus motum. Iam huic currui deerãt ministri, & aurigæ qui ducerent: at isti non quæuis infima creatura, sed suprema & angelica recẽsentur, quæ perpetuò Deo assistit vt ministra: ideò adiecit: *Qui facis Angelos tuos spiritus*; id est, spirituales mentes, & intelligentias habet pro nuntijs suis, & ministris. Denique Scripturis dandus est illustrior sensus, quem verba capere possunt, & ille cæteris præferendus: at quòd ventis & igne vtatur pro ministris suis, non adeò magnum est, cùm tota creatura illi deseruiat; at quòd suprema ac nobilissima, atque Deo quàm simillima id genus seruitij præstet, & nobis vtile est nosse, ne dedignemur illi ministerium impendere, cùm supremæ illæ intelligentiæ nobis præstantiores ei promptissimè inseruiant. Et cùm priùs præceptum Angelis datum retulisset, quo Christum adorare iubentur; ita de spiritibus suis subdit, eos Angelos efficiens, & flammam ignis, id est, amore incensos, vt Seraphinos, ministros. Est enim Spiritus nomen, naturæ; sicut Angelus, officij. Ita homo, nomen est naturæ humanæ; miles verò vox est officij. Facit ergo Angelos de spiritibus, vt de hominibus Rex milites efficit.

Prophetæ de vẽtis, & igne testimoniũ: Qui facis Angelos tuos spiritus, &c. vt Christo, Angelisque conueniat.

Prima solut.

Primum argumentum, quo probatur, dictum testimonium ad Christum, & Angelos magis propriè pertinere.

Eadẽ sententia explicatur ad literã

Secundum argumentũ.

Cherubin & Seraphin quales.

Genes. 1. Angelos à Deo cõditos & creatos fuisse, nusquã Moyses expressit.

Secundum argumentũ.

Actor. 2.

Psalmi 103. priores sententiæ mysticè declarantur.

Tertium argumentum.

Spiritus, Angelus, homo, & miles, huiusmodi appellationes quid denotent.

Possumus quoque affirmare, duplicem

Altera solut. quintæ dubitationis.

plicem qic esse sensum literalem, alterum præcipuum de Angelis, quem tradidit Spiritus sanctus per Apostolum: alterum minùs principalem de igne, & ventis, quorum ministerio Deus vti cõsueuit cùm voluit: quem sensum alio loco latè sumus persecuti. Non ergo malè solueret, qui assereret, in mystico sensu hunc locum à Paulo allatum, cùm probabilis sit, & Scripturis consonus, & à tanto Apostolo productus, qui signis, & sapientia, & vitæ sanctitate ostendebat se à Deo missum tanquam verum & fidelem sacrarum literarum interpretẽ. Et de his hactenus.

Tripliciter Paulus verũ, atque legitimum Scripturarum se declarauit interpretem

DISPVTATIO VIII.

In qua omnia testimonia, quę in hoc Capite continentur, nimirùm: *Ad Filium autẽ, Thronus tuus Deus, in seculum seculi: Virga directionis, virga regni tui, &c. &: Tu in principio, Domine, terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes; & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur, &c.* **in finem vsque capitis ediseruntur, & explicantur.**

Scopus Apostoli.

PERSTAT adhuc Apostolus in demonstranda per sacras literas Christi præ Angelis excellentia: & idcircò cùm antè dixisset: *Et ad Angelos quidẽ dicit: Qui facit Angelos suos spiritus*; ita opponendo ait: *Ad Filium autem, Thronus tuus Deus, &c.* In quibus verbis primùm dubitatur in hoc testimonio, quod conflatur ex duobus versibus Dauidis, ex Psalmo 44. quia vidẽtur omnia illa de Christo interpretari vt homo est, maximè si Deus sit Nominandi casus, vt sit sensus: Thronus tuus Deus est, atque ille quidẽ Deus tuus. Dubium quoque est, quomodò sit explicandum aduerbiũ, Propterea? an vt reddat causã, an vt à posteriori argumentetur, vt ab effectu. In secundo testimonio circa illud: *Tu in principio, Domine, terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli*, obijci possetà Rabbinis contra Paulum, quòd ibi est sermo de Deo, non de Messia; & quod est Psalmus pœnitentiã agentis, siue lugentis peccata. Adhæc in tertio, quomodò possũt perire cœli, qui Aristoteli sunt neq; generationi, neque corruptioni obnoxij? & quales sunt isti cœli, aërei ne, qui diluuio perierunt, & igne perituri dicuntur, an reuera supremi illi & cœlestes orbes, & qui quinta essentia à Philosopho vocantur.

Psal. 44.

Primum ambiguum.

Secundum.

Tertium.

In quarto testimonio, in verbis illis: Sede à dextris meis, posset in dubium reuocari, quoniã Rabbini alios sensus illi loco tribuunt. Loquitur enim, aiunt, aut Deus pater Abrahæ, aut Dauidi Regi. Prætereà sextò, quomodò Messiam permittit sedere ad eius dexteram, cùm eundem honorẽ, quicunq; ille sit, tribuat Apostolus in alio loco iustis & pijs hominib⁹? Ait

Quartum. *Philosoph⁹ lib. 2. de Cœlo, text. 3. tom. 2. Idem lib. 1. de Cœlo. à tex. 7.*

Quintum.

Sextum.

Epheſ.2.

enim ad Epheſ. *Conreſuſcitauit,& conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu.* Et alibi: *Qui vicerit, dabo ei ſedere in throno meo, ſicut ego vici,& ſedi in throno Patris mei.* Septimò in poſtremis verbis: *Nónne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus,&c.* dubium occurrit ex doctrina B.Dionyſij Areopagitę Pauli Apoſtoli diſcipuli, qui tradit, Angelos primæ & ſecundæ hierarchiæ nunquam ad nos mitti. Hi igitur ſeptem ſunt ſcrupuli circa hæc verba, digni prorſus qui reſoluantur: ante quos omnes præcedere poſſet alia dubitatio, quorſum videlicèt Apoſtolus tot teſtimonijs apud fideles Hebręos Chriſti cauſam de eius eminentia, ac diuinitate agere voluerit, cùm ſatis eſſet vnum aut alterum. Fruſtra autẽ, vt dici ſolet, fit pluribus, quod poteſt effici paucioribus.

Septimum.

B. Dionyſ. de Cœleſti hierar.cap. 13. ſub ini. & alibi.

Octauum atque poſtremum.

Sed vt ad hanc primùm dubitationem reſpondeamus, aſſerimus, Apoſtolum, hanc de Chriſti magnitudine ſententiam confirmatiſsimã reddere voluiſſe,& illam cordibus Hebræorũ credentium imprimere, ac proinde tot accumulaſſe teſtimonia, vt ne vllus quidem ſcrupulus de ea penes eos reſideret. Deinde non ſolùm optabat de re tanta nos eſſe certos, ſed etiam Scripturarum ſenſus nobis aperire, vt faciliùs poſſemus Chriſtum in occultis,& abditis Scripturis innenire. Item ſicut Chriſtus ſuſcitatus à mortuis, Apoſtolis aperuit ſenſum vt intelligerent Scripturas: & incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant: ita inſtructiſsimus, & peritiſsimus Paulus Chriſtũ æmulatus, idem efficere tanto teſtimoniorum aceruo conatus eſt. Et hęc de vltima dubitatione.

Ad octauam quæſtionem.

Cur tot Apoſtolus, cùm vnum ſufficeret, ad Chriſti diuinitatẽ comprobandã, attulerit teſtimonia Scripturarũ

Secũda ratio

Tertia.

Lucæ vlt.

Ibidem.

In primo teſtimonio conſtante ex duobus Dauidis verſibus: *Ad Filium autem, thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi: virga æquitatis, virga regni tui;* &: *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus,&c.* primùm eſt id explicãdum, quod ait, Ad Filium. Et perinde eſt ac dicere, De Filio autem. Sicut quod paullò antè dixit: Et ad Angelos quidem dicit, pro, De Angelis autem teſtatur. Ita Lucæ 19. *Ait Ieſus ad Zachæũ, Quia hodie ſalus domui huic facta eſt:* pro eo quod eſt, Dixit Ieſus de Zachæo: quæ dicendi phraſis frequens eſt in nouo Teſtamento,& præſertim apud Paulum, quam Haymo noſter hoc loco non ignorauit.

Ad primam quæſtionem

Illud: Thronus tuus Deꝰ &c. quomodo ad diuinã Chriſti naturã pertineat.

Pſalm. 44.

Quòd verò Pſalmus quadrageſimꝰ quartus nihil ſit aliud quàm Epithalamium, quod olim Dauid Propheta myſteriorũ præſcius cecinit de Verbo æterno ſponſo coniungendo cum Eccleſia ſua ſponſa, ad excitandam in ſe, & in omnibus lectoribus fidem Meſsiæ,& lætitiam de eius aduentu: docet vniuerſus Rabbinorum antiquorum cœtus,& iuniores Rabbini, vt Dauid Kimhi, Auen-Eſra, Salomõ. Confirmat etiam Ionathas paraphraſtes Chaldæus, qui deliteſcentes in Scripturis ſenſus de Meſsia aperire conſueuit. Idem tradunt vniuerſi Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ Patres, tam Græci, quàm Latini. Sed ſuper omnes ſatis nobis eſſe debebat vna Pauli ſententia, quæ eius Pſalmi verſiculos Meſsiæ ita applicauit, vt alteri competere poſſe non videatur. Et idem corroboratur ex titulo præfixo, In finem (ſiue vt Græca habent, ΝΙΚΟΠΟΙΩ̃, & Hebræa, Lammazeah, hoc eſt, Vincenti, vel Victori) pro ijs qui commutabuntur in filijs Core ad intellectum canticum pro dilecto. Hieronymus putat, ijs verbis ſignificari carmen triumphale, quod caneretur in tẽplo pro victoria de hoſtibus parta: vt mera ſit fabula quod noſtri Iudæi aſſerũt, hoc canticum de nuptijs Aſſueri & Eſther fuiſſe cantatum; alij autem in nuptijs filiæ Pharaonis cum Salomone. Sed proprium eſt Iudæorũ & hæreticorũ ex ſpiritu carnem efficere: ſicut filiorum Dei, qui ſpiritu Dei aguntur, carnem in ſpiritum conuertere.

Ad aliquem loqui, vel dicere, quid more Hebręo. *Lucæ 19.*

Pſalmũ 44. ad Chriſtum tãtummodò & eius ſponſam Eccleſiã pertinere oſtenditur multiplici teſtimonio.

Ionathæ Chaldæa paraphraſis quid propriũ habeat.

Eius Pſalmi titulus qualis.

Hieron. in dictũ Pſal. in princip. epiſt. 140. init. tom.3.

Iudæi de illo Pſalmo,& hæretici carnales & impuri quid ſentiãt.

Quòd autem omnia Pſalmi huius verba ad Humanitatẽ referenda ſint, verum non eſt. Nam in primis illud nomen, Deus, non eſt in Nominandi caſu poſitum, vt putauit Eraſmus, ſed

Illorum & filiorum Dei conditio omninò contraria. *Rom. 8.*

Attica

Attica phrasi est Vocatiuus; nam illi Nominatiuis pro Vocandi casibus vti cõsueuerũt. Quòd si obicias; Si, Deus, est Vocandi casus, quomodò Deus habet Deum? ait enim: *Thronus tuus, ò Deus, Deus tuus.*

Prima ratio.

Si Christus est Deus, thronus eius quomodo Deus est.

Dicendum est, Christum quatenus homo est, Deum habere, non quatenus Deus est, & Dei filius, non enim habet alium Deum distinctum à se ipso, sed aliam personam, hoc est Patrẽ. Prætereà, in Scripturis non habemus quòd ipse Deus sit thronus, vel sedes Messię: sicut cùm loquimur de ordine Angelorum qui dicuntur Throni, & de homine iusto, de quo dicitur: *Anima iusti sedes est sapientiæ.*

Secunda.

Tertiò, quod ait: *Sedes tua Deus in seculum seculi*, designat regnum Christi æternũ, quod puri hominis esse nequit, & supplendum est aliquod verbum: *Thronus tuus Deus in seculum seculi*, scilicet stabilietur, vel firmabitur. Et per Metonymiã thronus, in quo Rex sedere solet, pro regno accipitur: nam vt Cathedra, sedes est Doctoris, & magistri docẽtis; Tribunal verò iudicis ius dicẽtis, ita solium, & Thronus, Regis est regnantis.

Tertia.

Throni, Cathedræ, sedis & Tribunalis propria significatio.

Sequitur: *Virga æquitatis, vel directionis, virga regni tui.* Id est, potestas tua regia, quæ per virgam, vel per sceptrũ significatur, sicut priùs per thronum, iustitia & æquitate nititur. Et directionem ad vitam explicat Paulus esse æquitatẽ; quæ nihil est aliud quã iuris moderatio: non enim summo iure regit nos, & sæpè bona voluntate nostra contentus est: & pauca obsequia multis, & amplis remunerat præmijs pro munificentia sua. Et hac virga iustam vindictam malis retribuet: ipse enim per se ipsum veniet ad hoc iudicium, siquidem omne iudicium datum est illi à Patre, & reddet vnicuique prout gessit in corpore. Raro siquidem in sacris literis de Christi Humanitate fit mentio, quin etiã fiat de Diuinitate; vt quantum amor in Christũ, vt homo est, excitatur, ex eo quòd caro nostra, & frater est; ita etiã timor & reuerentia, atq; honorificẽtia, quæ tantæ maiestati debetur, à nobis exprimatur. ¶ Est autem hoc modo litera huius clausulæ construenda. Virga regni tui, est virga directionis: quod in Græcis articulus appositus regno, & nõ directioni ostẽdit: Ραβδος ευθυτητος ἡ ραβδος της βασιλειας σου. Simlie est illud, quod in alio loco dicit: *Cinerem tanquã panẽ manducabã*; id est manducabam panem tanquam cinerem. Et id quod paulò antè produximus: *Qui facit Angelos suos, spiritus, &c.*

Explicatur id: Virga æquitatis, vel directionis, virga regni tui.

Quid sit æquitas.

Subdit: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus aleo lætitiæ, seu exultationis.* Præteritum posuit pro futuro, vnxit, pro, vnget, vt notat Damascenus. Vngebantur olim Reges, Sacerdotes, & Prophetæ: at Christus à Patre est vnctus in Regem, Sacerdotem, & Prophetã, vt omnibus modis dicatur vnctus, siue Christus, siue Messias.

Et addit: *Deus, Deus tuus.* Quorum primum verbum Deus, in vocandi casu est accipiendum, vt docet Hieronymus ad Principiam Virginem: aliòqui nulla dignitas Christo in illis verbis tribueretur. Et ita Aquila in vocandi casu Θεὲ, & non Θεὸς, transtulit: quã quàm si in Nominandi casu Θεὸς diceretur, vt diximus superiùs, Nominandi casus pro Vocandi Atticè acciperetur. Et ita ter in illo Psalmo Messias dicitur Deus: nam apostraphans ad Messiam dixit: *Thronus tuus Deus, in seculum seculi*: Et cum secundò ait: *Vnxi, te Deus, Deus tuus*: & denique tertiò, cum inferiùs ait, *Et cõcupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabũt eum.*

Eadem sentẽtia (vt licet, Virga directionis, virga regni tui) vt sit ordinãda.

Psalm. 101.

Qui vngerẽturi; & quot modis Christum vnxerit Deus.

Damasc. lib. 4. de Ortho. fide ca. 6. in fine.

Illud: Deus, Deus tuus, quomodo accipiẽdum sit secundũ Hieronymum.

Hieronym. epist. 109. to. 3. remotius à prin.

In hoc Psal. 44. quoties Christũ Deũ agnouerit Propheta.

Oleum verò exultationis, & gaudij, vocat Spiritum sanctum, & plenitudinem gratiarum eius: de quo B. Petrus dixit: *Quem vnxit Deus Spiritu sancto, & virtute.* ¶ Si petas, de qua re sit conceptum hoc gaudiũ? De Christi victoria contra Iudęos: de triũpho contra hostes nostros capitales, hoc est Dæmonem, Mundum, Carnem, & Mortem: de spoliorum ablatione, de manu hostis, de inferorum traductione, & apertione cœlorum; de ingressu cum triumpho in gloriam.

Quid oleum exultationis quo vnxit Christũ Deus

Act. 10.

Quæ causa eius gaudij seu exultationis extiterit.

Coloss. 1.

Adiungit: *Præ consortibus, vel,*

Ioann. 5.
2. Cor. 5.
De humana Christi natura & diuina, Scripturę fere è sẽper cur mixtim loquãtur.

Præ quibus participibus, & quare Christus fuerit vnctus.

Ioann.1.

1.Ion. 2.

Baptismalis sacrochrisma te vnctionis in vertice, & fronte fidelium causa.

Ad secundã quæstionem. De particula Propterea, causã hoc loco, an effectũ denotet.

Hier. supra dicto loco.

Matt. 28.

Hebr. 5. Christus iustitiã dilexerit (vt ait Propheta) & oderit iniquitatẽ potissimum quando.

Alter sensus.

Diuini olei, id est gratiæ Dei, efficacia.

Ad II. quæst. Hæc verba: Tu in principio Domine terrã fũdasti, & reliqua Dei soli⁹ propria, ad Messiã quomodo pertineant, Pœnitẽtialis præsertim cũ ille sit Psalm⁹.

præ participibus tuis. Id est præ omnibus, qui d- tuo Spiritu, & donis participarunt. Nam de plenitudine omnes partem accepimus, nemo totam plenitudinẽ præter ipsum. Ideò Christiani nuncupamur, quasi participes vnctionis, de quibus Dilectus: *Et vos vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis*. Hinc est, quòd in Baptismo vngitur Christianus in vertice, & in fronte, chrismate, dum Confirmatur: & indiuersis corporis partibus oleo linitur, ad extremum cum morte, & eius timore agonem.

Dubium autem est, an aduerbium Propterea, causale sit, an verò signũ, & effectum à posteriori designet. Hieronymus in Psalmum 44. interpretatur esse causam, & vnctionem intelligendam de gloria corporis, de dominatu cœli, & terræ, & de potestate data in cœlo, & in terra, & de adoratione Latriæ quam promeruit, ademum de potestate iudiciaria: Quę omniaet si per incarnationem debita sibi reddiderit; in altari tamen Crucis Patri se offerens, denuò promeritus est. Nam ibi tunc propiê dilexit iustitiã, hoc est iustos, & odiũ habuit iniquitatis, siue iniquorum. Tunc etiã seruauit iustitiam, dando Patri gloriam, & pretium nostræ redemptionis, & nobis indebitam misericordiam; Diabolo autem, meritas à se pœnas, & imperium eius spoliando. Et ita locus ad Philipen. 2. explicatio est præsentis loci. ¶ Alij verò putant Apostolũ argumentari ab effectu, & signo gratiæ Dei. Nam ob id Christus à momẽto incarnationis plenissima gratia vnctus fuit; vt posset illa opera tan sancta, & heroica præstare. Vt sit sensus: Propter hoc, videlicèt vt diligeres iustitiam, & odio haberes iniquitatem, vnxit te Deus præ participibus tuis. Est enim natura huius olei, quod est charitas, siue Dei gratia, vt quisquis Deo sit vnctus, non possit non diligere iustitiam, & odisse peccatum.

In secundo testimonio producto ex Psalmo 101. &, Tu in principio Domine terram fundasti, &c. dubitatum fuit, quomodo Paulus id ad Messiam accommodauerit, cùm ad Deum pertinere videatur. Ad quod dicimus, nos non negare Psalmum esse pœnitentialem; sed confitemur potuisse Dauidem peccatorem orantem, & se ad Messiam filium Dei, & Iehouah appellatum conuertere, ad quem persępé preces fundere solebat, non ignorans aliquando per illum omnibus assecuturam peccatorum remissionem. Vnde & in alio loco dicitur: *Quia apud Dominũ misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius*: & alibi: *Cũ auerterit Dominus captiuitatem plebis, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.* Loquitur de captiuitate quæ est à peccato, & à Diabolo, quæ fit per iustificationem: cuius fructus est gaudiũ, pax &c. Testantur autem illum Psalmum de Messia intelligendum versus 13. 14. & 16. Non repugnat etiam, peccatorem se coram Deo humiliantem, & peccatum confitentem cognoscere, quòd in eum peccauerit, qui mundũ condidit, qui immortalis est & æternus. Ait ergo: *Tu in principio Domine terram fundasti.* Vbi primùm expẽde, vocem, Domine, non esse in Hebræo, esse tamen in Paulo, & in Septuaginta, qui illos perpetuò sequitur, & illa vox addita est maioris claritatis gratia: sicut etiam Esaiæ. 51. *Domine, quis credidit auditui nostro?* Vbi etiam verbum, Domine, non est in Hebræo. Deinde perspice, his verbis docere Apostolum quod præmiserat, nempe, Per quem fecit & secula. Et ita indicat Christi potentiam, æternitatem, & immutabilitatem. Cùm autem duo extent in Genesi principia, vnum æuiternorum, & æui, cum dicitur: *In principio creauit Deus cœlum & terram*, id est Angelos, & materiam primam, vt multi Patres interpretantur, & materiæ illius informis periphrasis verba sint quæ sequuntur: *Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi, & Spiritus Domini ferebatur super aquas:* aliud verò sit principium temporis, cum dixit: *Fiat lux, & facta est lux: factumque est vespere & mane dies vnus*, vel primus: Hoc loco

Prima solut.

Psalm. 129.

Psalm. 13.

Quã auerterit Deus captiuitatẽ â plebe sua, & quomodo.

Rom. 14.

Altera solutio prædictę quæstionis.

Verbũ illud. Domine, in dicto testimonio â 70. cur additum.

Esaiæ. 53.

Diuinæ tres perfectiones Christo propositis in verbis à Paulo attributæ.

Genes. 1.

Duplex principium rerum creatarum ex presſum in Genesi.

De quo illorum principio fit sermo apud Prophetã, cũ ait: Tu in principio Domine terram fundasti.
Sap.11.
Psalm.103.
Opera creationis manibus & digitis Dei cur fieri dicantur more Scripturę.
Psalm.8.

Quid etiãmanuum Dei appellatione significare Propheta voluerit: & opera, inquot manum tuarum sunt cœli.
Ad IIII quę.
De eo quod cœli suapte natura incorruptibiles secundũ Philosophum perituri dicũtur.
Euseb.to.1.
De hac re Platonis opinio Scripturæ cõsentanea.

Dauid ad hoc Principium secundum spectat, cum ait, *Tu in principio illo tẽporis terram fundasti*, nimirum ex materia illa inuisa, siue informi, vt dicitur Sap.11. condendo omnia elementa, vt scilicèt staret, & noninclinaretur in seculum seculi, sed super eam quasi in centrum grauitatis mundi cętera stabilirentur.

Et in manibus, per metaphoram significatur operationis propositæ executio, quia sunt propia operationis organa: sicut alibi ait: *Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum.* Ob admiranda enim opera quæ in cœlis cernuntur, digitis tribuit Diuinis eorum conditionem, quia digitis nonnisi magna, subtilia, & admirabilia operamur. Et per manus excluſit Angelos à virtute creandi: quoniã quod nos manibus nostris operamur, nullo alteri⁹ auxilio facere videmur. ¶Et per duo extrema cœli, & terræ, id est centri, & circunferentiæ, intellige vniuersa, quæ in cœlis, & terra, & alijs elementis continentur.

Sequitur: *Ipsi peribunt, tu autem permanebis.* Dubitatum fuit, quomodo incorruptibiles, & ingenerabiles cœli secundùm Philosophum dicantur perituri: quanquã Plato secutus Dei verbum, generabiles posuerit, & corruptibiles. Tradit enim Eusebius lib. 11. de Præparat. Euangelic. cap.17. de Platone hæc verba: *Et rursus: Erit cœlum nouum, & terra noua.* Audi quomodo Plato etiam hoc dogma comprobauit in Timæo, dicens: *Constituit cœlum visibile, atque tangibile, & propter hæc, ex istis, & talibus, & ex quatuor numero, mundi corpus factum est, proportione conueniens, à cæteris omnibus indissolubile, præterquàm ab eo qui colligauit.* Et post pauca: *Tempus igitur cum cœlo factum est, vt simul facta, simul etiam dissoluantur, si quando solutio quædam ipsorum fiet.* Et post pauca subijcit: *Quod ligatum est solubile est, quamuis si bene aptatum, beneque ligatum soluere vult, bonus non sit. Quare*, inquit, *Deo attribuens verba: Dij, quorum ego creator, ac pater sum, quoniam facti estis, immortales quidem non eritis, nec indissolubiles omnino. Non ergo dissoluemini, nec in mortem deducemini, maiore vinculo colligati.* Hæc ille.

Sed ad rem, quæstio est, quomodo peribunt cœli? Respondent quidam, cessando à motu, & ab influxu qualitatum quas operãtur, vt asserit Augustinus lib.20. de Ciuita. Dei, cap. 19. & 24. Sed si veritatem amamus, cõtra hoc aliquid dici posset. Nã cum moueri, & nõ moueri, sit cœlis extrinsecũ, iã cœli essent incorruptibiles se cũdũ subſtantiã, ac proinde ingenerabiles, cũ constet illos conditos fuisse. Deinde durum est, ac violentũ, quòd perire ac veterascere, atteri, & deficere, nihil aliud sit, quàm à motu cessare: nam veterascere, propriè est ad intertitum tendere, vt in hac epistola docet Apostolus: *Quod autẽ*, inquit, *antiquatur & senescit, prope interitum est.* Tertiò contra hoc facit, quod Petrus in secunda epistola scribit: *Aduenieniet dies Domini vt fur: in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.* Et infrà: *Expectantes, & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent: Nouos verò cœlos, & nouam terrã, secundùm promissa ipsius expectamus.* Vides igitur elementa, in quibus includitur aer, seiuncta à cœlo? Et sicut elementa, & terra, quantum ad formã, quæ pars subſtantiæ est, innouabũtur, ita etiam cœli. Atque hæc mihi dicũtur propter eos, qui de cœlis aërijs hęc dicta putant. Quartò, quoties in Scripturis cœlum implurari ponitur, non solet capi pro aërio cœlo: nec etiam quando ponitur in singulari, quando illi terra opponitur. Cùm autem hìc dicatur, cœlos ardentes soluẽdos, & illis opponatur terra, proculdubio pro aërijs cœlis non potest vsurpari, sicut nec cùm dicitur: *Cœlũ cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum*; &, *Tu in principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli*: & Dominus, *Cœlum, & terra transibunt*: non ergo de aërijs, sed de sublimib⁹, & veris cœlis, sicut de vera

I Opinio de cœlis quomodo peribunt.

B. Aug.to.5.

Improbatur multiplici ratione.

I. & secunda

Heb.1.

Tertia à Petri testimon.
2.Petr.3.

Ibidem.

Esaiæ 65.
Apoc.21.

Quaataratio

Cœlũ in Scripturis quandocunque nõ aerium, sed tãtum cœlestes indicet orbes.
Psalm.113.
Psalm.101.
Matth.24.

terra,

Quinta ratio *B. Chryſo. ſerm.14. ante med.t. 4. in princ. Clem.Rom.* Soluitur illud ex Philoſopho; Cœlum non eſt ſuſceptiuũ peregrinarũ impreſſionum.

Ariſt.2. de cœlo, tex.c. 3. tom.2. Ouid.lib.1. Metamorpho. inter mediũ circiter & initium.

Si cœli vt olim in diluuio conſtiterũt, ita in finem mũdi, teſte Petro, de aqua & per aquam cõſiſtẽt Dei verbo, igitur quomodo peribunt.

Geneſ.2. Ibidem.

Quis ille mũdus extinctꝰ diluuio.

Ioan.12. 2.Cor.5.

In eo quod cœli de aqua & per aquam dicuntur cõſiſtere, quid ſignificetur.

Geneſ.1. Duplex cœlorũ interitus.

terra, loquitur Petrus. Quintò huius ſententia eſt Chryſoſtomus in caput 8. ad Romanos, & Petrus apud Clementem lib.3. Recognit. vbi obiectis Simonis Magi reſpondet.

Nec obſtat quòd cœlum non ſit ſuſceptiuum peregrinarum impreſſionum, vt Philoſophus docet: quia ignis vt Diuinæ inſtrumentum potentiæ, in cœlos aget, vt dixit Petrus. Imò etiã Ouidio non fuit hoc incognitũ: accepit enim ex Sibylla illud;

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Quòd ſi obijcias ex eodẽ B. Petro: *Latet enim eos hoc volentes, quòd cœli erant prius & terra, de aqua, & per aquã conſiſtentes Dei verbo: Per quem ille tunc mundus aqua inundatus periit: Cœli autem qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in die iudicij, & perditionis impiorum hominum.* Vt igitur ibi mundus interijt per aquã, nec propterea cœli, vel terra quicquã paſsi ſunt, quod ad ſubſtantiam attinet, niſi tantùm quindecim cubitis aſcendit ſuper montes altiſsimos: ita erit de mundi per ignẽ interitu, quia in ſubſtantia nihil offendetur, aut patietur. Reſpondemus, ibi mundum homines ſignificare: quemadmodum dicimus: Mundus Imperio Romano ſubiectus eſt, vel mundus ad fidem Chriſti conuerſus. Sicut quod dicitur in Euangelio: *Ecce mũdus totus poſt eũ abijt*: & Paulꝰ, *Deus erat in Chriſto mũdum reconcilians ſibi.* His enim in locis mundi nomine veniunt homines mũdum incolentes, non autem elementa, vel cœli, ſed vt ipſe Apoſtolus inferiùs explicat, perditionis impiorũ hominum.

Et rectè dixit, cœlos de aqua, & per aquam conſiſtere, alludens ad nomen Hebreũ cœlorum שָׁמַיִם Schamaijm, quod ab aqua deriuatum eſt. Et alludit etiam ad illud; Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, hoc eſt cœlos ſuperiores ab inferioribus. Cœli ergo peribunt nõ tantùm per ceſſationem à motu, ſed per hoc quòd exuent formam ſubſtãtialem præſentem, & induent aliã excellentiorem, vt poſsint dici cœli noui, & terra noua. Neque vera eſt expoſitio: Peribunt, id eſt Deo volente perannihilationẽ perire poſſunt: quia hoc etiam ipſis Angelis, & animis immortalibus proprium eſt. Et hìc non loquitur de potentia Dei in cœlos, ſed de eo quod actu habituri ſunt.

Alter a opinio de modo, quo cœli peribũt, parum ſolida atque probabilis.

Sequitur in Textu: *Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur.* Quod de ſolo motu loci intelligi nõ poteſt: nõ enim verè mutari, nec alia res fieri dicitur ea ſolum ratione, quòd ceſſat à motu, ſed de magna alteratione, & corruptione. ¶ *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.* Alloquitur Chriſtum hominẽ, qui vbi reſurrexit à mortuis, iam mors, vel corruptio in illum ius vllum non habet, neque dominium: & ideò ſemper eſt idem, & nõ mutatur. Ex qua immutabilitate elicitur, quòd anni eius nõ deficiẽt, id eſt, duratio eius perpetua erit (accipiẽdo ſpeciẽ pro genere) ſed in ſua carne immortali iudicaturus eſt omnes. De nulla autem creatura dici poteſt, quòd ſit eadem, quia modò fit, modo eſt, modò augetur: nunc perficitur, nunc minuitur, & denique nunc interit. Angelus etiam modò vnus eſt per vnum affectum, modò alius per alium, quem de integro induit; & ita habet ſuam ſpiritualẽ mutationẽ, vt idẽ omnino dici nequeat. Solùs verò Deus vnus & idem ſemper eſt, quia ſubſtantia eſt eadem, & cogitationes, & voluntates eædẽ, & omnino, ac per omnia immutabilis.

Mutatio cœlorum velut amictus quæ tantùm ſit ſuperficies.

Illud: Tu autem idẽ ipſe es, & anni tui non deficient, in Chriſto quãdo verum.

Creaturã omnem, etiã Angelicam, eſſe mutabilẽ, nec ſemper eandem.

Ad quartum teſtimonium in illis verbis: Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis. Vbi primùm perpende, argumenrum ſumi à negatiua, vt ſuperiùs cùm dixit: *Cui enim dixit aliquando Angelorũ, Filius meus es tu?* Sed ad hoc idem reſpondendum eſt, quod in ſuperiori teſtimonio tuẽdo aſſeruimus. Et in his verbis non tantũ eſt negatio, ſed etiã affirmatio: nam teſtatur à Dauide eſſe dictum, vt ſedeat ad dexteram Dei,

Deus cur ſic ſemperidem, & eius anni nunquam deficiant.

Hęc Pauli argumẽtatio negatiua: Ad quẽ autẽ Angelorũ dixit aliquãdo: Sede à dextris meis &c. quam ſit efficax.

Christo cur dictū: Sede à dextris meis, & quid sit.

& hoc asserit non esse scriptum de aliquo Angelo: illi ergo non sunt euecti ad æqualitatem honoris Dei, per illã metaphoram designati. Ideò non dixit, Sede ad caput, vel ad pedes, sed ad dexterã meam; id est, esto mihi æqualis in honore, & mecum regna Nõ est ergo Angelorum munus Ecclesiæ dominari, sed illi ad nutum Domini Dei nostri ministrare: sunt enim cõfratres nostri, & conserui, non domini.

Quo simili Pauli argum. Petri primatus in Ecclesia ab hæreticis valeat extorqueri. *Ioan. 21. Luc. 22.*

Validum igitur est argumẽtum: nã simile in hæreticos iactare solemus: Nulli discipulorum nisi Petro dixit Christus: *Pasce oues meas*, &, *Confirma fratres tuos*: Petrus ergo cæteris præstat, ac vt pastor præcellit. ¶ Qui verò hæc verba Iudaicé detorquent, quasi dicta à Deo ad Abraham, vel ad Zorobabel, vel ad Dauid, ita vt populꝰ loquens dicat: Dixit Dominus Deus domino meo Dauid: *Sede à dextris meis*, hoc est, sit tibi maxima mea potestas: profectò spiritum Iudaicũ induunt isti, & ex nostris quidã, qui hãc expositionem sequuntur. Et sanè pudore deberẽt suffundi, qui id tribuũt homini mortali, quod Paulus grandius esse dicit, quàm vt aptari possit cuipiam Angelorum. Et Iudæi, dum Christus viueret, Psalmũ hũc de Messia intelligebant, etsi ignorarent qua ratione diceretur Messias filius Dauidis, & eiusdem Dominus. Ignorabãt enim duas in Christo naturas.

I. Sẽsus illiꝰ sentẽtiæ, nẽpè Iudæi zantium.

Iudæi Messiã esse Filiũ Dauid quomodo nescierint.

Ad literam ergo Dauid de Messia post resurrectionem, & ipsius in cœlos ascensionem, ait, Patrem Dominũ Filio Domino dixisse: *Sede à dextris meis*: quod docet aparte c. 1. ad Ephes. & in 2. capite Actorum tradit Lucas, & Marcus, qui habet: *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedit à dextris Dei.* Vt interim missa faciam quæ Christus Matt. 22. disputauit ex his verbis cõtra Iudæos, & paraphrasis Chaldææ versionem, quæ habet: *Dixit Dominus Messiæ, Sede à dextris meis*. Adde, vniuersa quæ in illo Psalmo canuntur, mirificè Christo quadrare, maximè illud quod sequitur: *Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.* Id est: tam plena erit subiectio dæmonum, impiorum, & infidelium: qui sibi modò aliquid esse videntur, & in Christũ repugnãt, vt omnes illi captiui futuri sint sub pedibus eius.

Alter sensus verus, omni que acceptione dignus.

Ephes. 1. Act. 2. Matth. vlt.

Et notandum, Patrem vltionẽ sum psisse de inimicis Christi, non autem ipsum Christum: quod ad nostram instructionem scriptum esse videtur. Si enim Christus noluit vlcisci inimicos suos, cui potestas non deerat; multo minus nos, qui sæpè non possumus, & viribus destituimur: quare Deo debemus vindictã relinquere, iuxta illud: *Mihi vindictã, & ego retribuãt.* Deinde, vt intelligamus Patris zelum pro Filio, ne quis putet inultum abiturũ eũ, qui cõtradicit Filio suo. Quare apud Mosen dixit: *Ponã verba mea in ore eiº, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam.* Tertiò, voluit Deus vindictã à nobis agnosci, non humanam, sed diuinam futuram.

Confirmatur ille duplicitate.

Deut. 32. Rom. 12. Heb. 12.

II. Ratio. *Deut. 18.*

Tertia ratio.

¶ Quòd si obijcias, alios quoq; homines eandem dignitatem sedẽdi ad dexterã Dei habituros, iuxta id: *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.* Et ipse Apostolꝰ: *Et conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu.* Sed responsio est in promptu: alter enim est gradus Christi in hac sessione, alter cæterorum, qui illi hærent, & plenitudinis eius sunt participes. Ipse enim supremo gradu Deus est, ac Dei Filius, Iudex, Pastor, Rex, Lux; sed nos longo post illum interuallo dij, & filij Dei, sed adoptione vocamur: iudices, & pastores, sed in gregibus particularibus, & causis limitatis, & ad tempus. Imò quod nos ipsi vicimus, & promeriti sumus sedere in throno eius, dono, & gratia ipsius obtinuimus. Et magis ipse sedet in sedẽtibus in throno suo, quàm sedentes ipsi. Quanquã locus ille ad Ephes. 2. possit recipere aliam responsionem: quòd vt in Christo suscitato conr suscitauit nos, ita consedere fecit nos in ipso Christo, quæ summa dignitas fuit, & naturam

Ad VI. dub.

Apoc. 3.

Ephes. 2.

Christi prærogatiuæ.

Quid significet: Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum.

Id Apostoli: Et conresuscitauit, & cõsedere fecit in cœlestibus &c. qualẽ sensum habeat.

humanam

humanam in excelsum honoris gradum euexit, & in spem certam aliquã do idem nos quoque vt eius membra obtenturos.

Ad illam quæstionem, quomodò omnes Angeli sint administratorij spiritus, & quomodò non obstet magnus Dionysius, qui de vltima hierarchia, & vltimo ordine secundę tantùm ad nos mitti testatur, hoc est ex quatuor postremis ordinibus, non autem ex quinque superioribus: respõdendum est, quòd cùm Esaiæ 6. legamus, Angelum Seraphinum ad purgandum Prophetam missum fuisse, & Cherubinis datam custodiã paradisi terrestris, non video quid opus sit ad glossas confugere, negando illos supremos mitti. Certè Apostolus Dionysij magister fuit, & Doctor, & in vniuersum simpliciter ait: *Omnes sunt administratorij spiritus, & in ministeriũ missi*. Prætereà Gabrielem de supremo ordine Seraphim fuisse credibile est, quia vocatur à Patribus Archangelus, non in eo sensu quo ponitur secundus Angelorum, sed in eo quo designãtur supremi inter omnes Angelos. Vnde Luc. 1. dixit: *Ego sum Gabriel qui asto ante Deum*: & Raphael ad Tobiam missus ait: *Ego sum Raphael Angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum*: de quibus etiam Dilectus ait: *Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt*. Sicut ergo Michael in epistola canonica Iudæ dicitur Archãgelus, & ab Apostolo 1. Thess. 3. quia Princeps est Angelorum supremus, & præest toti militiæ cœlesti tanquam dux & imperator; vnde & ante omnes Angelos primus ab Ecclesia inuocatur; tamen missus dicitur Dan. 10. Ita Gabriel illi quàm proximus, Archangeli nomen sortitus est. Est etiam alia ratio non minus solida. Constat enim Dei Filium, qui est magni consilij Angelus, siue Angelus testamenti, in propria persona ad nos missum fuisse, quò firmum Euangeliũ nobis annuntiaret: quid ergo vetat, ne etiam & supremi ordinis Angelos missos asseramus? Ad hæc difficile est seruare rationem, & nomen Angelo rum in quinque illis supremis ordinibus, cùm missi in persona ad renuntiandum aliquid nunquam legantur. Et ne omnino videamur sententiam Dion. deserere; affirmare possumus, illos quinque supremos ordines rariùs mitti, frequentiùs autem, & cõmuniùs ex alijs inferioribꝰ ordinibꝰ; vt ita salua sit sententia Apostolica, quę tradit, omnes in ministeriũ mitti.

Quod verò subiungit: *Propter eos qui hæreditatem capiũt salutis*, interpretãtur nonnulli, tantum esse Prædestinatos intelligendos, vt propter illos solos administrẽt: quod meo iudicio non satis solidè dicitur: quia omnibꝰ etiam non prędestinatis destinantur Angeli, quibus tamen hereditas possit obuenire. Diuina namque prouidẽtia omnibus prospexit de remedijs, & de protectione, & custodia Angelica, quę ad eam obtinendam vtilis est ac pernecessaria. Idcircò vniuersa Patrum Traditio docet, vnicuique à natiuitate traditum esse Angelum custodem, qui ad vitam æternam adipiscendam bona consilia suppeditet, & ad illa amplectenda solicitet. ¶ Et cũ ait: *Omnes sunt administratorij spiritus*, arguit à minori ad maius affirmatiuè. Nam si Angeli ministrant nobis, multo magis ergo Christo Domino: imò nonnisi propter illum nobis ad ministrant, siue per se, siue per alios quos mittunt: quemadmodum nemo iumento suo ministraret nisi propter se, vel propter Dominum, cui seruitium impendit.

Ad illud verò Danielis, quòd quidam dicuntur ministrãtes, alij verò assistentes: *Millia*, inquit, *millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei*: Dicendum est, nihil illam distinctionem obesse, quo minus ex assistentibus aliqui etiam mittantur, & administrent: nam & Raphael apud Tobiam, & Gabriel apud Lucam, ex assistentibus, vel astãtibus esse dicuntur, & tamen missi ad ministrãdum. Nec mirum: cùm ipse Dei Filius in propria persona venerit ad nobis ministrandum, etiam in re quæ videri posset sordidissima, de qua

Ad VII. dub. Si omnes sũt administratorij spiritus, vt verum sit dictũ Dion. Quatuor tantum ordinum inferiorum Angelos ad homines destinari.
Esaiæ. 6.
Genes. 3.
1. Ratio contra Dionysiũ.

Gabriel, Raphael, & Michael, quòd supremi sunt ordinis Angelorum.
Luc. 1.
Iob. 12.
Apoc. 1.
Iud.
1. Thes. 4.
Daniel. 10.
Secunda ratio.
Nile esse absurdi. ex primis ordinibus Angelos ad omnes mitti.
Esaiæ 9.
Malach. 3.
III. & vltim.

Dictum Dionysij propositũ saluatur.

Illud: Propter eos qui hereditatem capiũt salutis, de prædestinatis nõ posse solis intelligi.

Angelicæ custodiæ quis, hominis præcipuus finis.

Dicentis omnes Angelos administratorios esse spiritus, quale sit argumentum Apostoli.

Si Angeli omnes sunt administratorij spiritus, cur eorum alij Domino dicũtur assistere?
Dan. 7.
Tob. 12.
Luc. 1.
Christus nobis exhibuerit quàm vile ministerium.

superiùs

Hebr. 1.

superiùs dixit: Purgatione peccatorum per seipsum facta. Quantò minùs detrectabunt boni Dei serui, & confratres, & conserui nostri venire ad opem nobis ferendam? Et cùm ex innumerabili Angelorum exercitu tres tantùm Angeli in Scriptura Canonica innotescant, credibile non sit ex infimis Ordinibus esse: præsertim cùm Michaël olim esset princeps gentis Iudæorum, & nunc sit Ecclesiæ Dei custos, & Gabriel semper ad summa Verbi Dei negotia annuntianda destinatus sit, & Raphaël ad sanctum virum in via sua dirigendum, directus fuerit: qui meritò medicina Dei interpretatur, quoniam & iuniorem Tobiam à pisce deuorare volente eum custodiuit, & à domo vxoris, quam accepit, Asmodeũ expulit, ac relegauit in desertum, ne ampliùs noceret, & denique senioremTobiam à cæcitatis defectu curauit, & totam eius domum lætitia singulari impleuit.

Tobiæ 5. Raphael quid sonet.

Infra 6.

Infra 8.

Infra 11.

Angeli hominibus cur libenter inseruiant.

Daniel. 10. Summi illi Archangeli Michaël, & Gabriel quales sint Dei ministri.

DISPVTATIO IX.

In illa verba, cap. 2. *Propterea abundantiùs oportet obseruare nos ea quæ audiuimꝰ, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & si omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem; quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem. Quæ cũ initium accepisset enarrãdi per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est: contestante Deo signis & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundùm suam volũtatem, &c.* vsque ad illud: *Eum autẽ qui in modico quàm Angeli, minoratus est.*

Primum dubium.

IN his verbis more nostro in primis occurrit venari scopum, & quorsum dicat; *Propterea oportet nos abundantiùs obseruare, &c.* Deinde scrupulus se offert super illud: *Quæ cùm initium accepisset enarandi per Dominũ; ab eis qui audierunt in nos confirmata est:* ex quibus Caietanus accepit, Pauli non esse hãc epistolam, ex eò quòd connumerat se inter eos, qui non Egelium à Domino acceperint, sed ab his qui audierunt ab eo; cùm tamen ipse in principio epistolæ ad Galatas asserat, non ab hominibus, neque per hominem illud didicisse. Tertiò dubium est, quem vocet orbem terræ futurum Angelis non subiectum, & an sint plures mundi, cùm nouus, & posterior orbis à Christo sublato in cœlum, in diem vsque iudicij per eosdem Angelos administratorios spiritus æquè administretur atque præteritus. Quartò, quorsum ait: *Testatus est autem in quodam loco quis,* & cur non librum Psalmorum ex-

Secundum.

Caiet.

Tertiũ dub.

Quartum.

preſsit, aut Dauidem eorum autorem, vt Actor. primo à Petro dictum eſt: *Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid, &c.* & infrà: *Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum.* Quintò ambigitur, an Pſalmus ille octauus, qui producitur, de Domino loquatur, an de homine in ſtatu innocentiæ, an de eo in ſtatu peccati: an etiam de ſtatu gratiæ Euangelicæ, ac proinde de homine iam beato. Sextò, circa illa verba: *Minuiſti eum paullò minùs ab Angelis*, dubium exiſtit: quia quidam, vt Caietanus & Faber, volunt legi, paullò minùs à Deo, & ita contendit eſſe legendum in templis Faber Stapulenſis, an verò, ſicut Septuaginta, & Paulus allegant, ab Angelis. Hæc ſimul cum textu ipſo veniunt explicanda.

Actor. 1. — *Ibidem.* Quintum. — Sextum. — *Caietanus. Faber Stap.*

Ad primum igitur aſſerimus, mentem Pauli eſſe, Iudæos abducere à dogmate ſuo, quo partim Euangelio, partim Legi fidebant, quod Chriſto iniurium erat; ac proinde ſuper Angelos, & Prophetas exaltauerat, vt indicaret, omnes qui Chriſtum habẽt, ſine Moyſe & Lege omnia bona habere. Et hortationem facit efficacem ad obſeruandam Legem Euangelicam, quam Chriſtus per ſe diebus nouiſsimis locutus eſt, ſi illis periculum graue imminebat, qui Moyſis Legem per Angelos datam negligebant: quantò magis ſi Filius Dei ſalutaris, & Euangelica Lex contemneretur? Ideò incipit: *Propterea*, ſcilicèt, quia Filius Dei excellentior eſt omnibus Angelis. Et abũdantiùs, inquit, id eſt, maiori ſolicitudine, & cura, *Oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus* ſcilicet verba, non ſcripta: quia Chriſtus nihil ſcripſit, ſed verbo docuit, & multa per traditionem viuam ſine ſcripto tradidit: vt mera ſit hæreſis, quæ Scripturas de ſingulis à nobis repoſcit, cùm à Paulo ſcriptum ſit: *State, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtram.*

Soluitur prima dubitat. — Quò tendat Apoſtolus propoſitis in verbis. — *Exod. 19. Galat. 3.* — Cur Iudæi abundantiùs ea quę audierant, obſeruare deberent. — Contra hæreticos nihil non ſacris literis expreſsè traditum, recipere volentes. — *2. Theſſ. 2.* Quales eſſe velit Apoſtolus verbi Dei auditores.

Subdit: *Ne fortè perefluamus, aut paſsiuè perefluamur.* Hortatur nos, ſimiles eſſe vaſis obſtructis, quæ pretioſi vnguenti liquorem fideliter retinent: ita nos ſalutarem Chriſti doctrinã retineamus, ne nobis per obliuionem, aut per negligentiam, & incuria excidat: quemadmodùm vaſis effractis effluit vnguentum, quod colligere poſteà eſt valdè difficile. Perfluere etiam Latinè dicitur, qui auditum ſermonem non continet, vt Terentius ille Parmeno, qui dixit:

Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.

Et opponitur perfluere τῷ προσέχειν, id eſt, continere: & is qui continet, ipſi verbo Dei ſtabili, & permanẽti in æternum redditur perſimilis. Chryſoſtomꝰ accipit, Pereffluamus, pro, Dilabamur, vel inſtar aquæ dilabentis pereamus. ¶ *Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus.* Id eſt: Si quicquid interminatus eſt, rebus ipſis fuit expletum, & quicquid promiſit, fuit exhibitũ; quantò magis in Euangelio quod eſt Dei verbum? Et opponit ſermonem ſaluti, id eſt, Legem Euangelio. Erat enim Lex ſermo, ſed inefficax in ſe: vnde de ijs quæ inania putamus, ſolemus dicere, Sunt verba: Euangelium verò ſalus, id eſt, fides per gratiam cordi exhibita, & iuſtificans. Non enim bona temporalia promittit ſicut vetus Teſtamentum, ſed regnum cœlorũ.

Perfluat quis — *Terent. in Eunu.* — *Chryſ. hom. 3. in hanc epiſt. ante med. tom. 4.* — Legem Moyſi ſermonem, Euangelium verò ſalutẽ cur vocet Apoſtolus.

Põderat legem datam per ſeruos, Euangelium autem per Dominum: nam etſi vtraque doctrina à Deo profecta ſit, honor tamen maior habendus eſt nuntio Regis, & Legato Patris, quàm alijs ſeruis, qui ab eo mittuntur. Et hæc de primo.

Vtriuſq; Legis latores, Moſes & Meſſias componuntur.

Ad ſecundum dicimus, Euangelicã legẽ cœpiſſe à Domino ore proprio promulgari, deinde ab his qui audierunt Dominum, in nos communicatam, & confirmatam.

Secundi dubij ſolutio.

Quòd ſi obijcias: Vnde conſtare poteſt, illos ex ore Domini accepiſſe & enarrauiſſe? Reſpondet, inde liquidum fieri, quoniam Dominus conteſtatus eſt eorum ſermoni ſignis, & portentis; ita vt dici poſsit, nos quoque eundem loquentem audiuiſſe,

Circa id: Quæ (ſcilicet ſalus) cũ initium accepiſſet enarrãdi per Dñm, ab eis qui audierunt, in nos cõfirmata eſt, quomodo verũ ſit.

qui

qui doctrinæ Apostolicæ testimoniũ de cœlo dabat. Nam si vetus Testamentum non sine signis per Mosen est administratum; multò magis Nouum debuit omni virtutum, & signorum ostensione coruscare. Inde Dominus dixit, ea se signa, & opera feciſſe in Iudæis, quæ nemo alius fecit.

Exod. 19.

Ioan. 15.

Si Pauli est hæc epistola, ait Caietan. quomodo hîc se audiuisse, quod alibi se accepisse. Euangelium, traditur.

Prima solut. Theophylacti.

Altera solidior.

Actor. 9.

Galat. 1.

Ad illud verò, quod ex Caietano est obiectum, non desunt bonæ & solidæ responsiones. Theophylactus scribit, Paulum sic locutum humilitatis gratia, qui seipsum cum vulgo admiscere non dedignatur ratione doctrinæ. Sed congruentiùs dici potest, non esse Apostoli mentem hoc loco se edoctum esse ab ijs, qui à Domino audierunt ostendere, quod esset falsum, sed in se confirmatam salutem per eos qui audierunt, quod verum est. Nam missus est ad Ananiam, vt ab eo baptizaretur, & visum per manuum impositionem reciperet; & abijt ad antecessores suos Apostolos, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurrisset. Aliud est enim verbum Domini, quod à solo Christo per reuelationem accepit, aliud, salutis confirmationem in Paulum per alios Apostolos descendisse.

Infra 2.

Quibusnam virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus doctrinę Apostolicæ Dñs sit cõtestatus

1. Cor. 12.

Virtutem hîc non accipit vt opponitur vitio, quæ dicitur ἀρετὴ; sed vt opponitur imbecillitati, & vocatur δύναμις. ¶ Varias verò Spiritus sancti distributiones vocat gratias gratis datas, vt signa, prophetiam, gratiam sanitatum, interpretationes sermonum, & similes quæ habentur 1. Corinthiorum 12. Tot enim, ac tantas donorum opes Dominus effudit in suos, ne quisquam iudicare valeat, illos primos qui crediderunt, rusticos & simplices extitisse, quibus verba dari facile esset: quemadmodùm imposuit nobis Iulianus Apostata, vt testis est Gregorius Nazianzenus in prima in eum Inuectiua.

Quid de Christianis sentire & dicere soleret impius Apostata Iulianus.

B. Gregor. Nazianz.

Veritatis doctrinæ Apostolicæ certissima testimonia.

Non ergo sine magnis, & inuictis rationibus persuasit, doctrinam suam esse de cœlo: nam etsi doctrinæ Fidei euidentiam habere non possimus; eam tamen longè esse credibilem, & fide dignam videre possumus. Nã Spiritus sancti afflatus eò inclinabat hominum corda: testimonia ex Veteri Lege desumpta, per miraculorum signa confirmabat, vt alibi ait: *Illi profecti prædicauerũt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.*

Marci vlt.

Quòd si obijcias, cur Apostolus mentionem non fecerit testimoniorum, quæ ex Scripturis proferebant, sed tantùm signorum, quæ edebant Apostoli. Respondemus, Paulum hîc agere de similitudine vtriusque Legis. Et quia antiqua Lex alterius Legis testimonio cõfirmata non fuit, sed tantùm miraculis, ita & noua Lex, quæ inferioris autoritatis est, non indigebat testimonijs Legis, quæ satis erat illustribus, & admirandis signis confirmata. Vel ideò id fecit Apostolus; quia Gentiles, & Hæretici veteris Legis testimonia non recipiebant. Nam Simplicius libro octauo Physicor. Philoponum Grammaticum irridet, quòd ad probandam mundi ex tempore creationem, vsus fuerit sacrarum literarum testimonijs: & Lactantius libro quinto, Capite quarto admiratur, quòd Cyprianus agens contra Idololatriam, ad Demetrianum, Scripturas sacras protulerit.

Quare nunc Paulus Apostolicæ prædicationis potiùs signa quibus confirmabatur, quam Scripturas attulerit.

Prima ratio.

Secũda ratio

Qua de re Simplicius Ethnicus ille Philoponũ, & Lactant. Cyprianum meritò notauerint.

Lactan. lib. 5. cap. 4. circa medium.

Sed argues, Abraham dixisse: *Habent Moysen, & Prophetas, audiant illos. Si Moysen, & Prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Sed hoc intellige dictum esse apud fideles, & credentes; & Petrus dixit: Habemus firmiorem Propheticum sermonem. Firmiorem, inquit, visione, scilicèt, & signo Transfigurationis. Vnde Hæretici magis Scripturis, quàm miraculis credunt. Adde, quòd doctrinæ testimonium debebat pro posteris remanere; & idcircò indigebat aliquo signo firmari. Simpliciter tamen loquendo, apud eos qui non credunt, fortius est miraculum, & potentius ad conuersionem eorũ, quàm Scriptura.

Illud Abrahæ ad diuitẽ Epulonem: Habent Moysen, & Prophetas, audiant illos, &c. de quib⁹ dictum sit.

Lucæ 16.

2. Petri 1. Quibus firmiorẽ Petrus vocet Propheticum sermonem.

Matth. 17.

Tertia ratio

Signa quàm Scripturæ quibus magis persuadeant.

Tertiæ solutio dubitat.

Ad tertium respondemus, illud quod dicit Apostolus: Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur, non esse cum proximè præcedente exhortatione connectendum, sed illam particulam, Enim, quæ causalis est, referendam esse ad ea quæ primo Capite de magnitudine Christi super Angelos dixerat: redit enim Apostoli sermo ad superiorem illam sententiam: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

De orbe terræ futuro Angelis minimè subiecto, quinam ille

Et orbē futurū appellat, non quasi substantia sint plures orbes, aut mundi, vt quidam insipientes somniarūt, cùm vnus tantùm sit mundus, & vnus terræ orbis; sed per Metonymiā nomine orbis terræ vocat homines orbem terrarum habitantes, de quibus futurum erat vt in Christum crederent, sicut de eorum salute prædictum erat à Prophetis.

Quomodo dicitur futurus.

Beatus Thomas & Caietanus orbem terræ futurum, intelligunt statum vniuersalis resurrectionis, & iudicij, quoniam in eo Angelis opus non erit: nunc verò dum viuimus, illis subijcimur, & ipsi nobis præsunt. Sed hæc ratio infirma videri posset: quia Christus Dominus solus & præsens hîc nobis præest, & in die resurrectionis illi data est omnis potestas in cœlo & in terra, illique dictum: *Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam; & possessionem tuā terminos terræ.* Et Angeli nunc nihil aliud sunt nisi serui, & administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatē capient salutis.

Primus sēsus D. Thomæ lect. 2. init. & Caietani.

Matth. vlt.

Psalm. 2.

Ille quid incommodi habeat.

Hebr. 1.

Futurus ergo orbis terræ dicitur respectu mundi præteriti, vel respectu pacti violati, cuius pater Adam erat, & eius inueniebatur princeps diabolus. Secundus verò, vel futurus orbis est is, qui restitutus est in gratiam Christi, & liberatur de principatu dæmonis, de quo: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et translatus dicitur ab Adamo ad Christū, qui Esaiæ nono dicitur Pater futuri

Alter sensus

Osea 6.

Genes. 3.

Ioan. 12.

Esaiæ 9.

seculi. Et vetus Adam, futuri typus fuit, vt Romanorum quinto dicitur de Adam: *Qui est forma futuri.* Hic ergo orbis Christo subiectus est, vt eum redimat, vt ipse ante mortem testatus est: *Omnia*, inquit, *mihi tradita sunt à Patre meo.* Et peracta redemptione dixit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Et hæc de tertio.

Rom. 5. Orbis ille terræ futurus cur Christo subiectus.

Matth. 28.

Quartæ solutio quæstionis.

De eo quod Apostolus dixit: Testatus est autem in quodam loco quis, teste & loco suppresis.

Chrysost. 4 sub init. tom. 4.

Secūda ratio

Ad quartum verò, cùm ait: *Testatus est autem in quodam loco quis*, non nominato autore, aut libro; non contemptim, sed honoris gratia dixit, Quis. Et vt existimat Chrysostomus, non nominauit autorem, aut librum, quia cum doctis loquebatur, quibus peruij sunt Scripturarum loci, præsertim Psalmorum, qui omnium manibus terebantur. Alij verò id factum esse testantur; vt ostenderet, nihil referre in Scriptura scire quis, aut qualis sit scriptor; cùm primarius Scripturæ autor sit Spiritus sanctus: quæ ratio à beato Gregorio tradita est. Fortasis etiam consolari, atque excusare eos voluit, qui magis rei, quàm autoris, aut certi libri memoria valent.

B. Greg. c. 1 Præfationis Moraliū in Iob, part. 1. initio.

Tertia ratio

Testatus est autem, dixit, pro, Testatus est enim: quia hoc testimonio probat ante dicta. Et ita δὲ positum est pro γάρ.

Solut. quintæ quæstionis.

Dicendum ad quintam dubitationem, quisnam sit illius Psalmi scopus. Certè alius non est, quàm de hominis excellētia, & magnitudine, ac potestate omnium creaturarum verba facere.

Psalmo octauo quid doceat Propheta.

Probat ergo, mundi, & vniuersorum imperium Christo datum, in quo iam Angeli, sicut in statu primæuo, non dominantur. Nam legem dabant, & omnibus præerant; at in Euangelio Christo seruiunt, & propter illum nobis libenter ministrant, nec ampliùs sinunt se vt olim adorari. Quare Angelus Ioāni volenti adorare, dixit: *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum.* ¶ Hanc verò excellentiam, & potestatem hominis super creaturas, scrutari necessum est, an in primæuo statu Euangelij exti-

Apoc. 19. Quā ibi Propheta describit humanā felicitatem homini adhuc innocenti conuenire minimè posse.

terit.

terit. Certè de illa prima, quę admodùm breuis fuit, loqui non videtur Propheta: nam homo collocatus fuit à principio, vt vniuersis Dei operibus præesset; verùm sua culpa quàm primùm meruit dominio abdicari. De secundo verò statu meritò dubitari potest. Videtur enim Dauid in vniuersum nũc proponere homines vt tunc erant, nempè, vt insignis Dei bonitatis specula, quod re ipsa in cæteris animantibus, & in toto mundo dominium obtineret. Certè si quis de homine ita iudicaret, ad ipsos Philosophos mittendus esset, qui quàm misera sit hominũ conditio perscrutantes, eorum naturam nouercã quodammodò esse dixerunt, & optimum esse non nasci, vel natũ statim emori. Et impiè id quidem Philosophi; sed ita, vt ex illorum dictis in præsentis seculi homines non cadant, quæ Dauid in hoc Psalmo homini tribuit. Nam quid homine miseriùs in seipso, siue animam, siue corpus spectes? Præditus quidem est intelligẽtia, sed quàm, quæso, obscura, & quàm exigua in his quæ præcipua sunt, id est, Diuinis rebus intelligendis? Taceo deprauatam illam concupiscentiam nobis ingenitam, vitiorum omnium fomitem & incitamentũ. Taceo corporis miserias, quod morborum officina est, quã circumferimus. Addo quæ Iob, Dauid, & Salomon de homine dixerunt. Primus ait: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Alter: *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Atque huius filius: *Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Quid dicem⁹ de imperijs, regnis, familijs, domibus, singulisque hominibus? quanta rerum omnium perturbatio, & miseria, quæ inconstantia, & vanitas? Obijcies; Fruimur esu animalium; iumenta nobis deseruiunt, auiculæ dulces nobis resonant sonos. Sed dicendum est, hoc nobis contingere, si animalia vi subegerimus, aut alia fraude illexerimus. Nam alia vix assuescunt; alia formidabilia contra nos insurgunt, varijsque modis nobis nocent. Nam quæ sese spontè nobis subijciant, vel nulla sunt, vel paucissima. Terra culturæ non respõdet: cœlum, aër, ignis, mare sæpè nobis infesta sunt. Imò si ad naturã, mores, & ingenium hominum spectes, crudelissimum tyrannum hominẽ dixeris: vt vitæ suæ, & delicijs indulgeat, nulli animantium vitæ parcit, & quem reliqua metuant, oderint, & fugiant.

Vbi est ergo hæc sublimitas, de qua: *Quid est homo, quòd memor es eius?* &: *Omnia subiecisti sub pedibus eius?*

Superest igitur, vt ad tertium hominum genus, nempè eorum, qui in Christo sunt, vel cum Christo in cœlo regnabunt, hæc spectent. Itaque hæc hominis descriptio in octauo Psalmo non tantùm ad Christum, sed ad omnes etiam futuri mundi ciues & beatos pertinebit. Et cùm iam sit in Christo impleta, reliquum est vt in cæteris omnibus membris perficiatur. Nam ita Paulus Christi interpres, & 1. Corinthiorum 15. &, Ephes. 2. & hoc loco hunc Psalmum Christo accommodat, vt non neget etiã suis membris conuenire, & Dominus Matth. 21. secundum versum Psalmi huius sibi applicauit, cùm de paruulis clamantibus in templo dixit: *Vtique: nunquam legistis, Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* id est, Ex ore paruulorum, qui adhuc penè infantes sunt, & vixdum ablactati, magnificam, ac perfectam reddidisti laudem. Deinde etiam per Apostolorum prædicationem, qui vt simplices pueri, ac prorsus rudes habebantur, Euangelicam veritatem vbique prædicare fecisti ad sic confundendum, & conuincendum prauitatem, & superbiam Scribarum, & Pharisæorum, dæmonum quoque, atque seculi potentum, & sapiẽtum; qui omnes veritatis Euangelicæ se aduersarios constituerunt. ¶ Iam singula verba testimonij expendamus. *Quid est*, inquit, *homo ꝙ memor es eius.*

Genes. 1.

Multò min illã homini iã lapso posse cõpetere.

Quare Philosophi, licèt nõ omninò verè, naturã homini nouercam esse dixerint.

Primum argumentum.

Secundum

Tertium.

Quartum.

Iob 14.

Psalm. 38.

Eccles. 1.

Quintum.

Si quid nũc homo felicitatis habere videatur, illam tamen sibi magno constare.

Quanta veluti orbis totius in hominem conspiratio, & inimicitiæ.

Homo quàm ferũ animal, & quàm insaturabile.

Psal. 8.

Felicitatem hominis illã à Propheta descriptam statui Euangelico, & statui gloriæ futurę tantùm conuenire.

1. Cor. 15.

Ephes. 2.

Matth. 21.

Explicatur id: Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.

Apostolicæ prædicationis efficacia.

Homo quid sonet Hebræis.

Hebræa habent Enos: hic est filius Seth. Et interpretatur homo, nimirũ ab obliuione: vt sit pulchra Antitheſis: Quid est obliuioſus, quòd tu eius recordaris? Nam ita hominis assumptio memorię Dei tribuitur per metaphoram, sicut & obliuio. Videtur enim assumpto homine in gloriam noſtram, noſtri meminisse, de qua in Cantico Zacharię dicitur; Et memorari teſtamenti ſui ſancti; & B. Virgo:

Luca 1. *Suſcepit*, inquit, *Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ.* Et Eſaias:

Ibidem.

Eſaiæ 49. *Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantẽ ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen nõ obliuiſcar tui.* Sequitur: *Aut filius hominis quoniam viſitas eum?* Altera est pulcherrima Antitheſis. Quid est filius Adam, qui interpretatur terra rubra. Quaſi diceret, Quid est viliſsimus homo, & ex terra genitus, quẽ tanta dignitate proſequeris, vt eũ viſitare digneris. Et phraſi Hebræa idem est filius hominis, qui & homo. Et repetitur adexaggerationẽ exprimẽdã, vt moris est. Ita Numer. 23. dicitur: *Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur*; & Iob. 15. *Quantò*, inquit, *magis homo putredo, & filius hominis vermis?* Idem quoque alibi Pſaltes: *Domine, quid eſt homo, quia innotuiſti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?* Homo vanitati ſimilis factus est, dies eius ſicut vmbra præteruent. Idem est ergo homo, & filius hominis, nec differunt, niſi quatenus Adam fuit olim homo, non autem filius hominis, vt nos omnes ſumus: quemadmodùm idẽ est Pater Deus, & Filius Dei; niſi quòd Pater Deus habet à ſe quod habet, Filius Dei à Patre.

Quid illud: Aut filius hominis, quoniã viſitas eum?

Adæ nomi. nis interpretatio.

Numer. 23.

Iob 25.

Pſalm. 143.

Homo & filius hominis quomodo ſint diuerſa.

Memoria Dei ſicut & viſitatio hominis duplex eſt.

Primum igitur verbum videtur ad Adamum referendum, ſecundum ad omnes Adæ filios. Et Adę quidem memor fuit abſens, noſtri præſens: & plus viſitari opere, quàm recordari mente: ſicut plus filius hominis, quã homo. Vnde ad cumulum miſeriæ Iob dixit: *Homo natus de muliere*, quibus verbis exprimitur filius hominis. Et in vtroque membro Chaldęus paraphraſtes habet: *Quid eſt filius hominis?* Et licèt Septuaginta dicant per diſiunctionem: *Quid eſt homo, quòd memor es eius? aut filius hominis*: Hebræa tamen litera habet Vau copulatiuam, id est, &. Auguſtinus tamen hominem in malam partem capit, filium hominis, pro Chriſto, qui ſe ita vocabat. Ait enim in Pſalmum octauum: *Filius igitur hominis primus viſitatus eſt in ipſo homine Dominico nato ex Maria virgine. De quo propter ipſam infirmitatem carnis, quam ſapientia Dei geſtare dignata eſt, & paſſionis humilitatem rectè dicitur: Minuiſti eum paullò minùs ab Angelis. Sed additur illæ clarificatio, qua reſurgens aſcendit in cœlum.* Hæc ille. ¶ Hominis autem filius Hebræis dici ſolet quiuis è plebe, & abiectus: in quem ſenſum ſe Dominus Filium hominis vocabat, ſicut & Ezechiel, ne magnitudine reuelationum extolleretur, Filius hominis vbique appellatur, hoc est, vilis, & abiectus. ¶ Non est autem Chriſtus filius hominis, vt quidam putant, ex eo quòd ſit filius virginis matris. Græcè enim dicitur υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, & ſignificat filium hominis maſculi. Alij etiam iuxta Hebræum dicuntur filij Adam in ſingulari numero, vt in Pſalmo 4. 10. & 11. & in multis alijs locis Pſalmorum. Vbi in Hebręo pro illis verbis, ben-Adam, Septuaginta verterunt υἱοὶ ἀνθρώπων, & noſter interpres, filij hominum: quia in Adã mas & fœmina intelliguntur. ¶ Fuit ergo Dei Filius memor hominis per Incarnationem: quia id quod aliquando promiſerat, opere præſtitit. Fuit etiã, per quem Deus inuiſere, ſiue viſitare voluit humanum genus, non ſecùs atque paſtor viſitat gregem, & medicus infirmos in xenodochio mundi huius iacentes; & vt viſitator à Rege miſſus, vt eorum, qui opprimuntur, cauſas intelligat. *Benedictus*, inquit, *Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redemptionẽ plebis ſuæ.* Aut certè hæc repetitio Filium Dei incarnatum inſinuat, quem Deus in paſsione, & in anguſtia poſitum viſitauit, quando miſit Angelum confirmantem.

Filius hominis quid Auguſtino.

B. Aug. to. 8 in principio

Hebręi filiũ hominis quẽ ſoleant appellare.

Qua ratione ſe Chriſtus filium hominis vocitaret, contra quoſdam.

Pſal. 4.
Pſal. 10.
Pſal. 11.

Memor hominis quãdo fuerit Filius Dei, & quomodo hominem viſitauerit.

Lucæ 1.

Eius repetitionis: Aut filiũ hominis, quoniam viſitas eũ, aliud de Chriſto myſterium.

Infra 22.

Nam in principio ita venit, vt ad tẽpus visitatione indiguerit, videlicèt dum vixit vsque ad mortem. Nam vt Christus singulari ratione est filius Dei per vnionem hypostaticam, non autem aliorum cõmuni, quæ est adoptio filiorum; ita etiam ipse peculiari ratione vocatur Filius hominis, vt cogitetur singularis modus filiationis. Non enim ex vi seminis, sed de Spiritu sancto conceptus fuit, & carnem peccati non accepit, sed carni peccati similem innocentissimus: nec matris aperuit claustra, sed integra, & illibata permanserunt. Gregorius Nazian. in lib. de Theologia, versiculum illum: *Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum*, ita interpretatur: *Lætatur Ecclesia piorum, quòd deuicto, ac deleto hoste sempiterno generis humani (de quo præcessit: Vt destruas inimicum, & vltorem) sibi iam pateat aditus ad cœlum, vbi multa, & varia spectacula sit habitura, seque scientiã rerum pulcherrimarum percepturam intelligat.* ¶ Patres quidem per eleuatã magnificentiam Dei super cœlos, intelligunt incarnationem Filij Dei etiã Angelicis mentibus incõprehensam; Alij verò ascensionem post resurrectionem. Hieronymus per cœlos intelligit Scripturas, quæ sunt opera digitorum Dei, hoc est Spiritus sancti, qui digitus Dei dicitur.

Ad sextam dubitationem in verbis illis: *Minuisti eum paulominus ab Angelis.* De litera primùm stabilienda erit disputatio, deinde de vero sensu eorum verborum; quia in vtrôque non nihil est difficultatis. Nam Faber, & eum secutus Caietanus, volunt legi: *Minuisti eum paulominus à Deo*, tum quia in Hebræo habetur Elohim, nõ Malachim, vt Hieronymus scribit in octauum Psalmum, & rursus in versione sua ad Sophronium ex Hebrẽo vertit: *Minuisti eum paulominus à Deo.* Erasmus tamen pro lectione Latina tuenda, se Fabro opposuit, sicut Ambrosius Catharinus Caietano; qui ex his verbis dixit, Christum ideò esse imminutum à Deo, quia Deus fuerit personaliter, non naturaliter, siue essentialiter. Sed profectò falsum est hoc dictum, & intolerabile: qui enim fieri potest, vt qui est Deus personaliter, non sit per essentiam Deus. Fruſtra igitur Synodus Nicena clamauit Filium homusion Deo. Deinde quomodo qui est imminutus à Deo, potest dici paulominus minoratus à Deo, cum quodcũque sit minus Deo, in immensum, & infinitũ sit illo minus? Ad hæc si esse personale, est esse essentiale, vt ipse non negat; ergo esse Deum personaliter, est esse Deũ substantialiter.

Deinde cum hac expositione ad huc supereſt scrupulus, quomodo paulò minus sit diminutus à Deo. Nam si de homine assumpto intelligas, vt necesse est intelligere, difficile est accipere quomodo sit diminutus à Deo paulò minus, cùm alibi dicat Apostolus: *Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, &c.* Nunquid exinanire est paululum imminui cum inter abiectissimos etiam homines sit minoratus? ait enim per prophetam: *Ego autem sum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Nulla est enim Diuinæ ad Humanam naturam proportio.

Neque ab Angelis quidem paululum fuit diminutus, sed per multum: quia ad sitim, famem, crucem, improperia, & mortem humiliatus est.

Ergo illud aduerbium, *Paulò minus*, non est ad dignitatis imminutæ modum referendum, sed ad temporis rationem qua versatus est Christus in terris. Idque Græca litera apertè ostẽdit, quæ habet: ἠλαττώσας αὐτὸν βραχύτι παρ Ἀγγέλους: hoc est Fecisti eum paulisper inferiorẽ Angelis. Quod sequentia etiam demonstrant: Gloria & honore coronasti eum: quæ ad tempus post exactam in terris vitam post resurrectionem, & ascensionem referenda sunt: vt Athanasius, Augustinus, & Chrysostomus interpretantur.

Quod autem aduerbium βραχύτι ita sit accipiendum, Lucas Actor. 5. docet: Nam Gamaliel iussit foras ad

breue

Christus lõgeliter quãm nos est filius Dei.

Matth. 1. Lucæ. 1. Rom. 8.

B. Greg. Nazianz. vt quidam illum citant.

Quid eleuata Domini magnificentia super cœlos, & quid cœli Hieronymus. *Hierony. to. 8. in princ. Luca 11.*

VI. quæst. solut.

Circa illud: minuisti eum paulo minus ab Angelis.

Hanc lectionem: Minuisti eum paulo minus à Deo Faber, & Caietanus tuotur dupliciter. *Hier. Ibidẽ. Fodem tom. circa med. Erasmus. Catharin.*

Dictũ Caietani: Christus ideo est minus à Deo quia Deus fuit personaliter, nõ essentialiter impugnatur.

I. Argumẽtũ. Secundũ. Tertiũ.

Alterum eius lectionis incommodum.

Philipp. 2

Psalm. 21.

Christus dum viueret, quãto perfuerit ab Angelis minutus.

Verbum Paulo minus, breuitatẽ temporis tantùm significare.

D. Athana. sub finẽ disp. cõtra Arriũ tom. 3. Augustin. in hæc verba. Chrysost. Vbi Scripturarum eadem vox eodẽ sensu ponatur. *Act. 5.*

breue homines fieri: vbi eadem Græca vox habetur, id est, iussit eos paulisper, siue ad breue tempus secedere. Licèt non negemus, aliquando βραχύτι poni pro re modica.

Hebræâ vocẽ mehat, tẽporis spatium designare, cõtra Fabrum, & Caietanũ. *Psalm. 36.*

Falsum quoque est, quod ex Hebræo argumentãtur: Hebraicum verbum מְעַט non significare temporis spatium, sed partem modicam quanti: ná hoc facile est instantijs perimere. Ecce Psalmo 36. Adhuc pusillum, & non erit peccator: vbi mehat ad tẽpus refertur, & Psalmo 2. Cum exarserit in breui ira eius: vbi Hebræa habent, bimebat. Psalmo 108. Fiant dies eius pauci; vbi legimus, mehatin. Et hactenus de illo aduerbio sit dictum.

Psalm. 2.

Psalm. 108.

I. Ratio huius retinẽdæ versionis: Ab Angelis, non autem illius â Deo.

An verò legendum sit, ab Angelis, an, à Deo, id iam differendum est. Certè lectionem nostram primi tradiderunt 70. interpretes; quos vt in flatu Diuinos repletos secutus est Paulus Apostolica autoritate, per quem loquebatur Christus. Etsi daremus, epistolam hanc ex Hebræo sermone in Græcum translatam, Lucas certè, aut Clemens, qui feruntur esse eius interpretes, lectionem illam prætuleurnt alteri. Adde, Chaldæam paraphrasim eôdem modò vertisse, ab Angelis, & non, à Deo. Nouerãt enim 70. interpretes, & Chaldæus paraphrastes linguæ Hebrææ peritissimi, non semper Elohim significare Deum verum, sed etiam Iudæices, siue Magistratum, qui locum Dei tenent in administranda Republica. Ná Exod. 21. habetur: *Offeret eum dominus dijs.* Vbi Chaldęus habet. *Applicabit eum dominus eius coram iudicibus.* Et capite 22. *Ad deos vtriusque causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo.* Chaldęus habet: *In conspectu iudicum veniet causa amborum: & quicunque condemnatus fuerit à iudicibus, reddet duplum proximo suo.* Et iterum ibidem: *Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices.* Chaldæus vertit: *Iudices non vilipendes, & principi in populo tuo non maledices.* In his omnibus locis apertè Elohim vertit illa Paraphrasis Iudices, sicut Genesis 6. vbi dicitur: *Videntes filij Dei filias hominum*, Chaldæus conuertit: *Videntes filij principum, ac potentum.* Et Pithonyssa interrogata à Saule, *Quid vidisti?* respondit; *Deos* (elohim) *vidi ascendentes de terra*, hoc est Samuelem suscitatum. De Mose etiam dicitur: *Ecce constitui te Deum pharaonis*: pro quo Hebræa habent, *Elohim*: quem locum etim Chaldæa paraphrasis vertit Magistrum, siue Principem Pharaonis. Vides igitur, non tantùm Iudices, sed etiam Principes & magnos vocari Elohim. Accipitur etiam hæc vox pro Angelis: vbi Psalmo 86. habemus; *Adorate eum omnes Angeli eius*, Hebræa habent: *Col Elohim*. Et in Psalmo 137. *In conspectu Angelorum psallam tibi*: vbi pro Angelis Hebræa habent Elohim. Posset & illud ad hoc referri, quod Genesis 3. dæmon dixit Euę: *Eritis sicut dij scientes bonum, & malum*; scilicet tu Adam, & Eua similes eritis aut bonis, aut malis Angelis: quia habetur Caëlohim. Ita enim sophistícè locutus est serpens, voce æquiuoca illudere volens. Ad hæc tradunt linguæ Hebrææ periti, inter Elohim & Malachim hoc esse discrimen: quòd Angeli quoties dicuntur Deo assistere, & de dignitate eorum agitur, Elohim vocantur; at quando in ministerium mittũtur, Malechim. Cum verò hoc loco de eorum dignitate ageretur, non ab re dicti sunt Elohim. Certè Santes Pagninus nobiscum legit, ab Angelis, & Reuclinus linguæ Hebrææ peritus scribit, nomen Elohim conuenire Deo, Angelis, & Hominibus admiratione dignis: idq; ex Rabbi Moyse Ægyptio addit, interdum accipi pro Idôlis, & Iudicibus.

II. Ratio.

Vbi nomen Elohim non pro Deo vero, sed pro iudicibus in Scripturis accipiatur.

Exod. 21.

Infra 22.

Ibidem.

Idem nomen Elohim vbi significet principes.

Gene. 6.

1. Reg. 28. Exod. 7.

Quibus locis etiã nomine Elohim Angeli veniant. *Psalm. 96. Psalm. 137.*

Quid significet: Eritis sicut dij scientes bonum, & malum.

III. Ratio à discrimine inter Elohim, & Malachim, à Rabbinis assignato.

Angelos hoc loco Prophe ta (scilicet Ps. 8.) cur Elohim vocauerit. *Santes Pag. Reuclinus.* Elohim pro Idolis.

Est etiam ratio in promptu pro nostra lectione. Nam si legamus, à Deo, dubium erit, quomodò minoratus dicatur à Deo, aut quatenus Deus est, aut quatenus homo. Si primum, nihil est imminutus: si secundum, non paulum, sed permultum, & in infinitum Humanitas distat à Deo. Prætereà mens Apostoli fuit capite

Quarta ratio, à graui incõmodo.

Ratio quinta

primi

1. ostendern Christi excellentiam super Angelos, & nulla ibi fit mentio de exaltatione, vel imminutione respectu Dei: quomodò ergo Paulus statim dixisset de imminutione Christi à Deo, & non potius de minoratione Christi ab Angelis, quibus Christum comparauerat? Postremò, si Deus naturam Angelicam assumpsisset, vt poterat, non fuisset paulo minus à Deo minoratus, si Deus erat per vnionem; ergo assumpta Humana natura dici poterit diminutus à Deo? Et hactenus de stabilienda litera disputatum sit.

V. & vltima.

Patrum Traditione eadē lectio, ab Angelis confirmatur. *Hieron. t. 9.*

His adde vniuersos vtriusque Ecclesiæ Patres, qui hanc lectionem solam sequuntur, & interpretātur, etiā ipse Hieronymus, qui ita aliam probauit, vt nostram non reprobauerit: imò illam producit in Commentarijs suis ad Galat. 4.

I. Ratio, ad probandum, Christum nō esse Angelis minorem cōtigultate naturæ.

Iam secundò differēdum de sensu, quomodò scilicet Christus dicatur minoratus ab Angelis. Nam si, quia dicat, naturam Humanam inferiorē esse Angelis, quoniam vt inferior, sit contigua superiori; contra hoc occurrit, primò, non videri propriè dici de Christo ob hanc causam esse ab Augelis imminutum. Non enim quis verè minoratus, aut imminutus præ altero dicitur, eo quòd sua natura inferior sit, aut minor alterius natura: sed hunc tantùm, cum ab eius natura quid fuerit subtractum. Deinde etsi daremus intellectum hominis à natura cæterorum intellectuum spiritualium declinare: quid sentiēdum secundùm carnis passionem? Siquidem non solùm paulò, sed etiam multum declinat homo à conditione Angelorum: homo enim non est solùm intellectus, sed etiam caro. Vnde & caro dicitur; Ioannes: *Verbum caro factum est.* Et certè per hanc considerationem, qua animā ad se caro trahit, & indignis modis ob plurimas eius necessitates mancipat, non modò dici potest homo Angelis minor, sed admodùm minor. Ad hæc non consueuit Scriptura secundùm sapientiam spiritus, vt naturales rerum cōditiones nos doceat, quænam videlicet maior sit species, & quæ minor; sed potius dignitates personales attē di vult à nobis, non specificas.

II. Argum.

Homo quātum sit Angelis minor. *Ioan. 1.*

Quare dicendum est, Christū minutum, seu minoratum ab Angelis respectu dignitatis quæ illi debebatur, cùm esset Dei Filius. Dum enim gloria, & honore statim à principio debuisset honorari, & coronari, opus redemptionis nostræ necessario exegit, vt ad modicum tempus tanta gloria sibi debita minoraretur: & vt is qui informa Dei speciosus vt vnigenitus Patris apparere dubuit, accepta forma serui, vt sic dicam, exinaniretur. Sed hoc ad breue tempus, siue Græcè *βραχύτι*. Atque huic sensui nihil obstat, nullusque scrupulus apparet. Nam etsi illud, in quo fuit minor Angelis, magnū quid, & nō paruum fuit: ipsum tamen integrū malum habita temporis modici, & breuis ratione quo durauit, paruum censeri potest, ac debet. Et in eo sensu admitti posset lectio illa Hieronymi: Paulò minoratus à Deo, id est à Diuina sua conditione, & dignitate secundùm corpus paruo tempore, id est eo quo mansit in terris, vt perficeret redemptionem nostram. Nam dum esset morti, & corruptioni obnoxius, & infirmitates hominum pateretur diuinitati suæ, & maiestati parum conuenientes, imò indecentes, videbatur à sua Deitate minoratus. Atque hūc sensum indicat Photius apud Oecumenium: *Quā ob causam*, inquit, *nūc citat, Quid est homo, quòd memor es eius?* Quoniam obstare suo proposito videbatur. Ipse enim ostendit, Christum Angelis esse maiorem, illud verò ait paululum Angelis factū esse inferiorem. Ponit itaq; hoc, vt eam quæ videtur, soluat obiectionem: & soluēs, ait dictum esse factum inferiorem, propter mortis passionem.

II. Ratio.

Iam in Textu sequitur: *Gloria, & honore coronasti eum.* Vbi Dauid more Prophetico loquens, futura per Præteritum expressit: quæ tempore Pauli cum exitum habuissent, præteritis exprimuntur. Fuit ergo gloria, & honore

Quo tantūm Deus Pater Christum minuerit paulo minus ab Angelis.

Philip. 2.

Hieronymi versio illa: Minues eū paulo minus à Deo, vt posset mitti.

Oecumen. c. 2. sub finē.

Præterita pro futuris poni consueuerūt more Scripturæ.

Gloria & honore quando coronatus Christus, & quomodo.

nore coronatus in resurrectione, ascensione, & sessione ad dexteram Patris, & super omnes etiá Angelos exaltatus, vt explicat ad Ephes. 1. Adoratus etiam ab eis fuit, & ei tanquam domino omnia subiecta fuerunt. Accipiens enim quodammodo diuinitatem, ea omnia recepit, quæ diuinitati congruebant, id est gloriam corporis, sine qua non Deus, sed vnus ex nobis esse videbatur. Et accepit potestatem super omnes, qui semetipsum omnibus subiecerat, vt omnibus posteà dominaretur. Simili ratione illum Regem esse negaremus, qui regali amictu non indueretur, neque regali potestate vteretur, vt posset, sed potiº carni subijceretur, & carnis miserijs, & diaboli tentationibus, ac mortis stimulis.

Mar. vltim. Ephes. 1. Quid negatũ fuerit Christo ante suam resurrectionem & receptum in illa.

Regem quẽ piam vnde indicemus.

Et constituisti eum super opera manuũ tuarum. Id est super omnes Angelos, qui opus Dei sunt, vt ait Augustinus; & supra quos homo in statu innocentiæ non fuit: sicut nunc qui est in Christo, super eos est.

Super quæ operamanuũ suarũ Christũ constituerit Deus. *Aug. in Psal. 8. tom. 8. in princ.*

Et subdit: *In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectũ ei.* Quibº verbis probat, omnes Angelos eius ditioni fuisse subiectos, cùm dicat nihil dimissum non ei subiectum. Et 1. Corinthor. 15. addit: *Cùm autem dicat: Omnia subiecta sunt, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia.* Nam Pater non subiecit se ipsum ei; id enim absonum videretur.

1. Cor. 15.

Demùm subiungit: *Nunc autem necdũ videmus omnia subiecta ei.* Verè subijciuntur ei cœlestia, & inferna, quæ parent ad nutum eius, & contremiscunt. Longè tamen aliter atque aliter: nam illa amore, & reuerentia se subijciunt, hæcverò cum honore, & tremore. Sed adhuc aliquid non subiectum restare videtur, id est homo terrestris, qui nondum credit, aut si credit, non seruat eius mandata, sed rebellat ei peccando, & iniquitates admittendo. Sed talis non euadit, quin suo tempore det pœnas suis sceleribus debitas: quia nondum venit tempus auferendi zizania de area, ne fortè, vt ipsemet præmonuit, eradicetur simul & triticum. Nondum etiam eradicatũ est à nobis peccatum, id est praua illa concupiscentia ad malũ alliciens, nec etiam subiecta ei mors, sed veniet tẽpus, cùm morti insultabimus, ita vt cùm Apostolo dicamus: *Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?* Stimulus autẽ mortis, peccatũ est; virtº verò peccati, lex. Et de his hactenº.

Cœlestia Christo, & inferna subiecta sunt diuersa ratione.

Quid sit adhuc nó Christo subiectũ, at subijciendum tantum.

Matth. 13.

Alia etiamnó Christo subiecta.

1. Cor. 15. *Osea. 13.*

DISPVTATIO X.

In illa verba: *Eum autem qui modico quàm Angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionẽ mortis gloria & honore coronatũ; vt Dei pro omnibus gustaret mortẽ. Decebat enim eũ propter quẽ omnia, & per quẽ omnia, qui multos filios in gloriã adduxerat, autorẽ salutis eorum, per passionem cõsummari. &c.* vsque in finem capitis.

Continuatio prædictorũ.

QVONIAM Apostolus apertè expẽdit Dauidis verba ex Psalm. 8. producta, nõ est quod Scopum præsentis textº iniquiramus. Nam quia dixerit: *In eo quod omnia ei subiecit,* nihil dimisit non subiectum ei, & expẽdens vocẽ illam, omnia: ita in eo quod subiũgit: Nunc autem necdũ videmus omnia subiecta ei, ponderat verbũ, Subiecisti,

iecisti, ostendens nondum rebus impletũ esse quod dicitur: Omnia subiecisti, sed quotidie expleri, à tempore scilicèt resurrectionis. Et more Prophetico, subiecisti, posuit pro, subijcies; sicut minuisti, pro, minues. Ad eum modũ quod dixit: *Gloria & honore coronasti eum*, declarãt post mortẽ cõplementum habuisse: quemadmodũ cum ait: *Eum autẽ qui modico quàm Angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionẽ mortis, gloria, & honore coronatũ.* Videmus, inquit, oculis nimirũ fidei, Iesum sedentem ad dexteram Patris, & celebre eius nomẽ in terra, ita vt abiectis Idolis pro vero deo agnoscatur, & adoretur. Et quod ait: *propter passionẽ mortis*, nõ dixit, mortem, sed sensum verę mortis, quã sustinuit. Propter etiã, accipi potest pro, per, vt alibi ostendi ex Paulo, qui his præpositionibus interdũ abutitur. Et Græca scholia ita habent: *Gloriã & honorem vocat crucẽ. Neque enim tantùm Deo dignũ erat, tãque glorioſum fecisse cœlum & terram, ac hominẽ, supernasq; virtutes, sicut quod propter nos dignatus fuerit crucifigi.* Hæc illa: quæ ex verbis Ioan. 3. 8. & 12. confirmãtur, vbi exaltationẽ significat mortẽ, qua erat Deũ clarificaturus. Est siquidẽ glorioſũ amãtibus, pro his quos diligunt, pati.

Iam verò dubiũ est in sequentibus verbis: *Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortẽ*: pro quibus alij legũt: Vt sine Deo pro omnibus gustaret mortem. Ambigitur ergo, quæ lectio sit verior, & cur mors dicitur gustari. Deinde quæritur, quę sit illa decẽtia, de qua dicit: Decebat eũ propterquẽ omnia, &c. autorẽ salutis eorum, per passionẽ cõsummari, cũ potius videatur indecẽs, Dominũ gloriæ mortẽ pati. Tertiò, quid est, sanctificatũ, & sanctificantẽ esse ex vno; videtur enim hoc duriuse esse dictũ. Quartò, an rectè producãtur duo illi loci ex Psalm. 21. & ex Esaia, & an satis ad mẽtẽ autorum. Quintò, quomodo destruxit Diabolũ per mortẽ, cùm adhuc ille tentare nõ desistat, & nos adhuc à timore mortis nondũ simus liberati, cùm vel ad eius nomẽ cõtremiscam⁹. Sextò, quorsum Apostolus obijcit Hebręis, Deum nusquam Angelos apprehendisse: quia assumpsit Angelũ, qui dicebat in eius persona; Ego sum Dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti, de domo seruitutis; & quæ sit vis illi⁹ verbi Apprehẽdendi. Prostremò quomodo fratribus per omnia asimilatus est, vt fidelis sit Põtifex, & possit omnibus tẽtatis auxiliari: nã & hoc ipsum ante mortẽ poterat, & cõsueuerat Deus facere.

Ad primùm, statuẽdũ, duas extitisse illius loci lectiones, alterã hæreticorũ, qui pro verbis illis, χάριτι Θεοῦ id est, Dei gratia, legebant χωρὶς Θεοῦ, id est absque Deo. Et tales, vt testãtur Græca scholia, erant Nestoriani, qui duas in Christo ponebãt hypostases, siue personas, & per Humanã sine Diuina mortẽ fuisse passum asserebant. Quod si verũ esset, Deus non est pro nobis mortuus: nec in eius morte fuisset meritũ expiandi peccata nostra. ¶ Non negandũ tamẽ est, Catholicos aliquãdo eam lectionẽ secutos fuisse, sed in Catholico sensu: vt Fulgentius Ruspẽsis Episcopus epist. 3. ad Trasimundum, vbi legit: *Sine Deo gustaße mortẽ*: & inde probabat, Deitatẽ expertẽ mortis fuisse quod verisimũ est. Sed prestãtior esset sensus illa lectione posita, quòd Christus à Patre derelictus, mortẽ sit passus, iuxta illud: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* cùm tamen omnibus alijs pro iustitia, & veritate patientibus Deus assistat, secundũ illud: *Cum ipso sum in tribulatione: eripiã eũ, & glorificabo eũ.*

Probatior tamen, ac verior est nostra lectio: *Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortẽ.* Ob nullũ enim debitũ tradidit Pater Filiũ in mortẽ, sed ex mera gratia: quoduis enim aliud Christi opus satis erat ad meritũ redemptionis ex cõdigno. Et ait, *Pro omnib⁹*, siue vt Græcè habetur ὑπὲρ παντὸς, id est pro vniuerso. Sed reuera illud æquiualet verbo Græco ὑπὲρ πάντων. Et gustauit mortẽ non pro quibusdã, sed pro omnibus, quantũ in ipso fuit, volens omnes saluos fieri. Et est sensus: Videmus Iesũ gloria, & honore crucis affectũ, quò ita mortẽ pro omnibus

Ieſum propter paſsionẽ mortis, & nõ propter mortem cur dixerit Paulus gloria & honore coronatum.

Alter ſenſus.

Oecum. c. 3. in princip. Quãm glorioſum fuerit & quã honorificum Chriſto pro nobis crucifigi.

Ioann. 3.
Infra 8.
Infra 12.

I. Dubium.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Exod. 20.
Supra 14.

Septimum.

Soluitur I. dub. Legendũ ne sit: Vt gratia Dei; an, vt Neſtoriani, ſine gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.

Oecum. c. 3. ſub initiũ. Posterior lectio: Sine gratia Dei, quid absurdi habet.

Quatenus vera, & Chatolica, eadem sit Episcopo Fulgentio.

Matth. 27.
Pſalm. 21.

Pſalm. 90.

Cur potiusle gendũ sit: Vt gratia Dei, quã, ſine gratia Dei, pro omnibus gustaret mortẽ.

Quomodo Christus pro omnibus gustarit mortẽ, si tam multi perunt.

1. Tim. 2.

nibus

I. Ratio cur dixerit Paulº Christum tãtum mortem gustasse, non autem, mortuum fuisse.

Secunda. *Ioan.18.*

Olim qui gustaret morte

Persius Saty.4. initio de Socrate.

III. Ratio, B Chrysostom. *Chryso. ho.4.in hac verba. Matth.26.*

Solu. II. dubitat. De eo quod decuit Christum pro nobis per passionem consummari.

Quo modò legẽdum sit: Consumare, an consummari.

Propositis verbis: Decebat enim eũ, &c. Christi minorationis ab Angelis causam assignari, quid ostendat.

Ioann.1. Heba. 1. Ibidem.

nibus gustaret. Quo verbo gustandi mortẽ, leniuit dictum superiùs, propter passionem mortis: nam mẽs Patris erat, vt nõ absolueretur Christus à morte, vt facit in damnatis, sed gustaret breui haustu, per triduũ scilicèt. Deinde eo verbo alluſit ad Christum, qui dixit Patri; Transeat à me calix iste: & Petro; Calicem quẽ dedit mihi Pater, non vis vt bibam illũ? Damnati enim olim ad mortẽ, venenũ sumebant de calice. Est enim gustus sensus. qui cibos discernit, & vim saporũ penetrat. Ideò de Socrate veneno absumpto dixit quidam satyricus:

Barbatum hoc crede magistrum
Dicere, sorbitio tollit quem dira cicuta.

Ad hæc, teste Chryso. dixit, gustaret, sicut medicus qui non habens necessitatẽ, tamẽ ex cibis qui ægroto apponuntur, prægustat, consulens illi, vt libentiùs accipiat. Et reuera Christus de cruce nobis propinauit, & acceptum calicem in cœna, omnibus deguſtandum dedit: quia reuera mors non amplius bibitur, sed leuiter deguſtatur?

Ad secundũ vt respondeamus, primò stabilienda est litera: *Decebat enim eum propter quẽ omnia, & per quẽ omnia, qui multos filios in gloriã adduceret*: vel vt Græca habent, quo multos filios in gloriã adduceret: πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα) *autorẽ salutis eorũ per passionem consummari*, alij legunt τελειῶσαι, id est consũmari passiuè: quę lectio alteri præstare videtur.

Circa sensum: videtur reddere rationem Apostolus, cur Filiũ Angelis minorari Deº voluerit: Quia, inquit, conueniebat, ac decẽs erat, vt is ipse, propter quem sunt omnia, & per quẽ sunt, & qui autor est salutis mundi, per eum etiã in cruce mactatum, ac sacrificatum, cuncta restauraret. Quod maxime quadrat, quia sermo erat de Christo gustante mortẽ: ac de illo dicitur, Per quẽ omnia, quia per illum condita sunt vniuersa, & vt superiùs dixit: *Per quẽ fecit & secula.* Ipse etiam est, propter quẽ omnia: quia ipsum constituit hæredem vniuersorum. Et priùs meminit finis, quàm efficientis: quia finis prior est, in intentione, vt dicunt Philosophi, & est causa causarum.

Explicat ergo finẽ cõditi orbis esse, vocare homines in adoptionẽ filiorum Dei, vt sint conformes imaginis Filj sui. Et quia prima causa nõ habet aliũ finem à se ipsa distinctũ; idcircò Spiritus sanctus per Salomonẽ dixit: *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Et post Deũ trinũ & vnũ, finis vniuersorum est Christus.

Hunc sensum nõ ignorauit Alexãder Episcopus Alexãdrinus in epist. aduersus Arrium, quæ habetur lib. 1. Tripartitæ: *Quæ putas*, inquit, *causa suasit* (scilicèt Arrianis) *vt dicerent, Quia propter nos est factus, cũ Paulus scribat: Propter quem omnia?* Sic ille, tribuens manifeste hęc verba Christo.

Nec obstat Concilij Niceni Symbolum, in quo legimus: qui propter nos homines, & propter nostrã salutem descẽdit de cœlis, & incarnatus est: quia etsi ipse sit omnium principium, & finis vltimus: peccato tamen existente, propter nos exaltandos, & glorificandos veniſſet, vt quidã sentiunt: & illo stante, mortalis, & passibilis actu venit, vt sanguine & morte salutem nostrã cõpararet. Non secus atque siquis diceret, iumenta esse propter homines vt illi inseruiant: & homo (vt illud seruitiũ ab eis accipiat) propter iumenta est, quia iumento fœnum pabulum, sitienti potum, & infirmo medicinam suppeditat.

Illud verò: Qui multos filios in gloriam adduxerat, quidam non inelegãter interpretãtur, Quibus pactum de Christo adorando acceptantibus, causſa fuit eorum salutis. Nam & Angeli multi sunt, & filij Dei dicuntur, vt apud Iob 1.2. & 38. & apud Dauid; *Quis in nubibus æquabitur Domino? similis erit Deo in filijs Dei?* Erant etiam iam in gloriam introducti, quia post eorum confirmationẽ, ad gloriæ participationem: & ad faciem Dei semper videndam admissi fuerant.

Omnia propter Dei Filium prius, quàm per eũ esse cur dixerit Paulus.

Primarius finis vniuersi quis. *Rom.8.*

Prouer.16. Quis secundarius.

Hist. Trip. c.13. circa finem.

Si propter Christum, & per eum sunt omnia, quomodo propter nos homines, & propter nostram salutem ille dicitur incarnatus. *Cõcil. Nic.* Finis Dominicæ incarnationis idoneo satis & commodo explicatur exemplo.

Illud: Qui multos filios in gloriã adduxerat, de Angelis quo sẽsu dicatur, *Iob.1. Infra 2. Infra 38. Psalm. 88.*

Eadem verba etiam ad electos suauiter accommodantur.

Potest tamen hoc de electis intelligi, qui cum Christo, & post Christum à Deo electi sunt, vt eos in gloriam adduceret. Non enim Græcè habetur de præterito, adduxerat, sed de præsenti, adduceret, id est, quò eos in gloriam adduceret. Hæc enim erat conuenientia, cum secum quosdam præordinatos in gloriam adducere: nec id posset iustè fieri, cùm essent peccatores: quare oportuit eum, qui salutis eorum erat autor, pretiũ sanguinis sui pro eorum debito pendere, vt vnus & idem qui fecerat, reficeret. Et in idem recidit, si legamus, Consummare. Est autem verbum τελειῶσαι, idem quod Deo perfectum per mortem offerre sacrificium: vnde & τέλεται, perfecta sacrificia olim vocabant. Et ita perfici, & consummari, est, in sacrificium perfectum mactari. De qua voce infra cap. 5. dicitur; *Et consummatus* (id est in Cruce immolatus) *factus est omnibus obtemperantibus sibi, caussa salutis æternæ.* Et quoniam Apostolus à rerum decentia argumẽtum sumit; nemo admiretur, si Doctores Scholastici interdum operũ Dei aut necessitatem, aut vtilitatem, aut conuenientiam venentur, vt Incarnationis, Mortis, ac Resurrectionis: nam Paulus hîc de conuenientia mortis loquitur. Fuit enim conueniens, vt Christus pro electis omnibus in gloriam adducendis moreretur, alioquin homo periret: quod sanè indecens erat. Etsi homo periret, Deus ab vniuersis creaturis non glorificaretur: quod etiam indecẽs esset, cùm propter Deum glorificandum omnia sint condita. Nec est absurdum, autorem salutis pro nobis mori, cùm sit caro, & frater, & proximus noster, & deceat hominem vtilitati fratrum suorum prospicere.

Passionis Christi conueniẽtia, seu decentia qualis.

Heb. 5.

Quorum Dei operum sacri Theologi cõueniẽtiæ, necessitatis ve rationem inquirãt.

Prima ratio, cur decuerit Christũ pro gloria electorum occumbere.

Altera.

Ad 3. dubit.

Et hoc est quod subdit: *Qui enim sanctificat, & qui sanctificatur, ex vno omnes.* In quibus verbis tertia difficultas est euacuãda. Est enim sensus: quòd Christus, qui sanctificat, & illi qui sanctificantur, arctissimam habẽt cognationem, & propinquitatem, vt sibi inuicem succurrant, quia tã nos, quàm ille, ex vno educimur principio, id est Adam, ex quo apparet conuenientia, ac decentia.

Alter sensus.

Vel exponi etiam potest, nos omnes ex vno Deo esse, tàm Christũ sanctificantem, qui desursum à Patre venit, & de quo; Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum; quàm homines sanctificatos, qui desuper ex Deo per Spiritum sanctum renascuntur, vt ipse docuit Nicodemum. Vnde aliquo modo Deus Pater communis est Filio, & nobis: nam vt ille dicit, Pater mi, ita nos dicimus, Pater noster; & suscitatus dixit; *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.*

Ioan. 3.
Infra 10.
Supra 3.

In eo quod & nos patrẽ habemꝰ Deũ, quamsimiles Christo redditi simus,

Matth. 26.
Supra 6.
Ioan. 20.

Probat autem dictam propinquitatem & cognationem ex nonnullis Scripturæ locis, in quibꝰ ingredimur ad quartum dubium expediendum: *Propter quam caussam,* inquit, *non confunditur fratres eos vocare, dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Tria producit testimonia, alterum ex psal. 21. vbi prædicitur quod futurũ erat, & iam tempore Pauli completum: nã in illo psalmo est sermo apertus de Messia, & morte eius. Nam ipse nomen Dei Patris annuntiauit suis discipulis; quos ob id vocat fratres, cũ ex vno Deo, & ex vno homine omnes simus. Ideò dixit Magdalenæ, *Vade ad fratres meos, & dic eis.* Addit: *In medio Ecclesiæ laudabo te.* Christus non prædicauit Patrem suum in angulis, vel extra Ecclesiam, sed palàm, & in Synagoga, & in medio Ecclesiæ. Quod est contra Hæreticos, qui latebras, & angulos quærunt à principio, dũ metuunt: vbi verò aliquem discipulorũ numerum collegerunt, multitudinis robore confidentes foras prodeunt.

4. Solut. quęstionis.

Psal. 21.

Cur suos discipulos Christus appellet fratres.

Ioan. 20.

Christus Patrem in medio Ecclesiæ quomodo laudauerit.

Hæretici maxime in hoc quã Christo sint dissimiles atque cõtrarij.

Secundum testimonium est: *Ego ero fidens in eum:* quod vnde sumptum sit, non satis constat. Quidam enim ex psalm. 17. & 90. acceptum putant, vbi habetur: Dicet Domino, Susceptor meus es tu, Deus meus, es tu, & refugium meum, Deus meus sperabo in eum. Sed in his locis Græci codices habent: Επελπιῶ ἐπ' αὐτῷ; Apostolus verò citat: Εγὼ ἔσμαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ: quæ verba sic contexta habentur in

Illud: Ego ero fidens in eum: ex quo loco Paulus desumpsit.

Psal. 17.
Psal. 90.

Huius solutionis incõmodum.

Altera solutio.

Cántico Esai.12. iuxta Septuaginta interpretes, vbi nos ex versione Hieronymi habemus: *Ecce Deus Saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo.* Et illa Græca ad literam sonant, vt Interpres noster hoc loco vertit: Ego ero fidens in eum. Vnde ex hoc loco desumpta fuisse asserendum est: perpetuò enim Apostolus sequitur Septuaginta interpretes.

De quo dixèrit Prophe'ta: Ego ero fidens in eum, teste Theophylacto.

Videntur autẽ illa verba esse Christi, & Theophylactus confidenter negat verba esse alterius quàm Christi. Et quamuis B. Hieronymus in Esaiã asserat illa verba proferri in persona fidelium; tamen in Scripturis nouum non est, Christum caput assumere mẽbrorum suorum personam, & in eis, & pro eis preces fundere ad Patrem. Et hæc confidentia oritur ex cognatione, & propinquitate assumptæ carnis nostræ per Christum. Photius verò explanans hunc locum, ait: *Ne audientes ipsum esse fratrem, ac patrẽ, existimetis quempiam vnum esse è vulgo; Deus est, inquit, in quem scriptũ est oportere fidere. Quis enim in alio quoquam fidit nisi in solo Deo?*

Alter sensus, nimirum B. Hieronymi tom. 5. in prin cip.

Christus qualis sit pater, & frater noster.

Photius ibi dem.

Tertium testimonium: *Ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi Deus.* Quod ex octauo capite Esaiæ desumptum est. Vox Παιδία Græcè, & Latinè pueri, æquiuoca est ad filios, & ad seruos, vel ad iuniores ætate: sed tamen præsenti loco magis quadrat interpretatio filiorum, quia filij eiusdem naturæ sunt cum parentibus. Et ita vertit Oecumenius. Vox etiam Hebræa Ieladim, à generando deriuatur: vnde magis natos significat; etsi Hieronymus verterit, pueri. Et sunt Christi verba, qui se quasi patrem dicit credẽtium; qui dati sunt ei à Deo, vt eos saluos faceret: *Quos dedisti*, inquit, *mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit*; vt non solùm fratres eos appellare dignatus sit, sed etiam filios, de quibus; *Filioli, adhuc modicum vobiscũ sum.* Sũt igitur fratres Christi quatenus homo est: sunt etiã & filij, non solũ vt Deus, sed etiam quatenus per mortem suã eos regenerauit. Quemadmodùm enim ex Adę costa formata est Eua, ita ex costa Christi, id est ex Spiritu Christi, nos omnes regeniti sumus, vt dicat B. Petrus, Quasi modò geniti infantes, rationabile, & sine dolo lac cõcupiscite. Sunt denique parẽtes Christi, quatenus Christum in alijs generant, vt dicitur Matth. 12.

Puer Hebræis tria significat: ad quod hîc significatũ alludat Apostolus cum ait: Ecce ego & pueri mei mecum.

Esai. 8. Oecumen. c. 3. sub init.

Ieladin Hebræis quid sonet.

Ioann. 17.

Supra 13. Fidelis qua ratione Christi sint & fratres, & filij.

Gen. 2.

Et subiungit Apostolus, quasi declarans hunc locum: *Quia ergo pueri communicauerunt carni, & sanguini* (id est naturæ humanæ, de qua: *Caro & sanguis nõ reuelauit tibi*; & Apostolus alibi, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem*, id est homines; & ad Gal. *Continuò non acquieui carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem.* Vel quod idem est, eidem naturæ, vt per eam conuenienter posset naturam nostram redimere, vt ipse homo fieret, & quantum in se est, vniuersis hominibus vitã suã deriuaret.

1. Pet. 2.

Ijdem qua etiam ratione sint Christi parentes.

Matth. 12.

Hoc loco quid carni, & sanguini communicare.

Matth. 16. Ephes. vlt. Gal. 1.

Subiungit: *Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium*, id est diabolum. ¶ Quintum dubiũ explicandum in his verbis occurrit. Et habens mortis imperiũ, periphrasis est diaboli, vt Apostolus declarat. Et per mortem, scilicet corporis, quam Dominus sustinuit pro nobis, abstulit diabolo dominium mortis, quod in corpus, & in animam habebat: ita vt quoniam per mortem dominabatur dæmon, Christus per suam simpliciẽ mortem, vtramque in nobis mortem destruxerit.

Quis ille habens mortis imperium, & qua morte eius sit destructum imperium.

Sed quomodò, dices, liberati à diabolo sumus, qui adhuc tentare non cessat? Respondemus, à tyrannide, & principatu revera nos liberasse. Nam ille olim dominus, & Princeps erat, at principatus omninò est destructus, & in Christum translatus, qui legitimus omnium est dominus, licèt iusto Dei iudicio tẽtare Christi seruos permittatur: vt fecit in primo statu innocentiæ, quando congressus est cum protoplastis parẽtibus. Et vt id quod destruitur, amplius non est; ita illud imperium à Satana est ablatum, qui in diabolo destruxit nõ naturam, neque vitium, sed potestatem in corpora, & in animos nostros.

Ad 5. quæst. Si eius destructum imperium est per Christum: vt quid adhuc ille fideles infestat.

Gen. 3. Vti diabolũ Christus destruxerit.

Dubitatum etiam fuit, quomodò

liberati

liberati simus à timore mortis, ad cuius vel nomen horremus, & contremiscimus? Respondendū est, eos qui olim per totam vitam obnoxij erant seruituti, id est illi, qui antè tanquam maximum, supremumq; malorū mortem formidabant, & auersabantur, iā ad eam quasi ad melioris vitæ principium lætabundos accurrere, si quādo opus sit, pro Christo, & eius legibus tuendis, non tantùm viros, sed etiam teneras puellas, & pueros ac senes occumbere: quod apertum est signum, nos à timore mortis, & eius seruitute per Christū liberatos. Verè enim homo moriturus seruus est ipsius mortis, hoc est in conditione seruili manet, quæ timorem parit, quæ semper eam expauescit, vt iniquam dominā; neq; est vllus ab eo timore ereptus nisi per Iesum, ob certam æternorum bonorum, ac meliorum spem, & fidei scientiam, qua nouit tandem destruēdam mortem. Quare qui plus nimio secundùm partem superiorem mortē horrent, vt quidam doctè annotauit, indicium est eos non esse sub Chro, sed adhuc sub diabolo. Nam quod attinet ad sensus, & carnis metum, nullus Sanctorum eo spoliatur. Vnde vel ipse Iesus proximus morti cœpit pauere, & tædere: & personam suæ delicatæ carnis sustinens, asseruit Christus: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Omnes olim Gentiles se contra ictum mortis consolabantur, & muniebant, vt ex libris Ethnicorum accipi potest: sed omnibus studijs suis, & scriptis hunc metum animis suis eximere non potuerunt. Solus Christus id effecit, qui mortuus est vt diabolū destrueret, & nobis resurrectione sua nos etiam in eisdem corporibus resurrecturos ostēderet. Liberauit quoq; à perpetuo metu, quo soliciti eramus de anima, quid de illa futurum esset post emigrationē à corpore, an euanesceret, & periret, an verò victura esset perpetuò: & rursus an in cœlis, an in gehenna; à quo metu liberamur per viuam spem; sicut ab altero metu, qui solicitos nos reddebat de corpore, per fidem eripuit. Qui enim credit Christi resurrectionem, & fretus Christi morte, & Sacramentis hominem sanctificantibus, facilè confidet se ad beatam immortalitatē peruēturum: atque ita liberatus est metu mortis.

Mors quibus nō modò nō formidabilis sed etiā redditā sit valde desiderabilis

Non esse sub Christo, sed adhuc sub diabolo, qui meritò censeantur.

Mortem omnes homines suapte natura perhorrescunt. *Marc. 14. Ibidem 34.*

Propria tantum Christi, & singularis inter omnes mortales de metu mortis victoria.

Aliud genus liberationis à metu mortis quo fideles tenebantur, per Christū.

Ad sextum dubium explicādum in verbis illis: *Nusquam Angelos apprehēdit; sed semen Abrahæ apprehendit*, primò expende, hoc produci ab Apostolo, vt probet, Christum corpus & animam assumpsisse. Et hoc tantum beneficiū, de quo cœli, & terra stupent, soli humano generi contulisse, vt habeat quod in perpetuū admiretur de tanta dignatione, & benignitate Dei aduersus nos. Et illa particula, Nusquā, potest significare, nullo in loco, neq; in cœlo, neq; in terra, vel, in nullo Scripturæ loco narratur tale aliquid. Tertiò perpende, argumentari Apostolum ab autoritate Scripturarū negatiuè: qui locus probandi, vt cap. 1. bis diximus, firmus est & solidus apud Paulum, quando illud quòd negatur, tale est, vt si quoquomodo Angelo fuisset collatū, Scriptura silere non potuisset, nec debuisset, vt agnosceretur videlicet hominum Redemptor, & Saluator, & debito cultu adoraretur, vt posset ab hominibus cōcipi spes salutis adipiscendæ. Adde quartò, hūc sermonem ponere quòd Angelus (scilicet habens naturam Angelicam cum propria hypostasi) potuisset à Deo assumi ad vnionem hypostaticam, neq; Angelus sic assumptus aliquid ꝓpterea perdidisset, sed tantùm efficeret, vt Angelus qui in se ipso subsistebat, in meliori, & solidiori hypostasi diuini Verbi subsisteret. Cùm enim natura, & suppositum in rationali, siue intellectuali creatura idē re ipsa sint, certè in assumpto Angelo remaneret nō in actu, sed in potentia ipsa prior subsistentia, quæ, si desineret, iterū subsisteret in seipso. Quintò aduerte, dixisse Angelos in plurali; vt denotet vllum Angelorū, aut vllius Angeli naturam nō apprehendisse, illam sibi vniendo, & ad vnionem personalem Verbi assumēdo insititio quodā, & admirabili modo

Quorsum illud: Nusquā enim Angelos apprehendit, sed semē Abrahæ apprehendit.

Aduerbium Nusquam, dupliciter capitur.

Angelū quo modo Deus salua eius natura potuisset assumere.

Cur Angelū non dixerit Apostol⁹, sed angelos Deū non apprehēdisse.

per artificem peritissimum Spiritum sanctum. Vnde & ipse admirabilis vocatur. ¶ *Sed semen Abrahæ apprehendit.* Id est hominē ex familia Abrahæ, cui facta erat etiam cum iuramento promissio. At inquies; Cur non dicit, Homines apprehēdit sicut prius dixerat, Angelos? Respōdemus, speciē vnam esse tantùm hominum, nō plures; ideò in plurali nō dixit, homines: at verò cū species Angelicæ plurimæ sint, imò in doctrina B. Thomæ quisq; Angelus sua constet specie: ideò ad hoc declarandū dixit, non apprehendisse Angelos, id est vllā speciem Angelorum. Quòd si vna tantùm fuisset species, dixisset in singulari Angelū, non Angelos. Et tātùm assumens vnū Angelum, præter illū, alios nō saluasset: aut si plures vnius sunt & eiusdē speciei, illis tātùm per illā assumptionē opitulatus fuisset: quemadmodū nūc assumpta humana specie, omnib⁹ hominibus & solis opitulatus est. Illi enim, quorum naturā assumebat, salui tantùm redderentur. Vnde Gregorius lib. 4. Moral. c. 10. in fine: *Idcirco*, inquit, *Redemptor noster, non Angelus, sed homo factus est, quia hoc proculdubio fieri debuit qđ redemit, vt & perditū Angelū nō apprehendendo desereret, & hominem in semetipso apprehēdēdo repararet.* Hęc ille. Ad hæc Angelus cū naturæ esset immortalis, & impatibilis, ꝓ homine mori, aut pati nō potuisset; & ita charitatis flammam, quam Christus passioni, & morti pro nobis obnoxius ostendit, nunquam declarasset.

Iterum aliquis obijciet: Quare nō dixit Apostolus, sed hominem apprehēdit; sed dixit, *Semen Abrahæ?* Respōdeo: Idem prorsus est homo, & semē Abrahæ. Vnde Ioan. 8. dixerūt Iudæi: *Semen Abrahæ sumus.* Et quia semen nō dicit personā hominis, & quā Christ⁹ in humanitate nō assumpsit; ob id dixit, Semen Abrahæ. Et nō tantùm dicitur semē Abrahæ, ꝙ ab eo ꝓpagatū sit, quàm quòd in eo esset vis propagandi secundū plenitudinē Spiritus.

Quod verò primo loco obiectum fuit, Angelum à Deo assumptū, quia in persona Dei loquebatur: *Ego sum*, inquit, *Dominus Deus tuus qui eduxi te de Terra Aegypti:* facilè resoluitur. Nā frequenter Angeli Dei personam repræsentāt, atq; in eius persona loquūtur: & tales assumuntur in ministeriū tantùm, non autem ad vnionem hypostaticam, ad quā solus homo Christus fuit assumptus.

Præterea Chrysostomus pōderauit verbum illud Apprehendendi, quòd est præsentis temporis, nō præteriti. Et loquitur per metaphoram eorum, qui eos insequūtur, qui auersi sunt, & omnia faciūt, vt fugiētes, & resiliētes apprehendere valeāt: in quo maxime diuina bonitas elucet, & nostra malitia medicū sanantem fugiens detegitur. Sunt qui interpretantur apprehēdere, ꝓ eo quod est labantes Angelos reducere, qđ nunquā fecit: hominē autem periclitantem quasi quadā manu apprehendit, de qua cecinit B. Virgo: *Suscepit Israel puerum suū* (nam Israël Accusandi casus est) *recordatus misericordiæ suæ*, Abrahæ, & semini eius promissæ. Peccatum ergo dæmonis, quia mera superbia fuit, & nullius ꝓsuasione peractum, nulla etiam ignorātia, vel infirmitate cōmissum; ideò inexpiabile fuit: ob idq; in Scriptura sacra prętermissum. Adæ verò peccatū ex ignorantia, & deceptione Euæ, & ex viri demissione ad vxorem, vt non contristaret delicias suas, ac dæmonis impulsione, patratū fuit; ideò dignum misericordia, & expiatione fuit; ac propterea in Sacra Genesi enarratum, atque cognitum fuit, ac ꝓinde de eius remedio prospectum.

Postrema verba, de quibus dubitatum fuit, sunt: *Vnde debuit per omnia fratribus similari.* Quæ verba sic intelligenda sunt; vt per omnia, peccatum quod nihil est, sed boni tātùm priuatio, non includatur. Debuit autē per omnia assimilari in malis pœnæ. Nō valuisset autem pro nobis litare peccator existens, etiamsi vniuersas nostras pœnas sustulisset. ¶ *Vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum.* Hoc est: Vt misericorditer erga nos afficeretur, & fidelis expiator, & ꝓpitiator ꝓ nobis causſam nostrā ageret apud Deum.

Esa. 9.

Idem quare non inquit: Sed homines apprehēdit.

B. Thom. 1. p. q. 50. art. 4. & alibi, tom. 10.

B. Gregor. tom. 1. Prima ratio, cur Deus nō Angelus, sed homo factus sit.

Altera.

Cur dictum potius: Sed semē Abrahæ apprehendit, quàm, sed hominē apprehendit.

Ioan. 8. Semen Abrahæ sic vocatur duplici ratione.

Ad 6 dubitationem.

Exo. 20.

Quid sit Apprehendere, Chrysostomo. *Chrysost. homil. 5. init. tom. 4. sub finem.*

Alter sensus verbi eiusdē Apprehendēdi.

Luc. 1.

Esai. 14. Apoc. 12.

Gen. 3.

Ad 5 dubit. De eo: Vnde debuit ꝓ omnia fratrib⁹ similari.

Christus per omnia fratribus simtlari debuerit in quibus tantummodo.

Deum. Vel vt Græcè habetur, τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, id est, in his quæ ad Deũ pertinent. Quæ cap. 5. vbi eadem verba Græca habentur, planiùs vertit Interpres, dũ ait: *Omnis quidẽ Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deũ.* ¶ Quod verò subdit: *Vt repropitiaret delicta populi*; per figuram Hypallages dictum est: sicut dicitur mũdari lepra, non q̃ ipsa in se mundetur, sed leprosus est qui mundatur à lepra. Ita hìc dicitur: *Repropitiaret delicta populi:* & Dilectus: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris*: non q̃ peccata vlla mereantur repropitiationẽ, sed vt sic peccato deleto, atq; extincto, homo Deo repropitietur. ¶ Fidelẽ autem vocat Pontificem: quia fidẽ in eo opere implendo Patri seruauit, ad qđ illum miserat. ¶ *In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus; potens est & eis qui tentantur, auxiliari.* Declarat fructũ, quem ex passione, & tentatione collegit Christus: nam ex hoc factus est misericors ad nos commiserãdos, & prõptus ad nobis auxilium ferendum suo fauore gratiæ. Ita enim miserias experti, faciliùs discũt alios miserari, & succurrere: vt etiam quædam cecinit Regina:
Nõ ignara mali, miseris succurrere disco.
Ob eandẽ causam permisit Petrum de se cõfidentem cadere; quò promptior redderetur ad impendẽdũ alijs cadẽtibus misericordiam, & remissionem peccatorũ in clauibus sibi à Christo concessis. Paulus etiam scripsit: *Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à Deo*; siue vt Græci codices habent, per cõsolationem, qua consolamur & ipsi à Deo.

Sed hìc dubium est, quomodò misericors factus est Christus à tẽtationibus quas passus est? & num quis poteſt esse magis misericors, quàm ipse Deus? aut nunquid efficitur Deus misericors per experientiam miseriarũ nostrarum? Absit. Sed hìc de Christo homine sermo est, qui humanum à se nihil alienum putauit. Et vt nos miseriarum notitiam magis à sensu, & experientia capimus, quàm à ratione (cum contrà Deus magis à ratione, quàm ab experientia accipiat) decuit Christum per dolorũ sensum viscera misericordiæ sibi parare, vt ipse quatenus homo erat, efficaciùs erga nos afficeretur, & nobis errantibus, siue peccãtibus magis cõpateretur, & deniq; mala tẽporalia propter peccatũ tollerãtibus promptius succurreret. Et hactenus de his dictum sit.

Heb. 5.

Illud: Vt repropitiaret delicta populi, quo sit accipiendũ modo.

1. Ioan. 2.

Cur fidelis Pontifex Christus.

Ex eo quod Christus passus est & tentatus, quid didicerit.

Virgil. 1. Aeneid. finẽ versus.

Cur Petrus in trinâ Christi negationem labi permissus. Matth. 26. 2. Cor. 1.

De Christo, quòd ex ijs quæ passus est, misericors factus sit, quàm verè dicatur.

Aliter homo, aliter Deus miserias cognoscit, & intelligit.

Quàm expediens nobis fuerit humanarũ Christi tolerãtia passionum.

DISPVTATIO XI.

IN illa verba, cap. 3. *Vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum, & Põtificẽ cõfessionis nostræ Iesum: Qui fidelis est ei qui fecit illũ, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est*, &c. vsq; in finẽ cap.

IN Hoc capite nõ sunt multa vel obscura, vel disceptatione digna: tantùm præsentis exhortationis scopũ attingamus, qua Paulus Hebræos corroborat, & cõsolatur. Deinde quædã circa literam, & phrases loquẽdi explicare conueniet, quia nouæ sunt, & ex alijs linguis desũptæ, & circa quas lector exercitatus hærere possit. Tertiò in Psalm. illo 94. *Venite exultemus Domino*, &c. primò ambigi posset, an commodè, & ad rem à Paulo producatur, & an legendum: Quadraginta

Prima dubitatio.

Secunda.

Tertia.

Heb. 94.

annis infensus fui generationi huic, vt hic citatur à Paulo, an, Proximus fui, vt in Psalm. habetur. Adhæc quid est illud: Si introibunt in requiē meā? an illud, Si, negationem includat, & quomodò. Quartò, quid est illud, *Hodie*, đquo ait: *donec hodie cognominatur.*

Quarta.

Prima dubij solutio. De Pauli proposito.

Ad primum dicendum, Apostolū, vbi Christum verum Deum, & verū hominem aliquot Scripturarū testimonijs astruxisset, blādissimis verbis nouam instituere exhortationem ad eos in fide accepta retinendos, & roborandos. Nā primo loco vocat eos, fratres, & carne, quia cū illis Hebræus erat, & spiritu, quia eōdem religionis Christianæ vinculo adstrictus. Et sanctos vocat, id est mūdatos Christi sanguine ab omni inquinamēto peccati, ac Deo per Baptismum vocatos, & sacratos. Addit tertiò, *Vocationis cœlestis participes*, quia vocatio đ cœlo venit: & ad cœlestia, nō vt olim in lege, ad terrena, vocat. ¶ Vocantur autem prædicatione Apostolorum: vnde & Ecclesia dicūtur, qui vocationi obaudiunt, quasi dicas, euocatus cætus. At Iudæi, expellēte eos per vim Pharaone, signis Moysi congregati fuerūt: & tanto titulo ornauit eos, ne putarent se cū alijs incredulis reprobatos: de quib⁹ Scripturæ frequēter loquūtur.

Cur Paulus Hebræos fratres appellet, & Sanctos.

Quare vocationis cœlestis participes.

Quomodo vocentur ad Christum: ijdem cur Ecclesia nūcupentur.

Exod. 7. & seq.

Et subdit: *Considerate*, nimirū qualis & quantus sit quem profitemur Apostolum, & Pōtificem nostrū: quo verbo singularem attentionem requirit, quia impunè cōtēni Christus nequit. Et ostendit singularē Christi notitiā, & cōsiderationē omnibus erroribus discutiendis idoneā esse & sufficiētē. Nam ex inconsideratione primus Angelus affectās primam sedem, peccauit: & parens protoplastes nō considerauit Dñi præceptū, & quāta bona propter transgressionē amitteret: ad cuius similitudinem omnis peccator nō cogitat quanta se hæreditate spoliet, & in quantā suppliciorum gehēnam se dedat præcipitem: nemo enim intendens ad malum, operatur. Quare Bernard. libros quinque De consideratione ad Eugenium Pontificem conscripsit, non nescius quanta à superioribus in hac parte peccantur.

Quām necessaria Iudæis & vtilis Christi eorum Apostoli, & Pōtificis consideratio.

Esa. 14.

Gen. 3.

Inconsideratio, omnium peccatorum, & malorum existit occasio.

Vocat autem Christum, Apostolū Iudęorum: quia legatus fuit Patris, & Circūcisionis minister, missus in persona ad prædicandū, & signis sermonē cōfirmādum, nō ad alios, quàm ad oues quę perierunt domus Israēl. Etsi negandum nō sit, eum ad omnes sanguine suo redimendos, & lege Euangelica in Apostolis ad se in mundum vniuersum destinatis, erudiendos venisse. Vnde in Patris psona loquitur Esaias; *Parū est vt sis mihi seruus ad suscitādas tribus Iacob, & faces Israel cōuertendas. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremū terræ*: quē locū Act. 13. Paulus citat, vt sibi, & Apostolis cōueniētē: quia Apostolatus Apostolorū maximus, in illa, & sub illa eminentissima Christi legatione, & missione cōtinetur. Et vt missionis Christi modus excellentissimus extitit, nēpè per carnis assumptionem, & mortē: ita munus eius præclarum, & sublime fuit. Missus est em̄ ad faciendū, & plantandum Euāgelium per se ipsum, & illud Iudæis notificandum: per Apostolos verò vniuerso terrarū orbi promulgandum curauit.

Iudæorum Apostolus quare Christ⁹ appelletur, & minister circumcisionis. *Rom. 15. Matth. 15. Infra 28. Marc. vlt.*

Esa. 49. Act. 13.

Illud Prophetæ: Dedi te in lucē Gentium, &c. Apostolis quare conueniat.

Secundò vocat Christum, Pōtificē, id est summū Sacerdotem, qui ingressus in Sancta Sāctorū, nō sine sanguine suo litauit, & salutem nostrā operatus est in medio terræ, & nūc apud Deū pro nobis interpellat. ¶ Confessionem verò, per Metonymiam fidē vocat: est enim fides confessionis causa, quæ corā hominibus suo tempore facienda est: quia corde creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem. Zelantibus igitur Iudæis pro Moyse, & Aaron, in voce Apostoli alludit ad Moysen olim à Deo missum vt magnū Prophetam ab Ægyptiaca seruitute liberātem: at in verbo Pontificis alludit ad Aaronē, qui summi Pōtificis ministerio fūctus est. Quasi diceret; Nos olim habuimus Moysen Apostolū, & Aaron in Pōtificem: sed nunc pro vtrôq; maiorem habemus Iesum Dei Filiū: *Qui fidelis est ei* (scilicet Patri) *qui creauit illū: sicut & Moyses in omni domo eius*, scilicet, fidelis,

Christi Apostolatus dignitas & excellentia ex duobus comprehenditur. *Mar. vlt.*

Christus cur vocetur Pontifex.

Psal. 73.

Cuius cōfessionis sit Pōtifex Christus. *Rom. 10.*

Antiquus Iudæorum Apostolus quis, eorundem & Pontifex.

Exod. 3. & 4.

Deo

Illud: Sicut & Moyses in omni domo eius fidelis est, vnde mutuatus sit, & cur loci non meminerit Paulus.

Num. 12. Quàm honorificum de Christi erga Deum fidelitate ferat testimoniũ Moses, vel potiꝰ Deus.

Deut. 18.

Exo. 20.

Matth. 11.

Luc. 10.

Id Deut. 18. Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dñs, &c de Iosue nullo modo accipi posse.

Num. 27.

Soluitur 2. dubitatio.

Quomodo accipiendum illud: In omni domo eius.

Phrasis hæc: Amplioris gloriæ iste p̃ Moyse dignꝰ est habitus, vnde ducta.

Deo extitit. Nec locũ Apostolus citauit, quia cũ doctis, & eruditis loquebatur. De Moyse siquidem Num. 13. legimus: Si quis fuerit inter vos Propheta Dñi, in visione apparebo ei, vel per somniũ loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est.

Christi autẽ multis in locis cõprobatur fidelitas, sed maximè Deut. 18. *Prophetã*, inquit, *de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dñs Deus tuus, ipsum audies; vt petisti.* Et in frà: *Ponã verba mea in ore eius, loquetur ꝙ ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autẽ verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam.* Ecce Christi fidelitatem. Loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi. Et quò magis fidelis esset, verba illa, quę in nomine Dñi locutus est, virtute signorũ, & inculpatæ vitæ exẽplo corroborauit, & vltionem grauissimam pronuntiauit imminere illis, qui non receperint. Vsq; adeò, vt Tyro, & Sidoni, & Sodomis remissius sit futurũ iudiciũ quàm illis qui verbũ Christi per Apostolos, & discipulos prædicatum non acceptarunt. ¶ Elicitur etiã ex illo loco Deuteronomij, prioris testamenti antiquatio, & finis ministri eius, hoc est Moysis. Si enim satis erat ad salutẽ audire Moysem, alius Propheta, quẽ audire oporteret, designatus nõ fuisset, cũ tanta præsertim Dei interminatione. Nec illa sentẽtia potest ad Iosue Moysi successorẽ detorqueri: quoniã de Iosue iã erat explicitè dictũ quid esset facturus: & Paulus cap. sequẽti probat Iosue Moysis successori nequaquã datã esse per illum requiem. Et hæc de primo.

Ad secũdũ, in verbis Apostoli quędá sunt aduertenda. Et primũ qđ ait: *In omni domo eius*, intelligit, tota domo, vt inferiùs vertit interpres. Et relatiuũ, eius, nõ est ad Mosen referẽdũ, quia domus Dñi est, & Filij, non famuli Moysis. Deinde ꝙ ait: *Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus:* perpẽde, interpretẽ lectionẽ Græcã affectasse: nã ἄξιος, ideſt dignus, gignẽdi casum regit, iuxta illud Euripidis dictũ, & à Porphyrio vsurpatũ: Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. At Latinis, dignus, Ablatiuũ regit, & ita hìc erat dicendũ: Ampliori enim gloria iste præ Moyse dignus est habitus; sed Interpres, vt in alijs multis, ita in hoc nõ abhorruit à Græca phrasi. Nam Sap. 7. vertit: *Mihi dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum (id est his) quæ mihi dantur:* & Luc. 3. *Facite fructus dignos pœnitẽtiæ.* Poëta quoq; dixit:

Maiorum non indignus auorum.

Quod sequitur: *Quãto ampliorẽ honorẽ habet domo qui fabricauit illã*: facile est dissoluere. Sẽsus em̃ est: Quãto honorabilior est dñs domus quã domus ipsa, cuius domꝰ, & familiæ pars erat Moyses; tanto Christus Dñs ipsi Moysi præcellit, qui inuenitur vnus de domo non fabricator, sed fabricatus cũ cæteris. Subdit: *Omnis namque domus fabricatur ab aliquo, qui autem omnia creauit, Deus est.* Prima propositio omnibus ex terminis nota est. Cum enim domus sit opus artis, non sua sponte, aut casu, aut natura nascitur, sed architecto fabricante necessariò indiget. At Christus qui fabricauit domum, siue intelligas de prima ædificatione, quæ fuit rerum creatio, quia ipse est Verbum, per quod facta sunt omnia, siue de redemptione, & restauratione domus per sanguinem, non dubium, quin etiam ea parte qua homo est, architectus fuerit Ecclesiæ excelsis meritis suis sanctificationis Spiritũ pro ea cõparãs. Cũ em̃ cõstet Ecclesia ex viuis lapidibus, hoc est ex sanctis hominibus; nemo p̃ter Deum ipsũ hoc præstare potuit. Vnde cõcludit: *Qui autẽ omnia creauit, Deus est.* Colligens Christũ Deũ esse. *Et Moyses quidẽ fidelis erat in tota domo eiꝰ tãquã famulus.* Certè Moyses se seruũ appellat Num. 11. *Cur afflixisti*, inquit, *seruũ tuũ? quare nõ inuenio gratiã corã te? Et cur imposuisti põdus vniuersi populi huius super me? Nũquid ego cõcepi omnem hãc multitudinẽ, vel genui eã, vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulũ, & defer in Terrã, p̃ quã iurasti patribus eorũ?* Cõfitetur igitur

Porphyr. c. De ſpecie.

Virgil.

Quid significet: Quanto ampliorẽ honorem habet domo qui fabricauit illã.

Christus duplicem domũ fabricauit, & qualem.

Ioann. 1.

Ecclesiæ qui sint lapides viui, ex quibus construitur.

2. Pet. 2.

Quibus verbis Moyses non se dũm domus Dei, sed seruum agnoscat, & p̃fiteatur.

Cur datus Moyses Iudæis tantum modo.

Gal.3.

Moyses se nõ esse genitorẽ illius populi, & succũbere in eius regimine. Et ne diceres; Quorsum ergo præcessit Moyses? Respõdeo: *In testimonium eorũ quæ dicenda erant.* Hoc est: vt veluti pædagogus quidã perduceret eos ad Christũ verum Doctorem. Nam Christi gratia testificata est à lege, & Prophetis, *Christus verò tanquã filius in domo sua, quæ domus sumus nos.* Græca habent, supra domũ ἐπὶ οἴκου. Moyses verò in domo, nõ, supra domum; nã Græcè dicitur, ἐν οἴκῳ. Est igitur grãdis inter Mosen, & Christũ differentia: quia Christus dñs domos, & fabricator, Moyses pars domus fabricatæ. Deinde Christus supra domum est vt filius, Moyses in domo vt famulus ad præscriptum Domini illã gubernãs. Et cũ ait: *quæ domus sumus nos*; videtur legisse Interpres ὃς οἶκος: alij verò legũt, ὃ οἶκος, id est, cuius domus sumus nos. Et domus est, qui habet Christũ per fidem in se inhabitãtem, iuxta illud; *Ad eũ veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et vt ipsum Verbũ caro factũ habitauit in nobis, id est ad vtilitatem, & gloriam nostrã, ita domus Dei inhabitata, fructum gloriæ, & honoris Deo reddere debet. Et certè Ecclesia apud Paulũ nomine domus venire solet: nã ad Timotheum ait. Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei cõuersari, quæ est Ecclesia Dei viui. Addit: *Si fiduciam, & gloriam spei vsq; ad finem, firmam retineamus.* Quo verbo adhortatur Hebræos fortiter in fide persistere, & in bonorũ operũ studio, & in aduersis malis tolerãdis perseuerare. Domus ergo sumus, si in fiducia clamemus, *Abba Pater*; & in gloria, id est gloriatione, spei, id est rerum æternarũ quas speramus, persistamus. Hæc autẽ fiducia, & gloriatio solet humiles efficere; non de salute certos, & omninò securos, ne hæreticis fiduciarijs nostri seculi, qui gloriantur quasi iam possideãt, sintq; ita securi, ac si ab æternis bonis excidere nõ valeãt, persimiles reddamur. Pro fiducia, Græcè habetur παῤῥησία, quæ proprie est libertas loquendi, cũ quis nihil metuens intrepidè audet profiteri quod sentit. Iam ad tertio propositum respondendum: *Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis; nolite obdurare corda vestra.* Cũ Iudæi grauiori oratione essent pũgendi, & increpandi; offensionis vitandæ gratia, alienã personam induit, scilicet Dauidis, & per eum loquentis Spiritus sancti. Nam si Paulus patrũ exprobrasset incredulitatem, minus auditus fuisset: at introducendo Dauidem loquentẽ, res erat minus odiosa. Sũt ergo verba hæc nõ Dauidis, non Pauli, neq; Angelorum, sed Spiritus sancti: qui testificatur nõ tantùm in signis, & prodigijs, verùm etiam in cordibus, quod Christus sit filius Dei. Qui enim credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se.

Rom.3.

Christus maior Moyse dupliciter.

Domus Christi fidelis est quisque.

Ioann.14.

Supra 1.

Domus Dei apud Paulum quid.

1.Tim.3.

In domo Dei quomodo perseuerandum.

Rom.8.

Gal.4.

Fiduciæ, & gloriæ spei efficacia.

Psal.94.

De Christi diuinitate duplex Spiritus sancti testimonium.

1.Ioan.5.

Producit autem Psalmũ nonagesimumquartũ, in quo omnes in genere inuitantur ad Dei laudes præcinendas, & ad præconia, & eius beneficia celebranda. Vnde incipit: *Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Præoccupemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.* Non ait: Venite, exultate, iubilate, præoccupate: non enim erat ex his Dauid, qui alios adhortãtur ad ea opera præstanda, quæ ipsi facere detrectant, vt Scribæ, & Pharisæi, qui dicunt, & nõ faciunt, & qui alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autẽ suo nolunt ea mouere. ¶ Præoccupare, est præuenire: quasi dicat, Maturemus, & tempestiuè veniamus, dũ tempus est laudandi. Sicut alibi ait: Anticipauerunt vigilias oculi mei. Et rursum: Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Significat etiam præoccupatio contentionẽ, & vehemens studiũ, quo serui Dei contendere videntur ad se inuicem præueniẽdũ in Dei laudib⁹, festinãdo venire, ante cõspectũ Dei se sistentes. Perpende etiam vsum Sacræ Scripturæ: quia vnus & idem textus tempore Dauidis vtilis fuit ad reprehendendã incredulitatem illius populi. Tẽpore etiam Pauli idem accidit, & omni tẽpore idẽ vsu venire solet. Sicut quod

Psalmi 94. argumentum.

In eo quod Dauid in prima persona loquens adhortatur: Veritate exultemus, &c. q̃d nos doceat.

Matth.23.

Præoccupare quid.

Psal.76.

Psal.118.

Alter significatus.

Ad 3. quæst. An ad rem Paulus dictũ Psalmum attulerit.

Esa.29.

Matth.15.

Scripturæ artificium.

Hodie quod nam illudsit, quo Iudæi vocem Dñi audituri erant.

2.Cor.6.
Psal.117.

Christum audientes qui obdurẽt corda.

Vnde cordis duritia, Iudæos Dauid oues cur nominet.

Ioan.10.
Obedientiæ præstantia.
1.Reg.15.

Quid exacerbatio apud Prophetam. *Num.16.*

Secundùm pro,in,more Scripturæ.

Esaias aduersus sui seculi hypocritas dixit: *Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè est à me*, vsurpauit Dñs, & eodem verbo perstrinxit sui temporis hypocritas. Ita vt mirum esse non debeat, si vnus, & idem locus varijs temporibus deseruiat: ita enim contexta est per Spiritum sanctũ Scriptura, vt ad omnia tempora, loca, & personas extendatur.

Ait ergo Apostolus in verbis citatis, *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Aliqui vertunt, Hodie vtinam audiatis. Voluit autem Deus ab initio voci suæ obediri, nec illorum periuria ferre valuit, quin revera vleiscereturr. Et Hodie, vocat tẽpus gratiæ, & salutis, ꝺ quo: Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis; &, Hæc est dies quã fecit Dñs: cuius operatio, & efficacia in finem vsq; seculi durat. Qui enim nõ audit Christũ nũc loquentem, ab eo requiretur ratio cur audire noluerit. Qui autem audit Christum loquentẽ, non debet obdurare cor, agnitam veritatẽ aut respuendo, aut impugnando, vt nolit credere: qꝺ propriũ erat Iudæorum. Et cordis duritia procedit à voluntate prauè affecta per mũdi bona, & carnis illecebras. Et cũ Dauid paulò antè vocauerit Hebræos populum Dei, statim vocat eos, Oues, quarum est vocem sui pastoris audire: & quos ad laudes Deo impendẽdas inuitauit, simul & ad obedientiam prẽstandam admonet, quæ omnibus sacrificijs, & victimis præcellit. ¶ Subdit: *Sicut in exacerbatione secũdum diem tẽtationis in deserto.* Ad literam aduerte, illa omnia, quæ contigerunt Hebræis in egressu de Ægypto, & ambulãtibus in deserto, omnia inquam fuisse à Deo ordinata ad nostram doctrinam, & cõmonitionem. Vocat autem exacerbationem, quæ Græcè habetur Παραπικρασμῳ, hoc est irritationem, siue contentionem Corè, Datan, & Abirõ, & de illa exploratorũ redeuntium Numer.13. & 14. Hebræa habent: *Sicut in die tentationis:* pro quo Septuaginta legunt: *Secundũ diem tentationis*, secũdùm capitur pro, in, vt Gen.18. *Secũdùm hoc tempus veniam*, id est in hoc tempore. Deniq; tota illa populi peregrinatio nihil aliud fuit quàm Dei tentatio: non enim verbis eius crediderunt. Negabant Dei potentiã, quæ posset seruare, & alere eos, frequẽter enim tẽtauerunt Deum, quia quãdoq; per aqua, quãdoq; per carnibus, quãdoque pro pane, ita ꝙ decies tentauerunt ipsum: ita em̃ habetur Num. 14. Iam enim tentauerant me per decem vices: & tamen suo ipsorũ malo experti sunt, siue experientia Deũ cognouerũt, idq; annis quadraginta; nã ibi est punctus figendus iuxta Græcã literã. Hebræa tamen veriùs hæc verba iungunt cum sequẽtibus, sicut etiã ipse Apostolus infra declarat, cũ ait: *Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt*, &c.

Subdit: *Propter quòd infensus fui generationi huic: & dixi, Sẽper errant corde.* Alia lectio habet: *Proximus fui generationi huic*, quã sequitur Psalteriũ Romanum, quo in diuinis Officijs vtimur: quãquàm priorem lectionem sequãtur Hebræa, & Græca exemplaria Septuaginta interpretum, & hoc loco Apostolus. Hieronym. verò iuxta Hebræũ vertit: *Quadraginta annis displicuit mihi generatio ista.* Vel, vt alij, Iurgatus sum cũ generatione hac. Sed illa lectio non facit magnam difficultatem, si intelligamus, Deum illi generationi quadraginta annis fuisse proximum, scilicet ad punitionẽ, & vindictã. Qui autẽ offensus est, capit ex illius actibus, & verbis molestiã, & odio accenditur ad vindictam.

Causſa autem huius variæ lectionis est verbum Græcum προσώχθισα: quòd si descendat à verbo προσοχθίζω, significat esse infensum alicui, & molestiam capere ex re aliqua: si verò deriuetur ἀπὸ τῦ προσχθίζειν, est appellere ad littus, siue appropinquare. Sed si cõsulamus Hebræa, & præcedentia, & sequentia, & Paulum, præstantior est lectio quæ habet, Infensus fui, & puto legendum προσώχθισα per, ν, non per, ιοτα, vt descendat à dicto verbo.

Quod igitur aliter canteur in Ecclesia, quàm in Hebræo, vel Græco habea-

Deum Iudæi in deserto quomodo tẽtauerint. *Psal.77.*

Verbũ Quadraginta annis, & reliq. ad superiorẽ clausulam, an ad inferiorẽ sit referendũ

Hieronymi translatio huius loci qualis. *Tom.8.*

Harum versionum ratio diuersitatis.

Illa: Infensus fui, &c. alteri, Proximus fui, quare præferenda.

habeatur, nihil refert, quia etiam idē contingit Ecclesijs Græcanicis, quæ ppter editiones in Græco idiomate varias ac multiplices, cōfusaneę sunt, ac miscellaneæ, ex diuersisq; cōflatæ, sicut etiam nostra ex diuersis versionibus Latinis constat. ¶Et dixi, *Sēper errant corde*. Chaldæus paraphrastes habet, *Populus est, quorum idola sunt in corde ipsorum*. Duplex est error, alter intellectus solius, cùm quis malè ratiocinatur: qui etsi sit malū, & grauis infirmitas, non tamen ad malum imputatur. Alius est error, qui procedit à voluntate deprauata, & prohibēte ne intellectus consensum præbeat veritati persuasæ: & talis erat error imputabilis, & proprius Iudæorū fidei propositæ acquiescere nolentiū: qui excæcati sunt, & vias Dei non cognouerūt, hoc est iustitiam, & misericordiam, de quibus: *Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas*. Multi enim indulgentia Dei sola nota pereūt, nihil timentes; alij verò sola seuera iustitia Dei agnita, ad Deum non cōfugiunt, vt remissionem peccatorum, & gratiam inueniant.

Quibus iuraui in ira mea, si introibūt in requiem meam. Græca legunt: Sicut iuraui: sed præstantior est, & clarior nostra lectio, *Quibus iuraui*. Vocat autem iram suam magnā, qua excæcati, & veritatem respuentes, in ignem æternum deturbātur. ¶Illud autem, *Si introibunt*, mutilus est sermo, qualis esse solet eorum, qui ira accensi excandescunt. Et habet hic sermo negationem firmissimam per figuram Aposiopesis: & ad sententiæ integritatem aliquid est supplendum, vt: Si introibunt in requiem meam, non sim ego Deus amplius; vel, mihi fidē non habeatis, aut, voci meæ obedientiā non adiungatis. Simile est illud psal. 88. *Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mētiar*: & Esai. 22. *Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini: dicit Dominus Deus exercituum*: & supplendum est, sim ego mendax.

Facit igitur Apostolus mētionem inobedientiæ patrum, quia stultè generis sui gloria inflati erant, & patrū vitia pro virtutibus amplectebātur. Deinde vt cum audirent patres suos fuisse Deo immorigeros, melius se agnoscere possent eiusmodi admonitione indigere. Et exprimitur in quibus patres non sint à nobis imitandi: cum scilicet nos à Deo, vel à veritate Euangelica abducūt. Vnde subiūgit: *Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrum cor malū, incredulitatis, discedēdi à Deo viuo*. Proposito exemplo patrū incredulorū, hortatur ne illis similes fiant, & fiat cor eorum malum, id est voluntas peruersa discedendi à Deo viuo per incredulitatem, & diffidentiam, & ne deflectant in apostasiam. Et Christum vocat Deum viuum; vt eius innuat potentiam, & sapiētiā, & nihil illū latēre posse. Et bene dixit, Cor malum incredulum: est enim & cor bonum incredulum, iuxta illud: *Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint*.

Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur. Hoc erat postremo loco dubitatum. Et res non est admodum obscura. Hodie, siue hodiernus dies, vitam totam nostram mortalem complectitur, in qua viatores sumus, & reuerti possumus per pœnitentiam ad viam rectā, & promereri vitam æternā. ¶Vocat autem peccati fallaciam, deceptionē, quæ ex concupiscentia mala in nobis prodit: illa enim sæpè fallit, vt dixit Iacobus Apostolus: *Vnusquisque tentatur, à concupiscentia suæ abstractus, & illectus*. Abstractus, nimirum à veris bonis, quæ sunt Dei gratia, & gloria æterna: illectus, ad falsa, & apparentia bona, id est ad sensus & carnis cōmoda.

Addit: *Participes enim Christi effecti sumus; si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus*. Vt vocem Græcam hypostasis primo capite vertit substantiam pro subsistentiam, ita etiam & hoc loco. Et initiū quo sustentamur, opponitur fini, ita vt vtrūque oporteat consentire. Docet igitur in magno retrocedendi periculo eos versari, qui necdum ad vitam æternam peruenerunt, ex typo,

Error intellectus qui sit, & an sit peccatum.

Error voluntatis, seu cordis quis ille, & quorū proprius.

Psal. 24. Misericordia, & veritas, vtraque simul cur sit ad salutē necessaria.

Ira Dei in Iudæos incredulos quę nā sit.

Psal. 88. *Esai. 22.*

Patres, seu maiores Iudæorum Apostolus cur notet inobedientiæ.

Parentes quatenus nobis non audiendi.

Quomodo discedat quis à Deo viuo: & cur ita Christum appellet Apostol⁹.

Cor incredulū aliud malum, aliud bonum, quodnam illud. *1. Ioann. 4.* Ad 4. dubit. De verbo: Hodie, quod cognominatur.

Quid peccati fallacia.

Iacob. 1.

Explicatur id: Vnusquisque tēratur, à concupiscentia sua abstractus, & illectus.

& exem-

& exemplo Patrum, qui licèt ex Aegypto vocati essent per fidem, & typicè baptizati in transitu maris Rubri; ad Terram tamen promissam nõ peruenerunt, nec initium subsistentiæ, id est, vel baptismũ quod est fundamentum aliorum Sacramentorum, & dat esse nouum, vel fidem qua initiamur Christo, & quæ est hypostasis rerum sperandarum, ad finem vsque firmum retineatur: ad quod opus est, vt donum charitatis per gratiam, vel fidem acceptum, augeatur, donec ad perfectum veniat, & ad finem desideratum. Et quod addit: *Quidam enim audientes, exacerbauerunt; sed non vniuersi*, &c. lenit sermonem: cùm enim in communi iactasset exacerbationẽ, nunc illam restringit, dicens nõ spectare ad vniuersos, sed ad quosdã ex illa multitudine. Quorum cadauera prostrata sunt in deserto, & qui dixerunt, Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Quod ait, Cadauera, Græcè legimus κῶλα, tàm hoc loco in Paulo, quàm Num. 14. apud Septuaginta; & significat membra, & ita interdũ legitur à Patribus, vt à Basilio homil. 1. de Ieiunio: quãquam Hebræa vox propriè cadauera significet, & ita interdum promiscuè verti solet. Reliqua aperta sunt.

1. Cor. 10.

Exo. 14.

Hebr. 11. Vt fidem vsque ad finem firmam retineam, quid à Deo flagitandum.

Num. 14.

Basil. tomo 1.

DISPVTATIO XII.

IN illa verba, cap. 4 *Timeamus ergo, ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nuntiatũ est, quemadmodum & illis. Sed nõ profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex ijs quæ audierunt*, & reliqua vsque in finem quarti cap.

PRimo loco explicãda venit mens Apostoli, & ratio exhortationis Apostolicæ. Deinde quomodò dicitur Deus requieuisse ab omni opere suo quod patrarãt, cùm constet, Deum in condendo mundo nõ laborasse, ac proinde nec requie indiguisse, imò magna cum voluptate, ac delectatione in eo formando affectum fuisse. Tertiò, quis est ille viuus sermo Dei, & efficax, & penetrantior omni gladio ancipiti: an Christus ipse, an verò verbum Euangelij, an vtrumque. Quartò, quomodò dicitur Christus tentatus per omnia, pro similitudine absque peccato, cũ in Euangelio tantùm legamus tribus tẽtationibus à Satana appetitum fuisse. Hæc etsi admodũ magnas, aut inexplicabiles difficultates non contineant; non tamen ita sunt omnibus obuia, & exposita, vt aliquod explicationis lumen non desiderent.

Prima difficultas.

Secunda.

Gen. 2.

Tertia.

Matth. 4.

Scopus igitur satis se prodit. Perstat enim Paulus in sua adhortatione, quam acceperat ex illis verbis: *Si introibunt in requiem meam*. Hortatur ergo ad timorem, vt caueant, ne aliquando inueniantur amisisse pollicitationem diuinam, quæ est de introitu in veram requiem: quod sanè in eorum facultate positum esse declarat vel tenere, vel relinquere; vt fatui sint omninò, qui liberum arbitriũ de medio tollunt. Et ait: *Timeamus ergo*, in plurali: modus enim blandus exhortãdi, & humilis esse solet, quãdo is qui hortator accedit, seipsum inter eos enumerat, quos cohortatur.

Ad rã difficultat. Quò tendat Apostolus in hoc capite.

Quales liberumhominis negantes arbitrium.

Vtilis & efficax adhortãdi ratio à Paulo seruata.

Timea-

Timeamus ergo, ne, vt ex veteri populo complures defraudati sunt expectatione quietis promissæ, nec ad destinatam terram fluentem lacte, & melle peruenerunt, ita contingat vt ex nobis aliquis esse frustratus videatur, ne perueniat ad finem æternæ vitæ, quam Christus promisit. Non dixit, ne aliquis ex nobis frustretur conatu, nec assequatur illud quò ire cœpit; sed, ne existimetur esse frustratus, aut posteriùs venisse, quando intrandum erat. Græca enim vox ὑστερηκέναι significat, tardiùs venisse. Subdit: *Etenim & nobis nuntiatum est, quēadmodum & illis.* Vtitur verbo euangelizandi hoc loco Apostolus in passiua significatione: *Et nos*, inquit, *euāgelizati sumus*, id est, Accepimus Euangelium. Iudæi suum habebant qualecunque Euangelium de Terra Palæstinæ possidēda, nos nostrum de vita æterna obtinenda, cuius symbolum illa Terra fuit: sicut illa bona annuntiatio, nostræ bonæ, & faustæ annuntiationis typus fuit. Sed vt illis proprium audisse Euangelium non profuit, ex eo quòd in fide non perstiterunt: nec nobis proderit audisse vitæ Euangelium incredulis, vt ingrediamur in requiem Dei. ¶ *Sermo*, inquit, *auditus, non admixtus fidei ex ijs quæ audierunt.* Præstantior lectio est: Ijs qui audierunt & crediderunt, quales fuerunt Iosue, & Caleb, vt egregiè interpretatur Oecumenius. Et hæc de primo.

Ad secundum: Volens Apostolus declarare quid per requiem suam intelligat Spiritus sanctus, explicat nō aliam quàm illam, de qua Gen. 2. dictum est: *Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis.* Pro cuius loci intelligentia perspice bone lector, Deum plane beatum, & nullius indigentem, mundum condidisse: cumq; putari posset à nobis, semetipsum à sua dignitate abiecisse, qui nihil sibi, sed nobis, qui nihil sumus, operatus fuerat, & quasi laborasset, ita vt die septimo requieuisse narretur; reuera tamen ita non fuit, sed propter nos ipsos ista dicuntur, qui eius naturæ sumus, vt cùm non nobis, sed alijs operamur, veluti laborasse, atq; laborem sensisse existimamur. Ad eū modum condens vniuersa Deus, ex quibus nulla vtilitas in eum redūdabat, laborasse quodammodo dicitur: sed nos si grati animi iura seruamus, illa diuina opera accipere debemus, ac si pro nobis laborasset, & à sua quiete distractus, mundum per sex dies cum homine condidisset. Qua in re nos obligauit, vt operemur sex diebus, propter Deum, ac proinde possemus ad similitudinem suam requiem accipere. Per dies enim sex intelligimus vniuersum seculi tempus sex ætatibus distributum: & in hac vita laborare debemus, colligentes nobis manna vsquequo veniat Sabbatum, quando nemo poterit quicquam colligere, vt in veteri manna fuit delineatum. Et hæc fuit prima lex, & obligatio creaturæ rationalis, vt sicut Dominus pro nobis sex diebus laborauit, suæ dignitati minimè parcens, vt sic posteà intraret in requiem suam; ad eum modum nos quoque pro eius amore, ne ingrati simus, laborare oportet, vt sic mereamur quiescere: atque eo quidē libentiùs, quò nos quicquid in eius gratiam operamur, totum ad nos redit, quia bonorum nostrorum nō indiget, & qui augmenti bonorum incapax est, cùm sit ipse summum, & vniuersum bonum.

Paulus ergo duos locos inducit, vt hoc agnoscamus, alterum ex Genesi prædictum: cùmq; initium huius rei sit fides, ob eam caussam non potest intrare in hoc pactum nisi fidelis. Alius locus inducitur ex psalm. 94. *Si introibunt in requiem meam.* ex quo habes, aliquam requiem manere quosdam, idq; ad Dei similitudinem: Ij autem sunt qui operati fuerint, sicut Dominus vbi operatus est, quieuit. Deinde habes, iusiurandum aduersus incredulos, & peccatores, qui non intrabunt in requiem Dei: non em possunt esse veri operatores, qui nō sunt fideles. Adhæc expende verba Apostoli: *Dixit enim quodam loco de die septima sic*, &c. Quia enim Apostolus

Quale fuerit Iudæorum Euangelium: quale Christianorum.

Vtraque vtrisque Euangelia quibus nihil contulerint, nec sint collatura.

Oecum. hoc loco, cap. 5. in princ.

Solutur 2. dubit.

Gen. 2.

Cōditi orbis diuinus labor, humanā duntaxat captus imbecillitati tribuēdus est.

In eo quod sex diebus p nobis mūdū condēdo Dominus laborauit, quo nos sibi modo deuinxerit.

Exo. 16.

Prima ratio, cur nos totidem diebus pro Deo laborare debeamus.

Altera.

Psal. 15.

Propriū Dei quid.

Introitus in diuinam requiem quid requirat.

Qui introibunt in requiem Dei, qui non, & quare.

Ratio huius locutionis Paulinæ: Dixit enim quodā loco, &c.

doctis

Proprium promissionis diuinæ.

doctis scribebat, non signat locum, qui est in Genesi, Capite secundo: *Quoniam ergo supereſt introire quosdam in illa,* & reliqua. Id est: Quoniam sacra Scriptura habet, quosdam ingressuros in illam requiem, ac Dei promissio in illo populo non fuit impleta, supereſt, illam in alijs implendam: non enim frustra potest esse Dei promissio. Ex hoc colligimus, promissiones Dei, quæ in illo populo non fuerunt impletæ, in nostro fore complendas. ¶ *Iterum terminat diem quendam, Hodie, in Dauid dicendo.* Id est, Per Dauid dicentem. ¶ *Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die.* Hoc est: Si Iosuë, quo duce olim ingressi sunt Palæstinam, veteri populo plenam requiem præstitisset, signatam in illis duobus locis Scripturæ, nunquam Spiritus sanctus alterius diei meminisset, nec monuisset: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra*: ne vobis contingat quod illis, & à requie promissa frustremini. Terminat, inquit, alium diem, non iam septimum, sed octauum: non priscum illum, quem omnes violauimus, & opera Dei destruximus, sed alium Dominicum diē, quo cessauit ab operibus redemptor noster Deus: nō iam creationis, sed reparationis, & instaurationis; vt in hoc die creationis, & reparationis laudetur Deus. Vt ergo cessauit ab operibus restaurationis, tunc Dominus reliquit aliud Sabbatum, id est, legem operandi sex diebus, vt dictum est, vt & nos possimus pariter requiescere ab operibus nostris, & intrare in requiem nostram per verum Iosuë, non iam per illum Iesum Naue. Et dicendo: *Hodie si vocem eius audieritis*, excludit Paulus falsam Iudæorum opinionem, si fortè putassent se requiem consecutos in illa Terra promissionis, quam intrauerant: alioqui frustra Dauid Propheta admoneret in futurum, vt non obdurarent corda. Sic enim videtur arguere: Quicunque finem assequitur, in eo quiescit; non ergo per ingressum illum per Iosuë factum prædiceretur alia requies alterius diei, sed prædicitur alia requies per Dauid Prophetam; ergo relinquitur sabbatismus populo Dei.

Iosue 1. Iosue Moysi successorem Israelitis per sectā requiē non præstitisse, vnde probet Apostolus.

Quis ille dies quidam quē terminat Spiritus sanctus in Dauid. dicēdo: Hodie si vocem, &c.

Verus Iosue quis in verā requiem introducet.

Iudeorum in eo quòd in terra Chanaā iam adepta se requiem inuenisse arbitrabantur, vt Paulus confutet errorem.

Vbi primùm nota, Apostolum nō vsum nomine quietis, sed nomine Hebræo, ac proprio, à Sabbato deriuato, & illo quod maximè eos oblectabat; vt Iudæos ab externa Sabbati obseruatione reuocaret; quæ non aliter potest meliùs abrogata intelligi, quàm agnito spirituali fine, quem explicat in subiunctis.

Quare non requiē Paul⁹ dixerit, sed sabbatismū relictum populo Dei.

Et in nomine populi Dei intelligē omnes, qui ex Iudæis & Gentibus Christo nomina dederunt. Et Sabbatismus, est æterna requies, in qua non vltra laborandum, quia requies est post opera quasi præmium meriti. Finis enim fidei sunt ipsa opera, ad hoc enim credimus, vt bene operemur: at operum finis est requies sempiterna.

Populus Dei quis ille, atq; sabbatismus

Neque Dauid negat, per requiem Terram Chananæam intellexisse, in quam Iosuë populum introduxit; sed tantùm negat hanc fuisse vltimam requiem, ad quā fideles aspirare debeant, quæ sanè requies illius seculi fidelibus nobiscum communis erat: quia illi altiùs suspexerunt quàm illam terram Palestinæ, quam nonnisi vt imaginem, & symbolum spiritualis hæreditatis agnouerunt. Vnde infrà Capite vndecimo: *Fide*, inquit, *Abraham demoratus est in Terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem; cuius artifex, & conditor, Deus.* Hæc ibi. Requies ergo illa in Chanaam, temporalis fuit, atque vmbratilis, & typus veræ requiei in cœlo positę, ad quam verus Iesus introducit.

Iudæi in qualē requiē teste Apostolo, minimè intrassent.

Hebr. 11.

Festinemus ergo ingredi in illam requiem; vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Verba clara sunt. Timete, inquit, ne quis anteuertat vos, & vobis illam præripiat. Et satis festinat, qui non diuertit, nec moratur in via, id est, Lege & cere-

Iudæorum requies in terra promissa qualis.

monijs,

monijs, sed absque vlla mora, & interruptione per opera charitatis contendit.

Tertia soluitur dubitatio. Viuus sermo Dei, & efficax quisnam sit.

Ad tertium circa illud: *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, &c.* responsionem paramus. Ne quis enim diceret, illud tunc Hebræis contigisse, & iam Scripturam adimpletam fuisse in his qui præcesserunt; subdit per particulam causalem, Enim, rationē reddens, viuum esse sermonem Dei, & efficacem.

Propriū legis Euangelicę.

Vbi sensim Christum aperit illa effecisse, quæ Israëlitis contigerant, & idem etiam nunc agere. Et vocat sermonem viuentem, legem nostrā, quæ est Christus spiritu suo, & opere loquens; quæ nunquam moritur, sed perpetuò viuit, vt assiduò imperet, & non olim tantùm. Iesus enim Christus heri, & hodie; ipse & in secula. Et sicut viuit ad imperandum, ita etiam & ad iudicandum; vt Hebræi sciant, impunè Christum non posse contemni. Hinc dicebat: *Qui spernit me, & non accipit verba mea; habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.* Et id quidem meritò, si & Ecclesiastis 8. dicitur: *Sermo illius potestate plenus est.* Et idem de Christo Lucæ quarto dicitur: *In potestate erat sermo ipsius.* Et per Esaiam: *Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.*

Hebr. vlt. Sermo ille Dei dupliciter viuit.

Ioan. 12.

Eius vis, & efficacia.

Eccliſ. 8.

Lucæ 4.

Esaiæ 55.

Addit: *Et penetrabilior omni gladio ancipiti,* siue bicipiti: de quo Apocalypsis primo habemus: *De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.* Erat olim vsus gladiorum ex vna parte ad secandum, quales sunt gladij Turcici, quos vulgus Stortas appellat: erat & vsus gladiorum aciem habentium ex vtraque parte. Comparatur ergo gladio, de quo Propheta dixit: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime:* quia veterem hominem iugulat, ac mactat, & vt ait Apostolus, Immolor supra sacrificiū, & obsequium fidei vestræ. Nec enim Diuina sapientia percipi potest, nisi extincta carnis prudētia. In reprobis verò verbum Dei est quasi malleus conterens petram, & corda sunt incudis instar, quæ ictus etiam validos sua duritia repellit. Et tales interim rident, sed risum Sardonium; qui etiā cum rabidis canibus conferri possunt, qui mordentes, vel vnguibus catenam cui sunt alligati, appetētes, nihil tamen proficiunt, quia manent nihilominus constricti.

Sermo Dei cur sit penetrantior omni gladio ancipiti.

Apoc. 1.

Ieremi. 23.

Sermo Dei quibus sit quasi malleus conterens petram.

Vocatur etiā gladius anceps, quia ex vtraque parte penetrat: vel via misericordiæ, dum inuitat, & eam pollicetur; vel via iustitiæ, dum pœnas æternas comminatur. Ita vt qui per misericordiā salubriter non vulneratur, per viam iustitiæ ad interitū percutiatur. Sanè Paulus huius gladij vim expertus, prostratus dedit manus, dicens; *Domine, quid me vis facere.*

Idem cur gladius anceps.

Actor. 9. Gladij verbi Dei in Paulo efficacia.

Subdit: *Pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus.* Sæpè anima idem valet quod spiritus: sed cùm simul iungūtur, anima accipitur pro anima sensui deseruienti, Spiritus pro parte rationali. Nam etsi vna & eadem res sit, nempè, anima rationalis; diuersis tamen rationibus considerari potest ac si duæ res essent. Nā anima dicitur ab officio animandi corpus, cui etiam afficitur. Si verò disiungitur à corpore, vt sanctiori amoris vinculo Deo iungatur, spiritus vocatur.

Anima & Spiritus vt inuicem distinguantur.

Sermo autem Dei, siue Christus, hanc facit separationem, dum hominem ex animali efficit spirituale, terrenorum osorem, cœlestium verò amatorem: qui & agnoscat reddere quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. Ita etiam ratione sensus facultas concupiscenda est, atque regenda, ne aut nimia laxetur indulgentia, aut immoderata tristitia absorbeatur.

Sermo Dei quomodo pertingat vsque ad diuisionē animæ & spiritus.

Matth. 12.

Addit: *Compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.* Hoc est: Nihil in homine tam durum, neque tam reconditum, quò non perueniat Verbi huius efficacia. Et per compages accipe varias affectiones, quarum vna

Officium rationis in homine.

Diuinæ modus sapiētiæ percipiendæ

ex

Compages, ad quas sermo Dei intrat, quęnam sint,

exalia pendet. Sicut is qui filios habet, subito affectu inuaditur habēdi bona temporalia quæ illis relinquat: ex hoc affectiones, & consilia exurgunt ad eos ditandos, aut defraudādi proximum, aut diuinum numen periurandi. Et has omnes veluti compagines verbum Dei nouit, quod veluti gladius acutus possit omnia dissoluere, de quibus apud Esaiam: *Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes*: & alibi: *Solue vincula colli tui captiua filia Sion.*

Esaiæ 58.

Supra 2.

Quid medullę.

Penetrat quoque vsque ad medullas quæ ossibus includuntur, id est, ea, ad quæ finis postremò refertur, vt ea perspiciat ad probandum si bona sunt; ad accusandum si mala; & ad excusandum ea vel ex parte, vel omninò. Et hinc subdit: *Discretor cogitationum, & intentionum cordis.* Grecè est κριτικὸς, id est, iudex mētium hominis quasi ex labyrintho, quo priùs tenebatur implicita, in lucem cognitionis, & iudicij proferens.

Explicatur id: Discretor cogitationū & intentionum cordis.

Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Hic sermo conspectum habet, & iudicium; & ideò Dei Filius est: & coniunctio, Et, pro altera nam, vel quia, accipi debet: reddit enim rationem quòd omnia discernit: quia nulla creatura latet eius oculos: nihil tam profundum, quod non in lucem educatur eius verbo, quod cuiusdam conti instar est, quo veluti experitur, & inquirit, quid in hominum cordibus deliteſcat.

De quo dicatur: Et nō est vlla creatura inuisibilis in conspectu Dei, & quid significet.

Atque his verbis damnantur, qui putant diuinam prouidentiam ad singularia non extendi, sed tantùm vniuersalium cognitionem habere. Contra quos etiam Dauid scripsit: *Intelligite insipientes in populo; & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?* & quæ sequuntur.

In eos qui Deum negāt singularium habere prouidentiam.

Psal. 93.

Declarans autem quæ dixit, subdit: *Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius.* Hoc est: Cùm sermo Dei oculis plenus sit quasi alter Argos, aut quasi lucidissimus quidam Sol, qui cuncta illuminat, ita omnia sunt nuda illi: pro quo verbo apertè Græca habent τετραχηλισμένα. Est autem τράχηλος, vnde hoc verbum originem ducit, dorsi spina, qua diuisa per medium, omnia interiora arietis membra, etiam minima deteguntur. Nam & superiùs verbum Dei gladium fecerat.

Illud: Omnia autē nuda & aperta sunt oculis eius, vnde sumptum sit ab Apostolo.

Vnde secundùm alios ducta illa metaphora.

Erasmus vertit, Resupinata. Græci verò interpretes metaphorā ab oue sumptam excoriata, & pellibus nudata à lanionibus tradunt.

Sequitur: *Ad quem nobis sermo:* (πρὸς ὃν ἡμῖν λόγος) hoc est: Cum quo nobis sermo Deus, qui nobiscū agit; & ideò non est velut cum homine mortali ludendum, sed quoties verbum Dei proponitur, contremiscendum. Vel verti poterat: De quo nobis est sermo, πρὸς accepta loco περὶ, vt Capite primo bis aut ter sic Paulus locutus est. Vel: Ad quē nobis sermo; id est, nostræ fidei, & operum nostrorum ratio reddenda tanquam supremo, & incorrupto iudici, vt nequeamus negando effugere, qui videt omnia, & falli non potest.

Primus sensus huius dicti: Ad quem nobis sermo.

Alter.

Habentes ergo Pontificem magnum qui penetrauit cœlos, Iesum filium Dei; teneamus spei nostræ confessionem. Dixerat superiùs Paulus: *Considerate Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ Iesum*, in Apostolo alludens ad Moysen, & in Pontifice ad Aaronem: post quam Christum cum Moyse comparauit ad obedienter amplectendam doctrinam Christi, pergit iam componere Christum cum Aarone, vt perspecta Christi excellētia præ illo, pergant in fide perseuerare. Apteque Apostolatum cum Pontificatu coniungit: quia vtriusque fructus est, vt ad Deum perueniamus. Habemus autem Pontificem non iam in terris, vbi sunt alij, sed in cœlis: qui primò datus est ad conciliandum nos Deo tempore carnis suæ, id est, dum viueret, & gestaret carnem patibilem, & mortalem.

Hebr. 3.

Christus cur sit, & dicatur Apostolus simul & Pontifex.

Et nunc ingressus est cœlorum suprema, [& non in Sancta sanctorum, (vt alij) quò tanquam aduocatus pro nobis interpellet, & nobis opem ferat. Penetrauit namque cœlos per

merita humiliationis, & obedientiæ in morte sua exhibitæ. Et idem est Iesus, quod Saluator: quia saluos in perpetuum nos facit, vt nomen indicat, & res ipsa, quia est naturalis Filius Dei, gratia valens apud Patrem, ad cuius dexteram sedet. ¶ *Teneamus spei nostræ confessionem.* Id est, Fidei nostræ professionem, quæ est de his quę sperantur, quæ nec sperari possent, nisi crederentur: quæ autem sperantur, æterna & ardua sunt, ad quæ sine difficultate, & sine magna nobis illata violentia, in tanta carnis infirmitate peruenire non possumus.

Matth. 1.

Marci vlt.

Spei nostræ tenere confessionem quid.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

Quod si quis obijceret, dura esse præcepta, ac merè spiritualia, nec à nobis in hac imbecillitate corporis impleri posse; occurrit Apostolus, dicens: *Non enim habemus Pontificē qui non possit compati infirmitatibus nostris.* Quòd si nobis compatitur; & succurrit: nemo enim alteri ex animo compatitur, quin, si modò possit, laboranti non succurrat.

Quare Paul⁹ dixerit, Christum pontificē compati infirmitatibus nostris.

Quòd autem nobis tantus Pōtifex succurrere nouerit, ac possit, non est in dubium reuocandum, cū sit Iesus, & Filius Dei.

Quibus ille nostris compatiatur infirmitatibus.

Infirmitates autem vocat, non tantùm externas illas famis, sitis, nuditatis, caloris, frigoris, contemptus, & paupertatis miserias, quia de his non diceret, Absque peccato, cùm in his peccatum non sit: sed intelligit affectus peccato vicinos, & in nobis plerunque vitiosos, quales sunt, tristitia, metus, horror mortis, quę in Christo sine vitio extiterūt, & quos Christus vltro suscepit, & cum illis certare voluit, non solùm vt nobis victoriam, & triumphum acquireret, sed vt certò persuadeamur, illos nobis profuturos, cùm illos in nobis experimur.

Marci 14.

Ad quartum dubium. De eo quod Christus dicitur tētatus per omnia pro similitudine absque peccato.

Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Vbi Græcè legendum πεπειρασμένον, vt nunc habent Græci codices multi. Et quod ait: *Pro similitudine*, alij vertunt, Per similitudinem, vel, iuxta similitudinem, Græcè κατ᾽ ὁμοιώτητα, pro eo scilicet: Similiter sicut vos. Quod verò subiungit, Per omnia: id est, Omnibus modis quibus tentationes hominibus contingūt: nam illis omnibus tentatus fuit Iesus, tùm dum vixit, tùm maximè, dum passioni & morti proximus fuit: quare tentatio est vita hominis super terram. Sunt etiam quidam, qui verbum, Per omnia, de illis tribus cum Satana tentationibus in deserto interpretentur. Nam ibi fuit tentatio à carne in fame: à mundo in illis verbis: *Mitte te deorsum*; & rursus: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens, adoraueris me*; in quibus & ad gloriam captandam, & ad diuitias comparandas tentatus fuit. Et rursus à Satana in tribus illis omnibus congressibus: quia in omnibus est argutia & discursus. Rursus prima tentatio de fame, in Dei potentiam fuit: secunda, in sapientiā, dum eum hortatur ad se mittendum deorsum: sicut tertia fuit in Dei bonitatem, quando adorationem sibi exhiberi postulauit. Prima tentatio de gula, ex concupiscentia carnis nata fuit: secunda, qua hortatus est illum ad sui ostentationem, mittendo se deorsum, ex illa concupiscentia, quę dicitur Superbia vitæ: tertia, qua omnia regna mundi promisit, si cadens adoraret eum, ex concupiscentia oculorum ortum habuit. Tentatus item fuit, ne ieiunium seruaret, aut ne orationibus incumberet, aut ne ageret solitarius. Adhæc fuit tentatus Dominus penuria victus, ac diffidentia, vt in prima tentatione: rursus ex magna, & stulta confidentia, dum in secunda petit, vt se præcipitem dedat: postremò, ex abiecti animi metu, vt in tertia. Præterea videbis hoc loco tentationem ex ratione, vt in prima; quia inedia præcesserat quadraginta dierum: & præter rationem, dum sub Angelo lucis apparuit, in secunda: & sub specie propria Satanæ adorationē petentis in tertia. Item prima tentatio, in specie sancti hominis, & eremi cultoris: in secunda, forma Angeli promittentis ministeriū, & famulatū: in tertia, sub habitu magni Regis aut Princi-

Primū gen⁹ tentationum quas Christ⁹ sustinuit, omnium generalissimum.

Matth. 4.

Secundum.

Tertium.

1. Ioan. 2.

Ibidem.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

pis

Septimum.

octauum.

Cur tentet Satanas.

Nonum, ac postremum.

Harum omnium tentationum perfecta Christi victoria quid nobis contulerit.

B. Amb. lib. 4. in Lucã, cap. 5. in princi. to. 5.

pis promittentis mõtes aureos, facta est. Adhæc adfuit tẽtatio ex ratione, vt in prima: & ex autoritate Scripturæ, vt in secunda, vbi produxit ex Psalmo 90. testimonium. Fuit etiam tentatio in verbis, quia ter eum est allocutus: & in factis, quia assumpsit eum in montẽ excelsum, in quo ostendit illi omnia regna mũdi. Amplius, tentationes Satanæ eò tendunt, vt exculpant peccatum; vel irritant, & prouocant ad indignationem, vel ad aliquid curiosius inuestigãdum. Denique fuit ibi tentatio externa, quia extra apparebat, & loquebatur tentator: fuit & interna, vt quidam volunt, qui non putant esse absurdum in facultate phantastica Christo illudere voluisse. Quæ omnes tentationes per Christum deuictæ, & triumphatæ fuerunt: suppeditata etiam nobis arma, & artes, & stratagemata, quibus cum certa spe victoriæ cum Satana congredi possemus. Vt rectè propterea dixerit Ambrosius in Lucam: *Propè omnium criminũ fontes, hæc tria genera demonstrantur esse vitiorũ. Neque enim consummatam omnem tentationem Scriptura dixisset, nisi in his tribus esset omnium materia delictorum, quorum semina in ipsa origine sunt cauenda.* Hæc ille satis eleganter.

Quomodo absque peccato fuerit Christus tentatus.

Addit: *Absque peccato.* Christus enim omnia nostra assumpsit præter peccatum, ad quod destruendum venerat. Et quia in illud cadere non poterat; & quia peccato inquinatus nõ erat agnus purus valens tollere peccatum mundi.

Alter sensus. *Rom. 7.*

Possumus etiã interpretari, *Absque peccato*, id est, Absque concupiscẽtia, vt vocat Apostolus ad Romanos: nõ enim habuit illam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem in lege peccati; & per quam homines tentati succumbere solent; & ita metaphoricè acciperetur peccatum, vt Rom. 6.

Quorũ Christus infirmitatibus compatiatur, atq. succurrat.

Cùm verò minimè æquum esset, illum nobis succurrere, nisi & nos instanter indigentiam nostram humiliter agnoscentes, & confitentes, imploraremus, meritò subiungit: *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Græcè per Accusandi casũ dicitur: In tempus opportunum. Et potest commodè significari per misericordiam gratia indebita quæ confertur, vt iustus quis fiat: & ita Christus sedet in throno gratiæ, expectãs omnes ad pœnitentiam: In die verò iudicij in solio sedebit iustitiæ, redditurus vnicuique secundùm opera sua. ¶ Gratia verò quã inuenire possumus in tempus opportunum; est illa, quæ iustis propter promissionẽ debetur, implorantibus tamen eam; siue ad conseruandam semel partam iustitiam, siue ad augendam & perficiendam. Non enim in tot tantisque tentationum periculis gratia Dei habitualis retinetur, nisi Deus peculiariter opem ferat, impertiendo nobis gratiam ad auxilium opportunũ, hoc est, quãdo illam imploramus, vt tẽtationes & aduersa superare possimus.

Quid misericordiam consequi, & gratiã inuenire in auxilio opportuno.

Rom. 2.

Auxilij opportuni à Deo quærendi necessitas

Vocat autem auxilium opportunum, de quo idem Apostolus alibi: *Ecce*, inquit, *nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis*, & de quo paullò antè dixerat: *Donec Hodie cognominatur.* Non ergo tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diẽ, hoc est, nec in diem crastinum, ne quãdo veniat dies intempesta, in qua non possis ampliùs operari, frustraq; ostio clauso cum stultis virginibus pulsabis. Et ita est euacuatum quartũ dubium, & quartum simul caput expeditum.

Illud explicatur quid sit.

2. Cor. 6.

Eccli. 5.

Ioan. 9.

Matth. 25.

DISPVTATIO XIII.

In illa verba, cap.5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in ijs quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circundatus est infirmitate, &c.* vsque in finem capitis.

Primũ dub.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Matth.26.

Quintum.

IN hoc contextu de connexione verborum cũ præcedentibus aliquid est nobis statuendum, ac deinde scopus Apostoli explicandus. Deinde hæc Pontificis descriptio ab Apostolo proposita per partes expendenda est, & præsertim illud: *Nec quisquam sumit sibi honorẽ; sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Videmus enim multos non expectare vocationem, sed ambire primos gradus Sacerdotij, & interdum vi & armis se in eos intrudere, aliorum dignitatem præripiendo. Tertiò dubitatur, an ad rem illos duos locos Scripturę producat, Psalmi videlicet secundi, & centesimi noni, cùm primus nihil ad rem facere videatur, quia ibi non est sermo de Sacerdotio. Quartò, in dubium quędam reuocantur in illis verbis: *Qui in diebus carnis suæ, &c.* nunquid ex quo Dominus terra relicta in cœlum conscendit, carnem reliquit? Deinde, quomodò dicitur exauditus pro sua reuerentia, cùm deprecaretur calicẽ mortis, cùm tamen illum non euaserit, sed mortem crucis subierit. Tertiò, quomodò dicitur Christus exauditus pro sua reuerentia, cùm etiam reliqui Sancti pro sua pietate & religione exaudiri soleant à Patre? Quinto loco in illud: *Cùm esset Filius Dei, didicit ex ijs quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ,* aliqua in dubium vocantur. Primum quidem, quomodò Christus, qui erat prima & summa sapientia, asseratur didicisse aliquid, & præsertim obedientiam, quæ quid esset, cùm ipse præciperet, & leges ferret, optimè nouerat. Deinde, quomodò factus est causa salutis æternę omnibus sibi obtemperantibus; cùm multi nõ obtemperantes; sed resistentes, & rebellantes, vt Paulus, salutem sint assecuti? Sextò, quid est illud: *De quo nobis grandis sermo, & interpretabilis ad dicendũ,* cùm ea, quę spectant ad Melchisedec, non sint adeò ardua & difficilia, quin & mente comprehendi, & sermone explicari possint. Postremò in illud: *Perfectorum est solidus cibus,* obijci posset, multos in lege fuisse perfectos, vt Noë, Abraham, atq; alios magnos Prophetas: & ibi est præceptum: *Ambula coram me, & esto perfectus;* & in nouo non desunt imperfecti.

Sextum. *Actor. 9.*

Septimum. *Genes. 6.*

Infra 17.

Prima quæstio dissoluitur.

Ad primũ igitur, affirmamus, Apostolum paullò antè cœpisse verba facere de Christo Pontifice, non tamen dicta cõprobasse: at nunc oẽs veri Sacerdotij Leuitici cõditiones colligit, & ostẽdit, eas maximè Iesu Dño competere; ac proinde nomen Sacerdotis secundùm ordinem Melchisedec meritò sibi vindicasse. Et hac ratione

hæc

II. Solu. quę. De officio Sacerdotis, siue Pontificis. *Erasmus.* Sacerdos & Pōtifex qua tenus distinguātur: Sacerdotis denominatio.

hæc cum præcedentibus coniūgūtur.

Ad secundum expende quod ait: *Omnis Pontifex*, siue, vt Erasmus vertit, *Omnis Sacerdos.* Pontifex enim, & Sacerdos non differunt, nisi quòd ille est inter Sacerdotes primus, & Græcè nominatur ἀρχιερεὺς. Et ait πᾶς, siue omnis, vt comprehendat Sacerdotem veterem: & nouum, & maiorem, qui Pontifex, & minorem, qui Sacerdos dicitur, ab eo quòd sacra faciat, & alijs dispensęt; siue Presbyter, ab ætate matura, & virtutum officijs referta. Et prima conditio est, quòd sit homo, siue ex hominibus assumptus, id est qui vocatione, & electione ex hominibus assumatur ad munus Sacerdotum. Hinc oportuit Christū verum hominē esse: nā Verbum caro factum est, & os nostrū, & caro nostra est: & ad reconciliandos, & Deo nos offerendos idoneus. Idcirco 1. Tim. 2. vt mediatorem Christum faciat, hominem esse probat. Nam si ex Angelis; vel aliūde esset assumptus, aptè Deo coniungi non possemus.

I. Officium Sacerdotis.

Ioann. 1.

Christus cur homa fieri debuerit. *1. Tim. 2.*

Secunda: *Pro ominibus constituitur.* Id est, communem omnium hominū causam in se transfert, & bonum pro illis agit, non autem quicquam priuatim operatur. Ita Christus nostrū omnium salutem suo sacrificio, & precibus egit: nam hæc sunt illa, de quibus ait: *In ijs quæ sunt ad Deum.* Nam sacrificium soli Deo debetur: precatio, & inuocatio Diuini fauoris, ad Deum solùm referenda est. ¶ Possumus etiā interpretari, ea quæ sunt ad Deū, esse negotia, quæ inter nos & Deum cōponenda sunt.

II. Officium Pontificis.

Illud: In ijs quæ sunt ad Deū, duobus modis accipitur.

Tertia est: offerre dona, & sacrificia pro peccatis: nisi velimus dicere cum Oecumenio, hæc esse illa, de quibus dixit: In ijs quæ sunt ad Deum. Per dona, siue donaria intelligo res incruentas, quæ offeruntur pro ministerio templi, & Sacerdotum: per sacrificia verò, quas Græcè θυσίας vocāt, victimas, vel cruētas hostias pro peccatis eorum, qui delinquēdo sanguinis rei coram Deo fiunt, & morti obnoxij.

III. Officiū.

Oecum. c. 6.

Quę dona, & quę sacrificia sint Deo offerenda.

Placat ergo Sacerdos Deum iratū victima, quàm nemo laicus per se olim offerre poterat, neque modò: Offert etiam donaria iustorum, quibus iam Deus est placatus.

Quarta: *Qui condolere possit ijs qui ignorant, & errant.* Græca habent μετριοπαθεῖν δυνάμενος, id est placabilis, siue idoneus & aptus accomodare se ad συμπαθίαν, æquumq; facilē, ac moderatum omnibus se præbere.

IIII. Officiū

Ita Christus (absque peccato tamē) quia nō indiguit pro se offerre, nobis facilem, ac benignum se præbuit, nobisq; condoluit: & eius benignitas celebratur à Paulo, dum ait: Benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: χρηστότης καὶ φιλανθρωπία. Est autem χρηστότης, bonitas ad omnium vsus ac commodata, & parata: ait enim Menander,

Christi erga omnes, præsertim errantes, & miseros singularis benignitas, & misericordia. *Tim. 3.*

Menander.

Χρηστὸς γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸν κοινόν.

At verò φιλανθρωπία prædito dicitur Christus, qui vsque adeò hominē deamauit, vt homo factus sit: sicut de monitribuimus μισανθρωπίαν, quia homicida erat ab initio.

Ioann. 8.

Qui ergo condolere possit ignorantibus & errantibus. Et more Hebræo vocat peccantes, ex ignorantia vel passione, vel negligētia errantes.

Ex his collige, Sacerdotum munus esse non excandescere, aut grauiter sucensere peccatoribus, sed moderatè errata hominum ferre. *Quoniam & ipsi circundati sunt infirmitate.* Quod in Christo non fuit, nisi quatenus infirmus fuit carne. Etsi Theophylactus idem esse velit μετριοπαθεῖν, atque συμπαθεῖν.

Sacerdotes quales segerāt ergadelin quētes, exemplo Christi.

Quomodo Christus fuerit infirmitate circumdatus.

¶ *Nec quisquam sumit sibi honorem; sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Quæ verba pugnant cum turba ambitiosorum Sacerdotum, qui sibi tantam dignitatem arroganter vsurpant, vel pecunia redimunt, vel violentis manibus præripiunt: quia hìc regulā assignat, quāquisq; bonus Dei seruus seruare debet, vt nihil nisi per legitimā Dei vocationē aggrediatur. Itaq; Deus tā Aaronē, quàm Christum, legitimos ministros in Sacerdotio defungendo fecit: siquidem Aaronem per virgam reuirentem, & reflorentem

V. Officium Sacerdotis. Quàm verum sit, neminem sumere sibi à honorē nisi à Deo vocatū; eū hodie multi citra, & contra Diuinam vocatio nem sibi sumāt honorē.

Num. 17. Christus se à Deo missum Pontificem, non à se ipso venisse, vnde comprobauerit.

etiã miraculo vocauit. Et hanc partẽ ostendit etiã Christo conuenire: quia Christus non semetipsũ clarificauit ad hoc vt Pontifex fieret, aut se sua spõte ingessit, aut per ambitionem ad Põtificatum venit, sed se à Deo missum multis signis declarauit.

I. Ratio, cur nemo debeat Episcopatũ appetere.

Atque ex hac vltima conditione colligim⁹, non licere cuiq; Episcopatum appetere. Nam imprimis ipsum appetere, quædam species est assumẽdi sibi honorem. Deinde, quia si quis expetat propter diuitias, auaritia est: Si propter honorem, & excelsum gradum, ambitio est: Si propter prælationem, vt alijs præsit, præsumptionem, & arrogantiam non euadit. Et si se indignum reputat, male facit expetendo: si verò dignũ, multũ sibi arrogare ac tribuere videtur. ¶ Propter Deum verò expetere, & charitatẽ proximi, bonũ est; sed si accedat legitima Dei per se, aut per ministros eius vocatio. Alioqui quod bonum est in se expetẽti, sine vocatione fiet non bonum. Nã & dæmon bonam rem, id est Diuinitatem expetiuit: non tamẽ bene, quia voluit illam suo marte, & viribus cõparare, & vocatione Dei non expectata.

Altera.

Quatenus id liceat. *1. Tim. 1. Esaiæ 14.* Cur ceciderit de cœlo Lucifer. Tres alij cõsequẽdi Episcopatum modi magis illiciti, magisq; reprehensibiles. *2. Tim. 2.* Episcop⁹ qua vitæ innocẽtia, quanta & charitate pollere debet. *Ioan. vltim. Eccli. 31. B. Chryso. tom. 3.* Solu. III dubit. Duo illi loci Prophetæ: Filius meus es tu, ego hodie genui te: & Tu es Sacerdos in æternum. &c an rectè Pauli Christum sacerdotem demostrãtis, seruiant instituto.

Quòd si non licet Episcopatum expetere; multo minus procurare, aut munera, aut pretium offerre, aut præter ea in alterum litem intendere. Ad hæc Episcopus debet non solùm agnoscere se absque peccato puram vitam agere, sed etiam abundare in charitate præ alijs, vt Dominus ostendit Petro, cum dixit: Diligis me plus his? Estq; in statu perfectionis nõ amplius acquirendæ, sed diffundendæ. Sed quis est hic? & laudabimus eũ. Hinc Chrysostomus hom. 3. in Acta, rarissimos Episcopos ait saluos fieri ob muneris magnitudinem, & communem hominum imbecillitatem.

Ad tertiam difficultatẽ respondẽdo, dicimus, primum locum ad probãdum, Christum non à se, sed à Patre clarificatum, vt Pontifex fieret, ex secundo Psalmo desumptũ: Filius me⁹ es tu, Ego hodie genui te: qui locus fuit à nobis superius abũde tractatus.

Nunc verò quomodo inseruiat proposito, iuuestigandum. Caietanus asserit, olim sacerdotium iure spectasse ad primogenitos filios, antequàm auctoritate Diuina in tribũ Leuiticam esset collatum, & applicatum. Vndè Noë, Sem, Abraham, Isaac, Sacerdotes extiterunt. Et cum Esau vendidisset pro lente primogenituram, vestẽ sacram intelligitur vendidisse, qua sacrificare solitus erat: vt Eucherius intelligit in caput Genes. 25. his verbis: *Tradũt Hebræi omnes primogenitos functos officio sacerdotali, antequam Aaron in Sacerdotium eligeretur, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti victimas Deo offerebant: & hæc esse primogenita, hoc est vestimenta Esau, quæ vendidit Iacob fratri suo.* Hæc ille. Cùm autem Christus vt Deus est, & homo, primogenitus sit Dei Patris, & primo genitus etiam Virginis matris, poterat illo sacerdotio defungi.

I. Solut. Caietani. *Genes. 25. Hebr. 12.* *Euche. c. 48 lib. 2. in Gẽ.* Quænã fuerint Esau primo genita.

Sed quoniam ille mos tẽpore Christi omnino obsoleuerat, nec eius vsus amplius extabat; ideò solidiùs dupliciter respondere possumus. Primùm, vt dicamus, hunc locum nihil probare, quòd Christus sit à Deo Patre institutus Sacerdos: quòd sit ab eo clarificatus. Et totum hoc: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, periphrasin esse personæ Patris Filium clarificantis, atque ostendentis per signa, & opera à se edita Christũ fuisse à se missũ. Et clarificaui, inquit, & iterũ clarificabo: scilicet vt post illa opera resurgat, & ascẽdat in cœlũ, & sedeat à dextris Põtifex factus in æternũ, interpellãs pro nobis. Qui sensus nullũ habet scrupulum. Et secundo testimonio apertè probat esse vocatum à Deo ad sacerdotium. Sed vt verum asseram, hæc responsio videtur claudicare: quia statim de secundo testimonium prolaturus, præmittit: Quemadmodum & in alio loco dicit: quibus verbis videtur indicare, vtrôque testimonio idem astrui, & comprobari.

II. Solut. magis probabilis. *Ioan. 12.* Quid incommodi habeat hæc solut.

Secundo modo dici posset, Paulũ volentem explicare, Christum à Patre gloriam Sacerdotij accepisse, Textũ protulisse, ex quo constat, Christum

Tertia & postrema.

summam,

Christi duplex sacrificium Deo Patri oblatum. *Matth. 26.*

summã, quæ haberi poterat, gloriam à Deo accepisse, dum per resurrectionem à mortuis declaratus est Filius Dei naturalis, & Patri consubstantialis, mediator, ac summus sacerdos, qui per victimam corporis & sanguinis sui in Cruce Deum placauit, & paulò ante sub speciebus panis & vini perpetuo ritu in salutiferum sacrificium offerendum instituerat. Nec hoc à se ipso fecit, sed quia erat sacerdos secũdùm ordinem Melchisedec; vt ita incruentum, & cruentum sacrificiũ per se ipsum instituerit.

Psalm. 109.

Cẽtesimo nono argumẽtũ Psalmi.

Secundus verò locus est: *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinẽ Melchisedec*. Verba sunt Psalmi centesimi noni, in cuius priori parti de Christi Regno, & in posteriori de Sacerdotio loquitur. Sunt autem verba Patris Filium alloquentis, & conferentis illi Sacerdotiũ per illa verba: quasi diceret; Tu verè Sacerdotium æternũ promeritus es per Crucis obediẽtiã, & non ad tempus, vt cæteri Sacerdotes ex genere Aaron descẽdentes, sed in æternum, quorum vnus ab alio non pendeat, nec diuersas hostias offerri, nec diuersos extare ritus offerẽdi. Christus enim semel obtulit cruẽtè, & semel etiam easdẽ victimas obtulit incruẽtè, non secundùm ordinẽ Leui, sed secundùm ordinem Melchisedec, qui Saluatoris nostri in æternũ offerentis panem, & vinum, typus extitit.

Quis sensus horum verborũ: Tu es Sacerdos in æternum secũdum ordinẽ Melchisedec.

Hunc autem ordinem Melchisedec ita explicauit Athanasius, vt habetur in Oecumenio: *Quia non oleo vnctus est Melchisedec ad Sacerdotium, quemadmodum Aaron, & quia nõ obtulit hostias per sanguinem: & quia Gentium Sacerdos erat, & quia per panem, & vinum benedixit Abraham. Significat sermo, quòd licèt Christus non obtulerit carentẽ sanguine hostiam (siquidem suum ipsius corpus obtulit) attamen qui ab ipso fungentur Sacerdotio, quorum Deus Põtifex esse dignatus est, sine sanguine offerent: nã hoc significat, in æternum. Neque enim de ea quæ semel à Deo facta est oblatio, & hostia dixisset, in æternum; sed respiciens ad præsentes sacrificos, per quos medios Christus sacrificat: qui etiam in mystica cœna modum illis tradidit huiusmodi sacrificij.* Hactenus ille.

Quis ille ordo Melchisedec secundũ Athanasium. *Athanas. apud Oecum. cap. 6. circa medium.*

Genes. 14. Heb. 7. Oec um.

Illud: In æternũ expenditur.

Quare respuẽda venit doctrina Caietani, & Lutheri, asserentium Melchisedec non sacrificasse in pane, & vino. Sed tolerabilior in hoc videtur Lutherus, quòd negauerit figuram ex eo quòd non admitteret, Christum in cœna obtulisse: at Caietanus minimè ferendus, qui admittens sacrificium altaris in pane, & vino, negauit tamẽ, Melchisedec nihil tale obtulisse. Quòd si Melchisedec in pane & vino non sacrificauit, quem alium ritum, aut ordinẽ possumus coniectare Melchisedec, in quo eũ secutus est Christus, & quorsum? Nam cùm Gen. 14. scribatur protulisse panem, & vinũ, additur: Erat enim, vel, vt Hebræa habent: *Et erat Sacerdos Dei altissimi*: ad quid enim hoc addidisset, nisi sacrificium in pane, & vino ab eo factũ significare voluisset. Nam si Abraham cum copijs suis illum panem nõ gustauit vt rem sacram, ac Deo dicatam. ad quid spectabat vel semel dicere eũ Sacerdotem?

Melchisedec in pane, & vino litasse, cõtra Lutherũ, & Caietanũ.

I. Argumen.

Gen. 14. Heb. 7.

Vt ergo Rex dicitur, & regnũ eius fuit in Salem, ita Sacerdos vocatur, & Sacerdotij eius hostia fuit panis, & vinũ. Neque credibile est eum regni solium enuntiasse, & Sacerdotij hostiam tacuisse, cum Sacerdotium lõge sit regio sceptro augustius. Vnde qui hoc asserunt, vel à Rabbinis Iudæorũ cõuinci possunt. Nam Rabbi Samuel citatus à Rabbi Moyse Adarsam scripsit: *Hic Melchisedec mysterium sacrificij tradidit: Erat enim ipse sacrificãs Deo Patri sancto & benedicto panem, & vinũ, sicut dictum est ibidem.* Et alius Rabbinus Beniochai, qui fertur ante Christi tempora floruisse, sacrificium panis, & vini asserit nunquã cessaturũ. Adde alterum Rabbinum, qui dictus est Pinchas, filius Iair: *Tempore*, inquit, *Messiæ cunctа sacrificia cessabunt; sacrificium autem panis & vini nunquam cessabit, sicut dictum est Genes. 14.*

II. Argum.

III. à Rabbinis.

Rabbi Benjocahiquãdo vixerit.

Sacrificiũ panis, & vini semper durabit.

Profertur & alius locus ex Paraphrasi Ionathæ Chaldaica in c. 2. Iob, vbi legimus: *Igitur audietes tres amici*

Aliudde illo vaticinium.

Iob omne malum quod accidißet ei, venerunt singuli, &c. Vbi habetur: *Et audierunt tres socij Iob omne malum quod accidißet ei, cum vidissent arbores viridaviorum ipsorum siccas, & panem pastus eorum conuersum in sanguinem, & venerũt vnusquisque à loco suo: & propter hoc meritum liberati sunt à loco sibi præparato in inferno.* Hæc ibi: quæ non videntur sine spiritu Prophetico dicta.

Solut. IIII. Dies carnis Christi quos vocet Apostolus.

Sequitur ad quartam dubitationẽ responsio: Non propterea à vocat dies carnis suæ, quibus Domin⁹ super terram visibiliter viuebat, quasi nũc carnem deseruerit; habet enim eam, etsi incorruptibilẽ, & immortalem: sed quando erat in carne, quæ conueniebat Pontifici mortali, & corruptibili. Nunc autem in illa carne amplius nõ est, sed in carne Dei; quæ non iam carnis appellatione venit, cùm dicatur: *Caro, & sanguis regnum Dei possidere nõ possunt.*

1. Cor. 15.

I. Sensus.

Alter.

Aliter tamẽ dicere possumus, Paulum Hebraismo vti. Hebrei enim quicquid externũ est, & sub sensus cadẽs, carnem appellant, vt fatetur Cyrillus lib. 5. in Iulianum.

B. Cyril. to. 3.

In diebus ergo carnis suæ, id est tẽpore quo visibilis preces offerebat; & supplicationes quas Græcè Paulus δεήσεις καὶ ἱκετηρίας, id est deprecationes, & supplicationes. Ter enim in horto mortem deprecatus est. Ea est enim propria deprecationis significatio, iuxta illud:

Quas preces, quasq; supplicationes obtulerit Christus in cruce. Matth. 26.

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

Ouid. lib. de Ponto.

Orationem quoq; supplicatoriam obtulit, cùm adiunxit: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Est enim supplicatio, precatio cum verecundo corporis gestu. Nam in horto procumbens in genua & postratus in terram, orationem obtulit.

De precari & supplicare quid proprie.

Quòd si quis obijciat, laicum quẽcunque posse offere preces, & supplicationes: Respondemus, id minimè negandum: tamen Laicus non offert vt Sacerdos interessor ad hoc munus à Patre constitutus.

Preces & supplicationes aliter laicus, aliter offert Sacerdos.

Cũ clamore valido & lacrymis offerens. Chrysost. putat, Apostolũ aliquid per manus traditum narrare, precationẽ scilicet illam, quam Patri in horto humiliatus obtulit, nõ sine lacrymis fuisse, si grumi sanguinis & aquæ decurrentes in terram, vestem madefacientes non defuerunt; sicut nec clamor illi⁹ vocis: *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste*: & deprecatus est calicem, & in eo mortem. Nam vel eum mortuum Deus poterat excitare ad vitam.

Vnde cõstet Christum in Cruce cũ clamore valido lacrymis obtulisse, secundùm Chryso. Chrysost. hom. 8. sub initio. Luc. 22.

Matth. 26.

Lyranus tamen refert hęc verba ad clamorem, cuius mentionem faciunt Euangelistę, in emissione spirit⁹ Luc. 23. postquam dixisset: *Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meum.* Et vterq; sensus verus est.

De quo clamore accipiat Lyranus. Infra 27. Mar. 15. Luc. 23.

Sequitur: *Exauditus est pro sua reuerentia.* Omnes qui piè, & perseuerant er precantur, exaudiuntur à Deo, sed pro reuerentia, & pietate qua Patrem prosecutus est Christus, qui in illis exauditur: at ipse Christus preces fundẽs, pro sua erga Patrẽ reuerẽtia, & pro sua erga nos humanitate, & pietate, vt nos saluos redderet.

I. Sẽsus, quomodo Christus sit exauditus à Patre pro sua reuerentia.

Chrysostomus verba hæc, ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, interpretatur, pro reuerẽtia Patris in Filium: vt non tantùm Christus ex gratia Dei sit exauditus, sed aliqua iustitia, ac reuerentia, qua Pater erga Filium affectus erat.

Alter, sed improprius. Chrys. ibid.

Sed profecto reuerẽtia minoris est ad maiorem, & congruit Christo homini precanti. Ideò prior sensus præstare videtur. Nam Christum pro religione, & pietate sua erga Deũ, exaudiuit Pater, in cuius manus omnia remisit, & spiritũ suum illi cõmendauit & pro inimicis iniurias inferentibus deprecatus, nec vt sibi debitũ audens quicquã postulare, quod tamẽ sibi deberi nouerat, ob hanc tam insignẽ reuerẽtiã, & pietatẽ dignus fuit qui exaudiretur. Et illi soli maximè exaudiri promerentur, qui sua nõ ponderãt merita, sed omnia æstimant Dei dona esse gratis accepta, ex qua gratia omne Dei donum erga nos oritur.

Reuerentia proprie cui debetur: qualem Christus Patri præstiterit. Luc. 23. Ibidem.

Diuina qui sint exauditione digniss imi.

Dicet aliquis, Quomodò dicitur exaudit⁹, ũ oraret, vt eũ seruaret à morte, vt ait Apostolus, & illam nõ euasit crucifixus, & mortuus? Dicendũ, duo

Si Christus morte deprecans, à Patre est exauditus, cur non ereptus à morte

beneficia

beneficio precatũ fuisse Christum in horto suum Patrem: alterũ fuit; *Transeat à me calix iste*: quæ precatio nomine carnis, & sensus, atque adeò ipsius naturæ, quæ in Christo erat delicatissima, fusa fuit: alterum verò loco rationis, & charitatis, cũ subiunxit: Veruntamẽ non sicut ego volo, sed sicut tu. Et hoc aperiens manifestius Ioan. *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificat te*, vocans gloriam suam, Crucis mortem: & de hoc dicit pro sua reuerẽtia exauditũ. Magnæ siquidẽ reuerẽtiæ erat dicere: *Non mea, sed tua volũtas fiat*. Hinc superiùs preces dixit in plurali numero, geminam precationem insinuans. Non addidit tamẽ, ad euadendam mortẽ, sed apud illum, qui poterat ipsum à morte seruare, iuxta illup, Pater, omnia tibi possibilia sunt. Idq; vt docet Oecumenius hoc loco, rectè admodũ, & sapienter addit: vt quando intellixeris ipsum crucifixũ, ac sepultũ, ne Patris impotẽtia id ipsum existimes eũ perpessum fuisse; sed quod cõmunis erat voluntas, vt Christus hæc pro mundi salute pateretur.

Ibidem.

Gloriam suã quã appellaret Christus & postularet à Patre.

Ioan. 17.

Luc. 22.

Christũ orasse apud eum qui posset illũ saluum facere à morte, cur dixerit Paulus.

Mar. 14.

Oecumen.

Sequitur respõdere ad quinto loco obiectũ circa illa verba: *Et quidẽ cum esset Filius Dei, didicit ex ijs quæ passus est, obedientiã.* Græcè simpliciter dicitur Filius: quia id est nomẽ proprium secũdę personę in diuinis. Primũ ergo in hoc testimonio dubitatũ fuit, quomodo Filiꝰ, qui omnia, etiã futura, ab æterno nouerat simul cum Patre, aliquid discere potuerit ex ijs quæ passꝰ est? Dicendũ est, Paulũ loqui de scientia, quæ certo experimento cõprehenditur. Cognouit enim per experiẽtiã quãta & qualis sit virtus obediẽtię Patri præstitæ: propter quã Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ quod est super omne nomen. De qua scientia experimentali dixit Lucas: Et Iesus proficiebat sapiẽtia, & ætate, & gratia apud Deũ, & homines: quod in Christo non erat ignota cognoscere, sed vno modo nota, alia cognoscere ratione. Nam sic dicitur experẽtia rerũ magistra. Cognouit siquidẽ quanta sit obedientiæ magnitudo: ná & ei vsque ad mortẽ obedienti Pater obediuit, vt mortuus ex obediẽtia excitaretur ad vitã, & in cœlũ eucheretur, & ad dexteram suam collocaret, saluaretq; genus humanũ olim perditum. Et reuera qui Deo obedit, omnia, atq; adeò Deus ipse ei obedire consueuit, iuxta id; Voluntatem timentium se faciet, & deprecationes eorum exaudiet.

V. quęst sol. Si Christus erat Patris sapiẽtia, omniũ rerũ sciens, quomodo hîc asseritur didicisse.

Christi merita obediẽtię quanta.

Philip. 2.

Luc. 2. Rerum magistra vt sit experientia.

Philp. 2.

Aliũ sensum egregiũ producit Anselmus in lib. 1. Cur Deus homo, c. 9. Ait enim, Didicit, dictum esse, pro eo quod est, alios discere fecit. Sicut illud: *Nunc cognoui quòd timeas Deũ, & Spiritus postulat pro nobis, & clamat, Abba Pater*, eo quòd interpellare, & clamare nos facit. Et in posteriori ad Corinth. dixid: *Qui* (scilicet Deus) *semper triũphat nos in Christo Iesu*; id est victores, & triũphatores efficit. ¶ Est autẽ optimus discẽdi modus, discere per flagella, quia ille, qui ex aliqua causa pœnas incurrit, discere dicitur. Ita alio loco Paulꝰ de blasphemis asserit: *Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare*; & Esaias: *Tantummodò sola vexatio intellectũ dabit auditui.* Et prouerbium Grecum habet: ἐκ ἔπαθες μάθες & Dido apud Poẽtã: *Nõ ignara mali, miseris succurrere disco*: & Dauid: *Bonũ mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.*

Obediat Deo quibus. *Psalm. 144.*

Quomodo, secundùm Anselmũ, Christus didicerit ex ijsque passus est obedientiam. *B. Anse. t. 2. Genes. 22. Galat. 4. Rom. 8. 2. Cor. 2.*

Quænam vtilis disciplina. Consummatus quomodo

1. Tim. 1. Esaiæ. 28.

Sequitur: *Et cõsummatus, factus est omnibus ob tẽperãtibus sibi, causa salutis æternæ.* Primũ verbũ Græcis est τελειωθὲις, id est immolatus, siue cõsummatus, siue perfectus redditus. Perfectio est in hominibus, per afflictiones ad summã gloriã peruenire. Et factus est causa salutis, nõ tẽporalis, vel corporeæ, sed æternæ ac cœlestis: & non tãtùm efficiens causa, sed meritũ, & finis. Et intellige factum causam salutis omnium quod ad se attinet, & quãtũ in se fuit. Quòd enim aliqui pereant, ex ignauia ipsorũ prodit, nõ ex Christi potestate, aut voluntate, quæ ex se ad vniuersos extensa fuit. Vt medicus non est causa sanitatis nisi sibi fidẽtibus, & obedientibus. ¶ Quod autem quidam resistentes, & rebellantes, ad Christum conuersi sunt, vt ipse Paulꝰ, & alij, qui compulsi sunt intrare ad

Christus: Idẽ quotuplex exiterit causa salutis electorum, & cuius.

Si omnibus factꝰ est Christus causa salutis, vnde tãpaucorũ hominũ salus? Vt verum sit, Christũ sibi obtemperantes saluasse, cumplerique nõ obtemperãtes fastidisse riat salui.

conuiuium; non intelligas, illos nolentes, ac resistentes saluos redditos fuisse, sed tractos, & compulsos, vt ex nolentibus volentes fierent, & ex contumacibus, & refractarijs fierent obedientes tum fidei, tum Diuinis præceptis. ¶ Et hîc iugulatur Lutheri hæresis. Christus enim in Cruce immolatus non prodest nisi obedientibus Decalogo, & Ecclesiæ præceptis. Baptizantes, inquit, eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Docẽtes eos seruare omnia quęcũq; mãdaui vobis. Christus enim omnia ad se traxit, vt omnes illi obedire debeant, & parẽdo legi Dei salutem obtinere.

Necessariam esse ad salutẽ præceptorum Dei obedientiam, contra Lutherum. *Matth. vlt.* *Ioan. 12.*

Subdit: *Appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedec.* Duas rationes passionis Christi subiungit, alterã quidem proximam, vt discceret ex ijs quæ passus est obediẽtiã; alterã verò, vt sic in salutem nostram moriẽdo, inauguraretur, & consecraretur Sacerdos. Nam & per mortem se pronobis immolauit: *Et proeis*, inquit, *ego sanctifico me ipsum*: Vt ita Sacerdos secũdùm ordinem Melchisedec, perpetuò in sacrificiũ Noui Testamẽti se offerret, & mereretur applicationẽ salutis in Cruce factę, per quotidianã Eucharistię, oblationẽ, ad quotidiana quæ post Baptismũ perpetramus peccata abluẽda.

Duplex causa passionis Dominicæ à Paulo tradita

Ioan. 17.

Eucharistiæ ob quã causã institutæ.

De quo nobis grandis sermo, & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilli facti estis ad audiendum. Ab hoc loco Apostolus digressionẽ facit vsque ad finem sexti capitis, non tamen aliena ab eo quod instituerat. Prima verba Græcè dicũtur, πολὺς καὶ δυσερμήνευτος, hoc est multus, & interpretatu difficilis: & legendum, ininterpretabilis, nõ vt corruptè à quibusdã legitur, interpretabilis: sicut Rom. 6. inuestigabiles ponitur, pro, ininuestigabiles. Sicut etiã Psalmo 118. *Præueni in maturitate*, pro, in immaturitate; Græcè enim est, ἐν ἀωρίᾳ. ¶ *Quoniã*, inquit, *imbecilli facti estis ad audiendum.* Hoc est: De quo (scilicet Christi pontificatu, & Sacerdotio multa essent dicenda, & interpretatu difficillima, ob crassũ vestrũ ingeniũ: quia imbecilli facti estis, & incircũcisi auribus ad audiendũ: qui antè integra mẽte fuistis.

Ad VII. dub. Quid grãdis sermo, & in interpretabilis addicẽdũ.

Tres loci corrupti.

Rom. 11. *Psal. 118.*

Iudæorum crassities mẽtis.

¶ *Etenim cum deberetis magistri esse, & alios docere*, non, doceri) *propter tẽpus*, siue ex ipsa tẽporis ratione: quia iamdiu est quod credidistis, & fidem prædicatã recepistis, & lex Mosaica quã ab initio professi estis, debuit vobis esse instar catechismi, & cuiusdã isagoges ad Messiã agnoscendum, & ad Euangeliũ eius amplectẽdũ. ¶ *Rursum*, inquit, *indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei.* Sermones vocat in plurali, λόγια, id est eloquia Dei, vt vertit ad Rom. 3. siue sacras literas. Et sermones sunt ad vitam Spiritus, & iustitiam Diuinã comparãdam idonei. Erant igitur ex Scripturis, quæ sunt eloquia, siue sermones Dei, quædam elementa quasi alphabetum, & species cuiusdã catechismi, quo homines breuiter erudirentur de creatione mundi, & hominis, de lapsu eius in peccatum, & de restauratione per Christum: de quib⁹ loquitur initio capitis sequentis. Sed illa elemẽta Iudæi ob suam tarditatẽ nõ capiebãt, nec vt par erat, in notitia diuinorũ proficiebãt. Et magnas deuorat ver⁹ Doctor molestias, vbi auditor nõ potest salutarẽ doctrinã capere: nã tũc debet doctor cõtinere sermonem quãdonõ proficit, aut auditor nõ capit, secundũ illud; *Vbi auditus nõ est* (id est, auditor, qui valeat capere quæ potest) *nõ effũdas sermonẽ*; & Paul⁹ alibi vult ardua, & difficilia effundi in eos, qui idonei erũt & alios docere. Tota nepè lex pædagogia quædã est, & catechism⁹ ad Christũ. Vnde qui in lege cognita per fidẽ nõ inueniebat Christũ, indocilis erat, & egẽs potius lacte, quã solido cibo, quia nõ volebat ablactari in Isaac, vt posteà posset fieri hostia, & sacrificiũ gratũ Deo: quoniã in Isaac promissũ est semẽ, in cuius ablactatio nequẽ debuerãt Iudęi progressum credẽdo feciſſe, nõ fecerũt: imò relicto vero filio Isaac, Ismaëlem consectati sunt, qui persecutus est Isaac, vbi vidit illum crescere: & exosum habuit grãde ablactionis cõuiuiũ. Tales fuerũt Iudęi vidẽtes vocationẽ Gẽtium, & tã proptũ ad fidem Euãgelicam concursum.

Quare illi, secũdùm Apostolum, debebãt magistri esse secũdum tempus.

Quæ sint elementa exordij sermonũ Dei. *Rom. 3.*

Genes. 1. *Ibidem.* *Infra 2.* *Infra 3.*

Quibus negãda doctrina.

Eccles. 32.

2. Tim. 2.

Galat. 3. Iudæi quinã indocites, & Diuinæ Christi legis incapaces.

Genes. 21. *Ibidem.*

Iudęi Gentiles aemulantes. *Galat. 4.* *Genes. 21.*

Vnde Acto. 11. quidam ex Iudæis conquesti sunt, quòd Petrus introierit ad viros præputium habentes, & manducauit cum illis: & ipse se præcepto Dei excusauit: quemadmodùm etiam Luc. 15. in parabola filiorũ, senioris, & iunioris, delineatum habes.

Axioma. *Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ.* Regula est generalis; Omnes qui adhuc versantur in lacte, perfectæ doctrinæ, sicut solidi cibi, non esse capaces.

Soluț. 7. dubitationis. Ad postremum illud: *Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, ac mali.* Attendendum est, multiplicem esse perfectionem, & aliam quidem personarũ, aliam verò statuum, siue legum. Nam quod ad legem spectat, nemo per legem constituebatur in statu perfecto; sed qui in eo manebãt, erant semper pueri, & lactis participes, & expertes sermonis iustitiæ: quia Nihil ad perfectum adduxit lex, id est ad eam perfectionem, cui vita æterna debeatur. Qui autem à lege ad Christianismum venit, & potest dicere, Recedant vetera, noua sint omnia, hic perfectum statum respectu prioris adipiscitur, licèt in eo statu sit velut nouella, & tenera planta, quæ possit proficere, & ad perfectionem tendere.

Heb. 7.

Quid illud: Nihil ad perfectum adduxit lex.

Primi illius status Euangelici, in quo Iudæi tũc & Corinthij versabantur, quid propriũ

In illo ergo statu primo, veluti esse aliquid incipimus, posteà proficimus, & perfecti euadimus, ita vt semper opus sit aliquo lacte, donec quilibet huius status Euangelici particeps crescat, & perficiatur, & capax sermonum iustitiæ reddatur: atque in hoc statu existentibus Hebræis Paulus hîc loquitur, & Corinthijs peculiariter dixit: *Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nõdum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis; adhuc enim carnales estis.* Lac vocat simplicẽ, & facilem de Christo crucifixo doctrinam, de qua Petrus dixit: *Sicut modò geniti infantes, rationabile, & sine dolo lac concupiscite.* Et tamen ille status incipientium in Christo, si conferatur cum his qui erant in statu Iudaico, dici poterat solidus cibus, & perfectio. Sicut Iudæi nonnullam perfectionem habebãt respectu Gentium: quemadmodũ etiã qui perfecti sunt in statu Euangelico, imperfecti dici possunt, si componantur cum statu perfecto futuræ gloriæ, de quo alibi: *Cum venerit quòd perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Et rursus: *Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem si quo modo comprehendam,* &c. vbi se videtur negare perfectum; cùm tamen paullò pòst confidenter asserat: *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.* Et iterum: *Sapientiam loquimur inter perfectos.*

1. Cor. 3. Lac Corinthijs quale Paulus dederit tanquam paruulis in Christo.

1. Pet. 2. Idem status esse solidus cibus quomodo posset.

Perfectus Euangelij status cuius cõparatione sit imperfectus. *1. Cor. 13. Philipp. 3.*

1. Cor. 2.

Virilis ætatis conditio.

Cùm ergo ait: *Perfectorum est solidus cibus*; statum virilis ætatis designat, in quo spirituales intelligendi sunt, qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus, id est solidos dentes, ad edenda solidiora. ¶ Oecumenius intelligit sermones de diuinitate; sicut lac, humiliores, & molliores de humanitate, quæ competit infantibus, quibus opus est, vt præmansum cibũ offeras. Et per ignominiam pueri dicuntur, quia deberent adolescere in virum perfectum, ne sint veluti paruuli fluctuantes, qui circumferuntur omni vento doctrinæ. Et Esaias; Puer, inquit, centum annorum morietur. Alij verò lac, vocant sensum literalẽ; solidum autem cibum, allegoricũ: de quo philosophatur cap. 7. à princip.

Quid lac, quid verò perfectorũ solidus cibus Oecumenio *Oecume. c. 7. sub initium. Ephes. 4.*

Esa. 65.

Alter sensus.

Iam illud est explicandum: *Eorũ qui pro ipsa consuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionem boni, & mali.* Vbi Græcè pro illo verbo, pro consuetudine dicitur, διὰ τὴν ἕξιν, id est qui per longum habitum, non quidem acquisitum, sed infusum, nempè charitatis, & iustitiæ, qui supernaturalis est habitus, exercitatos habent sensus, id est virtutes intellectuales, quæ per sẽ sus designantur; de quibus habes alibi: *Cani sunt sensus hominis:* & iterum; *Sensibus autem perfecti estote*; item, *Timeo ne corrumpãtur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu.* ¶ Sunt ergo sensus exercitati, qui non iudicant vt pueri, qui de omnib⁹ hæsitant, neque peccatis deprauãtur. Et hoc, ad discretionẽ boni, ac mali.

Pro consuetudine habere exercitatos sensus, quid.

Sap. 4.
1. Cor. 14.
2. Cor. 11.

Quid illud: Ad discretionem boni, & mali.

Qui enim omnia tenet, ac recipit, vel qui omnia reijcit, ac respuit, nullum habet boni, & mali iudicium. Oportet ergo pollere dono discretionis, quo Catholicam doctrinam à falsa, & hæretica discernamus, veras à falsis reuelationibus, bonum à spiritu malo: qui etiam dignoscere valeat atque distinguere naturam, & gratiam, æterna à temporalibus, bonos Angelos & amicos, ab hostibus, & simulatis amicis. Quidam enim zelátes, suam alijs religionis omnibus præferunt, ac sibi blandiuntur, ac nimiũ tribuunt: quia spirituum discretione destituuntur. Nam eôdem modo Iudæi attendẽtes propensius ad historias Mosaicas, & ad literam externam, ad spiritum, & sermonem iustitiæ more perfectorũ non perueniebãt, nec poterãt à Moy se ablactari, nec viam pacis agnoscere. Et de his hactenus.

1. Ioann. 4.

Non habeãt exercitatos sensus ad discretionẽ boni, & mali, q̃ nam religiosorum.

Similem discretionis boni & mali defectum cur Iudæi patereutur.

DISPVTATIO XIIII.

IN Apostoli verba, cap. 6. *Quapropter intermittẽtes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitẽtiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, Baptismatum doctrinæ, impositionis quoq; manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati,* &c. vsq; in fin. c. 6.

Primum dubium.

Secundum.

QVÆDAM magni momenti in hoc capite in dubitationem vocantur. Et primo quidẽ loco scopus breuiter est aperiẽdus. Deinde explicandus hic sermo elemẽtaris, qui intermittendus est, nimirum de pœnitẽtia, fide, baptismo, impositione manuum, & reliquis: nam in horum singulis peculiares, & literales dubitatiunculæ inueniuntur. Tertiò difficillimum est, quod ait de ijs qui semel sunt illuminati, & posteà lapsi sunt in peccatum, renouari ad pœnitẽtiã.

Tertium.

Nouatiani dogmatis occasio.

Videtur enim cum Nouatianis hæreticis pœnitentiam lapsis post Baptismum denegare, ob quam causam etiã hæc Epistola à quibusdam reiecta est, nec agnita vt Apostoli Pauli, & Canonica. Et cũ nonnulli sensus ad hoc soluendum, à Catholicis tribuantur, ambigitur quis illorũ solidior sit, & magis ad scopum Apostoli spectet.

Quartò, quomodo Deus qui edixit, *Sit autem sermo vester, Est, est: Non, non: quod autem his abundantius est, à Malo est*; hîc tamen Deus per semetipsum iurasse inuenitur, aliter verbis, & aliter factis docens.

Quartum. *Matth. 5. Iaco. 5. Gen. 22.*

Quintò, quomodò omnis cõtrouersiæ hominum finis sit iuramẽtum; cũ etiam multæ lites sine iuramento transigantur, & Ecclesia recipiat iudicium ignis, & aquæ.

Quintum.

Sextò, quâ ob causſam spẽ nostrã anchoræ comparet Apostolus, & quid cõmune habet spes cum anchora.

Sextum.

Ad primum responsio est, Apostolum obiurgationi præteritæ nũc hortationem addere, vt missis initijs ad metã progrediamur, & ad vlteriora, in quibus perfectio consistit. Qua in re apertè docet hic sermo, Euãgelicũ præconem nõ satis muneri suo satisfacere, si principia, & elementa Chri tradat, nisi auditores ad perfectionẽ charitatis, & bonorum operũ culmen

Dubium primum resolui tur.

De mente Apostoli in hoc capite.

Duo Euangelij minister omninò præstare debet.

addu-

Oecumen. cap. 7.

adducere contendat: vt est rectè per Oecumenium annotatum. In quo hæreticorum doctrina, quæ fide, & baptismo tantùm est contenta, deficit, cùm de charitate, patientia, perseuerãntia parum, aut nihil curare soleat. Et hæc de primo.

Prædicationis Lutheranorum notabilis defectus.

Ad secundum melius soluendum, põdera verbum, *Quapropter*, hoc est: Postquam infantiæ, ac pueritiæ tempora transierunt, omisso illo, quo rudes instituũtur, sermone, *Ad perfectionem*, inquit, *feramur*. Nam ille est veluti isagogicus, hoc est introductiuus, vel manuductiuus ad Christũ sermo: non quòd obliuioni tradenda sint elementa, sed quòd illis minimè sit perpetuò hærendum. Quemadmodùm semper quidem domus fundamẽtum tenendum est, non est tamen in eo iaciendo semper immorandum, sed super illud ædificandum, & erigenda fabrica. Et sermo iste in literis Moysi continetur: nec tamen statim ad solidum cibum perfectorum accedẽdũ, sed mediũ exigit inter duo extrema, id est inter elementa, & perfectionẽ, nimirum doctrinam proficientium: semper enim via tendẽdi de vno extremo in alterum, est transire per medium, quo ducimur ad perfectionem.

Solutio 2. quæst.

Intermittere inchoationis Christi sermonẽ, quid.

Quã ad perfectionẽ ferri Iudæos vellet Apostolus.

Omisso ergo tractatu, qui pertinet ad instituendos rudes in Christo, id est in doctrina Christi, per metonymiam, qua continens ponitur pro cõtento, contendendum est ad metam peruenire. ¶ *Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis* Nam primum locum in hac catechẽsi habet pœnitentia, siue μετάνοια, per quam hominem vitæ suæ prioris tædeat: quæ mors potius erat quàm vita. Et vt in motu naturali prior est recessus à termino à quo, quàm accessus ad terminum ad quem: ita in processu gratiæ, quæ perficit naturá, primùm est regressus à peccatis, quæ sũt materia pœnitentiæ, quæ fundamentum dicitur, quod ante accessum ad Deum per fidem initialem præmittẽda est: posteà Sacramẽtum Baptismi, in quo est impositio manuum. Quintò, & sextò est terminus ad quem spiritualis. Sunt autem opera mortua, quæ ab homine iniusto, & in peccato manente proficiscuntur: quia nõ sunt in Deo facta, ex quo solo est spiritus vitæ. Et hæc opera sunt pœnitentiæ eliciendæ fundamentum, & figurata in illis, quæ vexati, & angariati filij Israël proferebant, nimirum in operibus duris luti, & lateris, & in paleis quæ inseruiebant Pharaoni. Quã infelicitatem vbi primùm filij Israël agnouerũt, cœpit eos talium operum tædere, & exosam, & amaram vitam in Ægypto ducere: cœperuntq; animum ad libertatem optãdam erigere, & peregrinationem in Terram promissam cogitare. Profectò hic sermo vmbratilis fuit, & inchoatiuus ad Christum: quia in operibus mortuis peccata significata sunt, quibus premimur, obligati Aegypto, id est mundo, & Pharaoni, hoc est dæmoni antiquo tyranno.

Iacere fundamentum pœnitentiæ quid.

Pœnitentiæ cur priusquã fidei, aut aliorum, iaciẽdum fundamentum sit.

Opera mortua quid sint Apostolo. *Ioan. 3.*

Exo. 1.

Infra 5.

Opera item mortua, Aegyptus, & Pharao quid mysticè.

Verus ab Aegypto, & â vero Pharaone liberatur Christus.

B. August. lib. 2. hom. hom. 50. c. 3 sub init. tomo 10. inter mediũ & princ.

Vult igitur, vt in illa terra consideretur mundus; in Pharaone diabolus; & in operibus mortuis peccata mortem adferentia, nisi Deus succurrat per Christũ suum; sicut illis per Moysen succurrit, qui eripuit, & prædicauit pœnitentiam. Est ergo Pœnitẽtia fundamentum, quia vt dixit Augustinus, Omnis qui iam arbiter voluntatis suæ constitutus est, cùm accedit ad Sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non potest inchoare.

Qualis olim Iudæorũ fuerit fides in Deum.

Addit: *Fidei ad Deum, vel, in Deum.* Nam vbi ille populus audierat verba Moysis, & Aaron, & signa admiranda quæ edebant, considerauit quòd Dñs cœpisset respicere ad afflictionem eorum & proni adorauerũt. Exod. 4. Et rursus post exitum de Aegypto dicitur de illo populo: Et crediderũt Domino, & Moysi seruo eius. Fuit autem hæc fides introductio quædam, & inchoatio ad fidem Christi tot signa edentis; vt se missum à Deo pro eorũ liberatione ostẽderet. Estq; hæc fides ad Deum non amplius terræ Palæstinæ promissorem, sed cœlestis, & æternæ, imò sui ipsius, qui se in præmium æternæ vitæ ꝓmittit. Sic enim dixit

Exo. 4.

Infra 14.

Christianorum fides in Deum qualis.

Gen. 15.

ad Abrahã: *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis*: vt idẽ sit promissor, & res promissa, scilicet Deus. Et quia hæc professio fidei in aqua Baptismi fieri consueuit, quod est symbolum fidei, & in baptismo ignis, id est tribulationum, & passionum, ideò etiam horum baptismatum elementa in lege illa præcesserũt. Primum fuit in nube, & mari Rubro. Vbi Deus protectorem se innuit, & liberatorem illius populi per baptismum maris sub Moyse homines ad Christũ ducente: in quo baptismo Pharao cũ suo exercitu, id est dæmon cum omnibus peccatis, quæ illi seruiũt, & militãt, submersus fuit. Sed venit posteà Iosue, & alio baptismo in Iordane baptizauit: qui Spiritus sancti baptismũ denotat, quo fuerunt Apostoli tincti, & de quo Act. 1. *Vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.* Qui non est nisi prioris baptismi per Crucis imitationem cõsummatio, & perfectio.

Hanc fidem dupli. in Baptismo, Aquę & Ignis, Christiani p fitẽtur: sicut & olim Iudæi in nube & mari baptizati, professi sunt.

1. Cor. 10.

Exo. 14.

Iosu. 3.

Erant prætereà multa alia elementa, Crucis, Eucharistię, & resurrectionis à mortuis, & iudicij æterni in libris Moysis symbola futurorum: quę Apostolus vult omitti, vt homines proficiant in rebus figuratis, & per symbola repræsentatis: nam qui amplius vellet in illis remanere, seruus iam sponte efficeretur, & iniuriam faceret iubileo, non perueniens ad libertatem Christianã. In hoc ergo baptismo ter renuntiare soliti erant Satanæ, & operibus eius, & põpis eius, vt docet Dionysius lib. De Ecclesiast. hierar. c. 2. & Apostolica traditio lib. 7. apud Clementem cap. 40. declarat hunc locum his verbis: *Deinde, cùm se iam ad baptismum parat catechumenus, discat illa, quæ dicuntur de abrenũtiando diabolo, & de aggregando se Christo. Oportet enim vt primũ discedat à cõtrarijs, deinde ingrediatur mysteria, deleta prius à corde omni improbitate, macula, & sordibus, atq; hoc modo sancta percipiat. Nã vt diligẽs agricola purgat prius agrum succrescentibus spinis, deinde triticum serit: sic debetis vos prius expulsa omni impietate constituere pietatẽ, & ad baptismum accedere. Etenim Dñs noster ita nobis præcepit dicens: Docete prius omnes gentes; & posteà subiungit: & baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Profiteatur igitur ille qui baptizatur, cũ abrenũtiat, hoc modo: Abrenuntio Satanæ, & operibus eius, põpis, cultui, Angelis, & machinationibus eius, & omnibus quæ subipso sunt.* Hæc ille.

Alia quatuor fundamenta Iudæis omittenda quænam.

Abrenuntiare Catechumeni in Baptismo quoties solerẽt.

B. Dionys.

Clem. Rom.

Quomodo se ad Baptismum parare deberet Catechumenus

Matth. 28.

Cap. 41. Modus abrenuntiandi in Baptismo.

Bene autem cũ fide iungit pœnitẽtiã, vt Dñs prius fecerat: *Pœnitemini*, inquit, *& credite Euangelio*; & Petrus Act. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum*: & Paulus Act. 26. vtrũq; prędicauit. Et per fidẽ, intellige cõpendium doctrinæ pietatis. In plurali etiã dixit, fundamentũ baptismatum doctrinæ: fides enim & baptismus seruiebant ad nouam vitã inchoandam. Et fortasse respexit ad baptismata legis Mosaicæ, & Ioãnis, & Christi, vel ad triplex in Christo baptisma, Fluminis, Flaminis, & Sanguinis, qui potest dici baptismus Ignis, de quo dixit Ioãnes Baptista: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* Chrysostom. homil. 9. *Quare*, inquit, *pluraliter hoc dixit? Quia dixerat: Ne iterum fundamentum constituẽtes pœnitentia. Opus enim habuit hoc dicere, veluti opus habentibus iterum baptizari, & iterum catechizari, & iterũ post baptismum docere quid agere deberent, quid nõ deberent.* ¶ Subdit quartũ fundamẽtum, Impositionis manuum. Erat multiplex manuũ impositio, & in Sacramento Confirmationis, de qua: *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Erat & altera in Pœnitentiæ Sacramẽto, quia relapsos à fide Ecclesia recipiebat, non quidẽ innouato baptismo, sed per manuum impositionem teste Augustino: & habetur in Diataxi Apostolica lib. 2. Clementis, cap. 45. Erat & ceremonia Impositionis manuum in Clericorũ ordinatione, de qua ait Apostol. *Manus citò nemini imposueris.* Sed omnes istæ manuum impositiones non erant pro initiali, & elementaria doctrina, de qua hic est sermo: & in illa, quæ in Cõfirmatione fit, datur Spiritus ad robur

Matth. 3.

B. Chrysost. tom. 4. circa finem.

Quotuplex olim in Ecclesia manuum impositio.

Act. 8.

B. August.

1. Tim. 5. Eiusmodi illas manuum impositiones hîc locũ nõ habere.

fidei,

fidei,& ad publicè,& intrepide profitendũ nomen Iesu, & ad progressus magnos in via Christi faciendos. Reliquas manuum impositiones Apostolus nõ attingit,quia illi de quibus ibi est sermo,non promouebantur ad Sacros ordines : neq; prolapsi à fide ad reconciliationem per manuum impositionem admittebantur ante baptismũ. Quare verisimilius mihi semper visum est, loqui Apostolũ de initiali impositione manuum super Catechumenos, & Energumenos ad expellendos dæmones,& ad præparandos eos ad suscipiendum baptismum : de qua antiquissimi Patres mẽtionẽ fecerũt.

De qua hoc loco manuũ impositione sit sermo.

B. Dionys. Nam Dionysius de Eccleſiast. hierar. cap.2.loquens de baptizando,inquit: *Tũ diuinæ quoque conuersationis ac vitæ illi explicans rationem, an ita velit deinceps viuere,sciscitatur. Quòd vbi ille pollicitus fuerit, imponit eius capiti manũ, consignansq; illum, Sacerdotibus mãdat, vt virum,susceptoremq; describant.* Et infra: *Trina verò ea confessione peracta,rursus ille* (scilicet Pontifex) *benedicit,eiq; manus imponit.* Accedit Conciliũ Carthaginense IIII.c.7. *Exorcista cum ordinatur,accipiat de manu Episcopi libellum,in quo scripti sunt exorcismi, dicẽte sibi Episcopo, Accipe,& commenda memoriæ,& habeto potestatẽ imponendi manus super energumenum, siue baptizatũ, siue catechumenum.* Hæc ibi. Et lib.7.c.40. *Hæc & alia consequentia discat in catechesi qui accedit, qui vero manus admouet catechumeno, adhibeat Deo venerationẽ*,&c. alludens fortè adhæc Pauli verba. Non ignorauit Oecumenius hanc expositionem,dum hanc impositionem manuum in Baptismo fieri tradit:quanquàm etiam meminerit alterius, qua dabatur Spiritus sanctus. Sed prior expositio solidior est,& magis accedit ad doctrinam elemẽtarẽ. Et ad hanc ceremoniam alludit Diataxis Apostolica apud Clementẽ lib. 3.cap.15.in fine: *Non est*, inquit, *necesse mulieres aspici à viris, sed solũ in manus impositione caput illius vnget Episcopus.*

Concil. Carthag. IIII. tomo Cõcil. 2.

Oecume. c. 7.

Clem. Rom.

Photius apud Oecum. loco prædicto.

Quintò, omittamus fundamẽtum doctrinę,resurrectionis mortuorũ,& iudicij æterni. Ita enim vult Photius à communi intellectu sumi ad singula verba suppleri debere vocẽ sermonis,& fundamentum. ¶ Addit Chrysostomus hæc à Paulo adiuncta, quia postquã credidissent, poterant à fide moueri,vel male viuere,& negligenter præceptaDomini colere. Vel quia erant eo seculo hæretici,qui hosduos articulos peculiariter negarẽt. Vnde Polycarpus Epist.ad Philipp. inquit: *Qui deuiauerit eloquia Dei ad propria desideria, & dixerit neq; resurrectionem esse neq; iudicium, hic primogenitus Satanæ est.* Hæc ille, indicans verba Scripturæ,quæ hos articulos cõprobant, ab hæreticis detorqueri solitos.

Chrysost. homil. 9. Fundamẽtũ doctrinæ,resurrectionis mortuorũ,& iudicij æterni cur Iudæis omittẽdũ testeChrysostomo.

Porrò hos duos articulos exertè cogebãtur catechumeni ante Baptismũ profiteri: q̃ magni sint, & ad ingenerandam pietatem accõmodati, vsque adeò,vt Chrysostom.illud Corint.15. Baptizari pro mortuis, interpretetur esse in Baptismo ꝓfiteri resurrectionem mortuorum. ¶ Iudicium verò vocat æternum;quia æternam adfert sententiam:illo dicendi charactere , quo pigrum dicitur frigus, quòd frigidos nos reddit,& pallida mors,quòd pallidos efficiat. Deinde in Baptismo erat trina immersio; & emersio; & ideò baptizandi erudiebantur de mysterio mortis, & resurrectionis Christi,& tridui in morte eius,quæ in Baptismo repræsentãtur.Hinc Theodoritus ait: *In diuino baptismo resurrectionis figuram suscipientes, expectãt cõmunem omnium resurrectionem, & futurum iudicium.* De quo Sacerdos ait; *Accipe vestẽ candidã quã perferas in die iudicij.* Subdit: *Et hoc facientes, siquidem permiserit Deus.* Quæ verba tàm Photius, quàm Theodoritus superioribus applicant,in hunc sensum : Omittentes initium sermonis, ad perfectionẽ feramur,& omnem pro perfectione acquirenda laborẽ suscipiamus, & hoc faciamus,si Deus voluerit. Solet enim Apostolus omnia diuinæ prouidẽtiæ tribuere. Ideò alibi dixit: *Veniã ad vos citò,si Dñs voluerit.* Et Iacob.taxat eos qui dicũt, *Hodie, aut crastinò ibimus in illam ciuitatem*,&c. & non addunt: *Si Dñs voluerit.* Ambros.quoq; lib. 2. de

Prima ratio, cur à Catechumenis Articulorũ Baptismi,& Resurrectionis exigeretur confessio.

Chrysost. homil. 40. in priorem ad Corinth.

Quid iudicium æternũ Apostolo.

Secunda ratio.

B. Theodor. tom.2.

Photius.

Idem Theodori.

Hæc verba Apostoli : Et hoc faciẽtes, siquidẽ permiserit Deꝰ, quẽ sensum habeant.

1. Cor.4.

Iaco. 4.

B. Ambros. tom. 2.

Omnia illa superius tradita, pœnitẽtiæ, fidei, doctrinæ, & reliqua, quàm bene interse fundamenta cohæreant.

Illud: Impossibile est eos qui semel sũt illuminati, &c. duobus modis ad superiora refertur.

Marc. 7.

Altera applicandi ratio satis idonea.

1. Cor. 5.

2. Cor. 2.

Infra 12.

Pœnit. c. 2. in fi. *Et hoc faciem⁹*, inquit, *siquidẽ permiserit Deus. Nõ potest enim sine fauore Dei aliquis esse perfectus.*

Porrò hæc fundamenta mirabilem inter se ordinẽ habent. Ná primũ baptizãdus debet abrenũtiare diabolo, & operib⁹ eius, id est peccatis: & hæc est professio pœnitẽtiæ ab operibus mortuis. Deinde baptizandus asserit se petere fidẽ: & rogatus quid credat, recitat Symbolũ Apostolorũ. Tertiò baptizatur, & antè, vel pòst imponuntur illi manus. Quartò profitetur resurrectionem, & iudicium, & verbis in Symbolo, & factis in immersione, & emersione. Et hæc de secundo.

Ad tertiũ, qđ difficilius multò videtur, circa illa verba: *Impoßibile est eos qui semel sunt illuminati, & ,plapsi sunt, iterũ renouari ad pœnitẽtiã*, &c. quò cõmodiùs respõdeamus, præmittendũ, hæc verba cõnecti cũ præcedentibus dupliciter. Dixerat enim superiùs in plurali, Doctrinæ baptismatũ, vel respiciẽdo ad plures qui baptizãtur, vel ꝙ plurali vsus sit pro singulari more Scripturæ, vel ob aliã causam ex antedictis. Putabãt tñ quidã, vt in lege plura erãt baptismatũ genera, ita & in Euãgelio, quibus renouatio, & mũditia Spiritus acciperetur: qđ hîc negat Apostolus, & ostẽdit in Christo vnũ esse tãtùm baptisma, nec amplius vnquã repetẽdũ. Deinde melius, & suauiùs dici posset: Nõ loquor amplius, inquit Apostolus, de fundamentis, & principijs Christianę doctrinæ, videlicet de Pœnitentia, & Baptismo, & reliquis, cũ ego ad eos scribã, quib⁹ ad hæc remedia nõ licet recurrere: quia impossibile est semel per baptismũ renouatos, & illuminatos, rursus per eũdẽ renouari ad pœnitentiã. Et quia Apostolus incestuosum Corinthium (cuius facit mẽtionẽ in vtrâq; Epist. ad Corint.) ad pœnitentiã recepit, & in cõmuni hortatur eos: *Ne iterum*, inquit, *cũ venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeã multos ex ijs quiantè peccauerũt, & nõ egerunt pœnitẽtiam super immũditia & fornicatione, & impudicitia quã gesserunt.* planũ redditur, falsũ esse sensum, quẽ ex mẽte Nouati quidã huic Epistolæ affingũt, cũ Apostolus ipse diuersũ & senserit, & fecerit. Sunt igitur varij huius loci, & catholici sensus, quos fideliter recitabim⁹; & eũ qui cæteris præstare videbitur, indicabimus. Primus igitur sẽsus est: hac sentẽtia repetitionẽ Baptismi ,prohiberi. Vnde & Ecclesia in Symbolo Niceno vnũ tãtũ Baptisma profitetur in remissionẽ peccatorũ. Quod Patres testantur, Epiphan. in hæresin 59. cõtra Catharos agens: *Post primã*, ait, *pœnitẽtiã per lauacrũ regenerationis, in qua pœnitẽtia renouatus est omnis homo, secũda quædam talis nõ est. Nõ enim duo sunt baptismata, sed vnũ: neq; bis crucifixus est Christus, sed semel: neq; bis mortuus est pro nobis, & resurrexit.* Deinde Cyril. lib. 5. in Ioã. c. 17. circa med. hęc verba edisserens, scribit: *Nõ intelligũt Paulũ ibidẽ verba facere dũtaxat de peccatorũ remissione, & pœnitentia quæ per baptismũ habetur: qui quoniã cuiq; homini vnicus est, nec iterari debet (vnus, inquit, Dominus, vna fides, vnum baptisma) pœnitẽtiæ quoq; cũ baptismo susceptæ, vnica est & semel recipienda.* Tertiò Athanas. lib. De peccato in Spiritum sanctum, ad Serapionem, hoc idem affirmat his verbis: *Quòd si propter eos qui post lauacrum peccant, hoc verbum dictum est* (scilicet de peccato in Spiritum sanctum) *ergo illud quoq; ad Hebræos propter eosdem dictum est. Iã hoc dictum non excludit post lauacrum peccatũ à pœnitẽtia; sed ostendit vnũ esse Catholicæ Ecclesiæ Baptisma, & non duplex. Siquidẽ Hebræis scripsit, qui ne pro legis cõsuetudine, putarẽt sub ꝓtextu pœnitentiæ, multa quotidie esse Baptismata faciẽda: ideò eos & ad pœnitentiã hortatur, & vnã esse renouationẽ ꝑ Baptisma, & nõ secũdã ostẽdit; vt & in alia Epistola dicit, Vna Fides, vnũ Baptisma: neq; dixit rẽ impoßibilẽ esse pœnitentiã; sed impoßibile esse per causßã pœnitentiæ, quempiam iterato Baptismate renouari. Estq; inter Pœnitentiam & Baptisma nõ leue discrimen*, &c. Quartus testis accedit Theodoritus; *Omninò*, inquit, *fieri nõ potest, vt qui ad sanctissimũ Baptismũ accesserũt, & gratiæ diuini Spiritus fuerũt participes, & æternorũ bonorũ figurã accepe-*

Tertiæ solutio quæst. Quéadmodũ Apostolus esse dicat impossibile semel lapsos ad pœnitentiam renouari.

Prima solutio.

B. Epiphan. ante med.

Ephes. 4.

B. Cyril. tomo 1.

Ephes. 4.

Athanas. tomo 3.

Matth. 12.

Theodor. tomo 2.

runt,

rũt, rursus accedãt, & aliũ baptismũ assequãtur. Hoc enim nihil est aliud, quàm Filiũ Dei rursus crucifigere, & eadẽ quæ prius affectus est rursus ignominia afficere. Fieri ergo nõ potest, vt dono Baptismi rursus fruamur. Et infrà: Hæc autem dixit diuinus Apostolus, docẽs Iudæos qui crediderunt, ne existimarent sanctissimũ Baptismum esse similem baptismis Iudaicis. Illi enim nõ soluebãt peccata, sed corporis sordes quæ videbantur, purgabant. Quæ de causſa & multa, & frequẽter adhibebantur. Hic autẽ vnus est, vt qui salutaris passionis, & resurrectionis typum habeat, & futuram resurrectionem nobis antè describat. Quintò idem testatur Theophylact. Non dixit, inquit, qđ inutile ac indecorũ, sed impossibile, vt ad desperationẽ eos inũciat, ne omninò sperent se denuò baptisma posse cõsequi. Et paullò pòst in illud: Et ostentui habentes: Duabus itaq; rationibus rẽ impossibilẽ esse dicit Paulus, baptismatis nempè reiterationem, altera quidẽ, q̃ indignus est qui tantis bonis donatus sit, ac omnia ea perdiderit; rursus ũsdem frui; altera verò horribiliore multò, q̃ videlicet impossibile Filiũ Dei recrucifigere. Id etiã docet Oecumenius in eũ locum: vbi subdit: Renouari dixit, qđ proprium est baptismatis. Chrysost. quoq; homil. 9. pòderans illud verbũ: Impossibile est: Nõ iam speres qđ impossibile est. Nõ enim dixit, Nõ decet, neq; prodest, neque licet; sed impossibile est, vt in desperationẽ inducat. Et infrà: Renouari dixit ad pœnitentiã, hoc est per pœnitẽtiã: Quid ergo? exclusa est pœnitentia? Nõ pœnitẽtia exclusa est, absit, sed renouatio per lauacrũ regenerationis. Nõ enim cũ dixisset: Impossibile est renouari in pœnitentia, tacuit; sed cũ dixisset impossibile, adiũxit: Iterũ crucifigentes. Et subdit infrà: Baptisma crux est. Rursus infrà: Quid ergo est, inquis? Non est pœnitentia? Est pœnitentia, sed baptisma alterum non est. Pœnitentia verò est, & multam habet potentiam, etiam in eum, qui peccatis valde demersus est. Si voluerit, potest eum liberare ex onere peccatorum, & periclitantem in tuto constituere, etiamsi ad ipsum fundum iniquitatis peruenerit. Postremus testis sit Ambrosius ex nostris, qui lib. 2. de Pœnitentia, cap. 2. ita scribit: Ergo quod ait in hac Epistola quæ scribitur ad Hebr. impossibile esse lapsos renouari in pœnitentiam, ac rursus crucifigentes Filium Dei, & ostentatione triumphantes: eò spectat, vt de Baptismo dictum credamus, in quo crucifigimus Filium Dei in nobis, vt per illum nobis mũdus crucifigatur: quia quædã triumphamus specie, dum similitudinẽ mortis eius assumimus. Hactenus illi.

Idem. Marc. 7. Theophyl. Idem. Oecume. c. 7. post medium. D. Chrysost. tom. 4. Idem. Idem. Pœnitentia quàm potẽs, & efficax. B. Ambros. tom. 1.

Cũ baptizamur, quid faciamus.

Venit ergo hic locus secundũ hos Patres intelligendus de non reiterãdo Baptismo. Deinde infinuant ea, quæ de doctrina Baptismatum pluriũ more Iudæorum superiùs dicta sunt. Tertiò idem probat verbum: Eos qui semel sunt illuminati. Illuminatos, vocat baptizatos, siue Græcè φωτισμένους. Est enim apud veteres Patres Sacramẽtum Baptismi vocatum Sacramẽtum φωτισμάτων, id est illuminationum, propter fidem qua quis illuminatus ad Deũ conuertitur. Hinc Dionysius cap. 2. De Ecclesiastica hierarchia, vocat Mysterium illuminationis. Et cap. 3. reddens rationem huius appellationis, ait: Sic igitur & sacrum diuinæ regenerationis Sacramentũ, quia primi luminis cõsortium trãdet, omniũq; diuinarum illustrationũ principium est; ex effectu ipso, verissimo illud illuminationis cognomine prædicamus. Etsi enim alijs quoque Sacerdotalibus Sacramentis commune est, ijs qui perficiuntur, sacri luminis consortium dare; istud tamen in primis mihi videndi præstitit munus, ipsiusq; principalis maxime lumine ad alia inspicienda Sacramenta lucis gratiam cepi. Hæc ille, in quibus videtur vocem Apostoli explicasse, ni mirum illam ad Colost. 1. Gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partẽ sortis Sanctorũ, in lumine, id est in Baptismo. Cõmunicatur enim in Baptismo diuinum lumen, quo baptizatus sit ex sorte atq; ordine Sãctorum: ex qua sorte eijcitur qui excõmunicatur, vt Simon Magus à Petro. Adde insignem Theologũ Gregor. Nazianz. orat. 40. in sanctum Baptisma: Baptismus, inquit, omniũ Dei beneficiorũ præclarissimum est & præstãtissimũ. Vt enim quædã, Sancta Sãctorũ

Prima ratio, ad probãdũ, prædictis verbis, Impossibile est, &c. Baptismi renouationem impossibilẽ necessariò intelligendam.

Secunda.

Tertia.

B. Dionys.

Idem. Cur baptismus sacræ regenerationis Sacramentũ, appelletur Sacramentũ illuminatiõis, Dionysio teste.

Baptismalis illuminationis Symbola.

Gregor. Nazianz.

vocan-

vocantur, & Cantica Cãticorum, q̃ scilicet latius pateant, ac plura cõplectãtur, præcipuamq; dignitatem habeant: eõdem modo Baptismus quoq; illuminatio dicitur, quòd omnes alias illuminationes sanctitate præcedat. Hæc ille. Atq; illam illuminationem portendunt faces, ac lucernæ, quæ baptizatis dãtur, vt sint veluti ministri præcincti habentes lucernas ardentes in manibus, qui expectãt dñm, quãdo reuertatur à nuptijs.

Luc. 12.

Quarta ratio

Quid gustus doni cœlestis Chrysostomo.

B. Chrysost. homil 9. ante med.

Ritus baptismalis.

Quartò ad idẽ facit qđ dicit: *Gustauerũt etiã donũ cœleste:* Gustauerũt nihilominus bonũ Dei verbũ, virtutesq; seculi vẽturi. Gustus enim doni cœlestis, id est remissionis peccatorum, & innocẽtiæ, vt ait Chrysost. ad Baptismũ spectat: Quod expressũ est in porrectione salis in infantis ore, dicente Sacerdote: Accipe sal sapiẽtiæ: qđ in hũc vsq; diẽ seruatur: sicut olim mellis, & lactis gustũ præbebant infanti, vt testantur Apostoli in Canone quodã. Et ad hoc alludens B. Petrus dixit;

1. Pet. 2.

Sicut modò geniti infãtes, rationabile, & sine dolo lac cõcupiscite, vt in eo crescatis in salutẽ. Si tñ gustastis quoniã dulcis est Dñs. Bonũ etiã Dei verbũ, Euãgelica est doctrina, quæ mirificè cõsolatur, & vtilissima nobis est. Virtutes seculi venturi, nõ sunt illæ quæ opponũtur vitijs, & Græcè dicũtur ἀρεταὶ, sed δυνάμεις, quæ cõtrariæ sunt imbecillitati, id est miracula, quibus æternæ felicitatis prẽmiũ cõsequimur, nisi velis intelligere dotes animæ beatæ, & corporũ glorificatorũ.

Psal. 33.

Bonum Dei verbum gustare quid, virtutesque seculi venturi.

Quinta ratio

Quintò idem indicatur per verbũ illud: *Participes facti sunt Spiritus sancti:* quod Participiũ exprimit Baptismus in illo ritu Apostolico, quo vertex infantis sacro chrismate delinitur. Nã in fãcto chrismate Spiritus sãctus adũbratur: vnde & ab Ecclesia vocatur Spiritalis vnctio. Quòd autẽ Spiritus sanctus operetur in Baptismo, & participetur, ostẽdit Christus, cũ dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Sextò, idẽ euincit vox ἀναγεννήσεως, siue renouationis, quã Sacramento Baptismi tãtùm cõuenire, Paulus ipse ad Titũ docet, dũ ait: *Secundũ suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus sancti.* Idẽ docent Patres: nam Chrysost. in ea verba inquit: *Renouari, hoc est, nouũ fieri: nouos quippè facere, lauacri est tantùm. Renouabitur, inquit, sicut aquilæ iuuẽtus tua. Pœnitentia autẽ est, eos, qui innouati fuerunt, & posteà veterauerunt in peccatis, liberare à vetustate, & cõsolidare. Ad illã tamẽ claritatẽ adduci eos impossibile est; illic nãq; totũ gratia est.* Augustinus quoq; in expositione Epistolæ ad Romanos inchoata, circa finem: *Eos,* inquit, *qui iã baptizati fuerunt, curari melius dicimus per pœnitẽtiã, nõ renouari, quia renouatio in baptismo est: vbi quidẽ operatur pœnitentia, sed tãquã in fundamẽto. Manente itaq; fundamento recurari ædificiũ potest: si autem fundamentũ iterare quis voluerit, totũ ædificiũ subuertat necesse est.* Et statim producit hæc Apostoli verba ad id cõfirmandũ. Ad hæc Ambros. lib. 2. de Pœnitent. c. 2. *De baptismate autẽ dictũ verba ipsa declarãt, quibus significauit impossibile esse ipsos renouari in pœnitentiã. Per lauacrũ enim renouamur, per qđ renascimur, sicut ipse Paulus dicit: Consepulti enim sumus cũ illo per baptismum in morte, vt quẽadmodũ surrexit Christus ex mortuis per gloriã Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Et alibi: *Renouamini Spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominẽ qui secundùm Deum creatus est.* Similia docẽt Theophylactus, Oecumenius, & alij Græci Patres, à quibus producendis consultò abstinuimus.

Renouari quid.

Chrysost. homil. 9. in Epistola ad Hebræ.

Psal. 102.

D. August. tom. 4. finẽ versus.

B. Ambros. tom. 1.

Rom. 6.

Ephes. 4.

Theophyl. Oecumen. c. 7.

Ratio etiam idem euincit, quia in Baptismo exuit homo veterẽ hominem, & induit nouum, & efficitur atque vocatur noua creatura. Septimò, hic idem sensus roboratur ex his quæ adiungit: *Rursum crucifigentes sibimet ipsis Filium Dei, & ostentui habentes,* siue ludibrio ducentes, vel in triũpho agentes, siue vt Græca habet litera, παραδειγματίζοντας, quod verbum alteri quadrare non videtur quàm repetẽti baptisma. Fructus enim passionis, sepulturæ, & resurrectionis percipitur, in quo, autore Paulo, commorimur, consepelimur, & cum illo in vitam æternã resurgimus. At res crucifige-

Quã propria Baptismi, hominis renouatio.

2. Cor. 5. Gal. vlt.

Septima ratio.

Quid ostẽtui habere Filiũ Dei.

re Chri-

re Christum, & ludibrio habere, est baptismum iterare; ac proinde non modò irritam, & infructuosam, sed & mortiferam, & exitialem secundi baptismi intinctionē efficere. Quod Apostolica Diataxis apud Clemētem lib. 6. cap. 15. his verbis declarat: *Veruntamen initiatos iterum baptizare tē tantes, crucifigunt Dominum, iterum eū interimunt, deridant diuina, eludunt sancta, insultant Spiritui, sanguinem sanctū veluti communem contemnunt, peccant in mittentem, in passum, & in testificantem.* Hæc ille. Per tria vltima verba intelligens Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Epiphanius quoque in Hæresin 59. Etenim semel renouatos, & relapsos renouari impossibile est. Nec enim amplius gignetur Christus vt crucifigatur pro nobis: neque rursus crucifigere quis potest Filiū Dei, qui non amplius crucifigitur: neque potest quis secundum lauacrum accipere: vnum est enim Baptisma, & vna innouatio. Adhæc Chrysostomus hæc verba explicans: *Quod dicit, hoc est: Baptisma crux est, & simul crucifixus vetus homo noster. Conformes enim facti sumus similitudini mortis eius.* Et iterum: *Cōsepulti estis ei per baptismum in mortē. Sic enim impossibile est secundò crucifigi Christum: hoc enim est ostētui eum habere. Si enim mors ei iam nō dominabitur, si resurrexit, resurrectione victor factus est mortis, si morte mortem expugnauit, deinde iterum crucifigeretur, fabulæ essent cuncta illa, & ludibriū. Proinde qui secundò seipsum baptizat, secundò eum crucifigit. Quid autem est: Iterum crucifigentes? Ab integro iterum crucifigentes. Sicut enim mortuus est Christus in cruce, sic & nos in Baptismate, non carni, sed peccato. Intuere nunc mortem & mortem. Ille mortuus est in carne nostra, vetus homo sepultus est, & resurrexit nouus, conformis factus similitudini mortis eius. Si ergo necesse est baptizari iterū, necesse est rursum eundem ipsum mori. Baptisma enim nihil aliud est quàm interitus eius qui baptizatur, & resurrectio illius.* Hactenus ille. Cuius verbis similia sunt quæ Ambrosius supraproductus scripsit.

Clem. Rom.

Semel baptizatos rebaptizātes, quā sint in Deū contumelio-si.

B. Epiphan.

Ephes. 4.

Ambros.

B. Chrysost. tom. 9.

Rom. 6.

Ibidem 5.

Ibidem 9.

Cur Christus nequeat iterum crucifigi.

Baptismus quid.

Postremò iuuatur ille sensus ex his quæ subiungit. Terra enim sæpè venientem super se bibēs imbrem, &c. Confirmat enim, impossibile esse renouari ad pœnitentiam, vel per pœnitentiam baptismalē; ac si diceret, mirandum non esse, si Deus nullum statuerit Baptismum, quo lapsi renouari queant: vt terra, quæ accepto imbre germinare herbam opportunam debebat cultoribus suis, si spinas, & tribulos pferat, reproba fit, & indigna secundo, & nouo imbre, digna autem igni, quo ambusta sterilis fiat in perpetuum. Nec dixit simpliciter: Maledicta est; sed, Maledicto proxima: qđ intelligendum est nisi resipiscant, & ad meliorem frugem faciendá reuertantur. Interpretes etiā tradūt, ob id hanc Epistolam ad Hebræos scriptá, quoniam, cum olim pluribus vterentur baptismis, cōfidentia Baptismi, in quo vniuersa delicta per Christi mortem abolentur, rebaptizabantur. Et nisi Hebrēi credētes repetere baptismum soliti fuissent, Apostolus nō toties confiteretur vnum Baptisma, nec tot minis, & tā atrocibus pœnis prosequeretur iterantes baptismum, vt hoc loco facit: quod satis esse deberet ad profligandos, & iugulādos nostri seculi Anabaptistas.

Octaua ratio, ab ipso textu.

Expenditur dictum Apostoli, Terra infructuosa reproba fit, & maledicto proxima.

Cur Paulus hāc Hebræis Epistolā destinauerit.

Notantur Anabaptistæ.

Solet autem in dubium venire, quæ sit ratio solida nó iterandi Baptisma. Quæ certè non est alia, quàm quòd hoc Sacramentum, sicut & Confirmationis, & Ordinationis, imprimat characterem, quo homo configuratur, & Christo consecratur nos regeneranti, tanquam cera impressa signaculo sigilli: quod autem semel consecratum est Deo, & cōfiguratum, in perpetuū, dum res subsistit, durat, tanquam Deo dedicatum: nec opus est alia noua cōsecratione, vt instructio data Armenis in Concilio Florētino docet: *Tria sunt*, inquit, *Sacramenta, Baptismus, & Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, hoc est spirituale signum, imprimunt in anima, vt non reiterentur in eādem persona.* Et Augustinus lib. 2. contra Epistolam Parmeniani, cap. 17. ante medium; *Vtrumque* (scilicet Baptismus,

Quænam vera ratio sit non iterandi baptismatis.

Concil. Florentin. Quænam Sacramenta imprimant characterem.

B. August. tom. 7. in princip.

& Ordinatio) *Sacramentum est, & quadam consecratione vtrumq; homini datur; illud, cùm baptizatur; istud, cùm ordinatur: ideoq; in Catholica vtrũque non licet iterari.* Hæc ille. Sicut ergo in generatione carnali filius exprimit lineamenta, colorem, & effigiem parẽtis; ita quoque Paulus ait: *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis,* id est imaginem, & figuram eius. Sicut alibi ait: *Sicut portauimus imaginem terreni, portamus & imaginem cœlestis.*

Gal. 3.

1. Cor. 15.

Cõfirmationis character qualis sit.

Ordinationis character quid præstet

In Confirmatione, character, quo adscribimur in perpetuam Christi militiam, imprimitur, & eius tesserã, & insignia portamus: sicut illi qui Principis militiæ adscribuntur. In Ordinatione confertur character, quo datur indelebilis potestas aut conficiendi Corpus Christi, aut chrismate liniendi baptizatos, aut alios ad Ordines sacros promouendi, vel alia opera sancta efficiendi, quæ ad illa munera disponunt. Character autẽ est qualitas realis animo impressa à Deo, & reducitur ad quartam speciem qualitatis, id est passibilem qualitatem, & quia est signum à Deo impressum, nõ potest dici quòd sit relatio. Et aduerte, quòd vbicunq; est consecratio, nõ statim ibi est character: at è contrario vbicunque est character, ibi est consecratio quædã, quæ perpetuò manet, nisi res ipsa consecrata pereat.

Quid sit character.

Prima ratio, cur etiã non liceat repetere baptisma.

Atverò præter hanc rationem Baptismi cum reliquis duobus Sacramẽtis communem, assignantur peculiariter aliæ causæ, cur videlicet Baptismus non repetatur. Vt quòd Baptismus assimilatur generationi, quæ semel tantùm vnicuique homini contingit: at Pœnitentia dicitur medicatio, quæ sæpè repetitur, vt docet Augustinus tract. 11. in Ioannem, & in Epistolam ad Romanos. Deinde quòd Baptismus est in originale peccatum, quod semel remissum amplius nõ redit, sicut redeunt peccata personalia. Tertiò, vt hìc ait Apostolus, in Baptismo fit repræsentatio mortis Christi, & resurrectionis: hæc autẽ semel tantum contigêre. Ideò denuo crucifigeret Christum in seipso, & ludibrio exponeret, qui secundò baptizaretur.

B. August. tom. 9. initio.

Secunda.

Tertia.

Quòd si quis arguat, hãc rationem minimè videri firmam, quia omnia Sacramenta efficaciam suam habent à Christi morte, & tamen iterantur: præsertim autẽ hoc tribuitur Eucharistiæ, in qua passionis Christi fit repræsentatio; & tamen est iteranda, sicut ipse dixit; & *Hoc facite in meam commemorationem:* & Paulus, *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* Respondendum est, verum esse, Christi mortui virtutem in omnibus Sacramentis operari, & varijs modis exprimi, sed peculiariter in Baptismo per immersionem, & emersionẽ, quibus celebratur Christi mors, ac resurrectio; & non tantùm ipsius, sed eius etiam qui baptizatur, & Christo configuratur vt filius genitori. At in Eucharistia nulla fit configuratio hominis cum Christo, sed repræsentatur eius sacrificium incruẽtum ad eius commemorationem, & recordationem retinendam, & fructũ eius participandũ, vt genitus in Christo per se alatur, nõ amplius renascatur. Et hactenus de primo sensu dictum sit.

Si reliqua, præsertim Eucharistiæ, in quibus etiam mortis, & resurrectionis Dñi memoria continetur, Sacramẽta iterãtur, quid ni etiã Baptismã?

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Solutio quæstionis.

Eucharistiæ Sacramenti proprius effectus.

Secundus sensus qui huic loco tribuitur, tradit esse sermonem de pœnitentia post Baptismum: & loquitur per figuram hyperboles, ad peccatorum terrorẽ. Et impossibile accipitur moraliter pro eo quod est valde difficile, & ita accipit quinto Metaphysic. Aristoteles, Impossibile esse interdũ valde difficile: & vulgus res arduas ac difficiles, impossibiles vocat: & sacra Scriptura ab ea phrasi nõ abhorret, vt cùm ait: *Apud homines impossibile est diuitem intrare in regnum cœlorum:* & explicans subdit: *apud Deũ autem omnia possibilia sunt* Et Ioan. 12. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, Excæcauit oculos eorũ,* &c. Et cap. 15. *Sine me nihil potestis facere.* Et Ieremias; *Si mutare potest Aethiops pellem suã, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cùm di-*

Altera eiusdem sententiæ interpretatio, Impossibile est eos qui semel sũt illuminati.

Aristot. tomo 3.

Matth. 19.

Esai 6. Ioan. 15. Ierem. 13.

diceritis

diceritis malum. Corroborat etiá hũc sensum, quod inferiùs addit Apostolus: *Confidimus autem de vobis dilectißimi meliora & viciniora saluti* (nempè quod ad perfectionẽ feramini, & sitis herba proferens herbam opportunã) *tametsi ita loquimur:* quo verbo lenire videtur quod dixerat, Impossibile esse renouari ad pœnitentiam. Neque locutio hyperbolica aliquid falsi, vel mẽdacij includit: quia nihil est aliud quàm exaggeratio eorum quę vel ꝓmittuntur, vel comminatione denuntiantur: sicut per cõtrariam figuram, Tapinosim videlicet, vel Ironiá, cum aut nos, aut nostra præ modestia dejicimus.

Heb. 9.

Hyperboli. cur sermo cur nullum contineat mendacium. aut falsitatem.

Et certè si rectè rem expendamus, difficilior videtur cõuersio baptizati peccantis, quàm nondum baptizati: tùm primò, quia fidelis peccãs magis est Deo suo ingratus, & non secus ac mulier, quæ alligata viro suo, alijque sui copiam præbet, grauiùs simpliciter delinquit, quã soluta, & vaga mulier, quæ nulli est obligata: ita magis delinquit fidelis in eôdẽ genere peccati, quàm infidelis. Deinde additur ratio: quia peccata nõdum baptizati, ex ignorátia vt plurimum, aut ex infirmitate cárnis, quæ dominatur in nondum renatis, & non habentibus gratię auxilium, qua possint resistere, proficiscuntur: at baptizatus amplius ignorantia non laborat ditatus fidei lumine: & cum gratiæ auxilium acceperit, nõ est ita infirmus, quin possit aut diabolo tentanti, aut carni ad peccatum impellenti resistere. Tertiò magnum discrimẽ inter hæc duo Sacramenta, Baptismi, & Pœnitentiæ assignatur. Nam in priori omnis culpa cum reatu æternæ, & tẽporalis pœnæ remittitur, & nouum omninò hominem facit: pœnitentia verò talem ac tantum fructum nõ producit, nec ꝓducere potest ex opere operato, nisi dispositio tanta sit, vt omnimodã valeat pœnitẽs à peccato assequi puritatem. Adeò, vt rectè dixerit B. Petrus; *Melius erat illis non cognoscere viã iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti.* Vtitur igitur Apostolus tãta hyperbole, non quò ad desperationẽ inducat; sed quò cautiores, & prudentiores homines in seruanda iustitia reddat, & peccatoribus stimulos ad iustitiam comparandam addat.

Prima ratio, cur baptizati peccantes, quàm nõ baptizati difficilius cõuertantur.

Secunda ratio.

Tertia ratio à differentia Baptismi, & Pœnitẽtiæ.

2. Pet. 2.

Potest quoque tertius intellectus esse: vt hic sermo sit de omnimoda pœnitentiæ impossibilitate, non respectu quorumcunq;, etiam damnabilium peccatorum, quæ in primam, & secundam tabulã admittuntur, sed intuitu peccati in Spiritum sanctum perpetrati, vel peccati ad mortem, qđ non remittitur neque in hoc seculo, neq; in futuro, vt Dominus dixit: hæc autem defectio est siue apostasia, non tantùm à charitate, & fructibus eius, sed à fide & pietate, per quã homo contra scientiam agit, & agnitam veritatem impugnat. Talis etiam crucifigit, & traducit Christum, qui causam crucifixionis, & infamiæ iterat, & in dedecora priora relabitur, & obstinatus in eis permanet, nulloq; pœnitentiæ sensu afficitur.

Quare Paulus impossibile esse dixerit, id est, valde difficile, prolapsos iterum renouari ad pœnitẽtiam.

Tertia interpretatio eorundem verborum: Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c.

Matth. 12. 1. Ioann. 5.

Et quòd de his obduratis, qui fidẽ omninò abiurant, sermo sit; indicat exemplũ quod subiungit: *Terra enim sæpè venientem super se bibens imbrẽ, & germinans herbam opportunã illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autẽ spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima.* In qua Antithesi pars secunda, qua de reprobis agitur, cum priori consonare debet. Nam vt non quæcunq; terra accipit benedictionem, sed illa quæ sæpè super se venientem bibit imbrẽ, & grato herbarum, & florum munere cultoris laborem compensat: ita nõ quęcũq; terra maledicta est, sed quæ post multos imbres manet sterilis. At terra, cor humanum est, vt explicauit Dominus in parabola seminantis: quæ cœlestem bibit imbrem, quando pluuias suscipit cœlestium veritatum, & gratiæ. Quod si non ꝓficiat, nec germinet herbam opportunã illis à quibus colitur, siue illi sint Angeli, siue pastores, & animarum præpositi, censetur reproba, & maledicto vltimo iudicij proxima, vt perpetuò sit in combustionem gehennæ.

Vnde confirmetur hic sẽsus.

Terra sæpè venientẽ super se bibẽs imbrem, &c. quid mysticè.

Luc. 8.

Huius terræ cultores qui sint.

Quare

De quo intelligat Apostolus lapsu cum ait: Et prolapsi sunt

Quare cum dixit, *prolapsi sunt*, intellige, id est vlterius lapsi. Et significat non quemlibet, aut leuẽ lapsum, sed magnum, & grauem. Et hactenus nobis de hoc loco dictum sit. Ecce tibi prudẽs lector tres proposui sensus veros, & Catholicos. Et prior quidẽ in multis cæteris præcellit, & habet connexionem cum præcedentibus, & statuit dogma de non repetendo Sacramẽto Baptismi: & propriè accipit verbum Impossibile, & reliquas voces, id est eos qui sunt illuminati, & gustauerunt bonum Dei verbum, & propriam renouationis significationem. Est enim renouari, εἰς μετάνοιαν, quòd dictum est pro, ἐν μετάνοια: & hoc posteà positum teste Chrysostomo, pro διὰ μετανοίας, id est, per pœnitentiam. Optimè etiam significat recrucifixionem Christi. Patrum autem veterum consensu videtur reliquis antecellere. Et illi nouæ crucifixioni cõsonat alter Pauli locus in hac Epistola cap. 10. *Voluntariè*, inquit, *peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia*, id est Christus, qui semel tantùm crucifixus est, & applicatur nobis per Baptisma. Quod verò subiungit: *Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio quæ consumptura est aduersarios*: idem est ac, maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem.

Priorem sententiam quę reddant probabilissimã.

B. Chrysost. homil. 9.

Heb. 10.

Voluntariè peccantibus quæ non relinquatur pro peccatis hostia.

Reliqui verò duo sensus veri sunt, & ad rem faciunt. Quòd si Paulus his verbis significare voluisset, impossibilem esse reparationem lapsi post Baptismum, quid hoc faceret ad illud probandum: ad perfectionẽ feramur; & ne Iudæi iterum iaciant fundamẽtum pœnitẽtiæ ab operibus mortuis? Si enim prius dehortatus fuisset à vitijs & peccatis, quomodò diceret, Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c. Et aliter dicere, est facere vt Paulus, aut Spiritus sanctus nõ sibi cohæreat. Cùm ergo Apostolus sciret impossibilem esse secundam regenerationem, aut tam liberalem viam à misericordia prolapsis reliquã non esse; hortatur vt videant, & caueant horribiles peccantium pœnas, eorum maximè qui desciscunt à fide Christi per apostasiam & reditũ ad Moysen.

Posteriores alij duo sensus quàm & ipsi probabiles.

Ad quartum vt respõdeamus, præmittit Apostolus: Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostẽdistis in nomine ipsius, qui ministrastis Sanctis, & ministratis. Hebræa phrasis est, Ostẽdere pro exhibere, siue præstare. Cõmẽdat ergo, vt eorum animos erigat ob bonorum operum suorũ fructus. Habes autem ex hoc loco, Deum iniustum, si operibus nostris ex charitate factis non retribueret: quia talia opera agnoscit Deus vt sua, & à suo Spiritu profecta; & quia ita nobiscũ pacisci pro sua bonitate voluit. At Deus iniustus non est, mercedem igitur retribuet.

Ostenderedi lectionem alicui, Hebræo more quid.

Quare Paulus Iudæos nunc laudet de beneficentia.

Deum operibus nostris esse debitorem cõtra Lutheranos.

Quod si obijcias; *Cũ feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus:* Respondemus, hoc intelligendum esse, si consideremus nostræ naturæ conditionem, quam nosse, & profiteri expedit. Nã si attentè inspiciamus, agnoscemus nihil nos vtilitatis Deo per opera nostra præstare posse. Bonorum enim nostrorum nó indiget. Et ideò nõ tàm humiliter, quàm verè profiteri nos seruos inutiles debeamus. *Cupimus autem vnumquemque vestrũm eandem ostentare solicitudinem, ad expletionem spei vsque in finem.* Hoc est: Quòd scripsi de terra sterili, exhortandi gratia potius scripsi, quàm vt vos putem esse tàm grauiter prolapsos; sed exhortatio mea eò tendit, vt idem studium adhibeatis, & eãdẽ diligentiam, siue πληροφορίαν spei, vt Græcum habet verbum. Est autem πληροφορία, quoties certissimis argumentis rei cuiuspiam fit fides & persuasio. Et hæc nascitur ex bonis operibus, & ab anxio timore liberat. Et quod ait: Vsque in finẽ: id est, ad perfectionem spei quæ crescit, vel perseuerantiam vsq; ad finem vitæ. Et hic est vnus locus inter alios huius Epistolæ, quos Petrus cõmemorãs, dixit:

Quo sensu dicatur: Cũ feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus. *Luc. 17.*

Psal. 15.

Spes vnde oriatur: quid efficiat.

Propter qđ charissimi hæc expectantes, satagite immaculati, & inuiolati *2. Pet. 3.*

ei in-

ei inueniri in pace: & Domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitremini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundùm datam sibi sapientiam scripsit vobis.

Hæreditare, quid secundũ Hebræos.

Et quod ait: *Qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones:* de præsenti est in Græco codice. Et hæreditare, phrasi Hebræa, est comparare sibi, vel assequi facultates, & opes. Et quia maiorum exempla multũ conferunt ad tolerantiam laborũ, dum videmus eos, qui multa passi sunt, maiorem accepisse mercedẽ, quàm quę illis deberetur; producit Abrahæ exemplũ, qui post insignẽ eius erga Deũ charitatem, & rarã obedientiã in offerẽdo filio suo Isaac super altare, vbi promissionẽ etiã cũ iureiurando accepit à Deo, longanimiter, & patienter tolerãdo adeptus est repromissionem.

Abrahã quãdo, & quare adeptus est repromissionem. *Genes. 22.*

Dixit autem Angelus: *Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.* Vtitur figura Aposiopolis, vbi aliquid est omninò supplendum, vt compleatur oratio, scilicet: Non ero Deus, quod est summũ impossibile; aut, mendax ero, aut quid simile. Vel: Nisi modis omnibus te benedicam. Hebræi enim multiplicãt verba causa vehementiæ, vt: *Expectans expectaui Dominum.* Et quia Hebræa habent Genes. 22. *Per memetipsum iuraui, dicit Dñs* (id est, iuro, more Hebręo, quo pręteritũ ponitur pro præsenti) *Benedicã tibi:* pro quibus verbis Septuaginta verterunt, ἡμῆν ἐυλογῶν ἐυλογίσω; id est, Nisi benedicens benedicam; constat, hunc textum productũ esse ab Apostolo nõ secundũ Hebręã veritatem, sed secundũ Septuaginta.

Hæc sententia: Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te, quomodo perficienda.

Psal. 39. Hebræi verba vocesque cur geminẽt *Genes. 22.*

Iidem sæpè præteritum pro futuro vsurpãt more Prophetico.

Vsus est autem iuramento, in signum stabilis promissionis. Et quia videri poterat iuramentum in Deum non cadere, quia qui iurat, per eum qui maior se est, iurare consueuit; occurrit Paulus, dicens, non esse iuramentum Dei illi hominum simile, & satis esse, vt qui iurat, attestetur eum, qui est infallibilis veritatis. Cũ ergo hoc faciat Deus per semetipsum iurans, eius iuramentum tanto erit fortius, quanto ille negare seipsum non potest, qui est veritas. Homo autem potest negare Deũ, cùm sit ipse mendax, & infidelis, & fœdifragus.

Ad quartum dubium. De vsu iuramenti à Deo adhibiti; cũ simplex eius verbum sufficeret.

2. Tim. 2.

Nõ est autem Religio iurisiurandi declaranda tanquam mala, postquam Deus per seipsum, & Angelus per Viuentem in secula seculorum iurasse leguntur. Nobis tamẽ nõ est assiduũ iurandi studium amplectendũ, quia à iureiurando ad periurium procliuis est lapsus, maximè nobis, qui mendaces nostrapte natura sumus, teste Propheta.

Psal. 115. Rom. 3. Licere iuramentum, & quatenus.

Apoc. 10.

Psalm. 115.

Et omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. Non dixit simpliciter omnis controuersię confirmationem esse iuramentũ; sed addit, Ad confirmationẽ. Sæpè enim lites iureiurando nõ deciduntur, sed testibus, quęstionibus, instrumẽtis, & alijs legitimis probationibus. Quando verò res est dubia, & nõ adest nisi semiplena probatio, quæ est per vnũ testem, tunc adhibetur iurisiurandi religio, vt quod est aliquo modo suasum in causa, & non plenè, confirmetur. ¶ *In quo abundantiùs volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatẽ cõsilij sui, interposuit iusiurãdũ; vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deũ, fortissimũ solatiũ habeamus.* Vult hic Apostolus docere, quorsum Deus assumat iuramentum. Est enim ipse per se verax, & agnoscit nos ex abundãti malos esse, id est tardos & duros ad credendum: ideò interponit iusiurandũ designatis hęredibus in signũ immutabilis cõsilij sui, Deũ videlicet non propter se, sed propter nos iuramẽtum adhibuisse, vt intelligamus illud firmum & stabile, reliqua verò quæ promittit, sub aliqua conditione esse intelligenda. Vt per duas, inquit, res immobiles, promissionem videlicet, & iusiurandum, quibus impossibile est mentiri Deum. Nam ob id quod Deus iurat, non magis verax est, quàm si simpliciter promittat, qđ simpliciter & omninò facere deliberauit, sed iuramẽtũ est pro signo suę absolutæ voluntatis à nulla prorsus cõditione pendentis: sic ꝓmissus est Abrahę aduẽtus Messię

Ad quintam dubitationẽ

Quàm verũ sit, omnis cõtrouersiæ finem, ad confirmationem esse iuramentum.

Cur Deus vtatur iuramento, secũdùm Apostolum. *Rom. 3.*

Quænã duę res immobiles, quibus impossibile est Deum mentiri.

Genes. 22.

iureiurando,& Pater adFilium,vt ait Dauid: *Iurauit, & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum.*

Psal.109.

Fortißimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tuendam propoſitã ſpem. Id eſt:Deſtituti alijs præſidijs,ad ſolã eius promiſsionẽ, quaſi vnicum aſylum,& ſacrã anchoram confugimus. Quo verbo noſtra inopia & neceſsitas innuitur, qui cogimur ad Deum confugere; & non procul eſſe ſubſidium quærendum, quia ſponte occurrit, & nobis quaſi ſe offert: ideò vocat propoſitam ſpem. Et ſpem pro promiſsione ponit, quæ apprehenſa per fidem accipitur,per Metonymiã, qua effectus pro cauſa ponitur, vt alibi ait:*Propè eſt verbum in ore tuo,* id eſt, fides, quæ ex verbo propoſito oritur.

Cur nobis ad diuinam ſpem confugiendum; & quæ ſit illa ſpes.

Rom. 10. Deut.30.

Et ſubdit:*Quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis.* Proponit Apoſtolus,animã eſſe quaſi nauẽ in hoc mari magno & ſpatioſo, quæ fluctibus iactatur, & plerunque mergit: & firmari ſolet anchora, ne irruentibus cedat fluctibus, qui ſunt ad naufragium impellẽtes. Anchora autem animæ, ſpes eſt, quæ reddit firmam,ac tutam animam.

Anima cur naui ſimilis.

Pſalm.103.

Quòd ſi obijcias ex B. Gregorio: *Anchora cordis,eſt pondus timoris:* Reſpondebo, duplicem eſſe animæ anchoram, vnã contra Aquilonem aduerſitatis,hoc eſt,ſpem,alterã contra Auſtrum proſperitatis, hoc eſt,timorem.¶ Comparatur autẽ animæ ſpes: quia quandiu peregrinamur in hoc mundo,nondũ ſumus in firma terra, ſed quaſi in turbulẽto mari:ſed quaquaverſum ſe extendant ſenſus veſtri,ſola aqua ſe oſtendit,& vndæ inſurgentes, quæ mortem interminantur,& vt Poëta ait:

Animæ anchorę duæ ſunt, ſpes, & timor.

B.Greg.lib. 6.Moral.c. 27.tom. 1.

Ad ſextam dubitationẽ.

Cælum vndique,& vndique pontus.

Ouidius.

Deco quòd ſpes anchorę comparatur.

Secũdò,vt anchora per medias aquas proijcitur in abditum, & obſcurum locum,& dum illic latet, nauem fluctibus expoſitã retinet, ne obruatur: ita in Deo inuiſibili ſpes noſtra figenda eſt. Tertiò, etſi anchora in mare deorſum iaciatur,quia fundũ in terra habet; ſpes tamen ſurſum attollitur: quia nihil cui hæreat,vel inſiſtat, reperit,ſed in ſolo Deo cœlum inhabitante conquieſcit. Quartò,vt funis, ex quo pendet anchora,per longum, & cæcum interuallum nauẽ cũ terra coniungit: ita ſpes ad nos cum Chriſto colligendos vinculum eſt, nulla vt impediat diſtantia, nulla caligo, quominùs illi hæreamus.

Prima ratio cõparationis

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Vocat hanc,tutam,ac firmam:contingit enim plerunque, vt fluctuum impetu vel reuellatur anchora, vel funis cõcuſſus diſsiliat:quod non eſt de nobis cum Deo vnitis dubitandũ, quia alia eſt Dei virtus, alia ſpei vis, alia verbi firmitas, & robur. Imò dũ hîc ſumus,ſpes intrat in regnum cœlorum, vt nos iam ibi eſſe quodammodò gloriemur, quia deducit nos ad portum in Sãcta ſanctorum.¶ *Vbi præcurſor pro nobis introijt Ieſus, ſecundùm ordinẽ Melchiſedec Pontifex factus in æternum.* Id eſt:Superandæ ſunt externæ omnes creaturarum figuræ, vt fides in ſolo Chriſto ſiſtatur,& ingrediatur ad id vſque,quod eſt intra velum,id eſt,Sanctum ſanctorum, quò præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ieſus,qui dixit:*Vado parare vobis locum.*

Spes animæ, anchora cur tuta ſit ac firma.

Eadẽ incedat ad quæ vſq. int eriora velaminis.

Ioan. 14.

Introiuit autẽ primò pro ſe, deinde pro nobis: ipſe enim,vt nos introire poſſemus,exiuit priùs à Patre, vt ita ad Patrem reuerteretur,vt non ſolùm pararet locum, ſed & virtutem illuc intrandi mereretur. Ipſe enim vt Pontifex ingreſſus eſt in Sancta ſanctorum, non ſuo tantũ, ſed totius populi nomine. Nã duodecim tribus in pectore & humeris geſtabat, cùm in earum memoriam contexti eſſent in pectorali duodecim lapides, & in duobus onichinis inſculpta eſſent earum nomina in ſuperhumerali,vt in vnius hominis perſona omnes ſimul ſanctuarium ingrederentur. Qua ratione Chriſtus Dominus in pectore amoris ſui,& in cruce, quã humeris ſuis geſtauit,nos in cœlũ introduxit.

Chriſtus Pontifex cur cœlũ ingreſſus.

Infrà 16.

Sũmus olim Sacerdos 12. lapides in pectore,& in ſuperhumerali nomina 12. tribuũ ſcripta cur geſtaret, ſanctuarium ingreſſurus.

Exod. 28.

Ibidem.

Subdit: *Secundùm ordinem Melchiſedec Pontifex factus in æternum.* Quia etſi in eo munere offerendi ſemetipſum in hoſtiã Deo, exercuerit Sacerdotium,

Quomodo id Chriſtus præſtiterit.

Idem etiam à mortuis resurgens cur Pontifex factus sit in æternum. *Hebr. 10.*

dotium, dum in terris fuit; non propterea esse Pontifex desijt, sed ex quo resurrexit, factus est à Deo Sacerdos in æternum, quia vna illa hostia in æternum placauit Deum, perinde ac si ab initio mũdi inchoata esset illa sacrificij oblatio, & ad finem vsque duraret: nam coram Deo secundùm acceptationem tale fuit. Et ipse nunc in cœlis ex merito factæ oblationis Sacerdos permanet: cuius tamen iugis est memoria per ministros suos, & nõ cessat pro nobis interpellare, vt Pontifex, & aduocatus causas nostras agens. ¶ Et dicitur factus Sacerdos; id est, meruit Sacerdotium æternum secundùm ordinem Melchisedec: sicut superiùs, cùm dixit: *Et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ*: id est, Meruit esse causa nostræ salutis. Et de his hactenus.

Christus itẽ quomodo Sacerdos dicitur, vel Pontifex factus. *Hebr. 5.*

DISPVTATIO XV.

In illa verba, cap. 7. *Hic enim Melchisedec Rex Salem, Sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde Regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham, primum quidẽ, qui interpretatur Rex iustitiæ; deinde autem & Rex Salem, quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum,* & reliqua.

Primum dubium.

MORE consueto in primis venandus venit scopus Apostoli, atque explicãdus: hic enim nõ potest nostris disputationibus non magnam lucem ingerere. Deinde quæritur, quomodò Apostolus ab autoritate negatiuè in hac Epistola argumentetur: nõ enim Melchisedec aut sine patre, & sine matre, & sine genealogia fuit, aut principio & fine vitæ caruit. Solent autem huiusmodi probationes minùs esse solidæ: & quærendum cur non sit in Scriptura eius genealogia descripta, si homo fuit, & prædictis non caruit. Tertiò ambigitur, an Melchisedec fuerit Angelus, vel Spiritus sanctus, vel anima Christi, vel spiritus eius, an verò homo: & an nomen Melchisedec fuerit cõmune, an proprium; & an sit vna dictio simplex, an vna ex pluribus composita: itẽ, an extiterit, vt Hebræi tradunt, Sem primogenitus Noë, an homo Chananæus. Quartò ambigitur, an Melchisedech cœlibatum Sacerdotum instituerit, vt quidam recẽs scriptor probare conatur, tanquã certum dogma, & omni acceptione dignum. Quintò dubiũ est, in quibus præsignauerit Christum Melchisedec; idẽ quomodò fuerit sine patre, & matre, sine genealogia, initio dierum, & fine vitæ carens; cùm certum sit, hominem extitisse, cui nihil illorum defuit. Sextò explicanda Abrahæ historia, reuertentis à cæde Regum, cui benedixit Melchisedec, & accepit decimas. Septimò, quomodò sine vlla controuersia, quod minus est, à meliore benedicitur; cũ Abrahã sanctior fuerit quàm Melchisedec, & Simeon Chri-

Secundum.

Tertium.

Genes. 15 Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Genes. 14.

sto, & Marię benedixerit, & nos quotidie Deũ benedicamus, Eucharistiæ & benedicere præcipiamur. Adhæc dubitatur, si ex eo quòd Leui erat in lumbis Abrahæ, vtpotè eius filius, cur non etiam dicetur Christus decimatus, qui, vt eius filius, in lumbis eius erat? Octauò, quomodo verum sit, translato Sacerdotio, legis quoque translationem esse factam. Nonò dubitatur, quomodò manifestum est quòd de tribu Iuda ortus sit Domin⁹, cùm scribat Augustinus libro contra Faustum, Virginem Deiparam fuisse de tribu Leui ex paterna radice. Decimò, vt asserat Apostolus, legem ad perfectum nihil adduxisse; cùm tamen scriptum sit in illa: *Perfectus eris & absque macula cum Domino Deo tuo?* & iterum: *Seruite ei perfecto corde atq; verißimo.* Constat præterea, multos perfectos viros olim extitisse, vt fuerunt Prophetæ, & Abraham, cui dictum est: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Vndecimò, quid est quod ait: *Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus*; cùm superiùs capite quinto de omni Sacerdote statuerit: *Qui condolere posßit ijs qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate.* Postremò, quare in hac Pauli disputatione de Melchisedec, oblationis eius in pane & vino nunquam mentio fiat, quæ tamen ad rem inter alia maximè facere videbatur. Etsi verò nonnullæ ex istis propositæ dubitationes facilè solui possint; quædam tamen sunt, quæ maiorem operam, & studium postulare videntur.

Octauum.

Nonum.

B *Aug. lib. 24. cap. 9. tom. 6.*

Decimum.

Deut. 18.

Iosue vlt.

Genes. 17.

Vndecimum

Hebr. 5.

Duodecimũ.

Primi dubij solutio.

Quò tendat hoc septimũ cap. Apostoli

Scopus igitur Apostoli est, post longam digressionem, qua Hebræos cohortatus fuit ad perfectionem, & ad relinquẽda ea, quæ lactis sunt, quò solidum allegoriæ cibũ in litera legis inclusũ, quẽ illi cũ fructu ederent, & magnifacerent, redire ad tractationẽ Melchisedec interruptã, dequo agẽs, dixit, De quo nobis grãdis sermo, & ininterpretabilis ad dicẽdum. Et ita, cùm in principio ait: Hic enim Melchisedec Rex Salem; non est vrgenda coniunctio illa, Enim, cùm non habeat vim causæ, & sæpè vsurpetur p altera particula δὲ, id est, autem. Etsi dici possit, præcedentis Capituli verba fuisse: *Secundùm ordinem Melchisedec Pontifex factus in æternum.* Vnde sequitur: *Hic enim Melchisedec, &c.* volens igitur Apostolus noui Testamẽti excellentiam supra Vetus ostendere, comprobat hoc ex Sacerdotibus, dicens, quod ipse etiã (Christi figura) Melchisedec præstabat, atque excellebat cæteris legis Sacerdotibus, qui apud Iudæos erant: illud asserens, quòd si Christi typus præstantior erat ijs Sacerdotibus qui apud Iudæos erant, multò magis ipsa veritas Christus, iuxta regulam illam, qua vti solent Iurisperiti: Si vinco vincentem te, à fortiori vincã te. Et profectò si attentè inspiciamus, videtur Apostolus vti argumento, quod apud Græcos Sorites, à Latinis verò Aceruus vocatur, cuius inuentor Chrysippus fuit, de quo Satyricus quidã scripsit: *Inuentor, Chrysippe, tui finitor Acerui.* Ad hũc scilicet modum: Christus est Sacerdos secundùm ordinem Melchisedec, vt ait Propheta, quia eius Sacerdotij, & oblationis typus fuit: Melchisedec maior est Abrahã, quia ei benedixit, & ab illo oblatas decimas accepit: Abraham verò maior est Leui, vtpotè eius proauus: ergo Christi Sacerdotium maius est Leuitico. Et hæc de primo.

Hebr. 5.

Enim particula nõ semper causalis est. *Infra 6.*

Christus Leuiticis Sacerdotib⁹ maior quomodo secundùm Iurisperitos.

Aceruus, Græcè Sorites, quod genus argumenti sit: à quo inuentum. *Persius vltimo versu vltimæ satyræ.* *Psal. 109.* Eius vsus hoc loco.

Ad secundum respondemus, superiùs fuisse à nobis expeditum, & id genus argumenti solidum & firmum comprobatum. Moris enim est, magnos viros in Scripturã non introduci nisi percensitis eorum parentibus, & genealogia contexta, vt testis est Augustinus in librum Iudicũ. Ob quam causã Matthæus ante omnia Iesu enarrat genealogiã. Nõ ergo videtur sine Spiritus sancti consilio factũ, vt tãti Regis, & Sacerdotis (qui panem, & vinum immolatũ obtulit Abrahę cũ victoria reuertenti à cæde Regũ, qui & illi benedixit, & ipse Abraham è contrario eũ vt Sacerdotem decimis est prosecutus) genealogia, & paren-

Solutio secũdę dubitat.

De vi rationis Apostolicæ, negatis Melchisedec cum genere, atque parentib⁹ caruisse. *B. Aug. c. 2. tom. 4.*

Genes. 14.

tum

Genealogiæ Melchisedec cur nulla mẽtio in Scripturis.

tum nomina in Scripturis supprimerentur; ad hoc nimirùm, vt in illo alius maior Rex, & Sacerdos Christus omni carens genealogia, in eo vt in typo præsignatus agnosceretur. Et ita valida est ratio Pauli illis positis quæ cum ratione præmisimus. Hæc de secundo.

Huius capitis prior sententia in quot partes diuidatur.

Tertiæ verò dubitationi quò facilius respondeamus, ad literam considera, primam periodum longâ esse, & quatuor partibus cõstare, & finiri in illis verbis: *Cui & decimas omnium diuisit Abraham:* & habet incisa, siue κῶλα sex. Secunda pars incipit: *Primum quidem qui interpretatur Rex iustitiæ:* quod etiã aliquot habet incisa. Tertia est: *Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens.* Quarta incipit ibi: *Assimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.* Est autem subiectum huius periodi, primum verbũ: Hic enim Melchisedec, Rex Salem; prædicatum verò est: Manet Sacerdos in perpetuum, id est, gerit typum illius, qui est Sacerdos æternus Christus.

Solvitur tertia dubitat.

Quis fuerit Melchisedec

Qua litera ita ordinata, respondemus ad propositam quæstionẽ, Melchisedec non fuisse Angelum, vel Spiritum sanctum, vel Messiæ animam, sed hominem, quia erat Rex Salem, & benedixit Abrahæ: & cùm Sacerdotio fungeretur, hominem se esse comprobabat, iuxta Pauli doctrinã: *Omnis*, inquit, *Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur:* pugnat enim Angelum se gerere pro Sacerdote. Quomodò item Angelus aut spiritus Messiæ assimilatus esset Filio Dei? nunquid ipse Christus assimilatur sibi ipsi?

Vnde cõstet eum hominẽ fuisse, nõ Angelum, non non Spiritũ sanctum, vel animã Christi. *Hebr. 5.*

Deinde statuendum, Melchisedec, non fuisse nomen eius proprium, vt Abulensis Episcopus, & Caietanus asserunt. Et si vera esset Hebræorum traditio, quòd Sẽ primogenitus Noë fuerit Melchisedec. Deinde, quia nomen, Melchisedec, venit commune omnibus Regibus qui in Salem imperabant. Interpretatur enim Rex Salem, vt ait Apostolus. Tertiò confirmatur: quia similes eiusmodi voces, nomina sunt principum, & Regum, quæ ex ciuitatibus, quas regebant, accipiebant: vt Adonisedec Iosuë 10. qui erat Rex Ierusalẽ, & interpretatur Dñs Salem, & Adonibezec Iudic. 1. Dñs oppidibezech, & Abimelech, erat Rex Geraræ Genes. 22. Et quemadmodùm Cęsaris nomen commune erat Romanis Imperatoribus, & Abimelee Regibus Geraris, & Pharao Aegypti Imperatoribus, ita Melchisedec cognomentum Regum, qui imperabant in Salem. ¶ Non est tamen negandum, interdum hæc nomina propria esse, vt Tubal-cain, Genes. 4. Achimelech Sacerdos, 1. Regum 21. & Abimelech, filius Ieroboal, Iudicũ 9. sicut & Ptolemæus cognomentum fuit aliquando Regum Aegypti, post eà tamen fuit proprium quorundam nomen.

Qui Reges in Scripturis, à locis, quibus præerant, sortiti sint nomina. *Iosue 10. Iudic. 1. Genes. 20.*

Nomina Regum cũ eorũ successoribꝰ communia, quædam, & alia propria in edec desinentia. *Genes. 4. 1. Reg. 21. & sæpè deinceps in hoc libro, & alibi. Iud. 9.* Vnam tantũ esse dictionẽ Melchisedec non plures.

Non est autem legendum Melchisedec, quasi duæ sint dictiones, sed vt vna ex duabus vocibus composita: quemadmodùm Adonisedech, Abimelech, & Achimelech.

An verò hic Melchisedec sit idem qui Sem primogenitus Noë, dubium est. Certè traditio Hebræorum id apertè docet, vt tradit Hieronymus in epistola ad Euagrium: cui etiam ætatem conuenire ex eo probant, quia vita Sem producta fuit ad triginta quinque annos post genitum Isaac ipsi Abrahæ: & illo tẽpore potuit illa historia Genes. 14. enarrata euenisse.

Qua ratione Melchisedec filium Noe primogenitũ Sem fuisse Iudęi tradant. *B. Hieron. epist. 126. circa med. t. 3. nõ lõgè à principio. Genes. 21.* Sem filium Noe alium à Melchisedec fuisse, cõtra Iudęos. *Egesippus. B. Epiphan.*

Sed hæc traditio multis nõ placet. Nam Egesippus Melchisedecum hominem fuisse Chananæum asseuerat: & Epiphanius hæresi 55. in Melchisedechianos, ridiculos, & vanos vocat Samaritanos, qui Sẽ crediderunt esse Melchisedec: & vrget quòd ad tempora Abrahæ, & Melchisedec peruenire non potuerit, enumerando ex Scripturis annos Sem, & Melchisedec, atque Abrahæ. Certè decimus narratur Genes. 11. esse Abraham à Melchisedeco. Recẽset prętereà parẽtes eius: nã pater, dictus est Herãdas, mater Astaroth, vel Asteria, & erat filius indigenarum in campestribus

Genes. 2.

regionis salis habitantium: non ergo Noë potuit esse eius pater, sicut fuit Sem. Hieronymus quoque ad Euagrium ex sententia Eusebij Cæsarien sis, & Eustathij Emisseni, & Apollinaris: *Melchisedec*, inquit, *homo fuit genere Chananæus*. Adhæc Iosephus libro primo Antiquitatum, cap 12. si Sem fuisset Melchisedec, eius rei meminisset, & silẽtio non suppresisset, cùm de iustitia, & sanctitate celebretur in Scripturis, & hoc ad progenitorum gentis Iudaicæ gloriam spectaret. Tertiò, si id verum esset, aliquo modo Apostoli ratio debilitaretur. Nam Sem non fuit sine patre, & sine matre, & sine genealogia, etiam in Scripturis.

B. Hieron. epist. prædicta.

Secũda ratio

Tertia.

Nec obstat, si quis pro illa traditione tuenda dicat, saltẽ sub nomine Melchisedechi carere patre, & matre, & genealogia: quia hoc debile efficeret argumentum Pauli, & multò plus esset ἀπάτωρ, & ἀμήτωρ, & ἀγενεαλόγητος, si fuisset Chananæus, qui nec sub proprio, nec sub communi nomine parentes, & genealogiam habere diceretur. Quartò, probabile est valdè, totam Palæstinam eo tempore possessam, ac detentam à Chananæis, & Amorrhæis, qui Sem, & eius filios illa parte mundi, quã per sortem acceperant, spoliauerãt: quẽadmodùm egregiè docet Clemens lib. 1. Recognit. vbi docet, Deum filijs Israël restituisse terrã Chanaan. Quin Epiphanius cõtra hęresim Manichæorum tradit, Noë post diluuiũ prope fluuium Rhinocoruram orbẽ terrarum in tres partes diuisisse, ac Semo, Chamo, & Iapetho tradidisse, patrẽque iureiurando filios adegisse, vt quilibet se sua sorte contentum futurum promitteret, & nemo alterius locum inuaderet. Igitur cũ Asia sorte super Semum cecidisset, Africa verò ad Herculeas columnas, & Gadiram cum Aegypto, & Aethiopia super Chamum, Europa verò cum insulis omnibus adiacentibus, in Iapethum; Chanaan tamen filius Cham offensus terra Aegypti, quia nimis calida erat, totam Palæstinam cum filijs suis occupauit, & ipse mansit in Iudæa, vbi genuit vndecim filios suos, qui omnem illam terram ad Sem, & filios eius spectantem, paullatim possederunt, vsquequo per populum Dei vocatum, ex Aegypto electi sunt. Quòd si Chananæi vniuersam terram promissam occupabant, quomodò verisimile fit, Semum, cui obtigit tota Asia, ibi solùm mansisse, & in medio hostium suorum regnasse? Nam istæ sunt illæ iniquitates Amorrhæorum, quæ nondum cõpletæ dicuntur tempore Abrahæ, vt eius posteris restitueretur illa terra.

Qnâm illud leue pro Iudæis: Melchisedechi ita nominari, non sin pliciter, ub Scripturis genus ignorari.

Quarta.

B. Clemens Romanus.

Epiphan. in hæres. 66. sub finem.

Noe post diluuiũ, filijs suis Sem, Cham, & Iapeth vti terram diuiserit secundùm Epiphanium

Genes. 9.

Ad quartam dubitationem, an videlicèt Melchisedec cœlibatum Sacerdotũ noui Testamenti instituerit; ac proinde iure diuino Christi Sacerdotibus annexum, vt quidam nouus autor magis piè, meo quidẽ iudicio, quàm solidè asserere est ausus, Respondendum est, nullis id Scripturis, aut solidis Patrum testimonijs euinci posse. Non enim ob id quòd dicitur Melchisedec sine patre, & matre, & sine genealogia, idcircò inconiugatus fuit, ac cœlebs, aut filios non sustulit. Et verisimile est, tantum vitæ sanctæ testimonium Scripturam sacram non suppresisse, si verum extitisset. Adde, quòd Machabæi principes erant, & summo fungebantur Sacerdotio, non propterea tamen cœlibes erãt, quia ex proprijs vxoribus filios sustulerunt. Ita ergo non repugnabat Melchisedec coniugium, aut filiorum generatio. Prætereà vt concedamus illum cœlibem vixisse, & incõiugatum; id enim tradit Suidas his verbis: *Melchisedec, Sacerdos Dei, Rex Chananæorum. Is vrbem in Sione monte condidit, Salemq; dixit, hoc est,* Εἰρηνόπολιν, *Pacificam; in qua cùm regnasset annos 113. obijt vir iustus, & virgo, siue vt Græca hebent* τετελευτηκε δίκαιος, καὶ παρθένος, *id est, Obijt iustus, & per omnem ætatem castus.* Hæc ille. Non tamẽ propterea inde sequeretur, quòd ille suo exemplo arctare vniuersos Sacerdotes ad cœlibatum tempore Christi potuisset. Si enim Christus ipse Dei Filius, & noui Testamenti

Infra 10.

Quarti dubij dissolutio.

Melchisedec an autor cœlibatus Sacerdotum extiterit.

Prima ratio in contrariũ

Secunda.

Tertia ratio

Suidæ de Melchisedec vitæ sanctitate testimonium.

Sacerdos,

Sacerdos, suo virginitatis exemplo ad colendam continẽtiam non compulit, ita vt Diuini sit iuris, minimeq; dispensabilis: neque rursus Apostoli, quorum aliqui inconiugati extiterũt, ulij verò dimissis vxoribus quas habebant, ex mutuo vtriusque consensu vllam cœlibatus legem nobis præscripserunt. Quãto minus est verisimile, Melchisedecum legis Naturæ Sacerdotem, nobis continentiæ legem suo facto posuisse? Nam etsi omnis Christi actio nostra sit instructio; non tamen mandatum, aut præceptum. Nã Christus suo quadraginta dierum ieiunio legem in Quadragesima ieiunandi tanquam iure Diuino præceptam, non perscripsit, cùm lex sit Ecclesiastica, & dispensari in ea possit, quã quàm Christi factis, & Apostolorum vitæ sit consomnum. Hoc tamen verum est, & solidum, quòd si Melchisedec per totum vitæ tempus castus permansit, quod eius castitatis, quam præstituri erant Noui Testamenti Sacerdotes, qui ritu Melchisedec sacrificãt incruentã hostiã offerentes, figura, & typus extiterit, non tamen propterea efficitur, vt iuris sit Diuini, ne dicamus, Græcos Sacerdotes vxoratos in ius Diuinum peccare, & Ecclesiam, quæ tot annorum spatio illos in coniugio tolerauit, errasse. Etsi nõ sit inficiandum, lege ipsa cœlibatus maximè ornari, ac decorari Sacerdotiũ. Vnde veteris legis Sacerdotes, dum ministrarent, à congressione vxorum abstinebãt: & Poëta Ethnicus dixit:

Quique Sacerdotes casti, dum vita manebat.

Quòd verò veteres Theologi factũ Melchisedec sine patre, & matre, & genealogia, ad Ecclesiæ Sacerdotium accommodarunt, & argumentũ sumpserũt, in deligendo Episcopo, vel Sacerdote, non esse spectandam generis nobilitatem, aut maiorum imagines, & stemmata, sed sanctimoniæ, & virtutum dotibus ornatos duntaxat ad hanc dignitatis arcem esse prouehendos: sanctè profectò est ab illis consideratum, & nobis per eos inculcatum, & Papa Leo grauissimis id verbis expressit. Cum huius, inquit, diuini Sacerdotij Sacramentum etiam ad humanas peruenit functiones, non per generationum tramitem currit, nec quod caro & sanguis creauit, eligitur, sed cessante priuilegio patrum, & familiarũ ordine prætermisso, eos rectores Ecclesia accipit, quos Spiritus sanctus præparauit, vt in populo adoptionis Dei, cuius vniuersitas Sacerdotalis, atq; regalis est, nõ prærogatiua terrena originis obtineat vnctionem, sed dignatio cœlestis gratiæ gignat antistitem. Hæc ille. Certè Imperator Alexander Mammeas, vt tradit Lampridius, vbi aliquos voluisset vel rectores prouincijs dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est, rationales ordinare, nomina eorũ proponebat, adhortans populum, vt si quis quid haberet criminis, manifestis indicijs probaret. Quòd si deficeret in probatione contra eum, quem criminatus erat, capitis pœnam subiret. Dicebatq; graue esse, cùm id Christiani, & Iudæi facerent in prædicandis Sacerdotibus, qui ordinandi sunt, Prouinciarum rectoribus, quibus fortunæ hominum committuntur, & capita, idem non fieri. ¶ Dolendum ergo est, in quibusdam prouincijs non alios elegi, quàm qui nobilitatẽ probare posset, etiam si minimè doctrina, & virtute polleant: quare qui secus faciunt, acceptionis personarum vitium admittunt, & Deum ipsum cogere videntur, vt partes Episcopis, & alijs Ecclesiæ ministris necessarias nonnisi carnis nobilitate fulgentibus tribuat. Recedunt etiam à Christi exẽplo, qui pauperes, humiles, & cõtemptos homines ad excelsos Ecclesiæ gradus euexit. Pauli quoque doctrinæ aduersantur, qui dixit: Videte vocationem vestram, fratres, quia nõ multi potentes, nõ multi nobiles, & reliq; Deberent præterea Episcopi, & Abbates, & qui ad pinguia Sacerdotia promouentur, nepotes, aut fratres, & consanguineos aut non habere, aut nõ agnoscere. Nam etsi pauperibus consanguineis liceat suppeditare eleemosynas, quibus vt pauperes alantur:

Non omnis Christi actio est præceptũ.

Matth 4.

Quid cœlibatus Melchisedec, si cũ seruauit, perpetuus indicasset.

Græcorũ incõtinẽtia Sacerdotum si esset iuri Diuino contraria, quidinde

Qualis veterum continẽtia Sacerdotum.

Vir. 6. AEneid. à medio.

Ex eo quod Melchisedec inducitur sine patre, & matre, & sine genealogia, cuius maximẽ rei in electione Pontificum habẽdã rationẽ intellexerint Patres.

Leo Pap ser m. 2. in anniuersario die assumpt.

Quales meritò debeat Ecclesia rectores accipere.

Increãdis magistratibus Mãmeas Imperator, quẽmorẽ obseruaret.

Eundemsanè laudabilem Christianorũ ille, & Iudæorum cõfirmabat exẽplo.

Illealter quorundã populorum tantũ nobiles, tam etsi ineptos & imperitos, eligendi mos, quãm sit & æquitati, & Christi facto & Pauli doctrinæ dissentaneus.

1. Cor. 1.

Bona Ecclesiarũ ab Episcopis, & Abbatibus citra scandalum quibus minime dispẽsanda.

Abusus Episcoporum hac parte grauissimus notatur.

non tamen sine magno scandalo, & graui Dei offensa ditare illos possût aut amplis mundi titulis pecunia redemptis illustrare, & quod peius est, & cũ maiori scandalo coniunctum, si Episcopi, & Sacerdotes suos spurios, & nothos ad diuitias, & amplos ex patrimonio Christi reditus euehant.

IIII. solut. quęstionis. De ijs, in quibus Christũ Melchisedec præfiguraúit.

Ad quintam dubitationem, expendenda sunt Apostoli verba, & quęstio proposita, quomodo fuerit sine parentibus, & genealogia, dissoluenda. Primùm ergo ille, Rex fuit, vt nomẽ eius indicat. Malchi enim, interpretatur Rex meus, & Christus quoque Rex fuit, in cuius persona ait Propheta: Ego constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius: nec dubitauit Apostolus in Hebræarum vocum etymologijs, & significatis allegorias delitescentes quærere: quod mirandum nõ est, quia ad literam hæc interdum fiunt. Vnde Isaac nato, alludens ad nomen eius mater, dixit: *Risum fecit mihi Deus, & quicunque audierit: corridebit mihi*. Et Esau de fratre suo Iacob testatus est: *Iustè vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice*, respiciens ad significatum Iacob: & Abigail de Nabal: *Secũdùm nomen suum stultus est*. Angelus etiam reddens rationẽ nominis Iesu: *Ipse enim*, inquit, *saluum faciet populum suum à peccatis eorum*.

Allusiones Scripturarũ ad nomen aliquot. *Gen. 21. Infra 27. Supra 25. 1. Reg. 25. Matth. 1.*

II. Typus in Sacerdotio.

Deinde fuit ille Sacerdos Dei summi, siue altissimi: nondum enim suo seculo inuecta fuerat idololatria: ita Christus Sacerdos est secundùm ordinem Melchisedec: nec tãtùm Rex, sed etiam Rex iustitiæ. Ita enim interpretatur sedec. Ita de Christo dicitur: *Regnauit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra*: non tantùm quod ipse iustus extiterit, sed autor omnis nostræ iustitiæ, de quo Propheta: *Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustitia nostra* (ita enim habent Hebræa) hoc est causa, & fons vniuersæ nostrę iustitiæ. Adhęc fuit Rex ciuitatis Salẽ, quæ vox significat pacẽ: quia se nato fecit prædicari per Angelos pacem hominibus bonæ voluntatis, & dum vixit, legem charitatis prædicauit, quæ pacis mater est. Et moriturus legatum de pace testat⁹ est, dicens: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*. Morte quoque sua pacificauit siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Suscitatus à morte pacem obtulit, & pacem prædicari ijs qui lõgè, & ijs qui propè sunt, fecit.

Sedec quid. *Ierem. 23. Ibidem 6.*

Christus vt sit iustitiano stra.

III. Typus, in pace per Salem significata. *Luc. 2. Ioan. 14. Colos. 1.*

Videtur autem Hieronymus dubi⁹ in epistola ad Euagrium, an Salem, & Ierusalem idem sint, an non.

Ephes. 2. Hieronymus epist. 126. *Psalm. 75.* Salem, & Ierusalem non esse diuersa.

Sed cũ Psalm. 75. Salẽ dicatur Dei habitatio, sicut Sion, & Ierusalem, videtur vna & eadem esse ciuitas. Sciẽdum tamen, duplicem fuisse Salem, & vtramque à Melchisedec conditam, alteram pro sacrificijs, alteram verò pro ablutionibus prope vrbem Sichimorum iuxta Iordanẽ: quæ apud Iordanem dicitur Salem, & eius Gen. 14. mentio fit. Et certè vtraq; vicina erat. Porrò Hieronymus ad hanc secundã Salẽ Sichimorũ propè Scythopolim magis in dicta epistola ad Euagrium, dicens: Salem, non, vt Iosephus, & nostri omnes arbitrantur, esse Ierusalem nomen, ex Græco, Hebraicoq; cõpositum: quod absurdum esse peregrinæ linguæ mixtura demonstrat; sed oppidum iuxta Scythopolim, quod vsque hodie appellatur Salem, & ostenditur ibi palatium Melchisedec, ex magnitudine ruinarum, veteris operis ostendens magnificentiam: de quo in posteriore quoque parte Geneseos scriptum est: Venit Iacob in Socoth, &c. & transiuit in Salem, ciuitatem regionis Sichem, quæ est in terra Chanaan. Et Epiphanius in Hæresin 55. prope initium: Erat autem hic filius indigenarum, illo tempore in cãpestri regione Sabæ habitantium. Salem autem ciuitas vocabatur, de qua alij aliter prodiderunt. Quidam enim dicunt, ipsam, quæ nunc Ierusalem appellatur, aliquando verò Iebus dicta est. Alij dixerunt aliam quandam Salem esse in campo Sicimorum, ex aduerso eius quæ nunc Neapolis vocatur. Siue autem hinc, siue illinc, non longè distant loci. Hæc ille.

Duę Salem memorãtur. *Gen. 14.*

Cuius illarũ Rex dicatur Melchisedec, Hieronymi sententia. *Ioseph. lib. 1. cap.* Ierusalẽ (vt dixit Iosephus) nõ esse nomẽ ex Græco, Hebraico que cõpositũ, quid ostẽdat. *Genes. 33.*

B. Epiphan.

Iam dicendum, quomodò absque patre, & matre, & genealogia extite-

Qua ratione Melchisedec fuerit sine patre, & matre, & sine genealogia

rit,

rit, initioq; dierum atque fine caruerit: quod non facile est intellectu. Nã difficultatem habet, quomodò possit applicari tũ ipsi Melchisedeco, tum Christo Filio Dei, cùm constet ex Epiphanio, Melchisedecum patrẽ, ac matrem habuisse. Nam si homo fuit, vt erat, certè principium, & finem vitæ habuisse indubium est. Dicitur tamẽ his omnibus carere, quia Scriptura parentes eius, & genealogiam nõ expressit, neque quando cœpit eius Sacerdotium, aut quando cessauit, declarauit. Sed hoc Diuino consilio factum creditur, vt in eo quasi in typo describeretur Christi Sacerdotium. Quẽadmodum enim infans à parentibus expositus, & pro derelicto habitus, sine patre, & matre habetur, eo quòd eius parentes omnino ignorantur: ita Scriptura, quę nomina progenitorum, & illustrium virorum diligẽter enarrare cõsueuit, cũ hoc loco illud prętermiserit, & nullũ ętatis suę tẽpus pro more aliorũ descripserit; asserit, Melchisedec sine patre, & matre, & ignoti generis, & ignoti tẽporis fuisse, quãdo scilicet cœpit, aut cessauit.

Epiphan. in Hæresin 55 in princip.

Ignoti generis Melchisedec mysterium.

Simile.

Mos Scripturarum.

Genes. 14.

Refert verò idem Epiphanius ex Iudæorum sententia: Iudæi rursus dicunt, ipsum esse iustum, & bonũ, & sacerdotem Altissimi, velut diuina habet Scriptura. Verùm eo quòd filius sit scorti, dicunt, matrem ipsius non scriptam esse, neq; patrem ipsius nosci. Concidit autem & horum delirus sermo. Nam & Rahab meretrix est, & scripta est. Et Zãbre, qui scortatus est, scriptus est: & Chasbite cum ipso, etiamsi aliena sit, & non de genere Israel exorta. Affirmauit etiã illud Suidas in verbo Melchisedec, dicens: *Genealogia verò eius non explicatur, quòd prorsus non est de Abrahami semine, sed genere Chananæus, & ex detestabili satu oriundus, quamobrem genealogiæ honore caret. Minimè namque decuisset, eum, qui summæ iustitiæ compos esset, cum summa iniustitia prædita familia coniungi. Natione autem fuisse Chananæum, cum eo clarum est, quòd in climate Chananæo regnauit, & quod improbissimis Sodomis vicinus fuit; tum etiam quòd Salẽ, cuius Rex erat, celebris illa est Ierosolyma.* Quæ verba omnia habentur etiam in Oecumenio hoc loco.

Iosu. 2. Num. 25. Cur inconueniens fuisset Melchisedechi, si filius meretricis fuit, exprimi genealogiam teste Suida.

Suidas. Melchisedec natione Chananẽũ fuisse, vnde probet Suidas.

Sed reuera, cùm nihil extet in Scriptura, quod testetur eum ex detestabili semine exortum, & tamen mentio fiat & Rahab meretricis, & Iephte ex scorto nati, & Phares, & Zaran de Thamar scorto natorum, & in genealogia Saluatoris hæc enarrentur, improbabile est Iudæorum cõmentũ, & pugnat sibi ipsis, qui ex traditione docet fuisse Sem, non igitur fuit filius Chã, nec ex detestabili coitu natus.

Oecum. ca. 9. ante medium.

Iudic. 1. Genes. 38. Matth. 1.

Iam verò quomodò hæc Christo possint conuenire, perscrutatione dignum est. Nam habuit Christus Deum Patrem, & matrem Virginem, & patrem etiam Ioseph: (*Ecce*, inquit, *pater tuus, & ego dolentes quærebamus te:*) & duplicem genealogiam satis latè cõtextam apud Matthæum, & Lucam: quanquàm patrem, & matrem habuit non aliorum hominum more, qui & priùs extitit ante matrem suam, & à diebus æternitatis ipse præcessit. Neque genealogiam more aliorum hominum habuit: quatenus enim Deus est, generationẽ eius quis enarrabit? quatenus verò homo est, non habet eam vt purus homo: quia vt Melchisedec introducitur quasi homo de cœlo lapsus, & eripitur sine vlla enarrata morte, aut sine successione; vt intelligitur Christus æternꝰ Sacerdos, qui qua Deus, est ἀμήτωρ, qua homo ἀπάτωρ, nam Ioseph pater eius verus non erat, sed putatiuus: ideò subdit: *Assimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum:* in quo est similitudo, quod & huius, & Christi initium, & finis ignorentur, negatiuè, eo quòd scripta non sint; Christi verò positiuè, eo quòd dicto modo patrem, aut matrem non habuerit. ¶ Hanc verò Sacerdotij æternitatem expressit Paulus, cum ait: *Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens.* Cognouit & Dauid, cùm dixit: *Tu es Sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec.* ¶ At verò Lactantius lib. 4. c. 13. in principio, ex Mercurio Trismegisto testa-

Vt fuerit Christus sine patre, & matre, & sine genealogia, cũ aliter per Scripturam constet. *Luc. 2. Matth. 1. Luc. 3. Mich. 5.* Christi tã Diuina, quàm humana generatio quã fuerit singularis *Esai. 53.*

Psalm. 109.

Lact. Firm.

tur,

tur, hæc epitheta, ἀπάτωρ, καὶ ἀμήτωρ, Deo soli conuenire, his verbis: *Ipse enim Pater Deus, & origo, & principium rerum, quoniam parentibus caret,* ἀπάτωρ, atque ἀμήτωρ *à Trismegisto verissime nominatur, quód ex nullo sit procreatus. Idcircò etiam Filium bis nasci oportuit, vt ipse fieret* ἀπάτωρ, atque ἀμήτωρ. *In prima enim natiuitate spirituali* ἀμήτωρ *fuit, quia sine officio matris, à solo Deo Patre progeneratus est. In secunda verò carnali* ἀπάτωρ *fuit, quoniam sine patris officio, virginali vtero procreatus est, vt mediã inter Deũ, & hominem substantiam gerens, nostram hanc fragilem, imbecillemque naturam quasi manu ad immortalitatem posset educere.* Hæc ille, ostendens etiam Deum ex illis epithetis. Et de his hactenus.

Dei cur proprium solius sine patre esse, & sine matre, secundũ Lactantium.

Idem Filio Dei conuenire demõstrat

DISPVTATIO XVI.

In qua explicantur dubitationes quæ super sunt ex his quæ positæ sunt in septimum caput ad Hebræos.

NE Prolixior redderetur disputatio, ac proinde minus plana, ac distincta, cõsultò abrumpere voluimus præsentis capitis dubitationes, & in hunc locum omnes eas quæ supererant expediendas seruare.

Diximus itaque superiùs, Melchisedec in multis typum gessisse Saluatoris. Fuit enim Rex, & Sacerdos sine parentibus, & genealogia: quæ sunt iam explanata: Adijcienda sunt quæ super sunt. Nam vt Melchisedec obuus factus est Abrahę reuertẽti à cæde Regum; ita Deus iustificare volens Abraham, & patrem illum constituere multarum gentium, vt in eum tanquã in speculum, & exemplum clarissimũ inspiceremus, iussit illi primum egredi de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, vt veniret in terrrm, quam ei erat ostensurus. Ille verò morigerum se prestans, peregrinus profectus est in promissam terrã Chananaan. Deinde propter famem descendit in Ægyptum: vnde saluus ac opulentus reuersus est ad Australem plagam, & separatus à Lot habitauit in terra Chanaan; vbi rursus accepit Terræ illius promissionem, & mouit tabernaculum suum iuxta Conuallem Mambre, quæ est in Hebron. Posteà verò inita pugna fuit inter quinque & quatuor Reges. Cùm autem obtinuissent quatuor in quinq; & captiuũ abduxissent nepotem suum Lot; ipse cum expeditis vernaculis 318. expugnauit quatuor Reges, & recuperauit nepotem, & omnem substantiam: & tunc illi reuertenti occurrit Melchisedec Rex Salem. ¶ Quæ certè magnis sunt mysterijs referta. Siquidem in Abraham, doctrina significata est, quã ad suscipiendam primam iustificationem, à nobis Deus desiderat: quæ est vt egrediamur de terra nostra, & patris nostri; hoc est, vt pœniteat nos naturalis conditionis nostræ, in qua omnes filij iræ nascimur; & ingrediamur in terram nouam, quæ Christus est, vel eius Ecclesia: ad quam accipiendã tanquam viatores, & peregrini accingimur, vt aliquando illam possideamus. Primò enim per fidem in illam ingredimur, vt inde proficientes, in visione aperta possideamus. Est tamẽ hoc cum aliqua pugna cũ quatuor

Ad VI. Dubium. De historia Abrahæ & Melchisedec illi victorioccurrentis.

Genes. 14.

Infra 17.

Rom. 4.

Genes. 12.

Heb. 11.

Genes. 20.

Supra 13.

Ibidem.

Infra 14.

Quid Abrahę exitus de terra, & de cognatione sua, & eiusdem in Terram promissam aduẽtus significauerit.

Ephes. 2.

Regibus

Eiusdem pugnæ cũ quatuor Regib⁹, & victoriæ de illis allegoria.

Regibus qui supersunt, obtinendũ, scilicet nostris his sensibus, qui præcipui sunt hostes nostri. Quorum primus, est propriæ carnis dilectio, sub qua serui nascimur, & huic iungitur Amraphel Rex Sennaar, id est amor seculi: Tertius Arioch Rex Ponti, id est Saturitas, & ebrietas: Quartus est Thadal Rex Gentium, id est Dominãdi libido. Hos deuicit Abraham peregrinus, itavt eripuerit Lot captiuum. Lot significat Inuolutum, & colligatum: quales sunt, qui amore terrenorum inuoluuntur, ne sequi Iesum expeditè valeant.

Quatuor Regum illorum nimirũ Chodorlahomor, Amraphel, Arioch, & Thadal, Lot quoq; nominis significatio.

Occurrit autem Melchisedec, vt agnosceret per quem victor euaserit, & ei soli, non sibi gloriam tribueret. Additur prætereà, quòd Melchisedec Abrahæ benedixerit; cùm tamẽ esset Sacerdos, & qui tantam acceperat repromissionem; sed ab illo qui publicum sacerdotij munus gerebat, locũque Dei repræsentabat, benedictus est. Ipse quoque Melchisedec accepit decimas ab eo de optimis & præcipuis: quod etsi Hieronymus ad Euagrium testetur tam obscurè positum in Hebræo codice, vt vix possit intelligi quis cui obtulerit, an Abraham Melchisedeco, an Melchisedecus Abrahæ; Paulus tamen manifestè aperit sicut etiam Septuaginta, qui aiunt: *Et dedit ei Abraham decimã ex omnib⁹.* Qui autem decimam dat, profiterur se non esse Sacerdotem, cuius est proprium decimam accipere: nec tantũ pro se, sed pro nobis filijs suis, quos in lumbis habebat, decimas dedit. Nã vt pater illius gentis benedictus fuit ab eo & omnes filij eius in illo fuerũt decimati: Melchisedec verò decimas accepit, qui non est annumeratus in genere ipsorum.

Abiæ victoris corobusus factus Melchisedec.

Hier. epist. 125. tom. 3.

Vnde manifestũ sit, Abrahã dedisse decimas Melchisedeco, nõ ab eo accepisse: & quid eo facto sit contestatus Abrahã.

Subdit: *Intuemini autẽ quãtus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abrahã patriarcha.* Hic, scilicet Melchisedec propter qualitatesque sunt in eo, & in Christo, cuius typũgerit. ¶ Et asseritur de præcipuis decimas obtulisse: quia præcipua danda in decimis dicuntur Num. 18. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini, separabitis, optima, & electa erunt cũcta. Ideò peccauit Cain, qui rectè obtulit, sed non rectè diuisit, dãdo Deo deteriora, Genes. 4. secundùm lectionem 70. Interpretum. ¶ Et Intueri, est allegoricè tractare Scripturas. Vnde Chrysostomus: In paucis, inquit, totam narrationem posuit, & mysticè eam contemplatus est. Cui, inquit, patriarcha ipse Abraham, quem vos pro principe habetis, dedit decimas de præcipuis, quæ ἀκροθίνια dicũtur, Si autem per, ἢ ἀκροθινίας legantur, intellige exuuias, siue manubias, & spolia ab hostibus detracta: priorem tamen lectionem habent exemplaria Græca. Et licèt filij Leui habeant accipere decimas à populo (vbi videtur totam tribum Leui conferre cum Melchisedeco, in hunc modum: Cùm Leuitis Deus concesserit ius exigendi decimas à populo, Israëlitis omnibus eos præfecit, licèt ex eôdem parente essent omnes progeniti: atqui Abraham qui omnium est pater, Sacerdoti alienigenæ soluit decimas: ergo omnes Abrahæ posteri huic Sacerdoti sunt subiecti: Ita ius illud reliquit, quod in fratres delatũ est Leuitis: sed Melchisedec sine exceptione Deus in omnes præfecit) sed intellige per populum fratres suos: quæ expositio nõ caret suo pondere: quia maius est fratres esse quàm populum; quanquàm & ipse de lũbis Abrahæ exierit, vnde & Leuitæ exierant.

Quare de præcipuis decimas dederit Abrahã Melchisedeco. *Num. 18.*

Oblatio Cain cur mala, & minime Deo grata.

Genes. 4. Intueri hoc loco, quid mystice. *B. Chrys. homil. 12. sub initium. to. 4. circa finẽ.* Illud: De præcipuis, bifariam accipi potest.

Milchisedechi cum Sacerdotibus Leuiticis cõparatio.

Quis populus Leuitis decimas daret.

At ratio, ob quam Israelitæ Leuitis pendebant decimas, duplex erat; altera, quia Leuitæ filij erant Abrahæ, cuius semini promissa erat terra. Et quia portio nulla terræ illis obuenit, compensatio per decimas fiebat. Altera est, quia in Dei cultu, & publico ministerio Leuitæ occupabantur; ideò æquum fuit communi illos populi sumptu ali. Sed propter nullam harum causam dedit Abraham decimas Melchisedeco, sed gratias agens Deo de victoriæ beneficio in bello partæ; & vt profiteretur Abraham, quòd Melchisedec honoris gradu illum præcederet.

Rationes duæ cur Leuitæ ab Israelitis decimas debeãt accipere.

Illud quoque perpende, decimas

Decimæ Leuitisque dãdæ per legẽ. *Leuit. vlti. Deut. 12.*

tantùm

tantùm prædiales in Lege mandatas fuisse, non autem personales ex militia, vel mercatura: & tamen Abraham ex ijs quæ vti miles bello comparauerat, decimas pendit. ¶ Arguit ergo: Si Abraham, qui superior est omnib⁹, inferior est ipso Melchisedeco: ergo Melchisedec honorem suum obtinet, & Leuitis est præferendus: quia quod Abraham Deo propter partam victoriam debebat, Deo soluit per manum Melchisedec. *Et hunc qui habebat repromissiones, benedixit.* Id est, illi, ad quē factæ erant magnæ de Messia promissiones, benedixit. In quibus verbis videtur extulisse, Abrahā amplificasse, vocādo eum patriarcham, quò magis exinde extolleret Melchisedecum.

Cur Abrahā Paulus patriarcham apellauerit.

Et sequuntur verba, de quibus septimo loco dubitatum fuit: *Sine vlla autem contradictione, quod minus est, à meliore benedicitur.* Græca apertuis habent: A maiori benedictionem accipit. Et argumentatur à communi omnium consensu, qui videtur oriri ab ipsa natura. Durum videbatur Hebręis, audire, quòd homo Chananęus, & alienigena, maior esset Abraham, & difficile creditu erat: ideò voluit certo, & indubitato dicto confirmare, assumpta egregia quadam, & vera sententia.

Ad VII. dubitatum illud: Sine vlla autē contradictione quod min⁹ est, à meliore benedicitur, vt probaret Abrahā maiorem esse Melchisedec, quare protulerit.

Sunt autem sententiæ duplicis generis: aliæ enim Græcis dicuntur, γνῶμαι, & ad mores pertinent; aliæ naturam rei explicant, & vocantur κρίσεις: & huius generis est præsens sententia.

Quodgenus sentētiæ illud sit.

Posset tamen aliquis instantia eam perimere. Nos enim benedicimus Deo, & tamen nemo Deo maior. Simeon quoque longè inferior Iesu, & Maria, illis benedixit. Sed facile est ad hoc respondere. Nam aliud genus benedictionis est, quo nos Deo benedicimus, aliud quo ille nobis benedicit. Nostra enim benedictio aliud non est, quàm quædam acceptorum beneficiorum confessio, & gratiarū actio: illa verò qua Deus nobis benedicit, est beneficiorum collatio. Vt enim dicere Dei, est facere, ita benedicere Dei est benefacere. Et talis est Sacerdotū benedictio, qui loco Dei benedicunt. Idcircò turpe est & præposterum inter Sacerdotes minorem maiori benedicere; nisi cùm maior, vt Papa, alteri minori sponte subditur, apud quem peccata confiteatur. Simeon verò Sacerdos cùm summam Dei Patris personam sustineret, vt maior infante Christo, & matre eius, debuit benedicere.

Si omnino quod minus est, à maiori benedicitur, quomodò nos Deo benedicimus?

Dicere Dei qualesit, atq, benedicere.

Qualis fuerit Iesu, & Mariæ benedictio Simeonis exhibita.

Si verò quis arguat & obijciat, Abraham maiorem extitisse charitate, quàm Melchisedec, & hic potius debuit benedictionem ab Abraham accipere, non Abraham ab eo: Respondendum est, hìc nō agi de eo qui maior, vel minor est meritis personalibus, quia cùm ista ignota nobis sint, nunquam cognitum haberemus quis alteri benedicere deberet, cùm Spirituum ponderator sit Dominus. Et cū inter spirituales quisque se alteri præmodestia benedicendum subijceret, quod esset confusio: idcircò de maiori, vel minori gradu indiuersis Ecclesiæ gradibus, vel statibus est sermo. In illis enim semper qui maior est, alijs benedicit.

Quomodò Melchisedec se sanctiori Abrahamo, acideo se maiori sit ausus benedicere.

Prouer. 16. Impropria quænam sit, quæ propria benedictio.

Si rursus vrgeas, Episcopum Hostiensem Episcopo Romano benedicere: respondeo, admittendo benedictionem illam solitam, qua Episcopus Hostien. benedicit Episcopo Romano, sed non vt Pontifici, sed vt electo Paulo, vel Iulio, vel Gregorio: quia ordine maior est eo, sed minor iurisdictione. Nos quoque benedicimus sanguini Christi, iuxta illud: *Calix benedictionis cui benedicimus*: aut potius asserendum, quòd benedicim⁹ calici vt sanguis Christi fiat: quàm ipsi sanguini iam consecrato? Aut siquidem sanguini Christi benedicimus, id tamen vt instrumēta, & ministri Dei, qui maior est sanguine Christi. Et idem de benedictione corporis eius intelligendum.

Si Rom. Episcopus sine vlla controuersia omnibus maior est, vt quid à se minori Episcopo Hostiēsi benedicitur?

1. Cor. 10. Dominici corporis, & sanguinis benedictio Sacerdotis qualis.

Est igitur benedictio, solennis precatio, qua is qui præditus est insigni, & publico honore, priuatos, & suæ administrationi subiectos homines Deo commendat. Et ita Sacerdotes populo benedicunt Num. 6. parentes

Quid sit benedictio: quibus cōsueta, quomodo olim adhiberi solita.

Num. 16.

suis

Genes. 28. Infra 48.

Luca 24.

Melchisedec in eo quod in Abraham decimas ab illis accepit, etiá Leuitis esse maiorem & excellentiorem.

Quid hoc loco mortétes homines Apostolo.

Oecu. cap. 9. in fine.

Psalm. 109.

Qualis hæc phrasis: Decimas accipit Leui.

Genes. 3. Rom. 5. Leuitæ quãto inferiores Melchisedeco.

suis filijs, vt Isaac benedixit filio suo Iacob, & hic suis nepotibus. ¶ Fiebat autem cũ ceremonia eleuationis manuũ: vnde Dominus Iesus ascendens, eleuatis manibus suis benedixit.

Et hìc quidem, decimas morientes homines accipiunt; ibi autem contestatur quia viuit. Excellentiam Melchisedec adhuc amplificat præ Leui. Probauit enim ex benedictione Abrahę data, maiorem fuisse Melchisedecum: idẽ nunc probat ex ratione decimarum, hoc modo: Dignior est qui accipit decimas, quàm qui dat; sed Melchisedec accepit, Leui autem dedit in Abraham, in cuius lumbis erat; ergo Melchisedec maior Leui.

Et vox, Hìc, aduerbium est, non relatiuum, & opponitur sequenti aduerbio, Ibi. Hìc, scilicet in lege; Ibi, videlicet, tempore Melchisedec, Genes. 13. ¶ Et morientes homines, vocat Leuitas morti obnoxios, qui decimas suscipere solent. ¶ *Contestatur* (scilicèt, sacra Scriptura de Melchisedec) *quia viuit.* Quia non legitur eius mors, vel successor in Sacerdotio, vt Oecumenius ait. Quòd enim maneat Sacerdos in æternũ, vt dixit, ex Scriptura testimonium accepit, nempè, cùm dixit: *Tu es Sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec.* Et ita Paulus verba Moysis Gen. 14. & Psalmi 109. ponderat. ¶ Vel modus Leuitici Sacerdotij cessauit apparente veritate; & ideò mortui sunt Sacerdotes Leui, viuit autem Sacerdotium Melchisedec.

Et (vt ita dictum sit) *per Abraham,* & (pro, Etiam) *Leui, qui decimas accipit, decimatus est.* Decimas accipit, scilicet Leui, dixit, pro, accipere solet, vel ius habet exigendi decimas.

Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedec. Sensus est: Vt impropriè aliquid loquar, qđ tamen etiam verum est, in Abrahamo etiam Leui, ad quem spectat ius decimarum, decimatus est: sicut nos omnes eramus in lumbis Adæ, quando peccauit: ideò Apostolus Rom. 5. dixit: *In quo omnes peccauerunt.* Et propterea Leuitici Sacerdotes possũt veri laici haberi, si conferas cum Melchisedeco typo Christi, nedum cũ ipsa veritate, id est Christo.

Eraſmus putat, illud, *Adhuc enim,* referendum ad illud: Vt ita dictũ sit, quasi dicat: Leui non fuit propriè decimatus, cùm eo tempore nondum natus esset, sed impropriè: & propterea illud durius verbum pręmolliuit. Sed illustrior, & literæ magis genuinus sensus videtur: cùm Abraham occurreret ipsi Melchisedec, tunc in lumbis Abrahæ erat ipse Leui; & propterea verè dixit, ipsum in lumbis Abrahæ decimatum. Nam cùm pater iam decretus esset futuri Iudæorum populi secundùm carnem, decuit vt ille populus expiaretur, quo idoneus fieret, vt peculiaris Dei popul⁹ esset: quod non valuit esse nisi per pontificem Christum, & sacrificium eius. Et ideò decuit vt decimas daret vero Põtifici, qui in Melchisedec adũbratus erat: vnde & accepit expiationem, quod & fecit per ipsum patrẽ Abraham. Nam etsi populus, qui venit ex Abraham, expiatus est, & decimas dedit, & in illo populo etiam Leui concludebatur; sequitur & ipsũ Leui in Abraham, vt patre suo decimatũ.

Quòd si quis vrgeat: Nonne similiter erat in eius lumbis Christus, qui dicitur eius filius? ergo & ipse in illo decimatus est, & expiatus. Respondendũ, non eodem modo fuisse Christum in lumbis Abrahæ, quo Leui, videlicet ex vi seminis: quia etsi futurus esset caro, non tamẽ hypostasis eius, de qua ipse dixit, *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Imò ob hoc ipsum Abraham decimatur à Melchisedec, vt in eo Christus agnoscatur Põtifex, cui ab omnibus decimæ debentur.

Per illud ergo sacrificium Abrahã aptatus est vt esset pater illius gẽtis, quæ digna erat lege, & sacrificio illo ad tempus honorari, & populus Dei vocari, & Sacerdotium Leui sanctificari. Ideò addidit: *Adhuc enim in lũbis patris erat*; quasi diceret aliquando decidendũ de lumbis Abrahæ. Quod certè fuit, quando Abrahã factus est pater multarum gẽtium, & apparuit

Huius dicti: Adhuc enim in lumbis patris erat (Leui) quando obuiauit ei Melchisedec, primus sensus Eraſmi.

Alter accommodatior.

Genes. 17. Rom. 4.

Vt fuerit Christus in lumbis Abrahæ. *Matth. 1.*

Ioan. 8.

Quid Abrahã ipsi Melchisedec decimarũ oblatione fuerit consecutus.

Genes. 17. Rom.

verus Melchisedec, & æquati sunt omnes Iudęi,& Gētes, facti filij Abrahæ omnes, qui per iustitiam fidei ingrediuntur. Idcircò illi dictum fuit: *Non vltra vocabitur nomen tuũ Abram; sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te.* Cessāte ergo lege & Sacerdotio, cessauit ille populus in suis prærogatiuis permanere.

Genes. 17.

Iudæorum populus acceptis à Deo prērogatiuis quando priuatus fuerit.

Pondera etiam, verbum, Et vt ita dictum sit, à Paulo prudenter adiunctũ fuisse. Soliti enim sumus, quando nouum, aut peregrinum verbum, aut duram aliquam phrasim, & impropriam vsurpamus, vt minùs offendamus audientes, adijcere: Vt ita dicã, quasi veniam postulemus ab illis, & ita minùs dura, aut inusitata illa re, aut locutione offendātur. Ita in proposito, cùm Apostolus dixisset, Leui decimatũ in lumbis Abrahę, adiecit: *Vt ita dictum sit.* Nam illud defendi poterat per metaphoram, siue per figuram Synecdoches, per quam pars pro toto, sicut totum pro parte accipi consueuit.

Ratio huius præoccupationis Apostolicæ: Et vt ita dictũ sit, assignatur.

Est autē Pauli Apostoli scopus prę oculis habendus in hac epistola, ne scilicet Hebræos susceptı Euangelij ob aduersa, quæ propter Christum inferebantur, pœniteret. Nam, vt hactenus docuit Paulus, Christ⁹ maior est & Angelis, & Mose, & Aaron, & Melchisedeco. Et quia assueti erant Iudęi Sacerdotio, ostendit non deesse Euangelicum Sacerdotem Christum, quem quia nunquam viderant Sacerdotis munere fungentem, definiuit ob id Sacerdotiũ in genere, docuitq; in Christo inueniri quicquid est substantiæ Sacerdotis, vt de Christi Sacerdotio non hæsitent, & illi fidere audeant. Est enim Sacerdotis munus, bona fide negotium populi agere, & non tantùm lapso, sed etiam periclitanti, & tentato succurrere. Denique producit Melchisedecum Sacerdotio Leuitico pręcellere, qui tamen typus quidam, & vmbra eius fuit; vt omnibus rationibus Sacerdotalem dignitatem Christo Domino arroget.

Cuius rei cognitio studioso lectori ad intelligētiam huius epistolæ, magnam lucem adferet.

Quid debeat præstare Sacerdos.

Illud Melchisedec cur Paulus Leutico prætulerit Sacerdotio.

Sequitur: *Si ergo consummatio per Sacerdotium Leuiticum erat* (populus enim sub ipso legem accepit) *quid adhuc necessarium fuit secundũ ordinem Melchisedec, alium surgere Sacerdotem, & non secundùm ordinem Aaron dici?* Hactenus demonstrauit, ipsum Melchisedecum Christi typum, & excellentiori functum Sacerdotio, quàm Leuitas: nunc iam figuratum Christi Sacerdotium maius esse ostendit Leuitico Sacerdotio, autoritate Dauidis illa: *Tu es Sacerdos in æternum.* Nam si cōsummatio & perfectio Sacerdotij, quod cōsistit in potestate expiationis peccatorũ, & consequenter in fructu reconciliationis, fuisset per Sacerdotium Leuiticum (nam populus ille sub eo Sacerdotio legē accepit) profectò opus non erat aliud Sacerdotiũ post illud surgere secundùm ordinē Melchisedec, iuxta Dauidis vaticiniũ. Et argumentatur eodem modo, quo superiùs capite quarto, cùm dixit: Nam si eis Iesus requiē præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die. Nam si certus aliquis Sacerdos desiderabatur, debuit esse secundùm ordinem Aaron, qui primus fuit Leuitici generis Pōtifex. Quia ergo nō fuit perfectũ, sicut & lex illa Moysis, vt Moysis erat, perfecta nō erat, quæ sub illo Sacerdotio lata fuit (nam lex quælibet sub aliquo Sacerdotio, quo populus expietur, vt sit legis capax, esse debet) nō ergo opus fuit aliũ surgere Sacerdotē. Deinde legis trāsgressiones eodem Sacerdotio erant auferēdæ: nam illa lex quatenus Dei erat, & moralia præcipiebat erga Deum, & proximum, expiationes non habebat, vt primò faceret populum Deo peculiarem, & capacem vitæ æternę, ac deinde posset auferre peccata. Impossibile enim est, sanguine taurorũ & hircorum auferri peccata in Deum commissa: at carnis irregularitates & ignorantiæ tantùm eo Sacerdotio delebantur, quæ à lege Mosis veniebāt, & ad ceremonias, & iudicia spectabant. Apparente autem vero Sacerdote, & perfecto, populus eius peculiaris sanctificatus est ab illa oblatione sanguinis in cruce, & exortum est

Qua ratione Christi Sacerdotium Apostolus probet maius esse illo Leuitarũ.

Psal. 109. Sacerdotij virtus & efficacia.

Hebr. 4.

Numer. 17.

Lex vetus quatenus imperfecta.

Altera ratio perfectionis Leuitico Christi Sacerdotij.

Hebr. 10.

Vetus Sacerdotiũ Legis transgressiones quas tantũ aboleret.

æternũ Sacerdotiũ, quo deleri valeãt nouæ trãſgreſsiones: quo aduenięte, & illo antiquo in nouũ tranſlato, Legis quoque tranſlatio fieri debuit.

Ad octauum dubium.

Tranſlato enim Sacerdotio, neceſſe eſt vt & Legis tranſlatio fiat. Quia ſimul ſunt initiata Lex & Sacerdotiũ: vnde & ſuperiùs dixerat, quòd Sacerdotio illi Leuitico data erat Lex vetus. Vt enim vetus Sacerdotium inutile erat ad expianda peccata; ſic & inefficax erat Lex illi Sacerdotio annexa ad præſtandam veram iuſtitiam.

De eo quod tranſlato Sacerdotio neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat.

Quòd verò transferendum eſſet Sacerdotium vetus in nouum, ex illo loco Pſalmi centeſimi noni probare volẽs, addit: *In quo* (vel, In quem, vel, Is, de quo) *enim hæc dicuntur*, (ſcilicèt quæ de Melchiſedec dicuntur. Et referuntur ad Chriſtum, qui eſt Sacerdos in æternum) *de alia tribu eſt*. Non de Leui, ſed de Iuda, de qua nullus altario præſto fuit, ſed bellis intenta erat, & primarium locum in prælio ſuſtinebat. ¶ Sunt autem illa tria coniuncta, ſiue coniugata, nempè, Sacerdotium, lex, & ſacrificiũ. Vnde illud Malachiæ ſecundo: *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius*; & Ieremiæ decimooctauo Capite: *Non enim peribit Lex à Sacerdote, neque conſilium à ſapiente, nec ſermo à Propheta.* Sacerdotes ergo eſſe non poſſunt ſine lege, & contrà, lex ſine Sacerdotio. Adhæc Sacerdotium non eſt ſine ſacrificio, nec ſacrificium ſine Sacerdotio. Qui ergo inficiãtur, Euchariſtiam eſſe ſacrificium, procul dubio Sacerdotium de medio tollunt: ſicut qui Sacerdotium Euangelicum abrogant, magna dignitate ſacrificij Euangelicum Sacerdotiũ ſpoliant.

Tribus Iuda quod munus præſtarer.

Sacerdotiũ, legem, & ſacrificiũ non poſſe diſiũgi *Malac. 2.*

Ierem. 18.

Negantes Euchariſtiã eſſe ſacrificium, quid faciant infelices.

Subdit: *Manifeſtum eſt enim quòd ex Iuda ortus ſit Dominus noſter: in qua tribu nihil de Sacerdotibus Moyſes locutus eſt.* Prioribus verbis octauum dubium expediuimus. Et intellige, neminem de tribu Iuda altario præſto fuiſſe, legitimè, & ex officio, etſi potuerit aliquis hoc ſibi vſurpare, ſicut ſcriptum eſt de Rege Ozia; qui ob id fuit vſque ad mortem lepra percuſſus. Quod ponderamus, vt intelligant laici, qui in Germania ſibi Sacerdotij munus vſurpant, quàm horrendum crimen admittant, & quàm atrox ſupplicium eos maneat.

Quomodo ex tribu Iuda nullus altario præſto fuerit.

2. Paral. 26

In Sacerdotale ſibi miniſterium arrogantes.

Iam ad nonum reſpondendum. Certum, & conſtans fuit, Chriſtum Ieſum de tribu Iuda fuiſſe: in qua tribu (pro, Ad quam tribum) nihil de Sacerdotio Moyſes edixit, quicquid aliter dicat libellus ille de legali Chriſti Sacerdotio ex Suida deſumptus; quem egregiè confutat Ioannes Entennius Mechlinienſis ad finem commentariorum Euthymij in quatuor Euangelia. Nam Ioſeph, & beatiſsima Deipara ex eâdem tribu Iudà extiterunt, nec eſt quouis modo concedendum, quod Auguſtinus contra Fauſtũ Manichęum importunitati hęreticorum dedit, B. Virginem ex paterna radice de tribu Leuitica fuiſſe. Non enim verè dici poſſet Chriſtus de tribu Iuda ſecundùm carnem, & filius Dauidis, quoniam non matris, ſed patris familia, & tribus conſideranda eſt.

Nonæ ſolut. quæſtionis.

Quid de libello cuiuſdã de legali Chriſti Sacerdotio ſentiẽdum. *B. Aug. lib. 23. contra Fauſt. cap. 9. tom. 6.*

Non autem venit Dñs de Ioſeph ſecundùm carnem, ſed ſolùm de B. Virgine; quæ ſi fuiſſet de tribu Leui, etiam Chriſtus ſecundùm carnem de illa tribu extitiſſet. Fuit etiam Anna de tribu Leui, vt docent quædam hiſtoriæ: quanquã ex apocryphis libris quidam aſſeruerint illã pariter fuiſſe de tribu Iuda, ſicut etiam Ioachim pater Virginis ex eâdẽ tribu fuit; quod verum eſſe non puto. Fuit enim Maria Ieſu mater, filia Ioachim, & Annę ſororis Iſmariæ, quæ ſuſtulit Eliſabetham, de qua & Zacharia natus eſt Ioannes Baptiſta; & ideò dicitur beata Virgo cognata Eliſabethæ. Ac decebat quidem, Chriſtum ipſum ex vtrâque tribu venire, Regia, ſcilicèt, & Sacerdotali, quo nobis ſtatim detegeretur verus Rex, & verus Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedec.

Nequaquam Virginẽ Deiparam, quod ad lineã patris attinet, de tribu Leuitica deſcẽdiſſe.

Anna matris Chriſti mater de qua tribu fuerit. Ioachim Virginis parentẽ, de tribu Iuda, vt quidã ſuſpicantur, minimè fuiſſe. *Lucæ 1. Ibidem.*

Et amplius adhuc manifeſtum eſt: ſi ſecundùm ſimilitudinem Melchiſedec exurgat alius Sacerdos. Aliam rationẽ tranſlationis inducit per ritum, hoc

B. Virgo cur cognata Eliſabeth. Coorti ex tribu Iuda, & Leui Chriſtus deſcenderit.

modo: mutato ritu proprio, & substantiali, transfertur Sacerdotium; sed mutatus est ritus Sacerdotij Leuitici, id est, offerens hostiam cruentã, & surrexit nouus Sacerdos, offerens panem & vinum; ergo translatum est Sacerdotium. Et amplius adhuc manifestum est, inquit. Non solũ probat hoc Sacerdotium vtile & efficax, sed etiam in aductu eius vetus reprobari tanquam inutile; & cui socia aderat lex mandati carnalis, quæ nullum ad perfectũ adducebat: non enim plures Sacerdotes diuersi ordinis esse poterant. Nam si vnus satis erat, alter superflueret: si neuter erat idoneus, tertius desideratus fuisset.

Hebr. 7. Nõ potuisse nisi vnũ tantùm in lege esse diuersi ordinis summum Sacerdotem.

Neque potest dici, ambos simul potuisse sufficere, cùm inter se non conuenirent. Nam vnus erat ad tempus, alter in æternum; & ob id oportebat alterum dissolui, & cessare, cùm per eum reconciliatio nostri cũ Deo non fieret. ¶ Si ergo alius exurgat Sacerdos secũdùm ordinem Melchisedec, qui scilicèt est Rex iustitiæ, & pacis, liquidum illud, & manifestum fieret. ¶ Assignat igitur discrimẽ inter veteres, & nouũ Sacerdotem: quòd illi secundùm illam legem, quæ mandabat, vni tantùm carni, & vni populo ad tempus data fuit, cuius finis erat carnale bonum; & ideò terminandã; at Christus nouus Sacerdos secundũ virtutem vitæ insolubilis, de qua: *Tu es Sacerdos in æternum*: ab Aarone temporali distinguitur.

Veterum Sacerdotum, & noui, id est Christi differentia.

Sed obijciet quis, Hebrẽo idiomate Laholam non semper æternitatem significare, sed longum tempus, vel seculi vnius spatiũ denotare. Et Moses, cùm de veteribus sacrificijs dicere solebat: *Legitimum sempiternũ erit Aaron, & semini eius post eum*, & similia, exprimere solet, Laholam, id est, in seculum erit vobis hæc obseruatio. Dicendum tamen, quòd in legis sacrificijs seculum, longum tempus designat: quia in aduentu Christi facta est quædam mundi renouatio. Licèt dici possint illa sacrificia æterna, quod attinet ad mysterium significatum. Quoties autem de Christo dicit Laholam, quia eius seculi, & regni non erat finis futurus, perpetuitatem, & æternitatem denotat. Confert ergo hic nouus Sacerdos peccatorum expiationem & potestatem ad vitam insolubilem, & æternam comparandam.

Psal. 109. Hebræum verbum Laholam duo dicit.

Sequitur: *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit Lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum.* Ostendit, quòd Lex vetus per Christum propter sui imperfectionẽ est soluta. Et videtur in hunc modum arguere: Vbi lex melior est lege, & Sacerdotiũ perfectius Sacerdotio, illud soluitur quod imperfectius est: sed Lex noua melior est veteri, quę propter sui imperfectionem reprobatur: ergo Lex vetus per Christum est soluta. Nam illa Lex in spiritualibus quæ præcipiebat, & quibus homo perficitur, non promouebat, quia hominem carnalem & contumacem, & sibi repugnantem experiebatur, cùm esset natura iniustus, & sui plusquam Dei amator. Si respicias ad promissiones carnales quas pollicebatur, nec sic quidem ad perfectum ducebat; & Sacerdotium illud per suas expiationes, & purgationes, à peccatis non liberabat, nisi carnaliter ab irregularitatibus quibusdam, atque id quidẽ coram hominibus, non coram Deo. Ideò oportuit omninò aliam Legem perfectam venire, & perfectum sacrificium, quod hominem à peccato mundaret, & iustos coram Deo efficeret.

Exod. 28.

Quando certum tempus, quando ęternitatẽ apud Moysen vox illa significet

Legalia sacrificia quomodo æterna.

Luc. 1. Quid prẽstet Christi Sacerdotium.

Lex vetus quare per Christum abrogata.

Quæ res hominem in Christo perficiant. *Rom. 7.*

Si verò obijcias, multos fuisse olim iustos, & perfectos in illa Lege: dicendum, illos à fide, & gratia Dei tales redditos, & ad Euangelium spectasse, non autem à virtute Legis Mosaicæ. Et vnam tantùm vtilitatem prẽstabat, quia disponebat ad vẽturũ Messiã, & morbũ peccati agnosci faciebat, & morbi medicũ designabat; & venturam nouã legem & Sacerdotium. Viam ergo illa lex præmõstrauit, quæ duceret ad salutem. Si ergo lex inchoauit, perfectius omninò

Nouæ legis, id est, Euangelicæ, & noui sacrificij inducendi necessitas.

Ad decimam dubitationẽ

Si nihil ad perfectum adduxit lex: Patriarchæ, & Prophetæ vnde iusti atque perfecti. *Rom. 3.* Lex illa in quo perfecta tantùmodò, vel vtilis.

aliud

aliud sequi debuit: nec enim in rudimẽtis puerilibus filios Dei perpetuò hærere decebat. ¶ *Introductio verò melioris spei.* Græcè dicitur, ἐπεισαγωγὴ, & significat subintroductionem quandam, & præparationem in lege: quẽadmodùm pueris rudimenta traduntur, quæ ad maiora viam sternũt, id est, ad conditionem meliorem sub Christi lege. ¶ *Per quam proximamus ad Deum.* Vbi tacita subest antithesis inter patres olim, & nos, cùm nobiscum Deus familiariùs agat, cùm illis eminus olim & obscurè appareret. Et allusio est ad templum, vel tabernaculum. Nam populus in atrio procul stabat, Sacerdotes vicinius in Sancto sanctorum: nunc verò sublato tabernaculo, Deus se nobis familiariùs communicat.

Vocat meliorem spem, meliorem legem, per quam melior spes concipitur, vtpotè æternorum, non iã amplius terrenorum. ¶ *Et quantum est, non sine iureiurando.* Ponderat Apostolus modum, quo Christus est factus Sacerdos; vt tãto sit præstantior, quãtò ex sublimiori modo ad absolutam Sacerdotij firmitatem peruenit. Ipse nãque iureiurando, vt insolubilitatis symbolo, quodque serio & cõstanter facta sit promissio: quod in Sacerdote Leuitico non fuit; ideò solubile & mutabile Sacerdotiũ fuit. Et subdit: *In tantum melioris Testamenti sponsor factus est Iesus.* Probat igitur præcellere Christi Sacerdotium Leuitico, Primùm, quia Sacerdos per iuramentũ immobiliter est ordinatus: quod non erant illi. Secundò, quia nõ plures, sed vnicus. Vnde subiungit: *Et alij quidem plures facti sunt Sacerdotes,* tertiò sanctior illis extitit: vnde subdit: *Talis enim decebat vt nobis esset Põtifex, sanctus, innocens, impollutus, &c.* Et quod ad primum spectat, Christus dicitur Sacerdos & Pontifex, cũ sit mediator; sponsor etiam siue fideiussor dicitur in sanguine: nam spondet & promittit quod acquisiuit per sanguinem, & obtinuit omnia, reconciliationem, fidem, gratiam, & regnum cœlorum. Et quod ipse acquisiuit, reponit in lucrum nostrum: sed ipse interim vnumquẽque reliquit in potestate sui arbitrij, vitæ legẽ largiẽs, & futura bona proponens. ¶ Et propriè vocat testamentum, hæreditatẽ, quam testamento nobis reliquit possidendam; non simpliciter, sed si conditionem perficiendæ legis, & operũ misericordiæ, & patientiæ, & perseuerãtiæ impleamus. ¶ *Iurauit,* inquit, *Dñs, & non pœnitebit eum.* Hebræa habent: *Iuraui ego, & non me pœnitet.* Sũt enim verba Patris alloquentis Filiũ; ideò Paulus ait: *Per eum qui dixit ad illum.* Ad eum enim iurauit Dominus per seipsum, quia nõ habet maiorem per quem iuret, nec facti iuramenti eum pœnituit. Nisi dicas verba esse Dauidis de Deo & Messia in tertia persona loquentis. ¶ *Et alij quidem plures facti sunt Sacerdotes.* Probat eandem Christi excellentiam supra Sacerdotes veteris Legis. Et argumentatur à disparatis, hoc modo; Veteres Sacerdotes ideò plures fuerunt, quòd mors Sacerdotium habẽtes finiebat: at nulla est mors, quæ impediat Christum à sua functione: ergo vnus tantũ est. Causæ enim diuersæ diuersos faciunt effectus. Et videtur Apostolus de summis Sacerdotibus loqui, qui moriebantur, & opus erat vnũ alteri succedere. At noster Pontifex, manẽs in æternum, etiam sempiternũ habet Sacerdotium, nec vllus est ei successor, etsi loco sui reliquerit vicarium: sed aliud est successor, aliud Vicarius. Nam successor ponit mortem antecessoris; at Vicarius potest esse simul cum viuente. Et ideò Põtifex dicitur Petri successor, nõ Christi, qui adhuc viuit & regnat. Dicitur autem Christi Vicarius, non autem Petri Vicarius. ¶ Quòd verò nullus sit Christo successor, inde euincimus: quia inferiores Sacerdotes plures simul esse poterant, summus verò nonnisi tantùm vnus, quia durabat ad vitã sũmus Põtificatus, & vnus alteri subrogabatur.

Si verò quis obijciat de Caipha, qui erat Pontifex anni illius, quòd eo anno tantùm potestate defungebatur: ergo Euangelium mentionem

Quid intioductio melioris spei ad perfectum adducens.

Quanto Iudæi imperfectius Christianis proximarent ad Deum.

Melior spes quænam illa

Christus quãto excellentius antiquis sacerdotib⁹ fuerit factus Sacerdos.

Vetus Sacerdos cur vitæ solubilis.

Tres rationes Apostoli cur nouum veteri præstet Sacerdotio.

Sacerdos & pontifex, & spõsor quare Christus sit.

Cuius testamenti Christus factus sit sponsor, & quatenus.

Iuret per seipsum cur Dominus.

Nouum quoque seu Christi Sacerdotium Apostolus perfectiõ esse Leuitico vi probet ex eius successione.

Sacerdos & vicarius in quo differãt.

Cuius Papa sit propriè successor, idẽque vicarius

Christũ nullum habere successorem vnde cõstet

Quomodo vnus in lege summus Sacerdos perpetuus, si quotannis mutabatur.

Matth. 26.

Ioan. 18.

Nulla in tus diuinũ cadit dispensatio.

facit plurium summorum Pontificũ, iuxta illud: Congregati sunt Principes Sacerdotum,& Pilatus:*Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi.* Respondendum est,Paulum tantùm argumentari de eo quod legitimũ erat, & à Deo traditum, per legẽ Moysis. Et quia merus erat abusus, & grauissimum in legem delictum,non sequitur,quòd in iure diuino posset Synagoga dispensare,sicut & nunc Ecclesia nihil tale dispensat. Subdit:*Vnde & saluare in perpetuum potest.* Græcè legitur: Εἰς τὸ παντελὲς,id est,perfectè, & plenè. Non enim perfectè, si non omni tempore,& vbi sit opus, scaturiente semper peccato. ¶ *Accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellãdum pro nobis.* Vera lectio,quæ etiam Græca est,accedentes dicit,non, accedens τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ. Qui enim cũ Deo semper est,& ipse Deus est,non conuenienter dicitur accedere nunc ad Deum.

Quid hoc loco,Christum saluare posse in perpetuũ.

Improprié Christũ dici accedere ad Deum.

Christus Sacerdos quos saluet tantũ modò.

Hebr. 11.

Ioan.15.

Et perspice,Christum non saluare suo sacrificio nisi ad Deum accedentes: quod fit per fidem, & manentes in ipso per mandatorum obseruationem. Nam Apostolus ait: *Credere oportet accedentem ad Deum,quia est*;& Dñs:*Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea.* ¶ Pondera verbum: *Semper viuens ad interpellandum pro nobis.*Nõ sibi enim,sed nobis viuit: vita ergo,& mors,& regressus ad eam, & gloria, in salutem nostrã, tanquam in scopum, pro sui amoris magnitudine impenditur. Nisi enim assisteret ante Patris conspectum,vel homines iustos quotidiana peccata odiosos Deo redderent, sine quibus hæc vita non traducitur. At ipse viuens, ea ad interpellãdum pro nobis diluit, & facit, ne ad iræ vindictam imputentur. Nam si iniquitates obseruaret Dñs, nec esset copiosa apud eum redẽptio, quis posset sustinere? Sed in Christo omnia nobis donantur, nisi charitatis donũ turpissima transgressione amiserimus: quia tũc opus est noua pœnitentia, & bonorũ operum satisfactione.

Christus quomodo sẽper viuat ad interpellandũ pro nobis.

Psal. 129.

Et intellige, Christũ hæc operari vsque ad iudicium extremum: nam post illud, & traditum Deo & Patri regnum,non est in perpetuũ futurus Pontifex interpellans, cùm nulla sit futura transgressio, sed perpetua gratiarum actio,& confessio. Intellige ergo,Sacerdotium Christi sempiternum,donec homines vitã hanc mortalem vixerint,& salute indiguerint.

Quousque Christus pontifex semper viuat ad interpellandũ pro nobis.

1. Cor. 15.

Dicitur præterea interpellare pro nobis,eò quòd merita obedientiæ,& crucis suæ semper Deo sint præsẽtia; quibus nobis placatur,& reconciliatur. ¶ Et malè colligunt hæretici ex hoc loco,Sãctos pro nobis nõ orare, eò quòd id in Christi iniuriam pertineret, quasi ipse non sufficeret per se ipsum nostram causam agere. Sed si hæc ratio quicquã ponderis haberet, euinceret,nos pro nobis inuicẽ orare non debere, quia Christus idoneus est ad interpellandum, & exaudiendum. Cur ergo iussit: *Oportet semper orare, & non deficere*;&:*Orate pro inuicem,vt saluemini*? Quòd si nos, dum viuimus, mutuo pro nobis orando, vllam Christo iniuriam nõ facimus; nec Sancti ergo cũ Christo regnãtes.

Quomodo etiã Christus interpellet pro nobis.

Prima ratio ad probandũ per hoc ꝙ Christus pro nobis interpellat, Sanctorum pro nobis patrocinia minimè tolli,cõtra Lutheranos.

Lucæ 18.

Iacobi 5.

Secũda ratio

Adde,summum esse Christi honorem,quòd alij in ipso, & per ipsum interpellent, & obtineant vniuersa beneficia,quibus indigemus.

Ad vndecimam dubit.

Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus,innocens, impollutus, &c. Tractat tertio loco propositũ, & hìc soluendum est vndecimum dubium, & ratiocinatur ab annexis, nempè, à conditionibus requisitis ad bene præstãdum munus Sacerdotis: de quibus Capite 5.nam innocentiæ& puritatis conditiones non erant in Leuiticis Sacerdotibus: ideò nec perfectionẽ habuit,nec legitimũ fuit Sacerdotiũ, nisi quatenus seruiebat designando Christo. Externus etiam Pontificis ornatus hunc defectum indicabat: quorsum enim splẽdidæ vestes,quib⁹ Aaron vtebatur in sacris peragendis, in quo ornatu populus Iudaicus gloriabatur,testibus Origene,& Hieronymo; nisi vt sanctitatis,& virtutum præstantiæ plusquam humanæ essent

Si Christi proprium Põtificis est, vt sit sanctus, innocens,impollutus,&c. cur idẽ alibi vnicuique Sacerdoti traditur esse commune.

Origenes. Hieron. in c. 26. Matthæi,tom. 9

Quid ornat⁹ summi Sacerdotis significaret exterior.

symbola? Ideirco adhibebantur figuræ, quia interna non aderant, & inter alia capitis ornatus terrarum orbẽ repræsentabat, & cœlestes sphœras, & sydera: reliquæ verò vestes, elemẽta; vt coccinea ignem, cœrulea aquam; vt illo intrante in templum, totus orbis intrare videretur, quo cõmunem Dominum pro vniuersi salute deprecaretur. Et quia arctabamur, nẽ pe ad pietatem erga Deum, iustitia erga Proximum, & ad sanctitatem erga nos ipsos, iuxta illud: *Vt sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo*; ob id hunc interiorem Christi ornatum describit dicens: *Sanctus*, Qui Græcè ὅσιος, id est pius, castus, reuerens erga Deum. ¶ *Innocens*, siue iustus, quia læsit neminem. Sanctitatem notat in verbo: ¶ *Impollutus, segregatus à peccatoribus*. Peccatum enim non fecit. Et segregatus fuit ab illa inquinata filiorum Adæ massa per originale peccatum. ¶ *Excelsior cœlis factus*, Non tantùm significat super omnes cœlos corpore ascendisse, sed cœlorũ nomine per Metonymiam veniũt Angeli. Et traditur excellentia præstare non tantùm hominibus, sed & vniuersis Angelis, cùm ipse sit primogenitus omnis creaturæ. Per hoc autẽ quòd Christus fuit à peccatoribus segregatus, ab omni peccato immunis ostenditur: quod veteris legis Sacerdotes non habebant. Vnde & omnia eorũ sacrificia repudiãtur, & omnes preces quæ nõ sũt intercessione Christi sufultę: quia respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Et vt notaret eos qui iam facti erant Sacerdotij Christi participes, addit: *Talis enim decebat vt nobis*. Loquitur enim Apostolus de Christo in cœlis interpellãte, non quando erat adhuc in terris, & cũ peccatoribus quotidie versabatur. *Qui non habet necessitatem quotidie* (quemadmodùm Sacerdotes) *priùs pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, se offerendo*. Duo defectus erãt veteris Sacerdotij: alter, quòd Põtifex pro suis offerebat peccatis: quomodò pro alijs hostias offerendũ Deum placasset, qui eum sibi infensum habebat? Deinde, quòd varia offerebat sacrificia, vnde nulla erat expiatio. Christus verò nullo indiguit pro se sacrificio, qui nullo peccato erat aspersus, & vnica sua hostia sanctificauit omnia.

Alter.

Quod verò addit: *Hoc enim fecit Semel, se offerendo*: difficultatem habet: Nunquid enim Christus obtulit vel semel pro suis peccatis, deinde pro peccatis populi? Absit: hoc enim eius verba prima facie porrigere videtur. Nã quomodò qui peccatũ non fecit, pro suis peccatis potuit offerre? Potest tamen Catholicũ sensum secundùm aliquos accipere: quia cùm esset spõsor, & fideiussor, peccata omnia in se ipsum transtulit, iuxta illud: *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrũm*, & illa sua quantum ad id effecit, vt ea abstergeret. Ideò in eius persona dictum est: *Longe à salute mea verba delictorum meorum*; & iterum: *Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita*. Hinc se in Psalmis peccatorem vocat. Obtulit ergo pro peccato suo, id est pro eo quod sibi proprium fecerat: & pro peccato populi Iudaici, de quo: Propter scelus populi mei percussi eum.

Heb. 10.

Quomodo Christus qui peccatũ non fecit, pro suis tamẽ delictis hostiam dicitur obtuliſſe.

I. Sensus, & quidem non incongruus.

Esaiæ 53.

Psalm. 21.
Psalm. 68.

Esaiæ 53.

Veriùs tamen, & planiùs exponitur pro peccatis nostris quę post primã iustitiam, & baptismum contrahimus, facti populus Dei. Nõ enim quę delicta admisimus post Baptismum, ita eius esse dicuntur, sed vt pro communi peccato antiquo, & omnibus personalibus, quæ inde orta sunt, obtulit se ipsum in hostiam cruentam, ita pro peccatis populi sui iam baptizati, & reconciliati semetipsum obtulit in hostiam incruentam, vt ab vno solo Christo omnis peccatorum remissio in nos deriuetur. ¶ *Lex enim homines constituit Sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem iusiurandi, qui post legem, est, Filium in æternum perfectum*. Concludit Apostolus Sacerdotum veteris legis imbecillitatem. Nã & naturà imbecilles erant, & peccatis prægrauati: vnde nec litabãt, nec peccata expiabant. *Sermo autẽ iusiurãdi*, id est vaticiniũ, Dauidis, vel sermo Dei iurantis

Alter sensus acommodatior.

Quanta anti quorũ impotentia Sacerdorum.

Sermo iusiurandi quid.

Tit. 2. Christus noster Põtifex cur sanctus, Innocẽs, impollutus & segregatus à peccatoribꝰ.

1. Petr. 2.
Esaiæ 53.

Idem excelsior cœlis factus dupliciter intelligitur.

Illud de Christo Põtifice: segregatus à peccatoribꝰ, antiquis Sacerdotibus minime conuenire
Genes. 4.
Quod dicitur: Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, de Christo mortali, an immortalisit accipiendũ? I. Defectus antiqui Sacerdotij.

iurantis Filiũ in æternũ perfectum; id est, denuntiauit futurum in æternum Sacerdotem perfectum litantem, & peccata omnium expiantem.

Prophetas venisse post legem.

Addit: *Qui post legem est.* Scilicet dicº per Propherã: Prophetæ enim fuerunt post legem, vel post cessationem legis, & abolitionem Sacerdotij antiqui, vt colligitur ex principio Psalmi: *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis* (quod ei à mortuis suscitato, & assũpto in cœlũ dictũ est.) Et ideò post legẽ Mosis, & sublata de medio.

Psal. 109.

Christi Sacerdotij cum Leuitico septem antitheses cõpendio collectæ.

Vides igitur quot, & quam pulchris antithesibus Sacerdotiũ Christi prætulerit Leuitico? Prima antithesis est: quia Leui in lũbis Abrahæ decimatº, penderit decimas Christo in Melchisedec figurato. Deinde, quòd ille benedictus fuerit, hic autem benedixit. Tertia, quòd ille dederit decimas Christo, Christus autẽ accepit in Melchisedec. Quarta, quia illi Sacerdotes mortales erant, & ad tempus ministrabãt; hic verò immortalis, & perpetuus. Quinta, quòd illi sine iuramento instituti sint Sacerdotes, hic verò cũ iureiurando. Sexta, quòd illi erant infirmi, & serui; hic verò Filius naturalis, & perfectus ad omnia à Deo impetranda. Et artificiosè collocat antitheses, ita vt semper posterior aliam antecellere videantur.

In earũcollocatione quid obseruandũ. Ad XII. dub.

Postremũ dubium propositũ circa Melchisedec resoluendũ est: Quid est quòd Apostolus, cùm meminerit regni, ciuitatis, Sacerdotij, & benedictionis datę Abrahę, & decimarũ ab Abrahã acceptarũ, & æternitatis sui Sacerdotij, & iurisiurandi, nunquã tamen hostiæ quã obtulit Melchisedec, mẽtionẽ fecerit, id est oblationis panis, & vini. Videtur ergo, quòd vel illa non sacrificauerit, nec oblata Deo pro victoria dispensauerit; sed occurrens Abrahæ ad refectionẽ ipsius, & copiarum eius panem communem, & vinũ eis proposuerit; vel saltẽ id quod potissimum erat, non ponderauerit, sed neglexerit.

Cur Paulus non meminerit oblationis Melchisedec.

Gen. 14.

Vnde cõtrarium colligi possit.

Sed dicendum est, quòd cum non semel, sed sæpè Apostolus ex verbis Dauidis producat testimonium illud: Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinẽ Melchisedec, satis in illis verbis κατὰ τάξιν, vel Hæbraice Kedibrati, panis, & vini sacrificiũ ostendit: Neque alius fuit ordo, aut ritus Sacerdotis Melchisedec: quod vt notissimum & compertissimum, & vsu, & quotidiana experientia, à fidelibus exploratum prætermisit: idq; vniuersi Doctores hæc verba interpretantes apertè docẽt, & multi ex antiquis, & celebratis Rabbinis; etiã ante Messiã tradũt: & ratio Sacerdotis, quæ est eligi ab hominibus, & cõstitui pro impijs, vt offerat dona, & sacrificia, declarat. Et cũ Gen. 14. Moses dixisset: *Proferẽs panẽ, & vinũ*, subdit: *Erat enim Sacerdos Dei altissimi*; vt sacrificata, & Deo oblata intelligeremus: vt Sacerdos Abimelech Dauidi esuriẽti dedit panes sanctificatos. Et Gregor. III. Aquitanis cõtra Saracenos pugnaturis panẽ misit benedictum. Romanus itẽ Põtifex teste Eusebio, aduentantibus ad se eiusdem fidei, & cõmunionis Episcopis, Eucharistiam mittebat.

Heb. 5.
Infra 6.
Infra 7.

Clarior huius mentio sacrificij cur facta non fuerit.

Heb. 5.

Genes. 14.
1. Reg. 21.
Matth. 12.
Eucharistiam Romani Pontifices olim Asianis Episcopis in symbolum vnionis mittebãt
Euseb. lib. 5 Histo. Eccle. c. 24.
post medicũ tom. 1.

Et verbũ illud, *Sacerdos*, quod Hebraice dicitur Cohen, nõ denotat principẽ: quemadmodũ Filij Dauid Sacerdotes dicũtur 2. Regũ 8. Nempe Cohanim: quia iam satis dixerat de principatu Melchisedec, cũ iam præcessisset: *Rex Salẽ*. Ita vt negare eum Sacerdotẽ, sit in Textum, qui habet: *Et erat Sacerdos, & benedixit Abrahæ, & accepit decimas ab eo.* ¶ Negare verò quod obtulerit, est in decimas, & contra rationẽ: quia panẽ simpliciter nõ egebat, eo quòd opimis spolijs onustus veniebat Abrahã; & ob Regẽ Sodomæ qui aderat gratulaturº Abrahę victori. Est & alia ratio quòd obtulerit: quia poneretur Sacerdos sine hostia; cũ tamẽ illi vt Regi Regnũ Salem adscripserit. Esset præterea in traditionem, & Christum, qui obtulit panem & vinũ, teste Ecclesia.

1. Reg. 2.

Quod idem obtulerit, atque sacrificauerit, probatur triplici ratione.

Alia verò mysteria de nomine Melchisedec, de dignitate Regia, de genealogia, de æternitate Sacerdotij, benedictione, & decimis, quia difficilia erant; & abstrusa, atq; adeò à Spiritu sancto explicationem suppeditante

Quæ scitu dignissima erãt de Melchisedec (excepto sacrificio) eorum cur Paulus omiserit nihil.

indigebant, consultò Apostolus expressit ad ponderanda verba Scripturæ.

Altera solutio prioris difficultatis: probabilitate tamen inferior sequenti.

Alij verò aliter respondẽt, dicẽtes Apostolũ illud consultò suppressisse, quod ad suum institutũ non faceret, in quo sermo erat de hostia cruenta, in cuius oblatione Christũ Melchisedec nõ repræsẽtauit. ¶ Sed verior & certior erit solutio, si dicam⁹, tractasse Apostolũ de Christo Sacerdote secũdũ ordinẽ Melchisedec, cuius hostia Christũ cruẽtũ, & incruẽtũ cõtinet, & cuius sicut cruẽta hostia, etiã incruẽtã panis & vini subsecuta est. Vnde Ierem. dixit: Mittamus lignũ in panẽ eius; id est cruci suffigamus eum, qui sub speciebus panis, & vini se sacrificatũ discipulis tradidit edendum. Qui etiã in oblatione incruenta mentionem fecit cruentæ, quia dixit: *Hoc est corpus meũ, quod pro vobis datur, vel frãgitur*: & postea perpetuò exercuit, & exercet Põtificatũ Melchisedec. Nec enim propter vnã oblationem crucis esset perpetuus Sacerdos semper offerens, bene autem, offerendo panẽ, & vinũ. Et Eucharistia, symbolum est sacrificij in gratiarũ actione peracti: nã vt Melchisedec suo sacrificio panis & vini, victoriã de hostibus partã per Abraham in signum gratiarum actionis celebrauit; ita Christus de victoria iam per mortem de peccato, & dæmone cõparata, sacrificiũ istud gratiarũ actionis instituit. ¶ Christus autẽ in cruce etsi propi⁹ videatur accedere ad cruẽtum ritum Aaron: propriè tamẽ, se ad mortẽ tradendo, nec secundùm ritum Aarõ obtulit, quia nemo simul & Sacerdos, & hostia erat: & ipse nõ quatenus à Iudæis afflictus, & morte violẽta interfect⁹, sed quatenus acceptauit mortẽ, & ad gloriam Patris, & salutẽ nostram illam sustinuit, obtulisse dicendus est. Et de his hactenus.

Nonfuit cruenta oblatio Christi, sed incruenta, Christum efficit perpetuũ Sacerdotem.

Qualis proprie fuerit Christi oblatio in cruce perfecta.

Ierem. 11. Quid illudis Ieremia: Mittamus lignum in panẽ eius. *Matth. 26.*

Luc. 22.

DISPVTATIO XVII.

In illa verba, cap. 8. *Capitulũ autem super ea quæ dicũtur, talem habemus Pontificẽ, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, &c.* vsque in finem capitis.

I. dubium.

IN Huius capitis verbis pauca veniũt in disputationem vocãda. Primũ, quò tendat Apostolus. Secũdo loco disseretur, cur Christus dicatur sanctorũ minister, & tabernaculi veri: cur etiã inferiùs dicat: Si ergo esset super terrã, nec esset Sacerdos, cùm essent qui offerrẽt secundùm legem munera. Videtur enim hæc ratio instãtia perimi posse. Cùm enim esset super terrã, & Sacerdotes offerebãt suas hostias, Christus in cœna obtulit instar Melchisedec panẽ, & vinũ. Tertiò, an Paulus locum Moysi rectè, & ad rẽ citauerit: *Vide*, inquit, *omnia facito secundùm exemplar, quod tibi ostẽsum est in mõte*. Quartò, quid propriè sit nouũ, vetus & Testamẽtum. Quintò, quomodò ait Apostolus: *Vituperãs eos, dicit, &c.* cùm nõ Iudæos, sed testamẽtum ipsum reprehendere voluisset. Videtur enim non solidè protulisse hunc locum. Sextò, quo pacto explicandus locus Ierem. 31. de veteris Testamenti abrogatione, & noui aduentu. Si quæ etiam alia minora fuerint dubia, in explicatione Textus expedientur.

Secundum.

Matth. 26.

III. dubiũ.

Exod. 25.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Ierem. 31.

Mens

Ad 1. dubiū. Quis scopus Apostoli.

Mens igitur Apostoli hoc loco esse uidetur, vt primum absoluam, Christū exaltare, & super omnes Leuiticos Sacerdotes constituere, quos deprimit, & omnino inutiles præ Christo cœlesti Pōtifice ostēdit. Et ita præsens caput duo cōplectitur: primū, in quo ea quæ superiùs dixerat, veluti Epilogo quodā, more oratorū cōprehēdit; alterū, in quo de legis veteris abrogatione, & nouę introductione latè edisserit. Cùm autē Apostolus eò maximè spectet, vt legem Euangelicā veteri præcellere demōstret: hoc quidem capite per cōparationem Testamenti noui ad vetus facit: Deinde per ritū, & figurā tabernaculi capite nono: Tertio per cōditiones legalis sacrificij, & hoc in decimo cap. præstat in priori eius parte vsq; ad verba illa: Habentes itaque fratres fiduciā in introitu sanctorum in sanguine Christi. ¶ Incipit igitur: *Capitulum autem super ea quæ dicuntur.* Id est, summa, & compendium eorum quæ diximus, hoc est. Græcum verbum, Κεφάλαιον pro Compendio sumitur, & pro eo quod præcipuum, & principale est, vt caput in homine, quod cæteris omnibus membris præstat. Et ita Chrysostomus & Oecumenius interpretantur hoc verbum. Secundo modo, pro præcipuo scilicèt, & primario: & vterque significatus & verus est, & ad rem propositam facit. Nam ita Pontificatus spiritualis, & cœlestis Christi Domini caput est omnium: ideò ait: *Talem habemus Pontificem*; id est Regem iustitiæ, & pacis, & sine genealogia, & æternum; ac proinde cæteris Leuiticis præferendum. Et habemus, ait, nos Christiani, nō Iudęi, aut Idololatræ. Et cùm in Scripturis dicitur Christus Sacerdos; intellige per Antonomasiam: & sine discrimine à Sacerdote ad Pontificem, & à Pōtifice ad Sacerdotē transit Apostolus.

Hebr. 10.

Quid ornatꝰ I. Sēsus, quid significet: Capitulum autē super ea quæ dicuntur.

B. Chrys. homil. 14. initio ferè. Oecum. ca. 10. sub finē Alter sensus.

Non ergo bene deducūt Hæretici, quòd Christus sit vnus & æternus: ergo nullus alius debet esse Sacerdos in Euangelio. Sed apertè falluntur: quia hic est vnus summus, habens sub se alios minores: vt habebat summus Pontifex Romæ multos alios flamines diales, & summus Pontifex in lege. Deinde, secundùm Hæreticos, si omnes Christiani sunt propriè Sacerdotes, ergo maximè pauci qui promouentur ab Ecclesia ad sacros ordines, non per metaphoram, vt alij laici, sed propriè Sacerdotes habendi sunt.

Qualem Scripturæ Sacerdotem Christū inducāt. In illud Hæreticorū corollariū: Christus est vnus & perpetuus Sacerdos; ergo nulli sunt alij in Euāgelio Sacerdotes.

I. Ratio.

Secundum.

Quòd si vrgeat Hæreticus, quemlibet laicum propriam Sacerdotis rationem habere: exinde colligeretur, quòd nullus esset laicus, pro quo offerre posset; cùm tamen capite 5. dixerit; Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur in ijs quæ sunt ad Deū; vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis: quibus enim hominibus præficeretur, si omnes sint Sacerdotes? Denique, vt amplus honor est Regis, multos sub se Principes habere, & multos nobiles aulicos: ita perhonorificū est Christo Pontifici magno habere plures Sacerdotes, qui in eo, & post eum offerant sacrificia.

Dicentes vnumquemq; laicū verum esse Sacerdotem, quale absurdū incurrant. *Hebr. 5. Infra 8.*

III. Ratio.

¶ *Qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis.* Cōsedit, inquit, simulcū Patre, quiescēs, & regnans, & nos ad consedendum secum, & conregnandum inuitans. Et consedit, post labores, sicut dicitur Deus ab omni opere suo quieuisse in mundi conditione; ita Christus post labores in opere redemptionis susceptos requieuit, & sedit. Vt Esaias vidit Dominum sedentē super solium excelsum, & eleuatum: & Seraphin stabāt super illud. Sedet enim Christus vt Dominus ad dexteram cum summo honore; Cherubim stant vt ministri & serui. ¶ Dicitur autem sedes magnitudinis, id est sedis magnę, quæ Luc. 1. dicitur sedes Dauid, & Esa. 9. Soliū Dauid, & Psal. 44. vocatur Thronus. Est q; sedes instructa, in qua sedet non tantùm Sacerdos, sed & iudex dans iura. ¶ Subdit: *Sanctorum minister.* Dubium est, an sit neutrius generis, an masculini, Genitiuus ille, sanctorum: & vtrumq; sensum capere potest. Christus enim vt homo, dum viueret, traditur minister fuisse Circuncisionis, à Paulo, administrans scilicèt verbum, & Sacramē-

Ephes. 2. Quando cōsederit Christus apud Patrem. *Genes. 2.*

Esaiæ 6.

Quid sedes magnitudinis, in qua Christus dicitur cōsedisse. *Luc. 1. Esaiæ. 9. Psalm. 44. Hebr. 1.*

Ad II. Dub. Sanctorū minister cur Christus. I. Ratio. *Rom. 15.*

tum,

tum, & signis confirmans: ita in cœlo positus adhuc ministerio fungitur: Nam ipse dixit: *Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Per eum ergo vt iudicem, & in sede iudiciaria sedentem, sancti Deo sistuntur, & præsentantur. Ipse etiam est, qui administrat sancta in neutro genere, id est visionem, fruitionem, securitatem, & dotes illas quatuor, corporibus glorificatis. Ipse etiã de cœlo nobis prospicit vt minister, facitque vt homo bene preces fundat, quæ à se, & Patre, & Spiritu sancto exaudiuntur. ¶ *Et tabernaculi veri quod fixerit Deus, & non homo.* Hoc tabernaculum, Ecclesia est, siue quæ nunc militat, siue quæ in cœlis triumphat, de quo: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Nam illa coædificatur in habitaculum Dei in Spiritu sancto, vt alibi ait. Vetus enim tabernaculum vmbratile erat, nec omnibus patebat, & corruptibile erat, hoc verò incorruptibile, vt cœlum manibus Dei constructum. ¶ Cæterùm Deus, & non homo fixit: quoniam fundamentum eius est Christus, & præcipui in Christo electi, qui perire non possunt. Veri verò cum ait, non opponitur falso, & à Deo non inuento, sed vmbratili, & typico. Vnde Ioann. 1. Gratia, & veritas opponũtur Legi Moysis.

Græci tamen communi consensu per tabernaculum intelligũt cœlum, quod est opus manuum, & digitorum Dei. Alij verò pro Christi carne, siue corpore accipiunt, quæ templum Dei fuit Ioann. 2. & nos viuificat: imò mors eius vita nostra est, quod arcanam vim spiritus dicit. ¶ Opificium huius tabernaculi ex Deo fuit: quia de Spiritu sancto conceptus est, vt denotetur stabilis, & perpetuus status huius tabernaculi: contrà quæ hominum manibus extruuntur, caduca sunt. Et vt Iudæi duplex habuerunt tabernaculum, vnum mobile in deserto, aliud fixum in terra promissa: primum designat Ecclesiam militãtem: cuius sanctitas mobilis est, & amitti potest: alterum verò, symbolum triũphantis Ecclesię, cuius ciues permanentem habent sanctitatem, & immutabilem. ¶ Sed vt verum dicam, hic sensus vix potest consistere, vt pro carne Christi accipiatur: quia statim facit carnem sacrificium, quod Christus offert.

Omnis enim Pontifex, ad offerendum munera, & hostias constituitur. Probat non posse stare Sacerdotium Christi cum illo Leuitico: quia Sacerdotes sunt ad offerendũ munera, & sacrificia, Christus autem nullam habet hostiam, quales sunt in lege vsitatæ: non igitur terrenum, aut carnale est Sacerdotium, sed præstantioris generis. Et sicut iudidicis munus sine legibus & iudicijs nõ cõstat; ita in Christo cum Sacerdotis titulo sacrificandi officium coniungi debet, & exercitium, siue actus, cum facultate: Atqui non habet terrenum, & visibile Saceadotium; ergo terrenus Sacerdos esse nequit.

Vel sanè ita procedit Apostolus: Si esset super terram, id scilicet quod offerendum est, & esset quid terrenum, certè ipse Sacerdos non esset, quia adessent alij Sacerdotes, qui easdem hostias offerrent quæ sunt super terram, idque secundùm legem: Christus autem non erat vnus ex eis, cùm non esset ex ea tribu. Et quid opus esset nouum à Deo constitui Sacerdotem ad ea munera offerenda quæ super terram sunt?

Potest etiam sic explicari de Christo propositum verbum: si Christus ipse super terram esset, Sacerdos non esset, cui nulla suppeteret vera hostia, cum præter mortem eius nulla esset digna. Non esset etiam Sacerdos secundùm ordinem Melchisedec, quia non plus offerret quàm alij, qui panẽ & vinum in lege sacrificabant. Denique Leuiticus Sacerdos: non esset, quia Dñs: nulla ergo ratione esset Sacerdos; essent enim & alij super terrã, qui secundùm legem offerent.

Et probat subtiliter, Christum non fore Sacerdotem, ex tacita quadam propositione, nempe: Non cessat fi-

Lucæ 12.

II. Ratio.

Cuius etiam tabernaculi veri Christus sit minister.

Psalm. 14.
Ephes. 2.
Quale tabernaculũ vet⁹.

Deus illud tabernaculum, & nõ homo, cur fixerit.

Ioan. 1.

Quid Græcis tabernaculũ

Psalm. 8.
Idem à Deo cur fixum, eisdem.
Ioan. 2.
Infra. 6.

Cuiusmodi sint hominũ tabernacula.

Vt olim Synagogæ, ita nunc Ecclesiæ sunt duo tabernacula.

Illa Græcorũ interpretatio cur minus idonea. Quorsum illud: Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur.

Alter sensus.

Tertius.

Psalm. 109.

Vetus lex, & Sacerdotiũ essent quandiu duratura: idé illud noui Testamenti Sacerdotium adũbrasse.

gura

gura, donec veritas ipsa veniat; cui si adiungas, Sacerdotium illud carnale Sacerdotij cœlestis figuram extitisse, & cuius Sacerdos in cœlis inueniretur, consequens esset, Leuiticũ illud non potuisse cessare, quandiu rei ipsius veritas non venisset. Fuisse autem figuram Leuiticum Sacerdotiũ cœlestis, & Euangelici, probat ex testimonia Legis: *Cum essent*, inquit, *qui offerrẽt secundùm legem munera, Qui exẽplari, & vmbræ deseruiunt cœlestium, sicut responsum est Moysi, cum cõsummaret tabernaculum. Vide*, inquit, *omnia facito secundùm exemplar quod tibi monstratũ est in monte.* Exẽplaria, vocat vmbrã, vt idem vtrâque voce declaretur, hoc est, à veris & cœlestibus rebus accepta quæ erant futura. Ita munera, & oblationes quæ sunt noui Sacerdotij, non debebant esse terrenæ, sed cœlestes, in quibus delectatur Deus, & placatur. Vnde & Eucharastia nõ est terrenus panis aliquis, sed cœlestis, & viuens: & oblationes, sunt corda nostra quæ vouemus, & offerimus Deo, orationes, & gratiarum actiones.

Exod. 25. Act. 7.

Quid exemplar Apostolo.

Oblationes noui Sacerdotij quales, & Eucharisticus panis.

Illud perpende, impropriè vocari ab Apostolo ab exemplo deducta exẽplaria, cùm paulò post proprio accipiat, cùm ait: *Omnia facito secundũ exẽplar.* Vel vocat figuras veteris Testamenti, exẽplar: & vmbrã: nam & exẽplar sunt, & exẽplũ. Exẽplum quidẽ respectu præcedentis veritatis, quam ostendit Dominus Moysi in monte, vt ad eius imitationem construeret tabernaculum; exemplar verò dicuntur respectu veritatis sequentis, scilicèt Ecclesiæ præsentis, quæ ad eius similitudinem facta est, & quàm præfigurabat. Ideo Apocaly. 21. Ecclesia militans dicitur de cœlo descendere.

Figura, & vmbrę veteris Testamenti quomodo simul sint & exemplar, & exemplum.

Apoc. 21.

Verbum, *deseruiũt*, significat latrię seruitutem, siue religionis, cum Græca habeant λατρεύουσι. Et quod ait: Sicut responsum est Moysi; non intelligas, quòd ipsi interroganti datum sit tale responsum, nec id significat vox Græca: sed sensus est, Quia reuelatum est ei à Deo, & prædictum, iuxta illud Matthæi: *Et responso accepto in somnis*, id est oraculo accepto. Et ita hìc aliqui vertunt: *Quemadmodum oraculo accepit Moysis.*

Deseruire hoc loco quid: & quid Respondere: sicut, inquit, respõsum est Moysi.

Matth. 21.

Vide, inquit, *omnia facito secundùm exemplar quod tibi ostensum est in monte.* Faciliùs docetur aspectus, quàm auditus, ait Oecumenius. Et præterea dixit, Vide, siue, inspice, & facito secũdum exemplar, id est cœlestia, & diuina ostensa tibi in monte. Et ita propriè, & ad literam hic locus Exodi à Paulo citatur, quia verba continet Dei ad Moysen dicta pro constructione tabernaculi: mysticè autẽ, quatenus illa nostra præfigurant. ¶ Perpẽde, Platonem in Timęo docuisse, Deũ naturam & artem intuẽdo exemplar operari. Sed intellige, Deum non habere exẽplar distinctũ à se ipso: Natura verò intueri exemplar dicitur, quatenus dirigitur ab intelligentia non errante. De arte nullum est dubium, & præsenti textu confirmatur.

Ad III. dub. Illud: Vide, omnia facito secundũ exẽplar, &c. quã apte allatum sit ab Apostolo. *Oecum. c. 10 sub finem.*

An Deus, cũ operatur, secundũ Platonem, exẽplar inspiciat, nec ne.

Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitũ est. Hoc est: Nunc quoniam non est in terra, sed in cœlo, præstantius sortitus est ministerium; id est, ad excellentius ministerium est Pontifex, quanto præstantioris testamenti est mediator Iesus.

Christus in cœlo quod præstantius sortitus sit ministerium.

Dicet quis, Quomodo melioribus repromissionibus sancitum est nouũ, cum eadẽ æternæ vitę perindè atq; nobis in Nouo Testamẽto sit proposita spes, sicut etiã gratiæ promissio apud illos fuit? Respondeo: Cõparatio Pauli ad formam potius spectat, quàm ad materiam. Etsi enim Deus eandem illis promiserit salutem, quam hodie nobis, non tamen eâdem, aut æquali reuelationis mensura, neque æterna illis ex vi legis promittebantur. ¶ Et vocando vetus tabernaculum, vmbram, admonet, in veteri tabernaculo non penitus lumen defuisse, sed tenue respectu splẽdoris Euãgelij fuisse. ¶ *Nam si illud prius culpa vacasset, non vtique secũdi locus inquireretur. Vituperans enim eos, dicit, &c.* Extenuat, & imminuit vetus testamẽtũ præ nouo: quia illud primũ reprehensibile erat, & culpa non vacabat.

Si & vet⁹ Testamentũ eãdem &spem, & vitæ æternæ habuit repromissionẽ: cur id nunc Nouo tribuit Testamento.

Vetus tabernaculũ Apostolus cur vmbrã appellauerit.

Nec obstat Paulus, cum ait: *Lex quidē sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.* Respondeo: Dicitur nō cul pa vacare, quia tanquam imperfectū, & infirmis atque carnalibus Iudæis nonnulla permittebat, vt vsuras, plures vxores, diuortium, inimicorum odium, & similia. Hoc autem probat Apostolus nō ratiocinatione, vt priº, sed testimonio Ieremiæ.

Rom. 7.

Olim quæ licita Iudæis, Christianis illicita.

Matth. 5.

Sed dubium est: quia eo testimonio reprehendere Iudæos videtur, nō autem Vetus Testamentum; non ergo rectè inducit hunc locum Apostolus. Caietanus vt hunc scopulum euitet, legit in Dandi casu, eis, non autem, eos: vt sit sensus, Vituperans eis dicit: Ecce dies venient, &c. Et litera Græca huic meditationi fauere videtur. ¶ Verùm lectio nostra constans est, & sensum suum bonum habet. Nam ex vituperatione Iudæorum tacitè reprehendit veterem legem: etsi enim vetus multa bona doceret; tamen quia gratiam iustificandi, aut bene operandi non præstabat; idcircò ex delictis quæ legem consequebantur, legis imperfectio redarguitur, quæ non poterat mundare, aut sanare. Quòd autem multi iusti essent, & sancti in lege, nemo admiretur: quia à lege illi tales non erant, sed à gratia Dei, & ad Nouum spectabant Testamentum, vt Augustinus docet lib. de Spiritu & litera, & B. Thomas in sua summa. At lex noua & sanat, & vitam gratiæ confert in præsenti, & æternam in futuro.

Ad quintum dubium.

Ierem. 31.

Prima solut. Caietani.

Altera.

Iusti, & sancti viri in lege veteri qui fuerunt, vnde iustitiam, & sanctitatem sint mutuati.

B. Augusti. c. 26. sub fin. tom. 3. circa finem.

D. Thom. 1 2. q. 107. artic. 1. ad 2. & ibid. Epistol. 106. artic. 1. ad 2. & 2. 2. q. 108. 1. tertium.

Ecce dies venient, dicit Dominus: & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda Testamentum Nouum: Non secundùm testamentum quod feci patribus eorum, &c. Videtur Apostolus à toto ad partem argumentū conflare: quia Propheta loquitur de toto testamento, quod transgressi sunt Iudæi, Paulus autem de ceremonijs agit, quibus lex quodammodò vestiebatur, & quasi vestibus decorabatur. Nunc ergo, post corporis interitum, quis vestium vsus erit? Peruulgatum est prouerbium: Accessorium naturā principalis sequi solet: ceremoniæ enim appendices erant Veteris Testamenti: at illo sublato, illæ quoque extinctæ esse censentur.

De quo Ieremias testamēto, cap 31. de quoverònūc Paulus videā tur tractare.

Dictum commune.

Expende verbum, Consummabo, pro quo Hieronymus apud Ieremiā vertit, Feriam. Paulus autem certissimos Septuaginta interpretes secutus dixit, *Consummabo*; vt significetur quidem prius fuisse hoc Nouum Testamentum ordinatum & promissum, sed non consummatum: morte enim testatoris fit consummatio, per quam testatoris voluntas, quæ ambulatoria vocari solet, firma, & immobilis redditur. Quod rectè est per Anselmum annotatum: *Ecce*, inquit, *id est in manifesto est. Dies veniūt, id est, paulatim propinquat tempus gratiæ, in quo fideles illustrabuntur multiplici claritate. Dies veniunt, id est luminosum tempus gratiæ, & in diebus illis ego consummabo, id est Consummans ac perfectum faciens dabo Testamentum Nouum. Ita enim consummatum, & perfectū erit in omnibus præceptis & institutionibus suis, vt nihil reprehensionis habeat, & omnem iustitiæ perfectionem contineat.* Hæc ille. *Super domum Israel, & super domum Iuda.* Hæ ambæ domus populum illum repræsentabant, cui tradita sunt eloquia à Deo, & Noui Testamenti primitias à Deo acceperunt, & significant omnes tàm ex Iudæis, quàm ex Gētibus credituros. Et ne tale aliquod Testamentum Nouum dandum putarent, quòd suo etiam tempore cessaret, & aboleretur; subdit, *Non secundum testamentum, quod feci patribus eorum.* Cum vocat Apostolus, nouum; attentionem captat, quia omnia noua placent.

Hieronym. tomo 5.

Cur Paulus nō iuxta Hebræum, Feriā, dixerit, sed iuxta Septuaginta, Consummabo Testamētum Nouum, &c.

Gal. 3.

Hebr. 9.

B. Ansel. tomo 2.

Propriū Noui Testamēti.

Domus Israel, & domº Iuda quid mysticè.

Rom. 3.

Cur nouum Paulus testamentum appellet.

Sed quomodo dixit Salomon: *Nihil sub Sole nouum?* Sed ibi est sermo de operibus naturæ: omnia enim naturæ opera continebātur in primis causis, vt in semine, & Nouum Testamētum quantum ad præcipua eius capita, nēpè Fidem, Spem, & Charitatem, & Spiritum Christi, iam erant: quod attinet ad alias eius partes, iam in figuris & typis delineatum erat. ¶ Dicitur verò Nouum Testamentum respectu Veteris. Vetus enim hominem in vetustate peccati positum, nouū red-

Si nihil sub Sole nouū, vt nouum dicitur testamentum.

Ecclesiastes 1.

Prima ratio, huius nouitatis.

dere non valebat: at nouum, omne peccatum, & veterem hominẽ exuit, & nouum induit in Baptismo per Fidem. Vetus quoque terrena promittebat, ac temporalia; nouum verò æterna promittit, & spiritualia præcipit, & Spiritum ad præcepta prestanda largitur: & ita habes quid sit Vetus & Nouum Testamentum.

Altera.

Addit: *In die qua apprehendi manum eorum.* Indicat illum diem transitus agni paschalis, quando Veteris Testamenti fuit exordium. Et more hominum loquitur sermo diuinus: nam viri robusti apprehendere solẽt manus paruulorum, aut vxorũ periculo imminenti, vt eos sustentent, ne gressibus labantur. Non secus fecisse Deus videtur cũ illo populo paruulo, quẽ de fornace ferrea Aegypti, & iugo seruitutis extraxit, & magnis beneuolentiæ suæ symbolis tùm per mare, tùm etiam per deserti vastitatem deduxit: addens columnam nubis, & ignis, & dans illis legem in monte Sina, & de cibo mannæ, & aqua educta de petra, & coturnicibus prospiciens, donec domitis omnibus aduersarijs, & expulsis Chananæis, in Terram promissam introduxit.

Ezech. 36.

Quo die apprehenderit Dominus manum Iudæorum, vt ait Propheta, & quid apprehendere.

Exo. 12.

Deut. 4.
Exo. 20.

Exo. 14.
Supra 13.

Num. 20.

Cur debuerit nouũ induci testamẽtum.

Quoniam ipsi, inquit, *non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.* Hæc est ratio, cur necessarium fuerit inducere Nouum Testamentum, & per gratiæ perfectionem consummare: *Quia non permanserunt*, inquit, *in testamento meo*; & ideò illud culpa non vacabat. Vnde subsecuta est iusta Dei indignatio: quia *Ego*, inquit, *neglexi eos*. Et significat: Quia non poterant in eo testamẽto proficere, eos deserui, & misi vt adulteræ libellum repudij. Ieremias iuxta Hebræum legit: *Ego dominatus sum eorum*; sed Apostolus secutus est Septuaginta: & dixit, *Neglexi eos*: qđ verbum eandem sententiam cõtinet. Dominus enim qui nobiscum pacisci tur in eo quod pacisci tur, quodammodo seipsum nobis adæquat. Quòd si nos irritum faciamus, ipse táquam victor dominationem in nos habet, & consequenter negligit, & spernit, quasi potestatem accipiens cõtra nos fœdifragos cõstitutus. ¶ Sed dubium emergit, an hæc ratio sit efficax: nam nec Christiani in testamento Euangelico permanent, quod miris modis peruertunt, ac præuaricantur. Respõdemus, hoc pactum factum esse cum Christo vt homo est, qui nũquam discesserit à fœdere Dei, cũ B. etiam Virgine, & Ioanne Baptista, & cum alijs electis, maximè Apostolis, quos gratia sua confirmauit. Imò rogauit Dominus pro Petro, & pro Ecclesia, ne portæ inferi aduersus eam præualerent: nã omnes isti, & exercitus Martyrum, & Virginum gratia Dei in lege perstiterunt, & Euangelium in finem vsque seruarunt: omnia etiam atrocissima tormenta ferendo, antequam fidem Dei abiurarent. ¶ Quòd si aliqui olim à lege non recesserunt, vt Abraham, Isaac, & Iacob, Moses, Dauid, & Prophetæ, & alij iusti; illi tamen cum Sanctis Noui Testamenti sunt annumerandi.

Si Iudæi propter inobedientiam suã Vetus Testamentum amiserunt: quid ni etiã Christiani ob eãdem caussam Nouum Testamentum amittant?

Luc. 2.
Matth. 16.

Quid de Patriarchis, & Prophetis, & iustis antiqui Testamẽti in lege Dei permanentibus sentiendum.

Nouum Testamẽtum in tribus consistit potissimum.

Subdit: *Dabo leges meas in mẽtes eorum, & in corde eorum superscribã eas: & ero eis in Deum.* Tria sunt præcipua noui fœderis capita: primum, gratuita peccatorum remissio: secundum, interior cordium reformatio: tertiũ, mentiũ illuminatio in Dei cognitione: quæ tria explicat Apostolus, vt cõstet quantum distet nouum à fœdere veteri. Illud enim foris erat scriptũ in tabulis lapideis, hoc intus in corde & mente superscriptum, vt amore, & non timore Dei mandata impleantur. Digito enim lex inscribitur in quolibet iustificato: quod infideles hæretici intelligere nolẽtes, nec virtutem digiti Dei considerantes, negãt à nobis seruari posse legem. Præterea Euangelium priùs fuit in mente scriptum, ac radicatum per Spiritum: tardiùs autem post duodecim annos cœpit scribere Matthæus Euangeliũ.

Exo. 31.
2. Cor. 3.

Contra Lutheranos, asserentes legem Dei à nobis non posse seruari.

Et ait: *Ero illis in Deum.* Circa quod perpende, Deum adiunctum cum aliquot hominib⁹, vt cum dicitur Deus Abraham, Deus Isaac, & Iacob, Deus Danielis, Deus Heliæ, non tantùm significari eorum creatorem, & cõdi-

Exo. 3.
Dan. 6.
4. Reg. 2.

torem,

torem, sed specialē etiam protectorem, & prospectorē. Ita dicitur Deus eorum qui credunt, & quos signauit Deus arrhabone Spiritus sancti. Sic etiam peculiariter dicitur Deus Christianorum, qui illum colunt, & agnoscūt, vt eos in æternam salutem prouehat, non obstantibus tot Satanæ organis aduersantibus, tot etiam creaturarum, quæ homini fideli, & infirmo insidiantur, remoris. Et concludit: *Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suū, dicens, Cognosce Dñm*, &c. Attēde diligenter, Prophetam primò & secūdò Apostolum nō dicere, Omnes scient omnia, & non erit opus ab alijs discere, vel Scripturis vacare, vel, vlterius Doctores, & prædicatores non erunt; sed tantùm ait: Omnes cognoscent, per fidem scilicet, quā ipse tribuit, & quæ à præceptore, vel prædicatore non potest infundi, cùm sit Dei donum. Non ergo promittit aliquid, quod sit in facultate nostra positum, sed quod solus Deus præstat. Et significat, humanas mentes cæcas esse Dei cognitione, & rectā eius intelligentia vacuas, donec Spiritu Dei sint illustratæ. Ait etiam: *Omnes cognoscent me*, nō tantùm Iudæi in vno angulo terræ, id est Palæstinæ; sed, omnes Gentes in vniuersa terra. Rursus ait: A minore vsque ad maiorem; vt intelligas, rudes & plebeios non excludi à Dei sapientia; neque magnos, aut nobiles sua perspicacia, aut humanis argumentis ad eam peruenire: nam humana ratio tam altè cōscendere non potest.

Neque Propheta his verbis externum prædicationis ministerium prohibet, cùm pastoribus, & Doctoribus opus sit teste Apostolo ad Ephes. 4. & ad Timotheum: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse*: quæ omnia initio Euangelij impleta sunt, quia effusus est Spiritus sanctus super omnem carnem, qui doceret omnes, & aperiret sensum, vt intelligerent Scripturas. Hinc Oecumenius egregiè ait: *Neque enim literis sancitum Nouum Testamentum accepimus, sed per Spiritum sanctum. Et hoc manifestat Christus dicens Apostolis: Ille, nempè Paracletus, cùm venerit, suggeret vobis, & docebit vos omnia. Vides nouum non dari in literis, sed per Spiritum sanctum? Considera igitur quanta sit præstantia Noui Testamenti.* Sic ille. ¶ Non ignoro, plerosque Patres, vt Augustinū, Haymonem, & Caietanum, hæc referre ad tempora post resurrectionem in patria. Sed illud sanè nouum non erat, nec erit: & ibi non solùm Deus, sed & omnia cognoscentur, nec vllus erit ibi qui doceat, aut qui addiscat: nec erit vlla remissio peccatorum. Ideò melius referimus ad primum Christi aduentum, in quo Deus detectus est credētibus per Spiritum Christi. Et similia docet per discipulum Dilectum: Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos; sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, necessarijs scilicet ad salutem. Et iterū Dominus; *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis*: item Esaias: *Dabo vniuersos filios tuos doctos à Domino.* Et iterum; *Repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientis.*

Perspice autem rationem, quorsum omnes sint Deum agnituri: *Quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor.* Nihil enim est aliud, quod longè abesse à nobis Deum faciat, quàm nostra ipsa peccata, de quibus Esaias: *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.* Deus etiam non vult cuiquam remittere peccata, nisi prius per fidem cognitus, & exoratus à peccatore. ¶ *Dicendo autem nouum; veterauit prius. Quòd autem antiquatur, & senescit, prope interitum est.* Verba hæc sunt Apostoli ponderantis testimonium Ieremiæ. Quia ergo promittitur nouum, necesse est vt vetus quod ei opponitur, veteraſcat. Sicut in lege dictum est in mysterio de fructuum abundātia: Vetera nouis superuenientibus proijcietis. Quod autem antiquatur, ac senescit, ad interitum tendit: nec enim

Ephes. 1.

Illud Prophetæ: Et non docebit vnusquisque proximum suū, &c. dicens, Cognosce Dominum, quomodo accipiendum. *Ephes. 2. 2. Thess. 3.*

Homines quādiu sint Dei cognitione cæci.

Quid etiā illud: Omnes cognoscent me, à maiore vsque ad minorem.

Falsus horū verborū intellectus excluditur. *1. Tim. 3.*

Ioel 2. Act. 2. Luc. 24. Oecume. c. 11. sub initium.

Ioan. 14.

B. August. lib. de Spir. & lit. cap. 22. Haymo Episcopus. Caietan. 1. Ioan. 2.

Spiritus sancti vnctio vt doceat nos de omnibus.

Ioan. 14.

Esa. 54. Supra 11.

Quare Deū cognoscent omnes, teste Propheta.

Esa. 59.

Cui Deus, & quatenus peccata condonet.

Legis antiquationē, & senectutem vbi Moyses insinuauerit

Leuit. 26.

vetus diceret, nisi antiquandum esse sciret. Docet autem Philosophus lib. De iuuent. & senect. Senectutem viã esse ad interitum, & corruptionem. *Aristot.*

Nec eget hæc propositio alia maiori probatione, quàm ipsa experientia, quæ vera esse detegitur in omnibus, quæ vitæ & mortis sunt capacia. Conditio senectutis.

DISPVTATIO XVIII.

In illa verba, cap. 9. *Habuit quidem & prius, iustificationes culturæ, & sanctum seculare. Tabernaculum enim factum est primum,* &c. vsq; in fin. cap.

Quæstio prima.

IN Hoc capite primũ venit cõstituendus scopus quem autor spectat. Deinde dubium est, quomodò autor huius Epistolæ dicat id quod in nullo Scripturæ loco inuenitur, nempè aureum thuribulum in Sancto Sanctorũ fuisse: nec etiam legitur, vrnam, quæ habebat manna, & virgam illá Aarõ, in arca fœderis fuisse asseruatam: imò oppositum habetur, 3. Reg. 8. in arca nõ esse aliud repertũ, quàm tabulas testamenti. Quomodo etiam ait, in tabernaculo fuisse candelabra in plurali, cũ vnũ tantùm fuisset candelabrũ? Tertium dubium est, qđ sit velamẽtũ secundũ, cũ constet, vnum tẽpli fuisse velũ tantùm Exo. 26. & Euangelium asserat velum tẽpli scissum fuisse, nõ declarans quale esset, an primum, an secundũ, quia tantùm vnum erat. Nã si duplex extitisset, debuit explicare an esset interius coram sanctuario, an exterius ante Sanctũ. Quartũ, quænã est illa parabola temporis instãtis, & quid mysterij cõtineatur sub illis ceremonijs. Quintũ, quomodo dicitur Christus, Pontifex futurorũ bonorũ; & qđ sit illius amplius, & perfectius tabernaculum, per qđ introiuit in sancta; quid etiam denotet illa vox, Sanctum. Sextum, quæ erat illa ceremonia, qua per cinerem vitulæ aspersum sanctificabatur populus. Septimum, quæ erant illæ præuaricationes quæ erant sub Veteri Testamẽto. Octauũ, an Paulus abusus sit voce testamenti, siue διαθήκης, vt cõfidenter ausi sunt dicere Erasmus, & Caietanus. Nonum, cur dicatur de secundo Christi aduẽtu, sine peccato apparebit: videtur enim insinuare, q̃ prius cũ peccato apparuerit: at id qua ratione asseri potuit, cũ scriptum sit: *Qui peccatum nõ fecit, nec dolus inuentus est in ore eius?*

Secunda.

3 Reg. 8.

Tertia.

Exo. 26. Matth. 27.

Quarta.

Quinta.

Sexta. *Num. 19.*

Septima.

Octaua.

Nona.

1. Pet. 2. Esa. 53.

Prima quæstionis sol. Quid doceat in hoc capite Paulus.

Ad primũ respõdendo dicimus, Apostolum hactenus in genere locutũ de abrogatione veteris Sacerdotij, ac testamenti: hoc loco idem peculiari ratione de ritibus, & ceremonijs tabernaculi præcipuè agit, & nihil tũc in vsu fuisse ostendit, cui finẽ Christi aduẽtus nõ imposuerit. Incipit ergo: *Habuit quidẽ & prius iustificationes cultura, & sanctum seculare.* In codice Græco legimus Πρώτη, & ab aliquo indocto additũ fuisse videtur σκηνὴ, vt referatur ad tabernaculũ; nõ intelligẽte, adiectiuũ illud prius, vel primũ, referri debere ad nomẽ superius διαθήκη, vt docent Chrysost. Theodorit. ac Theophyl. Adde Photiũ in Oecumenio: *Quod ait: Habebat quidem prius iustificationes cultus, non de tabernaculo dictum esse arbitror, sed de ipso Veteri Testamento. Neq; enim tabernaculũ conferebat cũ Nouo Testamento, sed totum Vetus Testamentũ cũ Nouo, & supra totũ illud ostendebat huius excellentiam.* Et infrà: *Quoniam enim depresserat ipsum, cõparatione ad Nouum: ne quis diceret, quod nõ semper abiectum fuerit; præuẽnit dicens, q̃ habebat etiã illud iustificationes cultus, leges, & ordinẽ, ac ea quæ decentẽ Dei cultum cõsequuntur. Vbi autẽ in genere dixit, quòd habebat iustificatio-*

Lectio illa: Habuit quidem & prius tabernaculũ (pro, testamẽtum) improbatur.

B. Chrysost. homil. 15. sub init. Theodor. p. 2. Theophyl. Photius apud Oecum. cap. 11.

nes

nes cultus, recẽſet etiã particulatim, incipiens à tabernaculo. Habebat, inquit, ſanctũ mundanũ, & qđ patebat omnibus; habebat rurſum aliud tabernaculũ, præordinatũ ad ſecretius adhuc, & ſanctius tabernaculum. Hactenus Photius.

Et ait, Habuit, ſiue Habebat, vt Græca vox ſignificat: quia iam nouo ſubintrante, illud interierat. Deinde addit: *Iuſtificationes culturæ, & ſanctũ ſeculare.* Primũ nomẽ cũ ſequẽti eſt cõiungendum: iuſtificationes cultus, ſiue culturæ, id eſt ritus quoſdã iuſtitiæ ſpeciẽ præſeferentes, & ſtatuta ad colendũ Deum. Cultus enim, vel culturæ, Genitiui caſus eſt, nõ Accuſandi: & ſunt duo membra, nõ tria, hoc eſt δικαιώματα λατρείας τὸ ἅγιον κοσμικόν. Vbi eñ in genere dixiſſet, ꝙ habebat iuſtificationes cultus: recenſet etiam particulatim, incipiẽs à tabernaculo: Habebat, inquit, ſanctũ mũdanũ, vel ſãctũ ſeculare, hoc eſt atriũ exterius, qđ omnibus patebat: & habebat rurſus aliud tabernaculũ præordinatum ad aliud ſecretius, & ſanctius tabernaculum. Et vocat ſanctum mũdanũ, templi, vel tabernaculi primam partẽ, in qua erat altare holocauſtorum, vt probatur ex 1. Reg. 3. & Samuel dormiebat in tẽplo Dñi, in quo erat arca Dei, & Matth. 21. Intrauit Ieſus in tẽplum Dei, id eſt in primam partẽ acceſsibilem etiã laicis. In ſecũda parte tabernaculi erat lucerna, & ꝓpoſitio panũ in menſa: & hoc nõ dicitur ſanctum mũdanum: in tertia verò, quod erat Sanctum Sanctorum vocatum, erat thuribulum aureum, & arca teſtamenti, in qua vrna mannæ, virga Aaron, & duæ tabulæ teſtamenti.

Sed hìc duo dubia ſoluenda occurrunt. Primũ, quid eſt hoc thuribulum aureum, quod Græcè θυμιατήριον, id eſt altare thymiamatis vocatur, & in quo loco poſitum erat: nã 3. Reg. 8. in arca nõ erant niſi tabulæ Teſtameti. Deinde quid eſt quod ait: Poſt velamentũ ſecũdũ: nã innuere videtur, plura extitiſſe vela. Ad hoc ſecundũ prius reſpõdendum eſt: indubitatũ eſſe, duo extitiſſe vela, alterũ ante Sanctũ Sanctorũ, diſtinguẽs illud ab atrio, & illud colligitur ex 26. c. Exodi prope finẽ, vbi prius agit de velo priori ante Sãctũ Sanctorũ, deinde de poſteriori, qđ tẽtoriũ vocat noſter interpres, & Chaldæus paraphraſtes nominat velũ, Septuaginta verò καταπέτασμα, qđ ab interprete hìc vertitur tẽtoriũ, Num. verò 4. interpretatur velũ: & Iulius Pollux in ſuo Onomaſticovſurpat, cũ loquitur de foribꝰ. Et materia vtriuſq; veli vna & eadem erat, nempè ex hyacintho, purpura cocco bis tincta, & byſſo retorta. Et prius appendebatur ſuper quatuor columnas de ligno ſetim deaurato: & iubentur in illis ad ornamentũ effingi Cherubim, vt habẽt litera Hebræa, & Græca, etſi Latinè ꝓ Cherubinis habeamus, pulchra varietate cõtextũ. Poſterius verò velũ erat appenſum ſuper quinq; columnas eiuſdẽ operis, quò anulis poſſet hinc aut illinc trahi. Secũdo loco Paulus apertè docet, ſecũdum velum fuiſſe ante tabernaculũ, id eſt Sãcta Sãctorum. Vbi aduerte, nõ poſſe vocẽ, ſecundũ in Græca litera cũ tabernaculo, ꝙ Græcè eſt σκηνὴ fœminini generis, vt quidã volunt, cõiungi, ſed cum velo, quod neutrius eſt generis, & dicitur καταπέτασμα: quare ἀντίτυρον neceſſariò cũ velo cõnectendũ eſt. Tertiò, ex Euãgelio hoc duplex velũ colligi poteſt, ſi, qđ ait Lucas (*Erat autẽ hora ferè ſexta, & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam Terrã vſq; in horã nonã: & obſcuratus eſt Sol, & velũ tẽpli ſciſſũ eſt mediũ*) nõ dixit per anticipationẽ. Nã ita, qđ Matthæus & Marcus poſt horã nonã dixerunt, & emiſſum ſpiritũ: *Et ecce velũ tẽpli ſciſſũ eſt in duas partes à ſummo vſq; deorſum*, nõ pugnabit cũ illo Lucæ: vt ita Lucas loquatur de primo velo hora ſexta ſciſſo, & alij Euangeliſtæ Matthæus & Marcus de ſecũdo velo: quæ ſententia Gloſſæ fuit. Nam ſcindi mediũ, diſtinctum eſſe videtur ab eo quod eſt ſcindi in duas partes à ſummo vſq; deorſum. Poſſet & alia ratione colligi vtrũq; velũ ſciſſum, ſi dicamus more Scripturę nõ inuſitato poni ſingulare pro plurali. Quintò, Origenes in Matth. tract. 35. & Hieronymus ad Hedibiã. q. 8. & hìc Oecumen.

Quid iuſtificationes culturæ.

Sanctum ſeculare, quid.

Cur ſta dicerẽtur.

1. Reg. 8.

Tertię quæſtionis ſolutio.

De velamento ſecundo, cuius ſolus meminit Paulus.

Primum argum. pro hac veritate.

Iul. Pollux.

Vtrũque velum ex quibus conſtaret.

Exo. 26.

Prioris velamenti quod nam opus ꝙ dicitur pulchra varietate contextũ.

Secũdum argum.

Tertium.

Luc. 23.

Matth. 27. Mar. 15.

Gloſſa Ordin.

Quartum.

Quintum argum.

Origen. tomo 2.

Hierony. epist.150. tomo 3. circa med.
Oecume. c. 11. post medium.
Aristeas. Lib. 10. in Euangel. c. 47.

apertè tradũt duo fuisse tẽpli vela, & quale fuerit illud, cuius mentionẽ fecerũt Euãgelistæ disputãt, & Aristeas lib. de 72. interpretibus narrat se vidisse velũ exterius, quod iocũdissimũ prospectũ ob elegãtes figuras ibi repræsentatas exhibebat. Cæterùm, an primũ, an secundum, an vtrumq; velum extiterit illud tempore Passionis scissum, alibi latiùs disserui.

2. Solut. quæstionis. De aureo thuribulo, ḋ quo meminit tantùm Apostolus.

Altera quæstio fuit, vbi esset altare Thymiamatis, qd̃ hìc aureũ thuribulũ vocatur, teste August. Ad qd̃ respõ deo, Magistrũ histor. lib. 10. Euangel. historiæ referre, Salomonẽ ampliãdo cultũ Dei, fecisse vnũ altare thymiamatis, & posuisse in sancto: & qd̃ positũ erat in sancto, trãstulisse in Sãctum Sãctorũ. Sed hoc an sit credibile, alijs iudicandũ relinquo. Certè mihi ꝓbabile nõ est, tantũ sibi tribuisse Salomonẽ, vt auderet aliquid innouare ex his, quæ Deus per Mosem præcepit. Respõdeo etiam, fuisse quosdam qui assererent, post tẽpli instaurationem per Esdrã factã nõ amplius altare thymiamatis in Sãcto fuisse, sed in Sãcto Sãctorũ, vt videtur hìc Apostolus ꝓbare. Sed ꝓfectò hæc sentẽtia à nullo solido autore traditur, & vix potest cõsistere. Nam cũ quotidie deberent Sacerdotes in alteri thymiamatis incẽsum adolere, & quidẽ bis, mane, & vespere, vt Exod. 30. illis præcipitur, cõsequẽs esset, minores Sacerdotes in Sancta Sanctorũ ingredi: qd̃ tamẽ pugnat cũ ijs, quæ Moyses Leuit. 16. docuit, & Paulus in hoc capite. Deinde thuribulũ illud aureũ, siue pro altari thymiamatis sumatur, vt necessariò apud Paulũ sumendum est (cũ altaris thymiamatis in sancto positi nõ meminerit, sed tãtum candelabri, & mẽsæ, & Propositionis panũ mẽtionem fecerit) siue propriè pro thuribulo, quo thus erat adolendũ in die expiationis à summo Sacerdote, in loco Sãcti Sanctorũ nõ erat: quia si in eo loco positũ asseres, nõ semel, sed ter dicto die expiationis summo Sacerdoti in Sanctũ Sanctorũ ingrediendũ fuisset. Semel quidẽ ad illud assumendum, & ad illud igne, & thure in eo ponendis præparandũ. Deinde cũ solẽniter intrabat nõ sine sanguine. Tertiò cũ illud ad reponendũ in Sancta Sanctorũ rediret: atq; hac ratione bis sine fumo in Sancta Sanctorũ intraret; cũ tamen Deus intranti sine fumo mortem minitaretur Leuit. 16. Adhęc similia etiã receptacula ad ministeriũ altaris thymiamatis in altari holocaustorum in atrio posita asseruabat tãtũ, vt habes Exo. 20. 37. & 38. Quare thuribulum aureũ, cuius mentionẽ facit Paulus, altare revera erat thymiamatis, qd̃ Apostolus vocat θυμιατήριον, à Septuaginta verò Interpretibus in Veteri Testamẽto vocari cõsueuit θυμιάματος θυσιαστήριον. Interdũ enim Paulus enumerare solet vasa quæ erant in tabernaculo, qd̃ sanctum dicitur, & probabile est tãtũ, ac tale vas Apostolum non omisisse.

Altera.

Confutatur duplici ratione. Prima.

Leuit. 16.

Secunda ratio.

Leuit. 16.

Exo. 20. Tertia solutio longe cæteris probabilior.

Refert igitur Paulus oraculũ, siue Sanctũ Sanctorũ arcã intus, & propitiatoriũ cũ Cherubinis, extra velum verò thuribulũ, siue altare thymiamatis habuisse. Quanquã autẽ in Sãcto tria essent vasa, nimirũ thuribulũ aureũ, siue altare thymiamatis, & mẽsa Propositionis, atq; cãdelabrũ: tamen quia duo posteriora nõ ita ad oraculũ pertinebãt, & illorũ alterũ ad Septẽtrionem erat, alterũ verò ad Meridiẽ, altare autẽ thymiamatis in medio collocatũ, & sitũ erat; propterea dicitur ad Sanctũ Sanctorũ spectasse. Hinc est ꝙ Exod. 30. & 40. & Leuit. 16. semper dicitur altare thymiamatis astare ante arcã Dei, vel coram Dño: id quod de mensa, vel de candelabro nõ dicitur. Itaq; possumus interpretari Paulũ in eum sensum, quòd oraculum habuerit thuribulum aureum, non quidem intra velum, sed extra ante arcã Dñi, etiamsi distortum, impropriũq; prima facie videatur.

Quare Apostolus aureũ thuribulum fuisse dixerit in Sancto Sãctorum.

Exo. 30. Infra 40. Leuit. 16.

Ad aliud verò dubiũ, nõ in arca fœderis essent illa tria, virga, & vrna foris pendẽtes à latere, tabulæ verò intus, vt habes 3. Reg. 8. Nã vrna mánæ Exo. 16. & virga Aarõ quæ frõduerat Num. 17. mãdantur asseruari corã testimonio Dñi: Respõdemus, nihil vetare, quo minus dicamus præceptũ vt asseruarentur in arca, cum ipsa esset

Vnde Scripturarũ constet, vrnam manna, & virgam Aaron continẽtem, in arca fœderis fuisse repositam.

3. Reg. 8. Exo. 16. Num. 17.

testi-

Duplex solutio.

testimoniũ. Deinde quis est tã rigidus cẽsor, qui Paulo legẽ præscribat, ne quid enũtiet nõ expressum in Scriptura? Alioqui, cũ dixit, ꝙ Iannes & Mãbres restiterunt Moysi, & qđ infra cap. 12. sub persona Moysi dicitur: *Exterritus sum & tremebũdus*, quæ in textu nõ habẽtur, in errorẽ proculdubio lapsus fuisset. Adhæc etsi dicatur tẽpore Salomonis nõ fuisse ibi nisi tabulas Testamenti, nõ tollit quin posteà fuerint alia in ea reposita: qđ nosse poterat Paulus ex traditione Gamalielis eruditus. Lege Chrysost. homil. 18. & Theophyl. Ad illud de cãdelabris dicendũ, Græcè legi in singulari, ἥτις λυχνία, nisi intepres legerit ἅτε λυχνία. Deinde si nõ est vsus plurali ꝑ singulari; dicendũ vel vnum stipitem cõtinentẽ septẽ partialia candelabra; vel ex traditione nouisse plura, id est septẽ fuisse cãdelabra aurea, & distincta, & septẽ mensas propositionis panũ duodecim. ¶ Sequitur in textu: *Superq; erãt Cherubim gloriæ obumbrantia ꝓpitiatoriũ.* Id est, Super arcã erãt Cherubini glorioſi: quos genere neutro expresit, quia nullius sunt sexus, vt Ecclesia etiã cãtat: *Cœli, cœlorũq; virtutes ac beata Seraphim* (etsi alibi Scriptura in masculino efferat, dum ait: *Seraphim clamabãt alter ad alterũ*) & alis suis expãsis super Propitiatoriũ (ideſt tabulã arcæ superpositã, ex qua Deus oracula reddebat) illũ obũbrabãt, quasi administrãtia Chro: eratq; illa tabula inter Cherubinos quasi gestata ab ipsis, in qua si quis sedisset, pedes sup arcã collocasset. Eratq; sedes Dei sine sedẽte, de qua per Prophetã ad Deũ dicitur: *Qui sedes super Cherubim.* Sic nãq; Moses Deũ quasi infigurabilẽ, & adorãdũ nobis dꝑpinxit, sedẽ eius vacuã super Cherubim statuẽdo. *De quib⁹ nõ est modò dicẽdũ per singula.* Id est: Nõ datur vt de singulis nunc latiùs loquamur, nisi quãtũ satis sit ad rẽ ꝓpositã: quia maxima cõtinẽt mysteria, & multis verbis opus est. ¶ Sequitur: *His verò ita cõpositis, in priori quidẽ tabernaculo semper introibant Sacerdotes.* Ad rẽ rediẽs Apostolus, inter primũ & secundũ tabernaculũ discrimẽ statuit. Nã in primũ semper intrabãt Sacerdotes sacrificiorũ ministeria cõsummantes. Exo. enim 30. præcipitur, vt bis quotidie ingrediatur Sacerdos ad adolẽdũ incẽsum super altare aureũ, qđ erat corã Sãcta Sanctorum, summo diluculo, quãdo adaptabat lucernas: & iterũ vespere, cũ idẽ officiũ præstabat. Et dicit, *Cõsummantes*: quia quotidie mane & vespere incipiebat cultus in altari holocaustorũ, qđ erat sub dio ante Sanctũ: & offerebãt agnũ in holocaustũ. Perficiebatur autẽ cultus mane, & vespere in altari thymiamatis, qđ erat in sancta, & thymiama adoleri solebat. ¶ *In secũdo autem* (scilicet tabernaculo) *semel in anno solus Põtifex nõ sine sanguine quẽ offerret pro sua, & populi ignorãtia.* Quoniã offendebatur Iudæi ceu infantes, ꝙ Chrus vnica victima potuerit peccata mũdi soluere; ostẽdit ꝙ in Veteri quoq; Testamẽto id fuerit in figura præstitũ. Et cũ ait: Nõ sine sanguine; excellẽtiã Christi indicat supra Põtificẽ Iudæorũ: ibi em offerebat pro se Põtifex: at Christus nõ pro se, qui peccatũ nõ fecit. Et ille quidẽ offerebat ꝑ peccatis ex ignorãtia legis admissis; Chri verò victima ea etiã, quæ sciẽtes, & volentes peccauimus, expiantur.

Et addit: *Hoc significante Spiritu sancto, nondũ propalatam esse Sanctorũ viã, adhuc priore tabernaculo habente statũ. Quæ parabola est temporis instãtis.* Expende iam verbum, propalatam: quia Sanctorum via erat quidem præparata; nam Christus dixit: *Ego sum via, & veritas, & vita:* sed nondum manifestata, quia nondum ingressus erat in Sancta Sanctorum, id est in vera sancta, & cœlestia. Adhuc enim velum stabat ante Sanctum Sanctorum, & nondum erat scissum à summo vsque deorsum, vt posteà fuit; & velum adhuc erat ante mentis oculos Iudæorũ in Moysis lectione: nam summus Põtifex semel ingressus in anno, pro se, & populi ignorantijs non sine sanguine offerebat: & quid ibi ageretur, nemo videre poterat, quia adhuc sub velo latebant sancta cœlestia.

Et applicãdo quæ dixit, subdit: *Quæ*

parabola

testimoniũ. Deinde quis est tã rigidus cẽsor, qui Paulo legẽ præscribat, ne quid enũtiet nõ expressum in Scriptura? Alioqui, cũ dixit, ꝙ Iannes & Mãbres restiterunt Moysi, & qđ infra cap. 12. sub persona Moysi dicitur: *Exterritus sum & tremebũdus*, quæ in textu nõ habẽtur, in errorẽ proculdubio lapsus fuisset. Adhæc etsi dicatur tẽpore Salomonis nõ fuisse ibi nisi tabulas Testamenti, nõ tollit quin posteà fuerint alia in ea reposita: qđ nosse poterat Paulus ex traditione Gamalielis eruditus. Lege Chrysost. homil. 18. & Theophyl. Ad illud de cãdelabris dicendũ, Græcè legi in singulari, ἥτις λυχνία, nisi intepres legerit ἅτε λυχνία. Deinde si nõ est vsus plurali ꝑ singulari; dicendũ vel vnum stipitem cõtinentẽ septẽ partialia candelabra; vel ex traditione nouisse plura, id est septẽ fuisse cãdelabra aurea, & distincta, & septẽ mensas propositionis panũ duodecim. ¶ Sequitur in textu: *Superq; erãt Cherubim gloriæ obumbrantia ꝓpitiatoriũ.* Id est, Super arcã erãt Cherubini glorioſi: quos genere neutro expresit, quia nullius sunt sexus, vt Ecclesia etiã cãtat: *Cœli, cœlorũq; virtutes ac beata Seraphim* (etsi alibi Scriptura in masculino efferat, dum ait: *Seraphim clamabãt alter ad alterũ*) & alis suis expãsis super Propitiatoriũ (ideſt tabulã arcæ superpositã, ex qua Deus oracula reddebat) illũ obũbrabãt, quasi administrãtia Chro: eratq; illa tabula inter Cherubinos quasi gestata ab ipsis, in qua si quis sedisset, pedes sup arcã collocasset. Eratq; sedes Dei sine sedẽte, de qua per Prophetã ad Deũ dicitur: *Qui sedes super Cherubim.* Sic nãq; Moses Deũ quasi infigurabilẽ, & adorãdũ nobis dꝑpinxit, sedẽ eius vacuã super Cherubim statuẽdo. *De quib⁹ nõ est modò dicẽdũ per singula.* Id est: Nõ datur vt de singulis nunc latiùs loquamur, nisi quãtũ satis sit ad rẽ ꝓpositã: quia maxima cõtinẽt mysteria, & multis verbis opus est. ¶ Sequitur: *His verò ita cõpositis, in priori quidẽ tabernaculo semper introibant Sacerdotes.* Ad rẽ rediẽs Apostolus, inter primũ & secundũ tabernaculũ discrimẽ statuit. Nã in primũ semper intrabãt Sacerdotes sacrificiorũ ministeria cõsummantes. Exo. enim 30. præcipitur, vt bis quotidie ingrediatur Sacerdos ad adolẽdũ incẽsum super altare aureũ, qđ erat corã Sãcta Sanctorum, summo diluculo, quãdo adaptabat lucernas: & iterũ vespere, cũ idẽ officiũ præstabat. Et dicit, *Cõsummantes*: quia quotidie mane & vespere incipiebat cultus in altari holocaustorũ, qđ erat sub dio ante Sanctũ: & offerebãt agnũ in holocaustũ. Perficiebatur autẽ cultus mane, & vespere in altari thymiamatis, qđ erat in sancta, & thymiama adoleri solebat. ¶ *In secũdo autem* (scilicet tabernaculo) *semel in anno solus Põtifex nõ sine sanguine quẽ offerret pro sua, & populi ignorãtia.* Quoniã offendebatur Iudæi ceu infantes, ꝙ Chrus vnica victima potuerit peccata mũdi soluere; ostẽdit ꝙ in Veteri quoq; Testamẽto id fuerit in figura præstitũ. Et cũ ait: Nõ sine sanguine; excellẽtiã Christi indicat supra Põtificẽ Iudæorũ: ibi em offerebat pro se Põtifex: at Christus nõ pro se, qui peccatũ nõ fecit. Et ille quidẽ offerebat ꝑ peccatis ex ignorãtia legis admissis; Chri verò victima ea etiã, quæ sciẽtes, & volentes peccauimus, expiantur.

Et addit: *Hoc significante Spiritu sancto, nondũ propalatam esse Sanctorũ viã, adhuc priore tabernaculo habente statũ. Quæ parabola est temporis instãtis.* Expende iam verbum, propalatam: quia Sanctorum via erat quidem præparata; nam Christus dixit: *Ego sum via, & veritas, & vita:* sed nondum manifestata, quia nondum ingressus erat in Sancta Sanctorum, id est in vera sancta, & cœlestia. Adhuc enim velum stabat ante Sanctum Sanctorum, & nondum erat scissum à summo vsque deorsum, vt posteà fuit; & velum adhuc erat ante mentis oculos Iudæorũ in Moysis lectione: nam summus Põtifex semel ingressus in anno, pro se, & populi ignorantijs non sine sanguine offerebat: & quid ibi ageretur, nemo videre poterat, quia adhuc sub velo latebant sancta cœlestia.

Et applicãdo quæ dixit, subdit: *Quæ*

parabola

2. Tim. 3.
Heb. 12.

Tertia.

Act. 22.

Si vnum tantùm candelabrum, quemodo plura, secundùm Apostolum?
Exo. 26.
Infra 37.

Cherubim, & Seraphim cur Scriptura per omnẽ genus enuntiet.
Esa. 6.

Quid illud: Qui sedes sup Cherubim.
Psal. 79.

Primum, ac secundum tabernaculum vtdistinguat Apostolus.

Exo. 30.

Illud: Sacrificiorum officia consummãtes, quid significet.

Supra 29.

Infra 30.
Leuit. 16.

In eo quod offerebat nõ sine sanguine, qualem præ Christo defectum indicaret suum.
1. Pet. 2.
Esa. 53.

Propalata cur nondum Sãctorũ via, secundũ Apostolum.
Ioann. 14.

Matth. 27.

2. Cor. 3.

Solut 4. quæstionis.

parabola est tẽporis instãtis. Quæ aperti⁹ vertisset interpres, si dixisset: Quæ similitudo est tẽporis qđ institit. Erãt em̃ ea, quæ in tabernaculo erãt, & gerebantur, typus & delineatio, ad tempus quod tũc instabat, referẽda, cum clausa essent Sãcta Sãctorum, & velo tecta. Et vt velũ claudebat adytũ sancti sanctorũ, ita tẽpus illud typus erat clausi aditus in cœlum. *Iuxta quã similitudinẽ* (siue vt Græcè dicitur, Iuxta quod, scilicet tẽpus) *munera & hostiæ offerũtur, quæ nõ possunt iuxta cõscientiã perfectum facere seruientẽ.* Id est cultũ latriæ exhibẽtem. Nec enim erãt spiritualia, nec fidei spiritũ cõtinebant, sed corporalia erant, & corpus tantũ purificabant, nõ autẽ animũ, aut conscientiam. Et declarans ad quid essent vtilia, subiungit: *Solũmodo* (siue duntaxat) *in cibis, & in potibus, & in varijs baptismatibus, & iustitijs carnis; vsq; ad tẽpus correctionis impositis.* Hoc est: Iustificabãt tantùm corã hominibus ad illud ministeriũ carnale explẽdũ. Nõ sunt autẽ talia nostra Sacramenta: absit: nã aqua cõiuncta est cum Spiritu, iuxta illud: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto* Panis etiam noster, & potus benedictione mystica sacrantur, & cõtinent corpus, & sanguinẽ Filij Dei: & dignè accedẽtibus, gratiã spiritualis cõferũt refectionis: & de hoc dicitur, *Qui mãducat hũc panẽ, viuet in æternũ.* Secus erat de cibis, & potib⁹ legalibus. Illæ verò iustitiæ carnis nõ ab re erant impositæ; vt in officio ille populus cõtineretur, ac veluti cãdidaretur ad ea quæ Christi sunt. Ea autẽ erant ad tempus correctionis imposita, ita em̃ in Nominãdi casu Græcè clarius legitur, nõ impositis: quia referũtur ad munera, & sacrificia. Reddit enim rationẽ, quare munera & hostiæ nõ possũt perfectũ facere seruientẽ: quia imposita erant quasi põdera, & onera, quibus vsq; ad tẽpus Saluatoris premebãtur. Est em̃ Διόρθωσις, dictio qua hic vtitur Apostolus, erectio, qua quis lapsui obnoxius aliquid manu apphẽdit, quo se valeat erigere. Talis est Chrus, quo fide apphẽso, oẽs qui piè nutabãt, solidãtur.

Munera, & hostiæ legales quare nõ posset iuxta conscientiam perfectum facere seruientem.

Quid quod illæ dicũtur solummodo vsque ad tẽpus correctionis impositę

Ioann. 3.

Oblationes, & hostiæ Noui Testamenti quales.

Infra 26.

Iustitiæ carnis cur Iudæis impositæ.

Cur potius dicãtur hostijs, quàm de iustitijs carnis dicendũ sit, quòd sint vsq. ad tempus correctionis impositæ.

Christus autẽ assistẽs Põtifex futurorũ bonorũ, per amplius & perfectius tabernaculũ nõ manu factũ, &c. introiuit semel in Sãcta, æterna redẽptione inuenta. Proposuit hactenus Apostolus veluti tabernaculi significationẽ per Pontificis ingressũ semel in anno in illud: nunc ad veteris legis Põtificem alludẽdo, munus Christi explanat, & illũ ei præferẽdum declarat. Christus ergo, id est vnctus, nõ oleo externo, vt Aarõ, quia talis vnctio modica erat, sed vlterius Spiritu sancto, & Dei virtute inunctus; ita vt nos omnes suæ vnctionis participes efficere posit. Subdit: *Assistẽs*, id est, paratus ad porrigẽdum manum, & opitulãdũ, & ad interpellandũ pro nobis, & semper assistens corã Dño: quod nõ habebat Aarõ, qui semel in anno nõ sine timore mortis intrabat in Sãcta. Græca habent Χριστὸς παραγινόμενος, id est superueniẽs, quia post Leuitas munere suo ad tẽpus functos Christus posteà subrogatus est, vt figuræ, & typo responderet veritas. Addit: *Pontifex.* Cuius fuit põtẽ ex ligno Crucis facere, quo nos mare mundi tuto pertransire in cœlũ possemus. Quòd si Põtifex, munere quoq; summi Sacerdotis per fũctus est, qđ est interpellare p alijs, offerre munera & sacrificia, cõsecrare Sacerdotes, & tẽpla, benedicere populo, ingredi in Sãcta Sãctorũ: habuit etiã vestimenta põtificalia, femorale lineũ, id est incarnationẽ de pura, & virginea carne operiẽte turpitudinẽ corporis sui, id est peccata omnium nostrũ, qui sumus eius corpus; tunicã lineam, id est vitã puram, & nouã ante Baptismum; tunicã itẽ hyacinthinam, id est vitam diuinam, ac cœlestẽ post Baptismum; bene sonantem tintinnabulis prædicationis coniunctæ, & signorũ malogranatis, quæ in fine vitæ magis splenduerũt. Item superhumerale habens duos lapides onychinos, in quibus erãt nomina insculpta duodecim filiorum Israël, id est obedientissimã patientiam, & patientissimam obedientiam, qua peccata portauit Iudæorum, & Gentiũ: rationale quoq;, seu pectorale, habẽs duo-

Ad 5. quæst. De eo quod Christus vocatur Põtifex futurorũ bonorum.

Exo. 29.

Act. 10.

Aaron quomodo vnctus præ Christo: Idẽ ille cur pontifex vere dici non posset assistens.

Leuit. 16.

Cur Põtifex sit Christus.

Munera pontificia quænam illa.

Heb. 5.

Vestium summi Sacerdotis, siue Pontificis Christi spiritalis intelligentia.

Exo. 28.

Esa. 53.

1. Pet. 2.

decim

decim tribuũ nomina, id est potestatẽ iudiciariam, quá in omnes accepit, innixam tamẽ diuinæ misericordiæ, qua omnes redemit: cidarimq; tegẽtẽ caput, id est humanitatem, quæ incõprehensam deitatem tegit; & laminã auream in frõte, id est gloriam, & honorem Patris; balteum quoq; purissimæ castitatis: & vt in morte Pótificis omnes homicidæ, qui casu aliquẽ interfeciſſent, ex ciuitatibus refugij securi poterant in patriã reuerti: ita id solũ per Christi mortem verè obtinemus, vt liceat nobis omnibus animicidis in æternę vitæ patriam nostram redire, à qua per peccatũ Adæ extorres facti fuimus. ¶ Addit: *Futurorum bonorum.* Id est, spiritualis gratiæ, & resurrectionis, & æternæ vitæ, quã nobis promeruit Dñs: sicut Aaron temporalia bona impetrabat. Et tacitè indicat, Pontifices veteres paucos habuisse subditos: quia bona fortunę & parua sunt, & pauca, nec possunt, vt spiritualia, in multos distribui. ¶ *Per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est nõ huius creationis,* &c. Venit etiã Christus per aliud maius, & perfectius tabernaculũ, vt per illud intraret in Sancta Sãctorũ: quale autem fuerit illud, dubium est Græci intelligunt cœlũ, per quod ad sancta, id est ad dexterã Patris introiuit, non per manum humanam fabricatum, vt tabernaculum Moysis: nec huius creationis, id est rerum corruptibiliũ: nã cœlũ ingenerabile est, & incorruptibile. Estq; in eo candelabrum septem planetarũ, & mensa panũ Propositionis, qui duodecim erant, hoc est duodecim signorum Zodiaci in terrã influẽtium: & altare thymiamis fixum, id est cœlũ supremum, qđ Empyreum vocatur, & in quo Angeli preces pro nobis ad Deũ fundunt tanquã fumũ thymiamatis. Verùm hæc interpretatio quibusdam nõ placet: quia Dñs quando hoc opus, vel ministeriũ Põtificis perfecit, in terris erat, necdum cœlos penetrauerat. Et per cœlũ non potest intelligi locus beatorũ; aliòqui per Sanctum Sanctorum intrasset in Sanctum, quod est absurdum, cum potius per sanctũ ingressus fuerit in Sanctum Sanctorum. ¶ Alij verò sentiũt, hoc tabernaculum esse Ecclesiã, per quã Iesus transiuit in cœlum: quæ quidem Ecclesia amplius est & maius tabernaculum, quia Iudæis, & Gentibus cõstat: perfectius etiam, quia per Spiritum sanctum homines Ecclesiæ membra fiunt. Et superiùs Apostolus Ecclesiam vocauit tabernaculũ, quod fixit Deus, & nõ homo. Cuius Ecclesiæ membrũ præcipuum sanctissimã Deiparã fuisse asserere possumus, de qua canit Ecclesia: *Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo:* &, *Sanctificauit tabernaculũ suum Altissimus.* Ita vt in corde Virginis habitauerit, & discisso carnis suæ velo, quæ communis vtriq; fuit, per proprium sanguinem introiuit in Sãcta. ¶ Nõ ignoro, alios interpretari hoc tabernaculũ primũ de sancta sua humanitate de Spiritu sancto cõcepta, per quã Verbũ incarnatũ est. Estq; humanitas Verbũ Dei capiẽs, & perfectior ratione vnionis, quàm sit tota creatura: & non huius creationis, sed specialiter ab Spiritu sancto magno artificio facta. Et per hoc corporis tabernaculum ingressus est Christus in gloriam suã. Et quia in ea passus est; meruit vt pro nobis coram Deo mediator assistat. Porrò tabernaculũ erat in vsum viatorum, pastorum, & militum: quia templũ diuinitatis erat, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitabat. Diciturq; per corpus iter feciſſe, & militasse: quia in eo se Deo cõsecrauit, in eo se præparauit ad peragendũ sacrificium: in eo deniq; Crucis mortem pertulit, & in cœlos conscendit.

Per sancta absolutè, intellige hoc loco Sancta Sanctorum per Antonomasiam: aliòqui figura nõ responderet figurato. Nam vetus Pontifex per primum tabernaculum intrabit in Sãctum Sanctorum. Et ne, quia dixit, nõ manufactum, intelligeres, increatũ; explicat non se velle dicere increatũ, sed non huius creationis, id est arte humana confectum; vt erat illud Mosis. Et non introiuit per sanguinem hircorum, vel taurorũ, sed per pro-

Num. 35.

Gen. 3.

Quorum sit Christus Pontifex futurorum bonorũ.

Veterũ Pontificum, Sacerdotumve defectus.

Quid ampliꝰ & perfectiùs tabernaculum, &c. secundũ Græcos.

Ille sensus (ã cœlo videlicet) quid incommodi habeat.

Secunda de Ecclesia, atque etiam de B. Deipara.

Heb. 8.

Ecclesiastici 24.
Psal. 45.

Tertia de Christi humanitate.
Luc. 1.
Matth. 1.
Ioan. 1.
Vnio hypostatica quanta perfectionis.
Luc. 24.

Tabernaculum humanitatis Verbo tripliciter deseruiuit.
Coloss. 2.
Supra 1.

In quæ Sancta Christus semel intrauerit.

Exo. 36.

prium,

Sanguinis Christi, per quem ille introiuit in Sancta, quanta vis, & efficacia.

Exo. 12.

Christi sanguis oblatus quid significet.

Ioan. 10.

Quare Christus per proprium sanguinem æternã inuenerit redemptionẽ.

Ad 6. quæst. Quid cinis vitulæ aspersus.

Leuit. 16.
Num. 19.

Sanguis ille sanctificaret ad quã emũdationem carnis.

Leuit. 5.

Ratio cõparationis Apostolicę, quòd multo magis Christi sanguis emũdat cõscientiã ab operib⁹ mortuis, quã sanguis hircorũ &c. sanctificet ad emundationẽ carnis, quam firma & efficax.

Sanguis ille hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus quatenus purificarent.

Vnde Christi fuerit infinitum meritum, & satisfactio.

Luc. 1.
Matth. 1.
Luc. 4.
Esai. 61.

In eo quod Apostolus dixit Christum se obtulisse immaculatũ Deo, quid significauerit.

Leuit. 22.

Gen. 4.

prium, quo vno & mundamur à lepra peccati, & nobilitamur tanto digni pretio facti, & renouamur intus amore charitatis, quam sanguis Christi alit: & rubricati tanquam domus Aegypti, euadimus Angelum percutientem, & educimur de Aegypto originalis peccati, & tãquam vincti de lacu profundo personalium delictorũ, fortes in dæmonem, & mundum efficimur, & tandem sanguineæ temperaturæ lætamur in nobis ipsis, & liberales in proximos reddimur.

Denique per sanguinem oblatum intellige perfectã hostiã totius Christi per Synecdochen, videlicet corporis, animæ, & sanguinis: nam inferiùs dicitur: *Per Spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatum Deo:* & in fine capitis, *Nec eget vt sæpè offerat seipsum.* Et alio loco ipse Christus, *Animam meam pono pro ouibus meis.* Ex quibus elicimus differentiã nostri Pontificis, quãtum ad effectum alterius, & doni impetrati ad donum; de quo subdit: *Aeterna redemptione inuenta.* Cùm enim sanguis Christi ab infinita, & æterna Persona fusus esset, effectum æternæ redemptionis promeruit.

Et subdit rationem probantẽ vim illam infuisse Christi sanguini, dicẽs: *Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus,* &c. Tangit ritum expiationis, descriptæ Leuit. 16. Et vocat cinerem vitulæ aspersum, aquam cinere, & sanguine vitulæ rufæ aspersum: non enim cinis per se aspergebatur, sed quatenus in aqua erat. Vocat quoque illam emundationem carnis, restitutionem ad cultum, quam crebrò Iudæi per transgressiones decretorum legis admittere soliti erant. Vt si quis leprosum tetigisset, aut cadauer, vel esset seminifluus, ad ingressum ad templũ irregularis fiebat, vel ad sacrificia, & eorum esum.

Illud autem: *Quanto magis sanguis Christi,* non est ita apertum, & expeditum, quòd multò magis sanguis Christi purget animam à peccatis: nã maius est & perfectius opus purificare conscientiam ab operibus mortuis, quàm corpus à contactu mortui, vel leprosi. Respondemus tamen, efficaciter Paulum agere. Nam si typi, & vmbræ à maculis, & irregularitatibus legis mundabant, etiamsi peccata nõ essent, nisi scienter admitterentur, atque hoc potius Dei instituto, & voluntate: quãto magis Christi Dei sanguis, qui per Spiritum sanctum oblatus est, & in illis legis lustrationibus figuratus, vim habebit permundandi à peccato? Nam figura est propter figuratam veritatem. Si ergo illa erant efficacia ad illam qualemcunque purificationem, non natura sua, sed voluntate Dei: quãto magis Christi Dei sanguis, & per Spiritum oblati (erat enim amor diuinus, qui ad opus illud heroicum Christum adduxit) supernaturalem, & efficacem vim habebit ad purificanda peccata? Et vbi dicimus, Obtulisse se per Spiritum sanctum, Græca habent, per Spiritum æternum: ita vt ex parte offerentis, & eius Spiritus, per quem actus est ad se offerendum, & ex parte rei oblatæ, id est diuini sanguinis, vel sui ipsius, infinitum fuerit meritum, & satisfactio Christi. ¶ Permultum ergo refert ex quo principio opera procedãt, vt merita sint, & grata coram Deo. Et vt Christus per Spiritum sanctum conceptus, & actus est in desertũ, & missus vt euangelizaret, denique operatus, & mortem passus est: ita quisque fidelis in virtute huius Spiritus omnia quãtumuis ardua, & difficilia cõfidenter aggredi debet: quia vbi Spiritus Domini, ibi omne bonum.

Dixit autem semetipsum obtulisse immaculatum, alludens ad legalem hostiã, quæ mutila, & vitiosa esse non debebat: & designatur, Christum solum per se esse legitimam victimam, & placando Deo idoneã. Docemurq; per hoc nihil operum nostrorum posse Deo placere, antequam à peccato purgati simus: quia respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. ¶ Et opera mortua vocat peccata: est enim peccatum, velut cadauer, quod veluti tangimus, cũ illi consentimus; quod fœtet Deo, & Angelis, & rodentis conscientiæ vermem generat, &

Qui seruire Deo viuenti

tandem gehennæ sepulturã postulat: quia opera dęmonis tentantis, & iam Deo mortui sæpè admittitur.

Subdit: *Ad seruiendum Deo viuenti:* Finis emũdationis per Christi sanguinem alius non est, quàm vt possimus esse habiles, & idonei ad prẹstandum latriæ cultũ per Fidem, Spem, & Charitatem, & alia externa opera. Et pulchra est Antithesis: ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti: non autem vt denuò nos in nouas sordes immergamus, sicut alibi dixit, *Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* ¶ *Et ideo Noui Testamenti mediator est; vt morte intercedẽte in redemptionem earum prævaricationum quæ erant sub priori testamento,* &c. Cõcludit Apostolus, quòd cũ Dominus per proprium sanguinẽ abstulerit omnes prævaricationes quæ erant sub veteri lege, & omnia deinde personalia peccata consequentia, quæ sine numero erant, promeruisse, vt fieret Noui Testamẽti mediator, quatenus homo est, quo possit etiã peccata Noui Testamenti expiare, & oblatione Eucharistiæ, & interpellatione sua ẽlere: quia vt talis morte sua abstulit peccata. Vt etiam ad Timotheum dixit: *Mediator Dei, & hominũ, homo Christus Iesus: Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus:* vt quicunq; sunt ad Nouum Testamentum vocati, siue olim in lege, siue post legem, accipiant repromissionem æternæ hæreditatis: nõ quòd omnes illivocati hęreditatẽ accipiãt, sed qui vocati permãserint in sua vocatione. ¶ Imbecillitatem quoque legis explicat: quia morte Christi indigebat ad redimẽdas prævaricationes etiam Israẽlitarum, quia per legẽ nulli remissio peccati contingebat. *Vbi enim testamentum est; mors necesse est intercedat testatoris. Testamẽtum enim, in mortuis confirmatum est; alioqui nondum valet, dum viuit qui testatus est.* Bonam partem dubitationũ, quas proposuimus ab initio, hactenus expediuim⁹; etiamsi consultò non distinxerimus responsiones, quia nõ opus erat. Iam paucæ quæ supersunt, expediẽdæ sũt.

Tit. 2.

Ad septimã quæst. De prævaricationibus quæ erãt sub priori testamento.

1. Tim. 2.

Matth. 20.

Solùm vocati, & nõ prædestinati, quinã salui fiãt.

Legis impotentia.

Grauiter in hunc locum quidã impegerunt. Ait enim Caluinus, Apostolum alludere ad vocem Græcã, & ambiguã διαθήκης, quæ Græcè tùm pactum, tùm testamentum significat: & quod infirmo vtitur argumẽto, quia neq; ex nomine, neque ex re ipsa potuit colligere necessariã Christi mortem. Non quidẽ ex nomine, quia vox Hebræa Berith, pactum, non testamẽtum denotat. Non etiam ex re ipsa, quia Deus in lege non condidit testamentum, sed pactũ quod est inter viuos. Hæc ille, inaniter garriens, & volens Spiritum sanctum, qui in Paulo loquebatur, docere, aut quod peius est, corrigere. Caietanus prætercà ausus est hunc Epistolæ autorem reprehendere, quòd vsus fuerit vocabulo Hebræo ad significandum testamentum sub ratione testamenti, cũ significet pactum; & accipiens quasi rem impossibilem hæreditatem posse venire in promissionẽ, siue in pacti rationem. Impugnantur tamen hæc omnia à Paulo, qui ad Rom. 11. & ad Gal. 4. illam vocẽ vsurpat pro testamento sub ratione testamenti, & hoc etiam loco, sicut & Zacharias in Euãgelio, qui dixit: *Et memorari testamẽti sui sancti:* & Christus Dominus: *Hic est calix Nouum Testamentum in sanguine meo.* Adde quòd Septuaginta frequẽtissime vertũt vocem Berith per verbum διαθήκης, & Hieronymus in Ieremiæ cap. 31. id testatur. Apertè etiã ex hoc loco comprobatur: quia Apostolus mentionem faciens repromissionis, quæ pactum includit, testamẽtum vocat: nam omnis promissio pactum est & fœdus, præsertim cũ promissio sit pacifica. Et cùm meminerit hæreditatis, idem propterea quod est pactum, vocatur etiam testamentum, ita vt non sit impossibile cõuenire simul & pactum, & testamentũ, cùm videlicet promittitur hæreditas, & iure iurando firmatur promissio, vt Iurisperiti statuunt. Imò Caietanus in Summula sua, & in verbo Percussio, admittit, testamẽtum posse condi à testatore sub conditione:

Ad 8. quæst. An Paulus impropriè vocem testamẽti vsurpauerit.

Id constãter impius Caluinus affirmat.

Eundem abusũ Hebrææ vocis Berith pro testamento, concedit Caietan⁹, & probat audacius.

Primum arg. in contrariũ.

Luc. 1.

Infra 22.

Secũdum argum. *B. Hieron. tom. 5.*

Tertium argum.

Simul posse testamentum cum pacto concurrere.

vt si testator vxori omnia bona sua legaret, dummodò ad secundas nuptias non transiret. Vbi primum mulier illa, siue clā, siue publicè nupserit, amittit etiam in foro conscientiæ omnia bona sibi legata, quia deest conditio, sub qua sola poterat esse hæres illius. Hæc respōdemus Caietano, & ad hominem argumentum est solidum. Ad hæc idem Paulus veteris legis verba recitans: *Hic*, inquit, *sanguis testamēti quod mandauit ad vos Deus:* docens illud pactum non fuisse sine specie testamēti. Sed alibi latiùs de hac re disserui.

Quia ergo testamentum vltima voluntas est testatoris, quam mutare in præsenti potest dum viuit; ideò sanguine firmatur. Nam etsi Christus ex resurrectione post mortem viuat, id non tollit testamenti virtutem: Christus enim semper viuit, & tamen validissimum est testamētum, & firmissimum, quia etiā resurrectio pars est testamenti; ideò ea non tollitur, sed roboratur testamentum. Debet autē hæc vox Testamenti plurimum adferre consolationis: tùm quia indicat morte Christi roboratum esse testamentum ad fidem nostram, & spē cōfirmandam: tùm quia admonet, ne de operum nostrorum imbecillitate, & imperfectione dubitemus, scientes æternam vitam nobis gratis dari, vt hæreditatem Dei. Nam etsi bonorum operum meritis reddatur; sed illis tātùm meritis, quę ex gratia prodeunt: vnde ad Colossens. 3. vita æterna vocatur hæreditatis retributio: tùm denique, vt nouerimus Scripturas non aliter nobis legendas atque testamentum, quo hęredes instituimur, & non ad alienos, hoc est ad Hæreticos, sed ad Catholicos vt filios testamentum pertinere.

Subdit: *Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.* Ex quo apparet, Apostolum rem vrgere, & non esse verbi quæstionem, illud pro confesso assumens, quòd nullasymbola temere, vel ab re sint à Deo in lege vsurpata, sed ad aliquid significandū: ergo sanguis agni confirmans vetus, præsignabat Christi veri agni sanguinem, quo nouum constabilitur testamentum. Oportuit ergo Christū mori, ea tamen parte qua mori poterat, & homo erat. Nec enim ita ista accipi debent, vt in omnibus conueniant. Nam ecce Christus pro nobis moriēdo, hæreditatem nobis comparauit, & ipsemet Christus qui est testator, est etiam hæreditas: quando tamen pater familiàs testatur; nec moriendo acquirit hæreditatē filijs, nec ipse est aliorum hæreditas.

Quòd verò hic morte Christi confirmatum esse testamentum asserit, alibi autem, confirmatum esse iureiurando ante mortem, non contradicit. Nam confirmatio illa fuit vt ostēderetur, testamentum illud non potuisse immutari, quòd iureiurando esset roboratum, non autem vt posset adiri hæreditas: nam ad cōfirmationem fecit posteà Christi mors. Nisi enim granum frumenti cadens in terram mortuum fuisset, multum fructū non attulisset. Cœpit autem ille mori, & bonis suis veluti priuari à primo suo exinanitionis momēto quo incarnatus est. Testatus autem fuit antea, habens immensa bona quæ morte quasi amisit, vt nos ad illa participanda admitteret. Vnde nec primum sine sanguine dedicatum ait, non quòd in se ipso testamētum profanum esset, sed quòd non ita sanctum est, quòd non profanent homines suis immūditijs. *Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinē*, &c. Hæc videtur accepisse Apostolus vel ex Spiritu sancto, vel ex traditione Gamaliel, non autem ex textu legis, & tinxit sanguine tabernaculum, & vasa, & librum, vt doceretur populus non aliter posse Deum coli, nisi fide in sanguinē Christi intueamur. ¶ *Dicens, Hic sanguis testamenti*, &c. Testamenti, dixit Paulus, vbi Vetus habet, fœderis: secutus est autem Septuaginta interpretes: vnde & Græcè Epistola scripta comprobatur, vt aliqui volunt. Et licet Moyses non dicat asperſum librum, sed tantùm populum; probabile tamen est etiā librū asper-

sum

Quartum argum. *Exo. 24.*

Testamentū in mortuis confirmari, cur dicat Apostolus.

Prima ratio cur Paul⁹ (vt etiam Christus) vsus sit voce Testamenti. Secunda. *Rom. 8.* Vita æterna cur dicatur retributio hęreditatis.

Coloss. 3.

Tertia & vltima.

Qua ratione Paulus agnū legalē ac typicū probet veri agni Christi figuram extitisse.

Christi testamentū quid dissimile habeat ab humano.

Si morte Christi, confirmatum testamētum est, quomodo ante mortem iureiurando confirmatum idē tradit Apostolus? *Heb. 6.*

Ioan. 12.

Quando primum moriēs testerit cœperit Christus: illudq; testamētum cum esset sanctū, & legitimū, quid egerit eius sanguine confirmari?

Hæc verba: Lecto omni mandato legis à Moyse vniuerso populo: vnde Paulus sumpsisse videatur.

Exo. 24. Vnde nonulli hanc Epistolam fuisse scriptā Græce, deducāt.

sum fuisse. Et aspergillum fiebat ex hyssopo, quæ singulari pectoris purgãdi & excoquendi efficacia pollet. Ita Christ⁹ Spiritu suo vice aspergilli vtitur ad nos sanguine suo abluẽdos, dum serio pœnitentiæ sensu nos afficit, prauasque carnis cupiditates excoquit, & denique iustitiæ suę colore nos tingit. Et ad hoc alluſit Dauid, cũ dixit: *Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor: lauabis me, &c.*

Aspergillum cur fieret ex hyssopo. Aspergillũ Christi esse Spiritum sanctũ.

Psal. 50.

Et omnia penè in sanguine secundùm legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Indicat quædam aliter purgari, cùm dixit, Penè. Nam aqua seipsos & alias res immundas abluebant, & purificabant, de quibus Marc. cap. 7. Verùm & aqua illa vim habebat in sacrificijs; vt verũ sit, nullã sine sanguine esse expiationem: & immunda reputabãtur, donec essent sanguine expiata. Dicẽdo etiam *Penè*, vel *Ferè*, indicat frequentissimum vsum sanguine expiandi fuisse: non quòd singuli ex populo aspersi fuerint, quo modò enim id præstitissent tã modica sanguinis portio? purgatio tamen ad omnes perueniebat.

Non omnia, sed penè omnia cur Paulus dixerit sanguine secundũ legẽ mundari.

Marci 7.

Secũda ratio

Subdit: *Necesse est ergo, exemplaria quidem cœlestium his mundari; ipsa autẽ cœlestia melioribus hostijs quã istis.* Hoc est: Cùm illa antiqua essẽt exẽplaria, siue typi cœlestium, quæ in nouo Testamẽto sanctificata sunt, necesse fuit ea illis sanguinibus emũdari, scilicèt brutorum animalium, non autẽ hominum sanguine, vt faciebant Gẽtes, quæ idolis & simulachris seruiebant, decuit, imò necessariũ fuit, ipsa cœlestia, id est, electos homines ad inhabitandum cœlum, melioribus hostijs purgari. Et cùm vna hostia siue victima sit Christus; tamen propter antithesim plurali numero abusus, dixit: Melioribus hostijs.

Quo sanguine idolis immolato Gentes olim se crederent emundari.

Quid cœlestia hoc loco, melioribꝰ hostijs quæ mundantur.

Alij tamen volunt, vnã fuisse Christi hostiã principalẽ, in cuius virtute multę hostię particulares membrorũ eius sanctificatæ sunt, vt B. Virginis, Apostolorum, & Martyrum, qui pro Fide corroborãda mortẽ sustinuerũt, qui dicere poterant cum Paulo: *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius quod est Ecclesia*; & alio loco: *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos.*

Si vna tantũ hostia fuit Christus, vt multiplex Apostolo.

Coloss. 1.

Sapient. 3.

Aliter hæc, & quidem exactiùs, explicari possunt. Exẽplaria cœlestium, Græcè ὑποδείγματα vocat; atque hæc erant tabernaculum, Sancta sanctorum, vasa ministerij: quę erãt omnia ὑποδείσματα, id est, adumbrationes Ecclesię Christi, & Sacramentorũ eius. Quæ quidẽ cœlestia vocat, quia Ecclesia Christi vnum regnũ est cum cœlesti; ac proinde cœlorũ regnum vocatur. Quandiu ergo stetit tabernaculum Mosaicum, qd Ecclesiam non manufactã, sed Spiritu Dei ædificatã adũbrabat, necesse erat Mosaicis hostijs mundari: at Ecclesiam nostrã adumbratã, melioribus seu potioribꝰ hostijs, quæ sunt corpus, & sanguis Christi.

Eidem exemplaria cœlestium quid erant.

Et reddit rationem Apostolus: *Nõ enim in manufacta Sancta Iesus introiuit, exẽplaria verorum, sed in ipsum cœlum.* Vnde & Latinus interpres eodem vocabulo dixit, Exẽplaria verorũ, sicut dixerat exemplaria cœlestiũ: Græcè tamen non est eadem vox vtrobique, sed in priori loco legimus ὑποδείγματα, hoc est, adumbrationes cœlestium, vt opus fuerit Paulo verbum variare: sed, Antitypa verorũ, vocat non typos Mosaicos, quos vocauit ὑποδείγματα, sed Sacramẽta noui Testamenti: hæc enim data sunt pro illis veteribus, & sunt expressæ imagines rerum præsentiũ, & propinquæ archetypis. Videdũ ergo quę sint hęc tria: Exẽplaria cœlestiũ, & Antitypa verorum, & quæ sint ista vera, & quo modò differant à cœlestibus; & quæ tertiò sint Archetypa.

Antitypa verorum quid Paulo.

Explicans ergo differentiã Apostoli Mosaicæ legis ab Euangelica, & cœlesti, ait Dionysius Areopagita: *Post illam cœlestem, & superiorem hoc mundo hierarchiam, proferens Deus pro sua bonitate nobis dona sua sanctissima, cùm pueri quidem eramus, hierarchiam veteris legis largitus est, adhibitis obscuris, & tenuibus imaginibus verorum, siue rerum verarum, &*

Dionysius cum Paulo exemplaria verorumque nominet, ad antiquæ legis & nouæ differentiam *B. Dionys. Areop. libr. de Eccl. hierarch. c. 5. part. 1. sub init.*

adumbrationibus archetyporũ remotissimis, typisq; contemplationem in se opertã non facile ad discernendũ continentibus, tanquam lumine conuenienter oculis infirmis, ne eis noceret, accommodatã. Hęc Dionysius. Vt ex collatione huius loci cum illo Pauli, verũ illius sensum accipiamus. Paulus siquidem typos Mosaicos vocauit ὑποδείγματα cœlestium, id est, exemplaria eorũ, quæ fiunt in Ecclesia (quæ cœlum est) hoc est, nostrorum Sacramentorum, quæ sunt diuina & cœlestia: at Dionysius vocauit ἀμυδρὰς εἰκόνας τῶν ἀληθῶν, hoc est, pertenues, & obscuras imagines verorum. Vera enim nostræ Ecclesiæ Sacramenta, & non vmbræ futurorum bonorum, vt illæ veteres erant. Gratia enim & veritas per Iesũ Christum facta est nobis. Deinde, quę Paulus ἀληθινὰ vocauit, cùm ait de nostris Sacramentis, antitypa verorũ; Dionysius alio nomine vocauit archetypa, quę sunt in cœlo res ipsę reuelatæ, & apertæ, vt gratia in specie siue visione, pro gratia in fide; immortalitas in re pro immortalitate in spe; Corpus Christi glorioſum, siue in specie glorioſa, & propria, pro corpore Christi in mysterijs antitypis, in quibus Christus verè est, siue ἀληθῶς, sed in cœlo ἀληθινῶς, id est, perfectè, ac verè, quia in specie propria, vtpotè archetypum. Et sicut illos typos legis ait fuisse remotissimos ab archetypis, ita nostra Sacramenta propinquissima sunt archetypis ipsis, quorum sunt antitypa. Quia ergo Pauli Latini interpretes non distinxerunt antitypa ab ijs, quæ ibidẽ vocat ὑποδείγματα cœlestium, in causa fuit, vt cùm legerent quod sequitur: Non enim in manufacta antitypa verorum introiuit Iesus, existimauerint Apostolum asserere, vt ipsa compositio verborum primo affectu porrigere videtur, illa manufacta antitypa verorum fuisse; cùm tamen ita non sit, imò hoc neget ipse Apostolus.

Hebr. 10. Ioan. 1.

Archetypa quænam Dionysio, verorum antitypa Paulo.

Quæ causa fuerit Latinis interpretibus errãdi, in eo quod antitypa verorũ, & exemplaria cœlestium idẽ esse putauerũt

Qui verus horũ sensus verborum Apostoli: Necesse est ergo exẽplaria quidem cœlestium his mundari, ipsa autem cœlestia melioribus hostijs quàm istis.

Quare hìc est eorum sensus: Si illa manufacta Sancta fuissent antitypa verorum, hoc est, expressæ imagines verorum, quæ sunt in ipso cœlo, in quod introiuit Iesus, haud dubiè sanguine eius mũdata fuissent. Sic enim mundata fuissent antitypa verorum, id est, eorum, quæ sunt archetypa in ipso cœlo: at non fuerunt antitypa eorum, sed potiùs adumbrationes remotissimæ ac longissimæ archetyporum, vt dixit Dionysius. Ecclesia verò, est tabernaculum Christi non manufactum, sed eius Spiritu ædificatum, de quo ait Propheta: *In circuitu eius tabernaculum eius:* ipse enim dixit: *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Necessum ergo fuit, vt in sanguine eius mundatum esset tabernaculum hoc, & omnia Ecclesiæ Sacramenta, quorum typi erant vasa ministerij tabernaculi, quia sunt antitypa eorum, quæ sunt in cœlo aperta, & reuelata. Necesse etiam fuit, vt à Christo, & Christi passione emanarent. Si verò Sacramenta nouæ legis antitypa sunt τῶν ἀληθινῶν, id est, eorum, quæ omni velo, seu imagine in cœlo carent (hæc enim sunt propriè ἀληθινὰ) consequens est, vt quæ sunt antitypa corporis & sanguinis Christi in specie propria in cœlo, & in archetypis symbolis, vel mysterijs Eucharistiæ, & non secundùm Spiritum tantùm, vt hæretici Caluinistæ tradunt, contineantur. Vt enim si Baptismus non esset aliud quàm symbolum, & imago quædam regenerationis, non fieret in ea vera regeneratio, nec vera peccatorum purgatio, nec vera filiorum adoptio, non esset antitypon illius archetypæ in cœlo filiationis; & purgationis peccatorũ, cùm erimus ei similes: ita si in mysterijs corporis & sanguinis Domini, non essent verè & reipsa corpus & sanguis, sed secundùm spiritum tantùm, & delineationem, siue præfigurationem, non essent hæc mysteria antitypa corporis, & sanguinis in specie propria; ac proinde núquam essent ista antitypa verorum, quæ Paulus dicit: siquidem necesse est aut omnia Sacramenta esse antitypa verorum, id est, archetyporum in cœlo, aut nullum. Deinde, si

Psalm. 17.

Matth. 20.

Contra Caluinistas corporaléChristi præsentiã in Eucharistia pernegãtes, signũque esse illam nugantes tantummodò.

Quæ sint in Baptismo regenerationis.

Secundum argumentũ pro corporali Christi præsentia in Eucharistia.

nostra

nostra Sacramenta sunt antitypa verorum, id est, si habent, sicut Apostolus ait, ipsam imaginem rerum præsentium, id est, veritatis, & gratiæ (Lex enim per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christũ facta est) necesse est, vt in mysterio Eucharistiæ verè sit corpus, & sanguis Christi; aut si non verè est, non est imago archetypi corporis & sanguinis Christi in specie propria, sicut Apostolus ait: Per fidem enim ambulamus, & non per speciem; atque ita falsum esset, quod Apostolus docet, Legem Euangelicam habere imaginem rerũ. Quæ verò Dionysius appellauit archetypa, Paulus hoc loco cap. 9. vocat ἀληθινὰ. ἀληθῆ enim nunc vera sunt in Ecclesia, licèt non sint in propria specie; vt verus homo est, etsi extrinsecus aliena specie indutus, quandoque homo non appareat: sic sunt verè res spirituales in Sacramentis sub sensum cadentibus: ἀληθινὰ verò sunt, quæ ex toto, & propriè ad ipsum sunt quod dicuntur, vt veteres Ecclesiæ interpretes notarunt: vt in Baptismo vera remissio peccatorum, vera adoptio filiorum, & vera resurrectio secundùm spem: in cœlo autẽ vera est purgatio peccatorũ, vbi amplius non potest peccari, & adoptio filiorum non per fidem, sed per speciem: & istarum rerum, quæ archetypa sunt, est etiam Baptismus Antitypon, vt etiam beatus Petrus dixit. Similiter in mysterio Eucharistiæ dicẽdum est secundùm doctrinam à Clemente scriptam, & secundùm Pauli epistolam, antitypa verorum, hoc est archetyporũ esse intelligenda. Maximus quoque in libro de Ecclesiastica mystagogia archetypa vocat. Intuens enim in illud Ioannis: *Qui manducat meam carnem, habet vitã æternã, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die: Et ablatis*, inquit, *ijs, in quibus cernitur nostra corruptio, transmutat nos, & similes sui facit.* Et subdit: *Et largitur nobis archetypa mysteria, quæ hic per symbola sub sensum cadentia, ostensa sunt.* Vides quo modò vocat archetypa mysteria, corpus & sanguinem propria specie in cœlo apparentia, quæ non reuelantur nisi Beatis; & ideò ea vocauit mysteria. Damascenus libro quarto de Fide orthod. cap. 14. *Antitypa*, inquit, *dicuntur, non quasi verè non sint corpus & sanguis Christi; sed quia nunc per ea participamus Diuinitatem Christi, tunc autem in futuro, id est, in cœlo, per solam visionẽ participabimus.* Gregorius quoque Nazianzenus sermone 2. de Pascha, comparat Mosaicum Pascha cum nostro nunc, & nostrum nunc cum futuro in cœlis. *Participabimus*, inquit, *Pascha, non quidem typicè adhuc, tametsi apertiùs quàm vetus agnus participabatur. Pascha enim legis, audeo, & dico, typus typi erat, licèt obscurior.* Et paullò post: *Perfectiùs & purius* (scilicet participabitur) *quando ipsum nouum nobiscum bibet Verbum Dei in regno Patris, quia scilicèt sine vlla specie aliena, vel integumento.* Hæc ille. Cùm autem dixisset, Pascha nostrum typicè hîc participari, excusat Gregorius, cùm ait: Audeo, & dico, ne scilicet quis hoc malè intelligeret, aut sic loquentem reprehenderet, vel miraretur. Nisi enim verũ corpus Christi in his mysterijs esse credidisset, non erat cur excusaret quòd sic loquatur. Significat ergo sub typo panis & vini, verũ Christi corpus participari. Hinc etiam intelligendũ est illud Dionysij de Eccl. hierar. cap. 2. *Per veneranda*, inquit, *symbola significatur & participatur Christus.* Non enim ait Dionysius tantùm significari: nec dixit participari secundùm spiritum, quia verè & substãtialiter participatur. Adde etiã Macariũ Aegyptiũ hom. 27. *In Ecclesia*, ait, *offertur panis & vinũ, antitypon carnis & sanguinis eius. Et ne quis malè intelligat, subdit: Et qui sumũt ex eo, qui apparet panis, & nõ est, carnẽ Christi comedũt spiritualiter.* Cyril. quoq; Ierosol. hom. 4. mystagogica, eadem phrasi locutus est, dicẽs: *Qui videtur esse panis, non est panis, sed corpus Christi.* Adhæc Andreas Ierosol. Creten. Archiepisc. homil. in Dominica Palmarũ: *Poterimus*, inquit, *& nos eum sumere, qui pro nobis semper sine mactatione immolatur.* Et subiungit: *Immolatur enim pro nobis in*

Ioan. 1.

Idem veterũ Patrum auctoritate confirmatur. Clem. Rom. lib. 5. c. 13.

B. Maxim.

Damasc.

Greg. Naz. orat. 42. t. 2

Quomodo accipiendum illud Dionysij: Per veneranda symbola significatur & participatur Christus.

Dionysius Areopagit. Macarius.

Cyrill. Ierosolymitan.

Andr. Creten.

symbolis antitypis consecratus. Hęc ibi. Huius vocis proprietatem latiùs explicuimus Capite tertio prioris Epistolæ B. Petri.

Quid sit: Nõ enim in manufacta sancta Iesus introiuit, &c.

Ait igitur Paulus: *Non enim in manufacta Sancta Iesus introiuit, exẽplaria verorum, sed in ipsum cœlum.* Hoc est: Ad ingrediendum in illa Sancta sanctorum, quæ typi erant, & figuræ, satis erat ille hircorum, & vitulorum sanguis. Et iterum hoc loco Sanctum accipit pro Sancto sanctorum, vt superiùs. Ad intrandum verò in ipsum cœlum, non tam quod oculis cernimus, & in quo stellæ lucent, quàm in ipsius regni Dei beatitudinem, quæ cœlos superat, cuius exemplar, & antitypon vetus erat Sanctum sanctorum, opus fuit per meliorem sanguinem, hoc est, cœlestẽ, quo omnes sanctificarentur ad cœli lucrum via sanctorum patefacta introire.

Quid ꝓprię Cœlum, in quod Christꝰ per propriũ sanguinem dicitur intro ijsse.

Aliter sũmus olim Sacerdos, aliter modò Christus in cœlo vultui Dei pro nobis apparet. *Exod. 30. Leuit. 16.*

Vt appareat nũc vultui Dei pro nobis. Olim quidem Sacerdos Leuiticus se in Dei conspectum sistebat, sed in figura: erat enim arca cum propitiatorio, præsentiæ Deitatis symbolum; at Christus solida veritas, & plenus figuræ effectus, apparet vultui Dei, vt patronus agens causam nostram.

Quare Christus in cruce semel oblatꝰ, non quemadmodum Leuiticus Sacerdos, necessitatẽ habeat iterũ seipsũ offerẽdi pro mundi salute

Neque vt offerat semetipsum quemadmodùm Pontifex, &c. Addit vnam dissimilitudinem: quoniam opus nõ fuit, Christũ pluries seipsum offerre, sicut debebat olim Pontifex, qui semel intrabat in Sancta sanctorũ, idq; in alieno sanguine; alioqui opus fuisset Christũ ab origine mundi semper pati, hoc est, omni anno ad redimendum mundum in omni ætate, quia peccata semper fuerunt omnibus seculis, quæ expiatione indigebant: & nisi fuisset efficax sacrificium, ex Patribus fuisset saluus nullus. Quòd autem oportuisset eum sæpè mori, & pati, inde sequitur: quia mors cum sacrificio semper fuit coniuncta.

Debuisse Christum, vt ait Apostolꝰ, frequenter pati ab origine mundi, si pluries offerre semetipsũ indiguisset.

Ait ergo: *Neq; vt offerat semetipsũ.* Quasi diceret: Etsi Sacerdos: non tamen requiritur continuus sacrificãdi actus, quia semel vnum efficacia perpetuum sacrificium obtulit.

Si vna tantũ fuit oblatio Christi humanæ redemptioni necessaria in cruce peracta, ad quid altera Eucharistiæ quotidiana, & iugis oblatio.

Quòd autem sacrificium Eucharisticum sæpè offeratur, ad rem nõ est, quia in eo non moritur Christus, sed repræsẽtatur eius mors in cruce peracta, quõ nobis eius fructum applicemus: quemadmodùm verę Christi hostiæ non repugnat, quòd olim Patres eam aliquando futuram repræsentabant, quicquid hìc impiè dicat Caluinus. Sed de hoc latiùs Capite sequenti disseremus.

Contra Caluinum.

Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Vocat Apostolus hoc loco Consummationem seculorum, id, quod ad Gal. 4. dixit, plenitudinem temporis. Fuit enim quædam temporis maturitas, quam Deus ab æterno decreuerat, vt præcidatur curiosis occasio causam inquirendi, cur potiùs hoc tempore, quàm illo, venit. Nam vt Deus habet legitimam rerum omnium gubernationẽ, ita & temporum. Et tempestiuã fuisse Christi mortem, & opportunam denotat. Atque hæc seculorum plenitudo, & cõsummatio opponitur anteacti temporis imperfectioni, in quo homo non erat adhuc dispositus ad fide suscipiendum tantum medicamentum. Hinc alibi idem Apostolus asserit, in nos incidisse fines seculorũ: quia regnum Christi omnibus rebus complementum attulit. ¶ Vel venit ad consummationem seculorum, id est, ad perfectionem, vt per Christum perficerentur omnes omnium seculorum homines. Et hoc, Ad destitutionem, vel destructionem peccati. Ne scilicèt amplius illud in nobis dominetur, ne Christi mẽbris eius Sacramenta frequentãtibus imputetur, & orationẽ fundentibus pro assiduis venialibus. Hinc Dan. 9. indicitur finis sacrificijs & abolitio peccatorum promittitur. Et ait: *Semel.* Nõ bis, aut ter, quia tunc aliquid primæ oblationi defuisset, qđ plenitudini repugnat.

Quid cõsummatio seculorũ hoc loco. *Galat. 4.*

In eos, qui tardiorem ad homines seruandos Christi notant aduentum.

Quenam existerit huius ratio tarditatis. *1. Cor. 10.*

Alter sensus de aduentu Christi in consummatione seculorum.

Et quemadmodùm statutum est hominibus semel mori, post hoc autẽ iudicium. Et, cõiunctio, primo loco posita, causalis est. Et est sensus: Quia sicut omnibus hominibus statutum est semel mori. Omnibꝰ enim in Adã dictũ est:

Quid est: Ad destitutionẽ peccati. *Rom. 6. Daniel. 9. Genes. 3.*

Statutum sit hominibꝰ semel mori, quando.

Genes. 3

in sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua sũptus es: quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Omnes ergo morituri sunt, etiam Enoch, Helias, & Ioannes, & si qui alij essent, qui hoc priuilegio hactenus gauisi fuissent, & illi etiã, de quibus Apostolus ad Thessal. *Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.* Lazarus ergo, & filius viduæ, & filia Iairi Archisynagogi, & alij duo pueri per Heliam, & Helisæum suscitati, & Tabitha, & Eutychus per Petrum, & Paulum excitati, bis mortui sunt. Sed hoc non derogat communi, & ordinariæ legi, de qua est sermo. Et post hoc, iudicium. Vel particulare, quod sequitur cuiusque mortẽ, vel vniuersale, qđ ignis cõflagrationis, & generalis resurrectio præcedent. ¶ *Sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem.* Vult dicere: Vt hominibus accidit prima mors, deinde iudiciũ; ita Christus semel mortuus est, non sibi, sed nobis; ad peccata, nõ sua, sed aliorum omnium exhaurienda. Nam quod ad se, & ad voluntatem suam spectat, omnium, qui hoc loco dicuntur multi, peccata deleuit; nisi quòd quidam se per incredulitatem subtraxerunt; alij verò in peccatis obstinati, ad finem vsque perseuerarunt: quod ipsis est imputandum. Et ideò fortassis Apostolus, multorũ, dixit, non, omnium. Et de sanguine suo loquens, dixit: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorũ:* id est, pro electis, tam Apostolis, quã alijs, pro quibus ex se efficaciter sanguis fusus est.

Secundò, dicitur, *Sine peccato apparebit*, innuens, quòd cum peccato priùs apparuerit, non quidem à se, sed à nobis perpetrato, & quòd ipse in se luendum suscepit, quamdiu in præsentis Ecclesiæ tabernaculo permansit.

Possumus etiam aliter hunc locum commodè interpretari: nempè, Christum absque peccato venturum, id est absque piaculari hostia, de qua Rom. 8. *De peccato damnauit peccatum*; & 2. Cor. 5. *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Nam in secundo aduentu non est locus aliquis expiandi peccata, sicut in primo aduentu cum peccato, hoc est, hostia pro peccato venit. Veniet etiam ad iudiciũ sine similitudine carnis peccati; quia in forma corporis gloriosa, & maiestate plena venturus est. Nã etsi stigmata mortis suæ adferet, illa tamẽ in obedientiæ Patri suo præstitæ gloriam, & in charitatis suæ erga iustos symbolum, & in cõfusionem reproborum, qui illis configentur, & cruciabuntur, allaturus est.

Apparebit autem omnibus expectantibus se, in salutem; id est, illis, quos à peccato mundos inuenit, & quasi expectantes Dominum suum, donec reuertatur à nuptijs, & qui cũ ipso Paulo Apostolo diligunt aduentum eius. Nec iam amplius vocabit peccatores ad pœnitentiam, sed solũ iustos & pios ad vitæ coronam. Iniustos verò, & aduentum eius non expectantes, imò aduentum eius deprecantes; non in salutem, sed in æternæ damnationis iudicium vocabit. De his satis.

1. *Thess. 4.* Illud dictum quomodo possit cum eorũ, qui bis mortui sunt, exemplo consistere.

Ioan. 11. Lucæ 7. Matth. 9. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Actor. 9. Infra 20.

Duplex iudicium.

Christus cur mortuus secundùm Apostolum.

Quibus, & quare mors Christi non fuerit salutaris.

Matth. 26.

Ad vltimum dubium. Quomodo Christus sumè innocẽs, & impeccabilis, priùs cũ peccato apparuerit.

Quid est: Secundò sine peccato apparebit.

Rom. 8. 2. Cor. 5.

Alter modus Christi iudicis apparẽdi sine peccato *Zachar. 13*

Quid expectantes se, in salutem, quibus apparebit Christus in iudicio.

Lucæ 12. 2. Tim. 4.

Idẽ reprobis & iniquis quomodo apparebit.

DISPVTATIO XIX.

In illa verba, cap.10. *Vmbram enim habens Lex, futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum; per singulos annos eisdem ipsis hostijs quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri, ideò quòd nullam haberēt vltra conscientiam peccati, cultores semel mundati,* & reliqua, vsque in finem capitis.

NON desunt dubia magni momenti in hoc Capite, & ad rectam textus Paulini interpretationem, ac intelligentiam, & ad prauas, ac detortas nostri seculi hæreticorū explicationes refellendas, ac iugulandas.

Primū dub. Post declaratum igitur Apostoli scopum, prima difficultas est, quæ sit differentia inter vmbram, & imaginem, & rem ipsam: hæc enim verba primo loco posita, nonnihil difficultatis, & obscuritatis habere vidētur.

Secundum. Secunda, quomodò virtus sacrificiorum ab Apostolo reprobatur, quòd eædem hostiæ repeterentur pro peccatis? nam & in Euangelio Confessionis Sacramentum de eisdem peccatis repeti consueuit; & Eucharistiæ oblatio similiter frequentatur, & repetitur.

Tertium. Tertia, si rectè, & ad rem productus est ille locus Psalmi 29. *Hostiā & oblationem noluisti; corpus autem aptasti mihi*; cùm Hebræa habeant: *Aures autem perfodisti mihi.*

Psalm. 39.

Quartum. Quarta, quid est quòd reprobat sacrificia legis, cùm illa sibi placere ostendat, quia sæpè legitur: *Odoratus est Dominus odorem suauitatis*, id est, sacrificij.

Genes. 8.

Quintum. Quinta: illa verba: *Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos*, hæretici vrgent ad probandum, vanam esse quotidianam nostram in Missa oblationem, cùm tamen Christus semel offerendo, sanctificationem omnium operatus sit.

Sextum. Sexta: dura videntur illa verba, & Pœnitentiæ Sacramentum denegantia: *Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia.*

Septimum. Septima, quomodò ait, horrendum esse incidere in manus Dei viuentis; cùm tamen Dauid propositā belli, famis, & pestis optione, prætulerit pestem vt in manus Dei incideret.

2. Reg. vlt.

Octauum. Octaua, quare Apostolus ad reuocāda in memoriam quæ sustinuerunt aduersa, Iudæos adhortatur, cùm alibi de seipso testetur: *Quæ retro sunt, obliuiscens, ad anteriora conuerto meipsum*, More viatorum, qui non solent retro aspicere, sed vlterius progredi.

Philp.3.

Nonum & vltimum. Postrema, quomodo asserat: Rapinam bonorum vestrorum; cùm rapina illa esset peccatum iniustitiæ grauissimum, & charitatis munus sit nō cōgaudere iniquitati, sed veritati.

1. Cor. 13.

Scopus igitur Apostoli in hoc Capite est, ostendere inutilitatem, & imperfectionem legis veteris respectu infirmitatis sacrificij legalis, & imbecillitatem eius ad peccata remittēda, & ad salutē adipiscendā; & ita ad vim aduentus Christi, & Euāgelicę gratiæ commendandā. Quod ex triplici capite demonstrat, nēpè, ex offerentiū inutilitate, & ex diuina reprobatione, & ex sacrificiorū frequentatione.

Paulus hoc Capite quid docere instituat.

I. dubij solu. De vmbræ, imaginis, ac rei ipsius discrimine apud Paulum.

Prima difficultas fuit de vmbra, & imagine, ac re. Accipit enim similitudinem ab arte pictoria, solent enim pictores antequam viuos colores penicillo superinducant, carbone, aut plumbo rem, quam sibi exprimendã proponunt, adumbrare. Hæc autem rudior, & obscurior pictura à Græcis appellatur σκιογραφία, id est vmbratilis descriptio: altera verò perfecta, quæ ad viuum repræsentat, quæ Græcis dicta est εἰκὼν, hoc est imago. Tertio loco est res ipsa vera, & repræsentata in cœlo. Quamobrẽ videtur hoc loco aliter accipere vmbram Apostolus atque ad Colossenses. 2. vbi veteres ceremonias, vmbras futurorum vocat, quoniam solidam rerum quas figurabant, substantiam non habebant. Ibi vmbra corpori opponitur, hîc autem imagini.

Colossenses. 2.

Vmbram lex haberet quorum futurorũ bonorũ.

Et futura bona, vocauit cœlestia, & æterna bona, quæ in patria sunt, & quæ hîc quodammodo in nobis inchoantur, & degustantur, & quasi in arrha possidentur. Idcircò Regnum Christi quod nunc est, tunc futurum erat, & Apostolus hîc docet nos habere claram futurorum bonorum effigiem. Et quamuis in vmbra, & in imagine idem Christus sit, idem Spiritus, eadem iustitia, sanctificatio, & redemptio: in ratione tamẽ repræsentãdi erat dissimilitudo, quia ibi res à longinquo inspectæ sunt, nobis verò clarẽ & in propinquo.

1. Cor. 1. Eadem in lege veteri, quanquã imperfectius, & in nouaquæ nam adũbrata mysteria. *B. Ambros. lib. 1. de offic. c. 48. to. 1. initio.*

Ambrosius noster paucis hoc egregiẽ explicauit: *In lege*, inquit, *vmbra, imago in Euangelio, veritas in cœlestibus.* Præcessit vmbra, secuta est imago, erit veritas. Idem tradit in Psalmum 38. explicans illa verba: *Veruntamen in imagine pertransijt homo*, & Naziãzenus Oratione in sanctum Pascha, distinguit pascha legale, & nostrum, & illud, *Quod bibet nobiscum nouũ in regno Patris*: quod est dicere: in lege fuisse figuram nudam, in Euangelio figuram cum veritate, in cœlo nudam veritatem. Primam dissoluimus difficultatem.

Idem to. 4. Greg. Naz. Triplex pascha Gregorio Nazian. quod nam illud.

Ad secundam diluendam, explicãdus est Textus. Sequitur: *Per singulos annos eisdem ipsis hostijs quas offerent indesinenter, &c.* Quibus verbis probat legis inutilitatẽ ex iteratione earundem hostiarum, & peculiariter loquitur de sacrificio in die expiationis, quæ incidebat in diem decimum mensis septimi, & à Pontifice offerebatur. Vbi considerandum, genus humanum ab initio fuisse vni peccato obnoxium, id est originali antiquo, quod multa alia personalia consequebantur, à quibus nemo liberari poterat, nisi ab illo primo peccato expiaretur: qui verò ab eo sanus esset, ab alijs etiam, quæcunque ante sanitatem adeptã cõmisisset, sanatus inueniebatur. Neque enim poterat ab illo solo liberari, quin ab omnibus mundaretur.

Matth. 26. De quo Paulus sacrificio in lege quotãnis frequẽtato, nunc sermonẽ habeat. *Leuit. 23.*

Cùm ergo quæreretur omnium illorum peccatorum destructio; certè Sacerdotium, siue sacrificium id præstare non poterat; vt in lege præceptum erat. Non igitur hoc peccatum auferebant. Nam si hoc obtentum fuisset; certè aut per Pontifices sacrificantes, aut per minores Sacerdotes sacrificia offerentes. Atqui per illos, aut per hos effici non potuit: ergo necessariò per alium Sacerdotem ex tribu Iuda oriturum expectandum erat. Hæc est Pauli argumentatio. Et in primis probat, quòd non per Pontifices: quia illi per singulos annos easdem hostias pro sua, & populi ignorãtia offerebant. Nec scientia de Deo veniebat, quam sæpè ignorare profitebantur: aliòqui cessassent offerre, postquam illud erat peccatum naturæ, & semel ablatum, non posset redire.

Peccatũ originis vnum tantũmodo, multiplex virtute in cũctis hominibus.

Illud cõmune peccatum cum reliquis cur antiqui virtute sacrificij non posset aboleri secũdum Apostolum.

Gen. 49. Sacerdotes Leui hoc præstare non potuisse, dupliciter.

Quòd si quis obijciat, sæpè offerri pro nouis peccatis, quæ indies committi non cessabant: sublatis namque prioribus, opus erat pro nobis aduenientibus sacrificari. Sed hoc sanè dici nequit: quia pro ijs quæ admittebãtur quotidie, non poterat fieri expiatio, nisi sublatũ esset originale: quod si quis posset expugnare, reliqua etiã simul deleuisset: & ideò cessasset eadem hostias offerre.

Ad II. dubiũ De eo quòd vim sacrificiorum legis, obid quòd eędẽ hostię pluries repetebãtur, infirmat Apostolus. I. Ratio, cur etiã Circuncisio, aut alia Sacramenta veteris legis originale peccatũ non tolleret.

Si rursus obijciat quis, Circuncisione auferri solitum fuisse originale

peccatum

peccatum: id quidem multi negabũt Theologi, qui Circunciſioni ex opere operato tribuunt nihil. Qui verò aliquid tribuunt, dicent, Sacramentum fidei extitiſſe, quia ſignaculum erat iuſtitiæ fidei, vt ait Apoſtol⁹, & quod expatribus eſſet, non autem quòd ex ex Moyſe, vt dixit Dominus. Omnia etiam veteris legis Sacramenta vim expiandi à ſacrificio percipiunt: vt illa omnia noui Teſtamenti myſteria à Chriſti Cruce vim ſanctificandi obtinent. Quòd ſi ſacrificia non expiabãt in veteri lege; profectò nec Sacramẽta. Adhæc neceſſum erat, cùm ſatisfactum eſſet Deo, pro priori teſtamẽto introduci oportere nouum pactum, ſeu teſtamentum, quod, dum vetus diceretur, manifeſtè nouum introducendum, & eius aduentu vetus abrogandum inſinuabat. Quòd ſi Sacerdotium Leuiticũ vigebat ſtante priori teſtamento; eius præuaricationes manebant, & manere oportebat in æternũ, ſi expectatum fuiſſet, vt per illud auferrentur peccata: nam commemoratio fiebat eorundẽ peccatorum, id eſt conflationis vituli, in illis oblationibus, quibus corda non purificabãtur, & verè impoſsibile erat ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

Rom.4.
Ioann.7.

II. Ratio.

III. Ratio.

Eadẽ rurſus veterũ ſacrificiorũ legis etiã viuẽtis ad iuſtificandum impoté tia confirmatur.

Exod 32.

Siquis tertiò opponat, confeſsionem noſtram repeti de eiſdem peccatis: Reſpondendum eſt, non eſſe de ijſdem numero peccatis, ſed de nouis quæ indies admittuntur: etſi de iſdẽ numero fieri poſsit, ob non perfectè expreſſum peccatũ, iam non erit præciſe de illo, quia hoc ſit ad reſarciendum defectũ prioris peccati, vel ab his, qui ſcrupulis agitantur. Non negamus tamen, ob maiorem humilitatem, & ſui ipſius mortificationem, atque victoriam, atque ob maius meritum comparamdum, licere de eiſdẽ numero peccatis confeſsionem facere. Sed ad hanc iterationem confeſsionis nulla lege Euangelica, aut Eccleſiaſtica arctamur, cũ prior ſit idonea, & ſufficiens. De oblatione Euchariſtiæ, quæ repetitur, & frequẽtatur, dicetur inferiùs latiùs.

Chriſtianorũ de ſuis peccatis iterata cõfeſsio cur efficax & firma, non item legalium hoſtiarum illa.

Ijdem ſæpè eadem numero peccata quatenus cõfiteri valeãt.

Alioquin, inquit Apoſtolus, ceſſaſſent offerri cultoribus ſemel mundatis. Nec huius confeſsionis efficacia minuitur ex hoc, quòd ſemel mũdati poterant iterum peccare; ac proinde iterata oblatione indigere: quoniam etiam ſi ſic accideret, lex tamen cultoribus mundatis non iuberet vt ſingulis annis offerrent. Et mandatũ legis explicitè ſubiungit per aduerſatiuam: *Sed in ipſis* (ſcilicèt hoſtis) *commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit*. Intellige commemorationẽ eorundem numero peccatorum, non autem remiſsionẽ. Ex eo enim quòd idem Pontifex, & permulti de populo ſunt illimet qui offerrunt, oſtenditur, quòd illis remiſsio peccatorum facta non fuerit. Impoſsibile enim erat ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata: non enim eſſet æqua compẽſatio tam vilis pretij belluinus ſanguis ad magnitudinem delicti expiandam: & ideò ille ſanguis ſæpè repetebatur. Secus eſt de Chriſti ſanguide, qui ob id non repetitur.

Iudæorũ per oblationẽ ſemel purificatorũ confeſsio, etiãſi denuo peccãtiũ quare nonminus efficax.

In hoſtijs Leuiticis cõmemorationẽ, nõ remiſsionem, peccatorum fieri, cur dixerit Apoſtolus.

Ad tertiam difficultatem dicẽdum eſt, Paulum ad literã citaſſe Pſalmum triceſimum nonum, in quo Chriſtus ad Patrem loquens introducitur; & tempus quo locutus eſt, explicatur. ¶ *Ideò*, inquit, *ingrediens mundum, dicit, Hoſtiam & oblationem noluiſti*. Ingreſsus fuit mundum per conceptionem cùm Verbum caro factum eſt. ¶ *Tunc dixi, Ecce venio*, vel, *ecce adſum*. Id eſt carnem aſſumo ad obediendum, cùm ſine ea obedire non poſſet, cùm eſſet per omnia par, & æqualis Patri. ¶ *Vt faciam*, inquit, *Deus voluntatem tuam*. Huiuſmodi votum emiſiſſe Chriſtum, teſtatur B. Hilarius, enarrans illud: Si introiero in tabernaculum domus meæ, &c. ¶ Ex quo liquet, quæ prima Chriſti concepti, & rationis vſum habentis extiterit cogitatio, nempè vt faceret Dei voluntatem de mundo ſeruando, etiamſi pro eo eſſet ſangus effundendus: ſicut alio loco dicit: Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. ¶ Probat etiam ſimiliter ex hoc loco, à Propheta introduci Chriſtum,

III. dubij ſolut. De loco Pſalmi, Hoſtiã, & oblationem noluiſti, &c. an eũ rectè Paulus produxerit.

Ioann.1. Filius Dei mundũ quãdo fuerit ingreſſus, & quid illud: Tunc dixit ecce venio.

B. Hilar. in Pſalm. 129 Chriſti mundum ingreſſi prima cogitatio, atq; oblatio qualis fuerit.

Ioan. 6. Chriſtus cur mundum ingreſſus, iuxta Prophetam.

stum venientem in hunc mundum, ob hostiarum legis imbecillitatem ad remittenda peccata.

Sequitur: *Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi.* Id est, solidam Euangelij veritatem, quæ vmbræ hostiarũ legis opponitur. In quibꝰ nomẽ sacrificij Hebraicè dicitur Zebach, id est cruentum pro peccato sacrificium. Vocem oblationis vocat mincha, quæ ex similâ cum oleo & thure quotidie igni offerẽda tradebatur; vt intelligas, Christum, qui illis substitutus est, cruentum in cruce extitisse sacrificiũ, ex cuius vulnerato latere sanguis fluebat: in mensa verò altaris fuisse oblationem exanguem, quàm Græci ἀναίμακτον, hoc est incruentam vocant. Propterea ait, Corpus aptasti mihi; vt posset patibile, & mortale offerri in hostiam cruentam, & per mysticam benedictionem aptasti, vt posset esse hostia incruenta.

At si quis obijciat, in Hebræo habetur: *Aures perforasti*, seu per fodisti; allusio est ad legis ritum, quo is qui cõtempta legis facultate vt manumitti posset, recusans tamen illam, eius aures subula perforabantur, in symbolum quòd perpetuò se addicebat seruituti. Et ita Christus cùm liber esse potuisset, voluit tamen Patri perpetuus effici seruus, & nostram libertatem, & salutem sua seruitute, & morte promouere, vt ita fieret seruus obediens vsq; ad mortem crucis.

Iuxta Hebræam igitur literã, *Aures perfodisti mihi*, significat: Docilem, & obsequentem me reddisti. Surdi enim sumus omnes, donec aures nobis Deus aperiat, & peruicaciam nostram corrigat, secundùm illud: *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non cõtradico, retrorsum non abij.* Chaldæus habet, *Aures ad auscultanda præcepta perforasti mihi.* Qui perforandi aures ritus, Gentilibus ignotus non fuit. Vnde Satyricus dixit:

Natus ad Euphraten, molles quod in aure fenestræ
Arguerint.

Aliqui putant corruptè dictum, perfeci sti, pro, perfodisti: sed non ita est, sed ex verbo Græco ambiguo illa varietas nata est. Nam hîc habetur: σῶμα δ', καὶ κατηρτίσω μοι, quod verbum si descedat à καταρτίζω, significat aptare, siue præparare.

Atque ita apparet hunc locum à Paulo allegatum iuxta lectionem Septuaginta: multum enim distat corpus ab auribus, & aptasti, à perforasti. ¶ *Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt.* Omnia sacrificiorum genera Paulus attulisse videtur, id est Holocausti, & pro peccato, & Pacificorũ, & oblationis cruentæ, vt omnia excludat, & ipse Christus est virtute omnia, & holocaustum totum combustũ ad Patris gloriam, & sacrificium pro peccatis nostris: & hostia pacifica pro donis, & gratijs impetrandis; & denique oblatio in Eucharistia, pro iam acceptis beneficijs gratias agendo. Hæc omnia in Hebræo dicuntur Zebach, mincha, holoth, clathaim: Pro quibus 70. reddiderunt κατηρτίσω. θυσίαν προσφορὰν ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας. ¶ Et ait: *No tibi placuerũt*, scilicet ad liberãdũ mundũ à peccato quo tenebatur, sicut omnes expectabãt, & optabant. Erant tamẽ vtiles allegis irregularitates auferẽdas, & ad maculas ab ingressu templi, aut de sacrificijs edendi prohibentes adimendas.

Sequitur: *In capite libri scriptum est deme*, Quod Græci docent esse accipiendum per parenthesim. Estq; sensus: Non venio ex improuiso, nec aliud faciam quàm quod scriptum est de me in sacris literis per Spiritum sanctũ. In Hebræo habetur bigemilathi, id est, in pagina libri; aut in volumine, quod dicitur à voluendo: quia mos Antiquorum erat habere libros in modum cylindri complicatos. Vnde & Dominus Luc 4. dicitur plicuisse librum, & tradidisse ministro. Septuaginta tamen legunt, ἐν κεφαλίδι, hoc est in capite. Et quod in capite habetur, etiam in volumine continetur. Et illa ad rem maximè faciebant, vt intelligeremus in qua parte libri de eo esset scriptum. Et si est sermo de libro Psalmorum; primus Psalmus est

Leuit. 6. Hostia, & Oblatio, Hebraice Zebach, & Mincha, quid mystice.

Aptatum cur corpus Christo.

Explicatur hæc metaphora Prophetæ iuxta Hebræũ literã: Aures perfodisti mihi.

Philip. 2.

Quomodo Deus Pater aures Christo perfoderit.

Esaiæ 50.

Hilar. in Psalm. 129

Iuuenal. Saty. 1.

Rectè legi, aures perfodisti, non autẽ perfecisti mihi.

Hæc lectio: Corpus autẽ aptasti mihi, vnde sumpta.

Quatuor legis sacrificiorum genera, ad iustificandũ infirma.

In vno Christo vim & efficaciam suã habere illam omnia sacrificia.

Legis sacrificia cur Deo non placuerint, quid tã tã coluerit.

Quid significet: In capite libri scriptũ est de me.

Lectio Hebræa: In volumine libri, cum illa 70. In capite libri: quomodo conueniat.

Quid in capite Libri Psalmorum, vel in capite lib. Geneseos sit scriptum de Christo.

Psalm. 1.

cæterorum

cæterorum caput, vbi legitur: *Sed in lege Domine voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Si autem caput libri sit sacra Genesis, bene res habet: nam vt per ipsum omnia sunt cõdita, ita per ipsum erant instaurãda.

Genes. 1.

Possumus etiam per caput intelligere summã & compendium totius libri: quia omnia vetera sacrificia de Christo sunt, quatenus in figuram veri sacrificij offerendi siue in mensa altaris, siue in cruce, conscripta sunt. ¶ Et ponderans Apostolus verba Dauidis, adiungit: *Aufert primum, vt sequens statuat.* Id est: ita abrogauit prioris legis immolationem, vt secundum sui corporis sacrificiũ stabiliat: quod est accipiendum iuxta Patris voluntatem, cui per Filij mortem nos redimere visum est. Ideò ait: *In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel.* Hanc enim Dei voluntatẽ ad effectũ reduxit Christus, quæ est sanctificatio nostra, vt alibi docetur. Et semel tantùm moriẽdo, non pluries, vel continuè, sed semel.

1. Thes. 4.

Iam ad quartam difficultatem respondendum, Deũ in Prophetis testatum fuisse, sacrificia sibi non placere, vt Psalm. 39. & 50. vbi dicitur: *Quoniã si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.* Et Hierem. 7. testatur à se non fuisse requisita; Esai. 1. illa abonimanda vocat; Malachiæ. 1. *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus nõ suscipiam de manu vestra.* Quibus in sententijs non significatur, vitium aliquod illis sacrificijs infuisse à natura, sed aduẽtitium, & extrinsecũ, eorum scilicet hominum, qui cum hypocrisi, & impietate offerebant: Cõtrà verò à bonis, & pijs oblata, placebat, & affectabat illa, vsque adeò, vt de illo Abelis, Noë, & Abraham dicat Scriptura; Odoratus est Dominus odorem suauitatis: & hoc, quia cum fide, & spiritu, & in signum Christi offerebant. At ipsa sacrificia per se naturali dignitate vllam vim sanctificandi non habebant. ¶ Si obijcias Leuit. quarto & quinto, sæpè haberi de offerentibus sacrificium: *Rogabitque pro eo Sacerdos, & dimittetur ei:* intelligendum est de maculis, & irregularitatibus legis.

Solut. quæst. 4.

De eo quod grata olim Deo legis sacrificia, eadẽ postea sæpius damnantur, ac reprobãtur à Deo.

Psalm. 39.
Psalm. 50.
Esaiæ. 1.
Malac. 1.

Quorum sacrificia Deo displicerent & quorũ placerent.

Gen. 4.
Infra. 8.

Si non antiqua sacrificia Iudæos sanctificabant, quid illud: Rogabit pro eo Sacerdos, & dimittetur ei.

Ad quintã quò melius respondeamus, Textum primò scrutabimur. Habet enim. *Et omnis quidem Sacerdos præsto est quotidie ministrans & easdem sæpè offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata.* Dixerat superiùs de sacrificio expiationis, quod semel in anno Pontifex offerre debebat; ne quis diceret, Si nõ potuit Pontifex tollere peccata, hoc minores præstiterũt, qui quotidie mane & vespere iuge sacrificium offerebant. Ostendit quoq; hos efficaciam remittẽdi peccata nullam habuisse: quia eadem offerebant hostias, vnum scilicèt agnum mane, & alterum vespere. ¶ *Hic autem* (Christus) *vnam pro peccatis offerens hostiã, in sempiternum sedet in dextera Dei.* Vna enim hostia omnia peccata reddidit expiabilia, ac remissibilia, & acquisiuit sempiternã cum Deo amicitiam, ita vt sedeat à dextris eius in pari potestate, & imperio. Nec timẽdum est, ne vim suæ mortis extingui patiatur, vel sepultam iacere permittat; cùm omnes inimici eius subdendi sint scabello pedũ suorũ, tanquã victori, & triũphatori, atq; hoc in gloriam electorum.

Leuit. 16.
Exod 29.

Quodnã esset iuge sacrificium.

Vna Christi hostia in cruce Deo Patri oblata quàm efficax.

Psalm. 109.
1. Cor. 15.
Hebr. 1.

Et subdit: *Vna enim oblatione, consummauit in sempiternum sanctificatos.* Oblationẽ hoc loco dupliciter accipere possumus: vel pro re oblata, per Hebraismũ, vt ita vna hostia opponatur pluribus hostijs, vt promissio pro re promissa; spes pro re sperata, fides pro re credita, testamẽtum pro re testamẽto legata, iuxta illud; *Vt expectarẽt promissionem Patris*, &, *Expectantes beatam spẽ*; &, *Vna fides vnũ baptisma*: superiùs etiã: *In tantũ melioris testamenti sponsor factus est Iesus.* Potest deinde accipi pro actu ipso oblationis, quã semel sui ipsius fecit in cruce: Pro eis, inquit, ego sanctifico me ipsum: & semel etiã fecit in mensa, cũ dixit: *Hoc est corpus meũ, quod pro vobis datur*, siue immolatur, vel frangitur. Vt ita vna oblatio opponatur iterationi, vel repetitioni, & aduerbio Sæpè. Et vtroq; modo accipi potest illud ad Ephes. 5. *Christus*

Ad V. dubiũ Circa illud: Vna enim oblatione cõsummauit in sempiternum sanctificatos.

1. Sẽsus, quid oblatio.

Act. 1.
Tit. 2.
Ephes. 4.
Hebr. 7.

Alter.

Ioann. 17.

Luc. 22.

Ephes. 5.

dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorē suauitatis. Et quocunq; modo accipiatur, ad rē maximè facere videtur.

Quid illud: Consummauit, & qualis hæc phrasis Apostolica. *Ioann. 19.*

Quod ait. *Consummauit*: referri potest ad verbum illud, Consummatum est. Alij vertunt: *Compleuit*; alij, perfecit, vel, perfectos reddidit: perinde ac si, parua magnis cōparando, quis diceret, Apelles vna tantùm linea hanc figurā absoluit. Verbum Sanctificatos, Græcè est participium passiuum præsentis tēporis, significans eos qui sanctificationē susciпiunt. Atq; hic vnus locus est præcipuus, quo noui hostes nitātur ad cōuellēdā noui Testamēti in Missa oblationē, & argumentātur ex hoc, & alijs locis huius epistolę. Et si autē hęc disceptatio libro nono super Euangelia nobis, cum de Eucharistiæ Sacramento ageremus, latè sit expedita; hìc tamen breuiter, & pro loci opportunitate aliquid est dicendum.

Quos vocet Apostol⁹ sanctificatos.

Hoc loco: Vnaenimoblatione, &c. quemmadmodum Lutherani abutantur.

Agunt igitur Hæretici contra Ecclesię sacrificium. Primò, quia vna oblatione eos qui sanctificātur, perfecit: Quid ergo, aiūt, nouas fingitis oblationes? Nam id in iniuriam tendit Christi, quasi ille plenè non satisfecerit. Deinde, si Pontifex est in cœlis, & assiduè pro nouis interpellās, quomodo non vacant qui interris sunt Sacerdotes? Tertio reprobantur plures Sacerdotes hoc loco à Paulo, ob eorum infirmitatem: vnde ergo tantus Sacerdotum prouētus in Ecclesia? Quartò, inter veterem legem, & legem nouā, quæ dicitur sermo iurisiurādi, hoc interest, quòd lex illa constituit Sacerdotes morti obnoxios, lex verò noua Sacerdotem perpetuum: at Sacerdotes noui Testamenti & infirmi sunt, & morte absumūtur. Quintò, illi Sacerdotes spernuntur ab Apostolo, eo quòd pro se semper orabant, & pro populo: ex quo colligit illos nunquam litasse, & ad perfectum venisse. Quid ergo obstat, quo minus de nostris Sacerdotibus dicatur, qui id ipsū faciunt, nō cessantes interpellare pro se ipsis, & pro alijs? Deniq; verba sunt Apostoli, Vbi peccatorum remissio, iam non est oblatio pro peccatis. Si ergo per Christi hostiam fuit remissio peccatorum, quorsum ergo nouæ oblationes tendunt?

I. Eorū Arg. cōtra incruētam Euchari stiæ.

II. Argum.

Tertium.

Quartum. *Hebr. 7.* *Ibidem 23.*

Quintum.

Verùm ad hæc vt ordine retrogrado respondeamus, ad postremum dicimus, Apostolum loqui de peccatis veteris Testamēti, id est de omnibus, tam originali, quàm personalibus, quæ admittuntur ante Baptismum: nam vbi horum remissio facta est, nō est necessaria amplius alia oblatio. At illa de quibus per Ieremiam dixerat, *Dabo legem meam in visceribus eorum, &c. Quia propitiabor iniquitati eorū, & peccati eorum* (scilicet præteriti) *non memorabor amplius*: videtur sermo esse de iniquitatibus, & peccatis, quæ post legē scriptam & susceptum baptismum miserunt, pro quibus culpis abolendis opus est in hoc nouo Testamēto etiam sacrificio Eucharistiæ illa expiante.

Solut. Argu. Quid pro ijs offertur, secūdùm Apostolū, quæ sunt iam remissa peccata.

Ierem. 31. *Hebr. 8.*

Ad proximū quintū argumentum posset dici, spretos ab Apostolo fuisse priores Sacerdotes tanquā nō litātes, & semper orantes, & sacrificantes pro suo, & populi peccato: sed nequaquā spernendi noui Testamenti Sacerdotes sunt, qui pro alio nouo peccati genere Deo hostiam offerunt.

Veteres Apostol⁹ cur spreuerit Sacerdotes.

Ad quartum respōdemus, vetus testamētum nō habuisse vnū summū Sacerdotē qui semper viueret, & in quo cōsisteret illud Sacerdotiū, sed omnes erant infirmi, & morti subditi: at nostrum Sacerdotium nititur in vno Pōtifice, qui est vitę insolubilis. Vnde perennitas, & vigor nostri Sacerdotij in illo Christi sustentatur, qui est Sacerdos in æternū. Nos enim sub illo Sacerdotes sum⁹ tāquā eius ministri: ille summ⁹ Pastor, nos eius vicarij & subpastores.

Cum Sacerdos vn⁹ Christus sit noui Testamenti perpetuus ad veteris differentiā; quid ei aggreganturinfirmi, & ac vitæ solubilis Sacerdotes.

Ad tertium: Nihil est absurdi, si sub Christo, qui viuit in ęternū, plures inueniātur Sacerdotes morti obnoxij: & satis est nobis illū principē semper viuere, quod non fuit in veteri lege.

Psalm. 109. Cur Paulus tanquā infirmos, ac mortales, reprobet plures Sacerdotes.

Ad secundū: affirmādum est, Sacerdotes qui sunt in terris, nō vacare ob id quòd Christus coram Deo semper assistat, & interpellet pro nobis, quē-

Christo in cœlis Patrē pro nobis interpellāte, quomodo nō vacēt qui interris sunt Sacerdotes.

admodum

admodùm per illam vnam oblationem, qua consummauit eos qui sanctificantur, nõ definit esse Sacerdos se Patri in cœlis pro nobis offerens. Neq; desijt per Sacerdotes nostros quasi per suos ministros incruentam hostiam & benedicere, & Patri offerre. Imò per illam Sacerdotiũ sibi cõparauit, vt illud Leuiticũ in aliud nouũ sacrificiũ transferretur: quòd certè, vt Leuiticum, habere debet & summum Sacerdotem, qui intret in Sancta sanctorũ, & alios plures minores, qui intrent in Sanctũ, & quotidie iuge offerant sacrificium, vt in priori tabernaculo fieri cõsueuerat, in typũ eorũ, quæ in noua lege futura erant. Nam modò etiã Põtifex Christus per proprium sanguinẽ ingressus est in Sancta sanctorum, & vna oblatione litauit pro omnibus culpis quæ erant sub priori testamẽto. Et pro alijs delictis, quæ sub nouo emergerent testamento, vetus illud, & inutile Sacerdotium in nouum trãstulit. Non enim dixit Apostolus extinctum, aut sublatum vetus Sacerdotiũ, sed translatum: Hæricus autem Lutheranus extinctum vult, cùm omnẽ velit cessare oblationem. Vt igitur summus Sacerdos intrans semel in sancta, per se amplius hostiam nõ offerebat, etiam si reuera esset Sacerdos, sed inferiores Sacerdotes nõ cessabant agnũ quotidie offerre in holocaustum, qui nostram immaculatam hostiam figurabat: Ita Christus in cœlum ingressus est, vt in Sancta sanctorum, & quidem per proprium sanguinem, retinens æternum Sacerdotium, permittit tamen, & iubet vt ab inferioribus Sacerdotibus ea ipsi hostia offeratur, quam ipse omnipotenti sua virtute confecit, & vt illam faceremus mandabit: ita solenniter operatur, nõ iam communem panem, & commune vinum, sed nectar, & Ambrosiã nostram, pro communibus peccatis quæ in nouo Testamento admittuntur: quæ quidem hostia incruenta totam vim suam expiandi à Christo in cruce cruẽto mutuatur. Nec mireris prudens lector, quòd oblatio hostiæ incruentæ virtutẽ accipiat à cruẽta: quoniã quod Christus in cœlo vt aduocatus causas nostras agat, siue vt Sacerdos interpellet pro nobis, non est nouum meritum, sed anteactæ militiæ, & obedientiæ vsque ad mortem crucis præmium, & remuneratio. Promeruit etiam in cruce Sacerdotium æternum secundùm ordinem Melchisedec, vt per nostros Sacerdotes tanquam per suos administros hostiam nouam conficiat, & offerat Patri suo, quæ nunquam repulsam patiatur.

Ad primum illud: *Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos*, dupliciter responderi potest. Primò, vnico actu offerendi se ipsum in cruce pro peccatis veteris testamẽti immediatè obtulisse, & applicatur nobis illa hostia per Baptismũ: at pro peccatis noui Testamenti nonnisi media oblatione nostræ incruẽtæ hostię. Deinde solui potest: Christum in cruce, tanquam causam vniuersalem, quæ medias causas non adimit, se obtulisse pro peccatis. Quod vt exemplo illustretur, dicimus, Solem vnica illustratione illuminare omnia, nõ actu, sed potentia, & sufficiẽtia. In eum sensum illud accipimus: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Vniuersalis autem non tollit particulares causas, per quas applicatur; nec sunt plures dicẽdæ, quia ordinatæ omnes ad illam crucis, & in ea virtute continentur.

Nec obstat, quòd Paulus dixerit de præterito, Cõsummauit sanctificatos: quia indies perficitur hæc sanctificatio, de qua Paul⁹; Perficientes, inquit, sanctificationem in timore Dei; & Dilectus, Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Vnica ergo est tãtùm oblatio, quæ modò in particularibus operatur, & valet. Ita igitur omnia quadrant, & cruentum incruento non repugnat sacrificio: & habemus verum sanguinem, quem pro nouis culpis offeramus: quia sine sanguine non fit remissio. Nam eius effusio semel facta semper prodest, modò iugiter offeratur: nec tantùm pro culpis, verùm etiam

Vnde Christus summũ Sacerdotiũ habuerit. *Hebr.7. Exod. 30. & Leui.16 Exod.29.*

Christus secũdum Apostolum, vetus Sacerdotiũ nũ abrogauit, sed mutauit in melius, cõtra Lutherũ.

Exod. 29. Agnus legalis quod figurauerit.

Luc.22.

Christianorum nectar, & Ambrosia quæ nam sit. Christi cruẽtum in cruce sacrificiũ omnẽ vim suam incruẽto Eucharistiæ cur tribuat sacrificio.

I. Ratio.

Hebr.7.

Secunda.

Si vna oblatione Christ⁹ cõsummauit in sempiternũ sanctificatos, quidde uò noui offerunt Sacerdotes.

1. Solutio: Altera, quæ confirmatur exemplo.

Ioan. 1.

Apostolũ ne quaquã verbo præteriti tẽporis vsum, cõsummauit, Eucharisticã oblationẽ vt tolleret. *2. Cor. 2. 1. Ioan. 3.* Hostiæ vnitas incruẽtę. *Hebr.9.*

Multiplex eius efficacia

pro gratiarum actione, & laude, quã etiam natura dictante Deo debemus. Prodest etiam ad beneficia impetrãda, & ne semel obtenta amittamus.

Eandem veri atque perfecti habere sacrificij rationem.

Non est ergo confictum sacrificium, sed verum, & reipsa subsistẽs, & apertè ab ipso Christo Sacerdote secundùm ordinem Melchisedec institutũ, & præceptum, & hactenus de sacrificio sit dictum contra Hæreticos.

Heb. 8. Ierem. 31.

Sequitur: *Contestatur autem nos & Spiritus sanctus*, &c. Producit secundò Apostolus verba Ieremiæ, quæ .c. 8. produxerat. Et ponderat illa verba: *Post dies illos*, Veteris Testamenti scilicet: nam tunc data est lex, & scripta in cordibus hominum: *Et iniquitatum eorum, inquit, iam non recordabor amplius.*

Illud: Et iniquitatum eorum iam nõ recordabor amplius, explicatur.

Hoc est, vbi nouam legẽ tulero, & peccata per hostiam Christi abstulero, iam nulla supererit pro peccato oblatio: alioquin Chri oblationi iniuria fieret, quasi minus idonea fuerit, vt supra fuit luculenter expositum. Verbum illud, *Contestatur*, expende: perinde enim est ac si dixisset: Non solus ego hoc affirmo, sed etiam Spiritus sanctus simul mecum contestatur per Ieremiam, terminando mea verba de sanctificatione, & consummatione facienda per Christum.

Quid sibi velit dictum Apostoli: Contestatur autem & nos Spiritus sanctus.

¶ *Habentes itaque fratres fiduciã in introitu Sanctorum in sanguine Christi*; Quam initiauit nobis viam nouã, & viuentem per velamen, id est carnem suam; & Sacerdotem magnũ super domum Dei, &c. Postquam Apostolus excellentiam, & dignitatẽ Christi expressit, quam à primo capite ad octauum produxit, & deinde Veteris legis imbecillitatem, & imperfectionem declarauit, ab octauo cap. in hũc vsque locum: iam colligit superioris doctrinæ epilogum, siue summã, adiungendo exhortationem quandam, qua ad tanti beneficij agnitionem, & gratiarum actionem fideles accendãtur. Indicat autem se ad eos sermonẽ habere, qui iam profitebantur in Ecclesia fidem Christi, vnde venit spes, & fides adeũdi superna cœlorum, & intrandi in Sancta Sanctorum in sanguine Christi. Notat Oecumenius in, accipi pro διὰ, id est, Per Christi sanguinem habemus remissionem, & fiduciam: per quem & ipse primus intrauit, sicut ipse dixit: *Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* Nam & nos intrare eò debemus, eo quòd Christus viam nobis initiauit, vel innouauit, quia ipse primus eam calcauit, & nobis post se calcandam præbuit. Et in Psalmo loquitur; *Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor Domino: Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.* Et revera tãtam intrãdi fiduciam Christi sanguis pro nobis fusus præbere videtur; quod tamen olim patribus fuit negatum; nisi quòd nomina eorum Pontifex in pectore, & humeris gestabat. Sed nunc non amplius in figura, vel symbolicè, sed revera intrandum est, & ascendendum in altum cum eo qui captiuam duxit captiuitatem, vt dici possit Christum nos veluti in pectore, & sinu suo repositos, & humeris eius in nixos in cœlum gestasse, & nos velut oues errantes in caulam reduxisse.

Luc. 24. Viam nobis ad cœlũ quo modo initiauerit Christus.

Psal. 117.

Vnde Christiani quã habent cœlum intrandi fiduciam, Iudæis denegatam, acceperint.

Exo. 28.

Psal. 67. Ephes. 4.

Addit: *Per velamen*, id est carnem suam, diuinitatem tegentem, cuius liuore sanati sumus. Vocat etiam viam viuentem, vtpote in qua est via Spiritus, & ad meliorem ducit viam, de qua Dominus: *Qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*, hoc est lumen fidei, quo peruenitur ad viam gratiæ, & gloriæ. Sequitur: *Et Sacerdotem magnum super domũ Dei*, Supplendum est à communi sensu, habentes; nimirum Præpositum totius Ecclesiæ Dei, qui potest & vult nobis opitulari ad intrandum in Sancta Sãctorum. Habet enim claues vitæ, & mortis. ¶ *Accedamus cũ vero corde.* Nõ ficto, & simulato, vt pleriq; eo tẽpore faciebant, & nunc etiam multi faciunt. Addit: *In plenitudine fidei*, Quæ tantam, & talem certitudinẽ, ac persuasionem habet, vt nullus de ea dubitandi locus relinquatur. Oecumenius: *In certitudine fidei*, inquit, *Quoniam enim nihil est posthac visibile: neq; templum, id enim est cœlum; neque Pontifex, is est Christus: neq; victima, hæc corpus est ipsius; necessaria in posterum est*

Carnem suã Christus viã viuẽtem cur nominet.

Esa. 53. Ioan 8.

Quod sit lumen vitæ.

Christus qualis præpositus super domum Dei.

Apoc. 1.

Accedẽdum ad Deum cur nobis in plenitudine fidei.

Oecum. ibidem.

Ex fide Christi quæ proueniant.

Oecum. cap. 13. circa finem.

fides. Verùm quia cõtingit credere simul & hæsitare, ait: In certitudine fidei, hoc est, vt certi simus de his. Hæc ille.

Exo.24. Aspersio cordis à conscientia mala, ad quã nos Paulus adhortatur, vbi præfigurata.

Aspersi corda à cõscientia mala, & abluti corpus aqua mũda. In primo alludit ad aspersionem factã per Mosen, qui aspersit populũ cinere intincto in sanguine, & aqua: quæ aspersio significabat purificationẽ conscientiæ, & vim pœnitentiæ corda per sanguinẽ Christi purificantis. ¶ *Et abluti corpus aqua mũda.* Id est, baptismate. Iudæi namq; loci corpus tantùm purificabant; vt intelligamus non tantùm opus esse fide, sed etiam conscientia munda, & vsu Sacramentorum Baptismi, & Pœnitentiæ. *Teneamus Spei nostræ confessionem indeclinabilẽ.* Significat; Insistamus bonis operibus, vt accipiamus promissionem ingrediẽdi in cœlum, & seruemus hanc confessionem quæ est circa spem firmã, & speremus per sanguinem Christi introitum in cœlũ, & ꝙ per ipsum ignoscantur nobis peccata, & digni habeamur qui in filios adoptemur. *Fidelis enim est qui repromisit.* Id est verax, promisit autem; Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum. Vtinam autem, vt nobis Deus est fidelis in ꝓmissis, ita nos quoq; in præstãdis quę in Baptismo, & Pœnitentia promisimus, fideles illi simus. ¶ *Et consideremus inuicem in prouocationẽ charitatis, & bonorum operum.* Græca habent: Cõsideremus nos inuicem, quòd scilicet fratres sumus, & grex vnus vnius pastoris: hoc enim augebit mutuam dilectionem. Prouocatio Græcè dicitur παροξυσμὸς, id est contentionis ardor. Colligebat enim Deus Ecclesiam ex Gẽtibus, & Iudæis, inter quos semper fuerat dissidiũ, non secus atque inter ignem & aquam: & Iudæi facilè resiliebant, quòd putarẽt indignum esse sibi Gẽtes comparari, siue æquari. Ideò huic peruerso æmulationis studio, aliud opponit contrarium, nẽpè charitatis, & bonorũ operum: his enim alitur spes intrandi ad interiora velaminis. Falluntur ergo maximè, & fallunt, qui promissionem ex sola fide oriri, & fiduciam nudã sine operibus firmam esse contendunt. ¶ *Non deserentes collectionem nostram,* siue cõgregationem nouis incremẽtis auctam: quia Gentes diruto pariete, Ecclesiæ Dei aggregabantur. Ab Oecumenio verò exponitur: Vt semper in eũdem locum conueniant, dilectionis est ꝓductiuũ; idcircò prohibet separationem. Opus enim charitatis nõ est diuisio, sed fortis, & exacta vnio. ¶ *Sicut consuetudinis est quibusdam.* Notat Iudæos, qui plus æquo sibi tribuentes, Gentiles aspernabãtur; & ita præ cõtemptu deficiebant à castris Dei, ne alios sibi æquari viderent. Quòd si Apostolorum tempore qui tanta vitæ sanctitate, & signorum claritate coruscabant; nonnulli à fide deficiebãt: quid mirũ, si hodie, refrigescente charitate, tantam videamus fideliũ apostasiam? ¶ *Et tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.* Id est Chri aduentum, vt nos ex hac disperſione in vnum colligat, & fiat vnum ouile, & vnus Pastor. Eò ergo operibus charitatis magis incumbẽdum, quò dies iudicij instat. ¶ Sed quomodò cogitare poterat Paulus eo tempore instare diem Domini, cũ iam plus mille & quingenti anni sint elapsi, nec tamen venerit? Respondeo, ita proponi nobis in Euangelio, vt simus semper suspensi, & soliciti ad secundũ eius aduẽtum: *Et vos,* inquit, *similes hominibus expectantibus dominum suum, donec reuertatur à nuptijs.* Deinde sumus in nouissimis diebus, siue nouissima hora, id est postrema ætate: & saltem suus vnicuiq; dies vltimus instat.

Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam nõ relinquitur pro peccatis hostia, &c. De hoc sexto loco dubitatum fuit. Atq; hæc verba duplicem sensum habere possunt: alterum, non esse hostiam illam cruẽtam Christi crucifixi reliquam ꝓ baptizatis delinquẽtibus; neq; similẽ rursus baptismum omninò renouantẽ; vt dixit cap. 6. cuius ibi meminit nomine recrucifixionis, vt hìc nomine hostiæ iteratæ: quia illa nonnisi semel applicatur, relinquitur tamẽ incruẽta, & salutaris hostia, quæ applicatur

Qualẽ Christiani præ Iudæis munditiam habere debeant.

Qu'd tenere spei nostræ confessionẽ indeclinabilem.

Fidelis Deus quid promiserit.

Ioan. 17. Quid & nos fideli Deo debeamus vicissim.

Considerare nos inuicem quid: & in ꝓuocatione charitatis, & bonorum operum.

Iudæi quomodo cũ Gẽtibus conuenirent olim.

Heb.6.

Contra fiduciarios hæreticos.

Ephes.2. *Oecume. c. 14. in princip.* Cur Apostolus Iudæos, vt non deserant cũ Gentibus collectionem, hortetur.

Matth.24.

Ioan.10.

Qualem Apostolus notitiam diei Domini instantis habere potuerit.

Luc.12.

Secunda cõiectura.

1.Ioan.2.

Ad 6. dub.

Prima solutio.

In quo inferior Baptismo pœnitentia.

catur per Pœnitentiæ Sacramentum, sed nõ attingit ad fructum Baptismi, qui est renouatio, quia locum satisfactionibus relinquit hîc, vel in purgatorio pẽdendis, vel per se, vel per suffragia viuorum fidelium, aut per Ecclesiæ sanctæ indulgentias, quæ mortuis applicãtur, vt in capite sexto explicatum reliquimus.

Secunda solutio.

Alter sensus esse potest: vt loquatur de generali peccato apostatandi à Christo, & ab Ecclesiæ eius fide: quod sanè videtur esse sine vllo remedio, quia qui non credit, iã iudicatus est; &, Hæreticum hominem post vnam & secũdã correptionem deuita: sciẽs quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio iudicio cõdemnatus, Græcè αὐτοκατάκριτος: ad quod designandum superiùs dixit: Nõ deserentes collectionem nostram: cùm tamen reliqui peccatores, qui defecerunt non à fide, sed à charitate, pœnitentiæ remedium habeant quo reconcilientur, & Christum interpellantẽ in cœlis, & disciplinam pastorum, & Angelorum custodiam.

Ioann. 3.
Tit. 3.

Pœnitẽtiam olim qui lapsis negarẽt, dicti occasione testimonij, atque similium.

Non est ergo cum Nouatianis, aut cum Montano, & Catharis neganda pœnitentia in Ecclesia peccantibus etiam voluntariè post Baptismum: nec negãda est hæc Epistola Canonica, vt multi ex Hæreticis asseruerunt. ¶ Et addidit: *Post acceptam notitiam veritatis*; ad exaggerandam ingrati animi labem. Et peccato ignorantiæ excusante non errant, qui in seipsis accensum fidei lumen extinxerunt. ¶ *Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio*. Supplendum est, illos manet. Et per terribilem iudicij expectationem, cruciatum malæ conscientiæ intellige, quem impij sentiũt, quo tales torquentur, non aliter atq; Orestes, & Nero, interẽptis matribus cruciari, ac torqueri scribuntur. ¶ Vocat autem ignis æmulationem, quia in illo igne apparebit zelus Dei corripiẽtis, & quia ille ignis, vt diuini honoris vindex, puniet impios, de quibus: *Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id quod timebatis, euenerit:* & per Esaiam: *Pro eo quod vocaui, & non respõdistis mihi: locutus sum, & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis, &c. Ecce, serui mei laudabũt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis.* Et hanc veritatem cõfirmat exemplo legis, dicens: *Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus, vel tribus testibus moritur: Quanto magis putatis*, &c. Videtur argumentari à minori ad maius: nam si capitale fuit deserere legem Moysis, quanto magis illã Christi? Ex quo videtur, quòd non loquitur de particularibus peccatis Apostolus, sed de generali apostasia, & Christi abnegatione. Neque lex etiam quasuis trãsgressiones morte puniebat, sed siquis à verò Deo deficeret ad seruiendum dijs alienis: qui iubetur occidi Deut. 17. Et addit: *Duobus, vel tribus testibus*; vt crimen apostasiæ manifestum denotet. Indicat etiam, Christiani apostatæ crimen esse, Filium Dei conculcare, nõ seruum Moysen. ¶ *Et sanguinem Testamenti pollutum duxerit.* Hoc est Christi, non hircorum, vel vitulorum. ¶ *Et Spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Non Spiritui seruitutis in timore. Est enim Spiritus autor, & distributor donorum, diuidens singulis prout vult. Conculcat autem Filium Dei, qui existimat eũ gratis esse mortuum, tanquam Pater damnationem ad mortem eius contempserit, & non potius ad lucrum animarum nostrarum tantum scelus patrari permiserit. Et in hoc verbo Conculcandi, alludit fortasse Apostolus ad verba Domini: *Nõ proijciatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis.* Conculcat verò Christum in Eucharistia tãtum porcus, siue bestia, hoc est impius, siue hæreticus, qui nõ credit ibi adesse Christum, sed tantũ nudum panem: & interdum inuenti sunt hæretici nostro seculo, qui hanc præclaram margaritam impudenter conculcarunt.

Voluntariè qui peccent, & non ex ignorantia, quamque ijdem ingrati.

Terribilis expectatio iudicij quid Apostolo, & ignis æmulatio.

Prou. 1.

Esa. 65.

Moysi in legem deserentes pœna.

Deut. 19.
Matth. 18.

Trãsgressio legis quænã maxime capitalis.

Deut. 17.

Quale peccatum Christiani Christum deserentis.

Quid sanguinem Testamenti pollutum ducere, & quid conculcare Filiũ Dei.

Rom. 8.
1. Cor. 12. & seq.

Matth. 7.

Chrysostomus, & Theophylactus, & ante eos Dionysius Alexandrinus in Epistola contra Paulum Samosatenum, cuius meminit Hieronym. lib.

Alter sensus Græcorum.

Chrysost. ho mil. 20. sub initium.
Theophyl.
Dionys. Alexandr.

de Scripto. Ecclesiast. interpretantur hæc verba de Sacramẽto Eucharistię. Et ideò dixit: *In quo sãctificatus est*; nõ, in quo redẽptus est, vt intelligamus de eo, quo indies sanctificamur. Et non dixit absolutè, sanguinẽ; sed addidit, testamẽti, alludens ad illud: *Hic est calix sanguinis mei Noui Testamenti.* Et subdit: *Spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Non dixit: gratiæ Spiritus, vt dicendum erat, si de gratiæ dono, qđ dispẽsat Spiritus sanctus, loqueretur: sed voluit de substantiali gratia, siue de Spiritu, siue diuinitate quæ in hoc Sacramento carni vnita est, verba facere. Nam qui indignè manducat, cõtumeliam facit Deo. *Scimus enim qui dixit; Mihi vindictã* (scilicet seruo; vel, Mihi vindicta, scilicet seruatur) *& ego retribuam* (pro meritis scilicet) *Et iterum: Quia iudicabit Dñs populum suum.* Cũ iustitia, & veritate, & citra personarum acceptionem. Et ibi, iudicare, accipitur pro, Condemnare, quia sequitur: *Et in seruis suis miserebitur*, quasi membrum oppositum. ¶ *Horrẽdum est incidere in manus Dei viuentis.* Quia enim homines sępè eludimus, Dei verò iudicium nullus potest euadere: & homo mortalis etsi infensissimus, vltra mortem sæuire non potest, at Dei potentia formidabilis est, quia potest mittere in gehẽnam eos, qui abiecta omni spe veniæ, nihil præter extremam seueritatem expectant.

Quòd verò septimo loco obiectũ fuit, Dauid elegisse magis incidere in manus Dei viuentis, quàm in manus hominũ; id fecit spe Dei erectus. Nouerat enim Deum prostratis, & se humiliantibus exorabilem fore: at verò magis voluit Dauid incidere in opprobrium hominum, quàm incurrere in offensam Dei. Et sanè melius est hoc tempore incidere in manus Dei viuẽtis, siue potius in manus Chri in Cruce pro nobis morientis, quàm in postrema die iræ, & vindictæ, vbi Deus amplius nulli se reddit propitium.

Subdit: *Rememoramini autẽ pristinos dies; in quibus illuminati, magnũ certamen sustinuistis passionũ*, &c. Vt stimulos addat exhortationi suę, in memoriam Iudæis redigit ea, quæ prius ediderãt pro pietate, & fide Christi specimina. Turpe em̃ est, cũ bene cœperis, in medio cursu fatigari: turpius, vbi magnos progressus feceris, aut multum laborasti, & parum supereſt, & merces præsto est, eaq; multa nimis retrocedere. ¶ Nec obstat id quod octauo loco obiecimus, alibi Paulum dehortari solitũ à consideratione bonorum operum, quæ pro Christi fide præstitimus, aut malorum, quæ sustinuimus: quia id perpetuò nõ est seruandũ, præsertim cũ tentationibus agitamur, aut in imminenti deserẽdæ iustitiæ periculo versamur. Tũc nãq; licet ad priora bona oculos extendere, vt consideremus, ne, quod magnis sudoribus cõparauimus, amittamus. Ita Ezechias, cui mortem instare prædixerat Esaias, in memoriã reuocauit piorum operum suorum studia: *Obsecro Dñe*, inquit, *memẽto quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto*, &c. Et Paulus mortis resolutionis proximus, *Bonum*, ait, *certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui.* Ac paullò pòst ait: *Et in altero quidẽ opprobrijs & tribulationibus*, &c. Idest: simul atq; initiati fuistis in Christo, magnum laborum certamẽ sustinuistis, quod in duobus cõsistebat: altero, q̃ opprobrijs & tribulationibꝰ spectaculum facti estis mũdo. Robusta siquidem opus est (vt ait Oecumenius) anima ad ferenda probra, & iniurias, etiãsi priuatim, & occultè fiãt. Quoniam autem manifestè, & coram omnibus fiebant (nam hoc significat, Spectaculo fuistis) robustior est necessaria. Altero verò, quoniam ita patiẽdo, cõsortes & socij facti estis eorum qui similiter conuersantur: id est Apostolorum: vnde & maiori infamia afficiebantur, qui illis hærebant, & benefaciebant. ¶ *Nam & vinctis compassi estis.* Græca habent: *Nam & vinculis meis.* Ex quo Valla solidè colligit, huius Epistolæ autorem fuisse Paulum. Quis enim alius in Italia vinctꝰ erat, aut ministro Timotheo vtebatur? Et ita q̃ voce *Δεσμοῖς*, isti legũt *Δεσμοῖς μου*. Et ita interpretantur Græca scholia.

1. Cor. 11.

Deut. 32. Quomodò iudicabit Dominus populum suum.

Diuinam potestatẽ & vindictam scelestus enadit nemo. *Matth. 10.*

Ad 7. dubit.

Hodie saluta riter qui incidant in manus Dei viuẽtis.

Iudæorũ intuenda & ꝓpugnanda Christi fide, & religione constãtiam, ac fortitudinẽ cur laudet Apostolus.

Gen. 15. Ad 8. dubit.

Esa. 38. Sancti viri, qui nã inter alios bene anteactæ vitæ recordatione scipsos ad ꝓximam mortem comparauerint. *2. Tim. 4.*

Oecum. initio cap. 15.

Hebræi magnum certamen sustinẽtes passionũ, duplicem fructum inde retulerunt.

Vnde Laurẽtius Valla idonee satisfaciat Epistolam ad Hebræos deducat non alterius etiam quam Pauli. *Oecum. ibidem.*

A quibus fideles Hebręi rapinam bonorum suorũ pertulissent.

Et significat illos nõ solùm consolatione opus non habuisse, sed & alijs vinctis manus porrexisse adiutrices. ¶Et rapinam bonorum vestrorum cũ gaudio suscepistis. Mulctabãt Iudæi infideles, pios & fideles qui Christo deseruiebant, aut nullo expectato iudicio inuolabant in bona illorũ (quẽ admodùm fecerunt nostra ætate Lutherani, deprædantes, & rapiẽtes bona ecclesiarum, & monasteriorum:) quæ tamen vos nõ tantùm sine dolore, sed etiam cum gaudio suscepistis, iuxta illud: *Ibant gaudẽtes* (Apostoli) *à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

Act. 5.

Ad 9. dubit.

Nec obstat quod obiectum est, cũm rapina sit iniquitas, gauisi fuissent de aliorum iniquitate: quoniam illi non gaudebant de rapina, sed de fructu charitatis, & fidei erga Deum, quòd pro illo digni habiti essent bonis suis spoliari: quemadmodùm Dominus de morte sua, qua obediẽtiam Patri, & mundo charitatẽ indicauit, lætatus est, nõ de Iudæorum inuidia, & sæuitia, qua illum ad crucem adegerunt. ¶ Sequitur: *Cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.* Hoc est, fide agnoscentes vos cõ parasse nunquam interituras gloriæ diuitias, nec vlli deprædationi expositas, Græca habent κρείττονα ὑπάρξιν: ita enim superiùs bona, & facultates ὑπάρξεις vocauit. Solet hoc vsu venire, vt qui ad dignitatem Papatus euehuntur, nõ grauiter sustineant auleis, & vasis aureis, atq; argenteis, ac præclara supellectili domum suã spoliari: quia nouerunt ad maiores opes, & multò pinguiores reditus se promoueri. Et ait: *Cognoscentes vos habere:* quia nisi quis statuit ad se ex gratia pertinere cœlestem hęreditatem, quã Deus filijs promisit, frigebit vniuersalis cognitio. ¶*Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* Hortatur hìc ad perseuerantiam. Et vides hìc remunerationem operum, quam Paulus μισθαποδοσίαν, id est mercedis retributionẽ appellat. Vides etiam licere ad mercedem aspicere in bonis operibus, & euanescere confidentiam omnem in sola fide sine operibus sitã. Et subdit, non solam fidẽ apprehendere regnũ, sed permanentem patientiam, siue tolerantiam in bonis operibus. Vita enim hæc instar studij est; & ideò ijs qui eniti ad vitam conantur, plura se opponunt obstacula, & impedimenta quæ nos morantur, & cursum omninò abrumpunt, nisi ingens adsit animi magnitudo ad eluctandum.

Quam Iudæi suis bonis propter Christum spoliati habent melio rem & manẽ tem substantiam.

Fideles cur cognoscere habeãt se habere meliorem substantiam.

In eosqui negant licere propter mercedem operari. Fidem quoq; solam non apprehẽdere vitam æternã, in eosdem.

Adhuc enim modicum aliquãtulumcã, qui venturus est veniet, & non tardabit. Verba sunt prophetę Habacuc, admonentis ne molestũ sit tolerare, & non longum tempus esse sustinentiæ, sed breue: quia nouissima hora est, & nõ tardabit: quia nouit opportunitatem quando sit venturus, etiamsi nostro desiderio tardiùs venire videatur.

Habac. 2. Dies Domini cur dicatur appropinquare, nec tardare.

1. *Ioann. 2.*

Subdit: ¶ *Iustus autem meus ex fide viuet.* Id est: Ille viuet, qui ex fide factus est iustus meus, & iustitiam operatus inuenietur: De quo testimonio hoc loco nõ disputo, quia alibi latiùs id præstiti. Et sumptum est testimoniũ secundùm Septuaginta interpretes. Paulus addit, Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον. Id est; Adhuc enim tantillum, tantillum. ¶ *Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.* Vel vt Græca habent: non sibi complacebit anima mea in illo; Hebræa verò, Vbi fuerit munitio, vel elatio, recta hominis anima in eo non manebit. Septuaginta habent, vt omninò Paulus producit: quod cum sensu Prophetæ congruit. Nam subtractio hæc, & subductio à fide, & opere bono, non differt ab elatione, qua turgent impij. Et bene Hieronymus in Propheta vertit: *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso.* Quia Paulus hoc loco subtractioni opponit fidem, & acquisitioni opponit exitium, siue perditionem.

Quid significet: Iustus autem meus ex fide viuet. *Lib. 2. in Epist. ad Roma.*

Id Propheta cum: Quod si subtraxerit se, nõ placebit, animæ meæ, quomodo accipiendum.

Hieronym. tomo 6.

Dubium est, quomodo verba Habacuc, quæ ad literam de primo Christi aduentu intelliguntur, vt etiam testatur Hieronymus, Paulus ad secundùm Domini aduentum transferat. Sed certè nouum non est, quædã Prophetica verba ad vtrumq; Christi aduentũ sine violentia referri. Vt illud,

Idem ibidẽ.

Zacha. 12. Ioan. 19. *Videbũt in quẽ transfixerũt:* qđ Ioánes cap. 19. explicauit de ijs qui reuertebãtur percutientes pectora sua. Idem tamen ad eos, qui in secundo Christi aduentu eũ cõspecturi sunt, extendit

Luc. 23.

Apocal. 1. *Ecce,* inquit, *venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerũt.* Et similia de alijs testimonijs possemus ostendere, si opus esset. Et de his hactenus.

Apoc. 1.

DISPVTATIO XX.

In illa verba Apostoli, cap. 11. *Est autẽ fides, sperãdarum substãtia rerum, argumentum nõ apparentium.*

MVltæ sanè ac graues dubitationes ex his paucis Apostoli verbis, quibus fidem describere, siue definire videtur, exurgunt, suntq́, diligẽter scrutandę, ne fucũ nobis hæretici faciant, & ne vllus acuto lectori scrupulus remaneat. Primùm ergo inuestigandus est scopus, & quomodò fidei definitio cũ superioribus connectatur. Deinde quæ est ista fides quæ definitur, an illa quæ humana est, an diuina, & quomodo ab humana, & ab illa Iudæorum distinguatur; quomodo etiã illa Iudæorũ à Theologica fide nostra discerni possit. Tertiò ambigitur, an hæc sit vera definitio fidei, & perfecta, an verò descriptio, rem propositã vtcũq; illustrans, & explicãs. Quartò hæsitari potest an hęc definitio per Synecdochen sit tradita à parte principali, scilicet futurorum quæ sperãtur cõtinentur, alia duo tempora, id est præteritũ, & præsens, vt tradit Sedulius in hunc locũ, cuius hæc sunt verba: *Synecdochicῶs hoc dicit, ab insigni parte fidem definiens. Nã fides est trium temporũ: creduntur enim præterita quòd fuerint, præsentia quòd sint, futura quòd erũt.* Quintò in dubium vocatur quæ fides hoc loco đfiniatur, an viua, quæ per charitatẽ operatur, an informis, & mortua. Sextò cõtrouertitur, an fides sumatur pro credulitate, quæ est actus intellectus, an ꝓ fiducia, vt quidã voluerũt ex Patribus, vt Damascenus, & alij posteriores, quia hæc ad facultatẽ voluntatis spectat; an verò fides definitur mixtim, vt vtrũq; significatũ cõplectitur. Septimò circa singula verba ab Apostolo proposita aliqua dubitãda occurrunt. Nã circa illud: Fides, est substãtia, opponi potest, fidẽ esse quoddã accidẽs, siue habitũ intellectualẽ quẽ definit. Deinde vt demus substantiã poni pro subsistẽtia, siue basi, & firmamẽto; obijci posset, spem & charitatẽ esse subsistẽtias, quia per eas & speramus æterna bona, & amamus: maxime quia spes à Paulo anchoræ cõparatur nauem stabilieti cap. 6. vt superiùs vidimus, charitas verò firmamẽtũ est, siue vita nõ solũ aliarũ virtutũ, sed & ipsius fidei. Vnde sine ea etiã fides trãsferẽs mõtes nihil confert: & alio loco dicitur, *Fortis est vt mors, dilectio,* & per eã omnia aduersa superamus propter eũ qui dilexit nos. Octauò circa secũdũ verbũ: *Sperandarũ rerũ,* primũ dubiũ est an bona sit lectio Augustini tract. 79. in Ioã. *Est autẽ fides sperantiũ substãtia, & cõuictio rerũ quæ nõ vidẽtur.* Et iuuatur hoc ex eo, ꝙ participiũ ἐλεγχόμενον mediæ est cõiugationis, & rectè potest ad vtrũq; significãdũ accõmodari. Vt possit esse sensus: Fides, est substãtia rerũ quæ sperãtur, aut hominũ sperantiũ. Nã vt anima in esse naturę est homini substãtia, ita in esse gratiæ fides est substãtia sperãtis. Secũdò dubiũ est, quoniã bona habitus alicuius definitio explicari debet per obiectũ nõ alienũ, sed propriũ; & ideò potius dicendũ erat: Credẽdarũ rerũ substãtia: nã habitꝰ cognoscũtur, & dignoscuntur

Septimum.

Primum dubium.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Sedulius.

Quintum.

Sextum.

Damascen. lib. 4. de Fide Orthod. cap. 11.

Cant. 8. Rom. 8.

Octauum.

B. Augustin. tom. 10.

scũtur per suos actus, actus verò per sua propria obiecta, circa quæ versantur, vt tradũt Philosophi. Tertiò dubiũ est: cũ fides generatione spe prior sit, quare definitur fides per actũ posterioris virtutis, cũ posteriusdefiniri soleat per prius, & nõ ècõuerso. Quartò dubitabile est, cur potius nõ dixerit in singulari, rei sperandæ, quã in plurali, sperandarũ: & cur nõ potius diligẽdarũ rerũ, cũ dilectionis actiones nobiliores sint? Et hæc de secũdo verbo. Nonò circa verbũ, argumẽtũ, dubiũ est: quia teste Cicerone in Topicis: *Argumentũ, est ratio rei dubiæ fidẽ faciens*; at Fides, super omnes ratiocinationes hominũ eleuatur. Decimò circa postremũ verbũ: nõ apparẽtiũ, est aliquid qđ ambigamus: quia Apostoli proprijs oculis viderunt Christi transfigurationẽ, & passionem eius; eundẽ iã suscitatũ, & ascẽdentẽ in cœlum cõspicati sunt, & Thomæ dixit: *Quia vidisti me Thoma, credidisti*; alijs verò discipulis; *Beati*, inquit, *oculi qui vidẽt quæ vos videtis*, &c. Et ita omnia, ac singula verba interpretatione, ac solida declaratione indigere vidẽtur. Quibꝰ positis, & explicatis, de sensu pleno totius definitionis differemus.

Nonum dubium. *M. Tull.*

Decimum & vltimum.

Luc. 9.

Ioan. 20. Act. 1. Ioan. 20. Luc. 10.

In primis ergo scopus nõ est admodũ obscurus. Prædixerat em̃ in superioribꝰ, iustũ ex fide viuere, & hortatus, ne simus filij subtractionis in perditionẽ, sed fidei in acquisitionẽ animæ, siue vitæ. Idcircò fidẽ describit, & ab excellẽtibus fructibus quos edit, cõmẽdat, & illustrat, docẽs ab exordio mũdi Patres omnes fide Deum cognouisse, atq; illã ei placuisse, mũdũ, & aduersarios omnes vicisse, per eãq; omnes iustificatos fuisse. Videtur etiã hęc fidei descriptio dicti pars superioris. Cũ enim dixisset, patiẽtiã nobis esse necessariã, adiecit testimoniũ Prophetæ, quo id cõfirmauit, nẽpè: Iustus meus ex fide viuit. Et ita patientia cõiuncta est cũ fide: idq; ex eo probatur, quia fides est substãtia, siue hypostasis eorũ quę sperantur: nõ autẽ spẽrãtur, quæ nobis ad manũ sunt, & facilia, sed ardua, & difficilia, quæ vel nos adhuc latent, vel quorũ possessio, & fruitio in aliud tempus seruatur. Ita etiã Rom. 8. dixit: *Quòd videt quis, quid sperat? Si autẽ quod nõ videmus, speramus; per patientiã expectamus.* Ita vt ille locus apertè istũ explanare, & illuminare videatur. Quòd autẽ iustus ex fide viuat, definitione fidei cõprobatur, quæ ad res lõge remotas, & absentes nos vocat. Ita vt hæc definitio fidei superius capitulũ cõcludere, ac terminare potuerit, quẽ admodũ in B. Chrysost. indicari videtur. Siquidẽ homiliã terminat in hac definitione cõiuncta cũ superioribus verbis; quæ verò cõsequũtur, alia explicat homilia. Et hæc de primo.

Ad secũdũ dicendũ, præter fidẽ, vt est virtus humana Philosophis non ignota, & cuius extabat Romę tẽplũ, & altare, teste Augustino, & quã Cicero lib. 1. Offic. prope princip. Fundamentũ iustitiæ vocauit, & dictã ab eo q̃ fiat, quod dictũ est, & appellatur veracitas, & cõstantia in dictis, & ꝓmissis: Præter hãc, inquã, dicimus esse fidem cõmuniter, actũ intellectus susci pientis aliquid, & alicui dicto, vel ꝓnũtiato assentientis tanquã vero: qui actus est ipsum credere. Et ꝓpriè ponit aliquẽ dicentẽ, cui credamus. Qui quidẽ actus siue assensus fidei permultũ differt & ab intellectu, qui est primorũ principiorũ certa apprehensio; & à sciẽtia, quæ est cõclusionum; & à sapientia, quæ est altissimarũ causarũ cognitio: quia hi tres habitus intellectuales euidẽtiã faciũt ipsi rationi, nõ autẽ Fides, cuius munus nõ est scire, sed credere qđ nõdũ vides. Differt etiã ab alijs intellectus habitibus, vt ab opinione (& per cõsequẽs à dubitatione, & suspicione, qui inferiores actus sunt) & à prudẽtia, quæ est recta ratio rerũ agibiliũ; & ab arte, quæ est recta ratio rerũ faciẽdarũ. Fides autẽ humana inter priores tres habitus, & hos alios posteriores media incedit: & differt ab opinione, qui assensus est vnius partis cõtradictionis cũ formidine alterius: Fides autẽ dicit adhæsionẽ sine formidine alterius ad vnã partẽ. Vnde Augus. lib. de Mẽda. ad Cõsẽtiũ. c. 2. *Inter credere autẽ, & opinari hoc*

Ad 1. dub. De Pauli instituto.

Rom. 8.

B Chrysost. homil. 21. circa med.

2 solut quæstionis.

Quam definit Apostolꝰ fidem, humana sit, an diuina.

B. August. lib. 14. de ciuit. Dei, cap. 20. tomo 5.

M. Tull.

Fides diuina ab intellectu, scientia, & sapientia vt differat.

Eadem quomodo ab opinione, prudentia, & arte distinguatur.

Fides humana in quibus à diuina differat.

B. August. tom. 4. sub initium.

distat,

distat, quòd aliquando ille qui credit, sentit se ignorare quod credit, quamuis de re quam se ignorare nouit, omnino nō dubitet. Opinator autē putat se scire quod nescit. Hæc ille. Potest quoque illi fidei humanæ subesse falsum, non autē tribus illis primis habitibus intellectualib⁹ primo loco dictis; ideò fides ista communiter accepta non est virtus, imò potest esse quandoq; vitium: Nam *qui credit citò, corde leuis est.* Secus est de Theologica virtute, quæ à communiter accepta fide, in tribus distinguitur, nempè dicēte, & eo quod dicitur, & interno lumine, cui assentimur. Fides enim Christiana solum Deum dicentem respicit, non autem hominem, vt in eo sistat, sed vt ministrum Dei tantùm accipit: nec tātùm respicit Deum dicentem, sed etiam promittentem: nec qualiacunq; promittentem, vt temporalia, & terrena, sed spiritualia, cœlestia atq; æterna. Promittentem autem nō purè, & absolutè, vt Hæretici somniant; sed sub cōditione bonorum operum: deniq; suæ promissioni ita testificantem, vt in animo ingeneret intellectus assensum, eorū scilicet, quæ non videntur. ¶ Ex quibus habes quomodò fides Theologica distinguatur ab humana communi fide.

Ecclesiastici 19.

Diuina rursus fides, seu Theologica ab humana differt in tribus potissimum.

Iam dicendū qua ratione distinguatur ab illa Iudæorum, quatenus Iudęi sub lege erant: nam quatenus iusti, & sancti, Christi Spiritum induerunt, & ad Nouum Testamentum spectarunt, & eandem fidem nostram habebant, de qua Apostolus, Habentes eundem Spiritum fidei, & nos credimus, propter quod & loquimur. Quatenus verò Iudæi sub lege erant, crediderunt Domino, & Moysi seruo eius: nec alia præmia sibi carnales ceremonias seruantibus danda expectabant præter terrena, & temporalia bona, secūdùm illud Esaiæ prophetæ: *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.* At Christiana fides de spiritualibus, & æternis bonis est quæ nobis promittuntur, Deumq; veracem, & qui valet implere promissa, pponit. Hinc Paulus de Abraham dixit, quòd non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide dās gloriā Deo: plenissimè sciēs quia quæcūq; promisit, potens est & facere. Et alibi; Vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus: & iterum, Vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidē: & infra ait, *Credere oportet accedentem ad Deū quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Si autem remunerator est se inquirētiū, haud dubie promisit remunerationē. Quos locos Pauli produximus, vt ostendamus fidem respicere nō tātùm Deum dicētem, sed etiam promittētem: nec promittentē bona carnalia, aut tēporalia per se, & principaliter, vt cū Iudæis faciebat, sed spiritualia bona, & æterna præmia. Atq; ita distinctam reliquimus fidē Theologicam à fide cōmuni humana, & à fide Iudæorum. ¶ Ad tertiam dubitationē respondemus, nō esse quoquomodo dubitādum, quin hæc vera & integra sit Fidei definitio, & nō tātùm descriptio, quæ imperfectior esse solet rei explicatio, non essentialis. Etiamsi Erasmus in Annotationibus suis scriptum reliquerit, illa verba nō tā esse fidei definitionem, quàm laudationē, & commendationem eius. Hoc autē autoritate Patrum cōprobatur. Siquidem ex Græcis id hoc loco docet Oecumenius. Theodoritus autē ait: Primū omnium docet nos definitionem fidei. Ex nostris autem definitionem vocat Augustinus tract. 79. in Ioā. Sedulius quoq; superiùs productus. Ad de B. Thomam asserentem Apostolū cōplectē definire, licet obscurè. *Quod si quis,* inquit, *velit verba ista ad debitā formam reducere, posset dicere, q̄ fides est habitus mentis, qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus.* Non sunt autem in Sacris literis expectādę definitiones, vt certis Dialecticæ regulis constent, nimirum ex genere, & differētia, siue proprio: satis est esse voces æquivalētes, & quæ ad rem spectare videātur, cū Spiritus sanctus sit qui loquitur in Scripturis, & qui aptè nouit quibuscūq; verbis illi placeat nos erudire, & de necessarijs ad salutem instruere.

Qua lege nobis à Deo bona spiritualia promittātur cōtra Lutheranos.

Christiana fides quatenus eadem fuerit cum illa Iudæorum, & quatenus diuersa.

2. Cor. 4.

Exod. 14.

Qualium Iudæis legē seruātibus promissio fuerit facta bonorum.

Esa. 1.

Fidem diuina sex solius Dei dicētis, & æterna bona promittētis autoritate pēdere, vnde manifestū sit.

Rom. 4.

Gal. 4.

Heb. 11.

Solut. 3. quæstionis.

Erasmi sententia.

Altera Sanctorum Patrum longè præstantior.

Oecum. in tio cap. 16.

B. Theoda. in fin. c. 10. par. 2.

D. August. tom. 9.

Sedul.

B. Thom. sub finē 1. lectionis in cap. 11. tomo 16.

Solut. 4. quæstion.

Ad quartũ respondemus, quòd etsi prima pars definitionis videatur esse Synecdochica, quia tantùm mẽtionẽ facit sperandarum rerum, nõ præsentiũ, aut præteritarũ: ad ea tamen speranda, cætera quæ credimus, referuntur, siue illa sint de præterito, vt q̃ Deus mundũ ex nihilo condidit: Homo peccati reus in Adam factus est: Christus venit mediator, & pro nobis instaurandis passus est mortẽ, suscitatus est, & in cœlũ ascendit, siue similiter sint de præsenti illa quibus assentitur, vt quòd Christus sedet ad Patris dexterã, nobiscũ etiam est in Euchari stia, efficit nobiscum omnes Sacramẽ torũ effectus, habet Ecclesiã tanquam corpus suũ, cuius pastorem, & vicariũ caput voluit esse Episcopũ Romanũ. Adde, q̃ Apostoli definitio nõ omnia futura, sed tãtùm speranda cõprehẽdit: nã credimus etiã Iudicem vẽturũ ad iudicandos viuos, & mortuos: q̃ corpora nostra postremò die sit susci taturus, & ad perpetua gehennæ supplicia reprobos cõdẽnaturus. Verùm hæc omnia præsentis, & præteriti, & futuri tẽporis sequẽs verbũ (hoc est, argumentũ nõ apparentium) cõplectitur. Omne enim q̃ sub fidẽ cadit, siue præteritũ, siue præsens, siue futurũ, tale est, vt nõ appareat, hoc est sub sensum, aut rationẽ non cadat. Vnde Dñs dixit: *Beati qui nõ viderunt, & crediderũt.* Et Augusti. *Fides est credere q̃d nõ vides, cuius merces est videre q̃d credis.* Est igitur definitio in hũc modũ cõcinnãda: Fides, est sperandarũ rerum hypostasis, hoc est, argumentũ nõ apparentiũ. Nã omne illud q̃d latet, nec sensui, aut rationi apparet, illud est materia, siue obiectũ Catholicæ Fidei. Quare Caluinus, & alij nõ sũt audiẽdi, qui docẽt, his verbis nõ definiri omnẽ fidẽ, sed tãtùm ab insigni eius parte.

Fides Dei Infusa, præterita, & præsentia quæ nobis credenda proponat.

Fides illa, quarum sperandarum rerum sit substantia.

Act. 10.

Matth. 25.

Ioan. 5.

Eo verbo definitiõis: Argumentũ nõ apparẽtium, trium temporum fidẽ cõprehendi.

Ioan. 20.

B. Augusti. serm. 29. de verb. Apost. tom. 10.

Quemadmodùm ordinãda prædicta definitio Fidei.

Contra Caluinũ.

Ad quintũ asserimus, Christianam hoc loco fidem definiri, quã Deo loquenti habemus, siue illa sit charitate ornata, siue informis, quia vtraq; Dei donũ est. Et q̃d ad substantiã eius attinet, vna, & eadẽ est, illud verò est sibi aduentitiũ, q̃ accedat ad eã charitas, siue nõ accedat: nam gratia nõ est de eius intrinseca ratione. Verùm vt illa prosit ipsam habẽti, & Deo grata existat, necessaria est charitas. Vnde Apostolus; *Si habuero*, inquit, *omnẽ fidẽ, ita vt mõtes transferã, charitatem autẽ nõ habuero, nihil sum.* Et permulti dicũtur credere in Iesum, qui propter Phariseos nõ cõfitebantur, vt è Synagoga nõ eijcerentur: dilexerunt enim gloriã hominum magis, quàm gloriã Dei. Multi etiam crediderunt in nomine eius, vidẽtes signa quę faciebat; & tamẽ ipse Iesus nõ credebat semetipsum eis. Ac perinde atq; in viris iustis fides viua, & per dilectionẽ operans, est hypostasis rerũ sperãdarũ; ita etiã in plerisq; malè viuẽtibus, & charitate Dei destitutis fides hypostasis est sperandarũ rerum, qua credunt se æternã vitam cõsecuturos, vt illæ virgines fatuæ quæ dicebãt: *Domine Dñe, aperi nobis*, & illi operarij iniquitatis, qui dicẽt; *Dñe, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Solũ ergo hoc loco fides diabolica excluditur, qua dæmones credũt, & cõtremiscũt: quia illa inuita est in illis, & per vim extorta, non spõtanea, vt possit esse virt⁹, & digna nomine fidei. Præsertim cũ fides exigat piã affectionẽ, vt ait Augusti. ser. 18. de verbis Dñi, tractans illud; *Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui nõ viderũt, & crediderũt. Quos*, inquit, *dixit fratres, nisi nos? Nõ quia solos nos, sed & post nos. Post paruũ enim tempus, posteaquã ab oculis mortalibus recesit vt firmaretur fides in cordibus, quicũq; crediderũt, nõ vidẽtes crediderũt, & magnũ meritũ habuit fides eorũ: cui fidei comparanda cor tantũ admouerunt pium, & nõ palpãtẽ manũ.* Hæc ille. Secus est fides informis, siue historica, quæ solet esse charitate Dei destituta, & cui varios actus Scriptura tribuit: vt, credere in Deũ, credere Deo, & credere Deũ, vt alibi latè ostẽdi. ¶ Ad sextã dubitationẽ, affirmamus, fidẽ hìc sumi p̃ assẽsu intellectus, quo suscipimus sperandabona, & æterna, & nõ p̃ fiducia, quæ actus est voluntatis; quãquàm in hoc quidam inclinauerint, vt Damascenus

Quænã mortua Fides, & inutilis.

1. Cor. 13.

Ioan. 12.

Supra 2.

Vnde perspicuum sit, etiam in iniustis credentibus fidem esse hypostasim rerum sperãdarum.

Matth. 28.

Supra 7.

Iaco. 2.

Fidei conditio, ex Augustino.

B. Augusti. ferè sermonis init. tomo 9.

Ioan. 20.

Christi fratres, verè credentes, secũdùm Augustinum.

Triplex act⁹ Fidei, in Scripturis.

Lib. 1. in Paulum. 6. quæst. solutio.

lib.4.cap.11. dicens: Est autem & rursus fides eorum quæ sperantur, substantia, rerum argumentum quæ non videntur, indubitabilis, & indiiudicabilis spes, tam eorum quæ à Deo nobis promissa sunt, quam assecutionis nostrarum petitionum. Hæc ille, fidē per spē definiens, secutus aliquo modo Paulum. Sed hoc dixisse credendū est: quia Fides æterna bona vidēs, spem statim gignit, qua illa attingere possit. Quòd si de fiducia esset sermo, non quadraret ei quod sequitur: argumentum non apparentium. Adde ex textu Syriaco sic definiri fidem: Est autem fides certitudo de his rebus quæ sunt in spe, ac si iam actu existerent, & reuelatio earum quæ non videntur: at certitudo, & reuelatio passiua, de qua est sermo videlicet, ad intellectum spectant.

Altera probabilior, videlicet pro assensu intellectus.

Dicet aliquis, hic definiri in prima clausula fidem quatenus est fiducia, vel eius causa, neruus ac robur. Deinde definitur fides, vt est credulitas, vt quidam hodie recentiores scriptores dicere voluerunt. Sed qui sic Apostoli verba interpretantur, totam fidei descriptionem, ac definitionem euertunt. Non enim duarum virtutum habitus sub vno nomine definiri solēt. Et quomodò fidem cum fiducia confunderet Paulus, qui illa sæpè distinguere solet? Dixit enim 1. Corint. 13. *Sunt autē Fides, Spes, Charitas, tria hæc.*

Falsum esse & absurdum, hic Fidē: primo vt est fiducia: secundo vt est credulitas, ab Apostolo definiri, dupliciter.

1. Cor. 13.

Quòd si dicas, spem distingui à fiducia; ecce iterum Paulus distinguit inter fidem, & fiduciam. Capite enim præcedenti dicebat: *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, &c. accedamus cum vero corde in plenitudine fidei:* & alio loco: *Qui bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu.* Et ad Ephes. *In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.* Vides igitur, fiduciam, siue confidentiam distingui à fide? Ad hæc explicans Apostolus definitionem fidei, subiungit eius actū: *Fide, intelligimus aptata esse secula verbo Dei:* &, *Credere oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit:* & alibi: *Fide dicitur, Abraham plenissimè scire.* Ne ergo in Christi, & Pauli sententijs æqui uocationē ponamus, & res per se claras, & apertas tenebris inuoluamus, statuendum, fidem, cuius actus est credere, hic potissimum definiri, non autem illam, cuius actus est fidere. Nam etsi ad fidem respicientem Deum æternorum bonorum promissorē consequatur nonnullus spei, siue fiduciæ motus; ille tamen motus non est de fidei essentia: quia cùm credimus Deo dicenti Mundum à se conditum, aut Adam in peccatum plapsum, nullus ibi esse solet fiduciæ actus.

1. Tim. 3.

Ephes. 3.

Aliud argumen. ex Paulo pro eâdē veritate.

Heb. 11.

Iam septimo loco propositis dubitationibus circa singula Apostoli verba satisfaciendum. Circa primū verbum difficultas proposita fuit, quomodo fides dicitur substantia, cùm sit accidens (qualis solet esse omnis habitus intellectus, siue voluntatis; sunt enim accidētia quædam spiritualia.) Respondemus, Græcam vocem esse hypostasin, & sumitur hic, & alibi impropriè, siue per similitudinem pro fundamento, siue basi, qua speranda bona sustentantur. Sicut enim substātia firma est, & naturaliter accidentibus subsstat, & cōtrariorum susceptiua; ad eum modum fides solida est, & constans, & sustinet omnia, accidētia quibus illustratur, vt spem, dilectionem, & Spiritus sancti munera, & alia dona gratis data. Subiacet etiā fides modò contrarijs, & persecutionibus, & modò pugnat cum sapientia mundi, modò cū Satanæ suggestionibus, nunc cum hæreticis, frequenter verò cum carnis iudicio, & eius insultib⁹: non quidē vt fides in nobis infirmetur, sed vt exerceatur & illustretur, & in dies auctior, & confirmatior reddatur. In hunc sensum accepit cap. 3. hanc vocem Apostolus: *Si tamen, inquit, initium substantiæ (vel subsistentiæ) eius (id est fidem) firmum retineamus.* Et Dauid, cùm ait: *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia,* id est solidum aliquod fundamentum, cui hærere, & niti valeam. Idem: *Substantia mea apud te est,* id est: A te est

Rom. 4.

Eadem veritas confirmatur magis.

Gen. 1.

Infra 3.

Ad 7. dubitationem. Fides quomodo substātia, si est accidēs?

Quibus locis Scripturarū impropriè sumptum sit nomen substantiæ.

Heb. 3.

Psal. 68.

Psal. 38.

omne

omne robur meum: rursus: *Memorarr quæ mea substantia*, siue subsistentia.

Psal. 88. Cur potius fides, quã Spes & Charitas sint hypostases rerũ sperandarum.

Heb. 6.

Cant. 8.

Quòd autem secundo loco obiectũ fuit, spem, & charitatem in eo sensu dici posse subsistentias, eo quòd spes sit anchoræ nauem stabilienti compara rata, & charitas fortis est, vt mors, & quia portat omnia fratrũ onera, imò omnis virtus ob id dicitur, quòd cõfirmat & corroborat hominis partẽ, in qua sita est: non negamus; sed simpliciter non sine fide, quæ illas virtutes præcellit, & propter illam, ac per illã, quæ primo loco donatur à Deo, Spes, & Charitas, & reliquæ veniũt, vt hypostasis, id est basis, & fundamẽtum nominatur. Et longè maius est robur virtutis à Deo infusæ, quã aut naturaliũ, aut acquisitarũ esse valeat.

Quanti sint roboris virtutes infusæ.

In secundo verbo dubitatum fuit, an legendum sit: Sperãdarum rerum, an sperantium hypostasis, seu subsistẽtia, hoc est sua virtute corroborãs sperãtes, vt sit causalis definitio. Sed hoc nequit consistere, cui apertè Græca litera repugnat: Esi δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑποστασις πραγμάτων, id est earum rerum quæ sperantur, subsistentia. Et ita verbum, Sperandarum, nõ potest esse mediæ coniugationis, sed passiuæ, & ad res quæ sperãtur, necessariò refertur, non ad homines sperantes. Secundò obiectum fuit: quia bona habitus definitio, iuxta doctrinam Philosophorum, danda est non per actum alienũ, sed per proprium: ideò definiendum erat: Fides, est credendarum rerũ hypostasis. Nam & habitus dignoscuntur, ac distinguntur per actus suos, illi autem per obiecta sua. Sed respõsio est in promptu: Apostolus non seruauit regulam Philosophi, sed qđ maius erat expressit, fidem à fine suo, & nõ ab obiecto suo definiens. Non enim omne quod creditur, est finis, quòd potest esse bonum, & malum: at sperãda, bona sunt tantùm, & summè bona, & quæ beatum efficiunt possidentem. Et hoc magis credentes referebat scire, vt accenderẽtur ad ea complectenda, ac retinenda. Vnde & B. Augustinus simili ratione definiuit fidem, dicens: *Fides, est credere quod nõ vides, cuius fidei merces est videre quod credis.* Nec est alia differentia inter hanc Augustini, & illam Pauli fidei definitionem, nisi quòd Augustinus prius definit fidem ab obiecto, deinde à fine; at Paulus contrario modo fecit: prius enim cœpit à fine, dicendo quòd est hypostasis eorum bonorum quæ sperantur; deinde definit ab obiecto proprio, cum ait: *Et argumentum non apparentium.*

Ad 8. dub.

Contra posteriorem lectionem quid faciat.

Fides cur potius dicatur sperãdarum rerum, quàm credẽdarum hypostasis.

Aristot.

Qualia sint bona quæ sperantur.

B. August. serm. 1.

Fidei Augustiniana definitio: Fides est credere quod non vides, &c. cum Paulina quo modo conueniat.

Tertiò oppositum fuit, quòd cùm fides sit prior generatione, quã spes, nõ debuit per actum posterioris virtutis definire priorem, quæ est fides. Sed hoc non est difficile resoluere: quoniam cùm veritas prima nõ visa, sed sperata, finis sit voluntatis nostræ dũ viatores sumus, & eadem sit fidei obiectum; idcircò fidem per actũ spei explicauit, quia idem est sibi pro obiecto, & pro fine: & finis fidei in via est assecutio rei speratæ, hoc est beatitudinis supernaturalis. Quòd verò dixerit in plurali, rerum sperandarũ, & non rei sperandæ, scilicet beatitudinis, in singulari, causa est, quòd etsi beatitudo sit vna, nempè aperta Dei visio, multa tamen excellẽtissima bona illam consequuntur, cùm asserat Boëtius; *Beatitudo, est status omnium bonorum aggregatione perfectus.* Hinc præter visionem est cõprehensio, fruitio, & corporum per resurrectionem assumptio, quatuor corporum glorificatorum dotes, Angelorũ societas, & alia, quę nec oculus vidit, nec auris audiũit, nec in cor hominis ascenderunt.

Quàm rectè Apostolus fidẽ natura anteriorem spe, per spei actũ definierit tamen.

Sperãdarum rerũ, non rei sperãdæ cur fides hypostasis.

B. Boetius lib. 3. de cõsec. prosa 2. Quid beatitudo, Boetio

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Postremò ad id quod obiectũ fuit, cur non potius dixerit, diligẽdarum, quàm, sperandarum: præsertim cùm dilectionis actus sit excellentior, & perfectior. Respondemus: Charitas quidem est absentium, & præsentiũ, finis autem noster nondum habitus est obiectum fidei, ideò rectè dixit, Hypostasis rerum sperãdarum. Nam etsi res sperãda sit obiectum spei, tamen opus est vt fides ordinetur ad illarum virtutum obiecta, quibus perficitur voluntas, cũ fides pertineat ad intellectũ, & imperetur à voluntate.

Fides cur potius sperãdarum sit, quã diligẽdarum substantia rerum.

In

Ad 9. dubit.

Si fides supra rationem est: quomodo argumẽtum, id est ratio, rei dubiæ faciẽs fidem?

B. August.

In tertio verbo quæsitum fuit, quomodo fides sit argumentum, cũ illud sit ratio, rei dubię fidem faciens, constet autem fidem esse supra rationem. Respondemus tamen; hic vox Græca est ἔλεγχος, & significat ostensionem, siue demonstrationem, & euidentiam, siue vt Augustinus vertit, conuictionem, & descẽdit à verbo ἐλεγχειν, quod est arguere, & probare: quo verbo vsus est Dominus de Spiritu sancto, Arguet mundum de peccato, id est euincet, & protrahet in lucem apertam: & alio loco, Quis ex vobis arguet me de peccato? id est demonstrabit, & apertum reddet? Non enim est sensus, Quis reprehendet me de peccato? cũ multos haberet accusatores, & criminatores. In hoc ergo loco accipit argumentum metaphoricè: nam vt argumentum conclusionem propositã comprobat, ita Fides veritatem diuinitus reuelatam demonstrat.

Ioan. 16.

Supra 8. Illud: Quis ex vobis arguet me de peccato: qd propriè significet.

Ad 10. dub.

Circa vltimum verbum, *Non apparentium*, dubitatum fuit ex eo, quòd Apostoli nonnullos Christi articulos proprijs oculis intuiti sunt, vt exẽpli gratia Transfigurationem, Passionẽ, & Ascensionem: potest ergo fides esse de ijs quæ videntur, siue apparent. Vt propterea dicti sint oculi Apostolorũ beati, quòd viderent ea quæ alij non videbant. Respondeo tamen, nõ apparentia, ea tantùm dici, quæ vel sensu, vel ratione attingi nõ possint. Nam etsi viderint Christum pati, vel transfigurari, vel in cœlum ascẽdere; non tamen viderunt Deũ ipsum esse qui passus est, aut transfiguratus, aut in cœlum ascendit: ita vt illa visio ex parte rationem fidei non tolleret. Quemadmodùm & nos quotidie Eucharistiam conficimus, & Deo offerimus, & eam spectamus, & manibus contractamus, ore attingimus; nec tamen propterea eius fides perit, cum ea quæ continet, nẽpè corpus, & sanguis Christi, & gratia, quæ per illam confertur, sub vllum sensum, aut rationẽ non cadant: vt meritò propterea dictum sit mysterium fidei. Thomas etiam Apostolus mittens manũ in latus Christi, vnum quidem vidit, vt Gregorius dixit, & aliud credidit; & ideò simpliciter dixit: *Beati qui nõ viderunt, & crediderunt.* Hinc Athanasius de salutari aduentu Christi in Apollinarium: *Non enim ait fides de re euidenti concepta fides dici poterit, sed fidei est quæ in impossibili possibile, & robur in imbecillitate, & patibile in impatibilitate, & corruptionem in incorruptibilitate, & in paruitate magnitudinem, & mortale in mortalitate credit, vt ait Apostolus.* Hæc ille.

Matth. 13.

Infra 17. Luc. vlt. Act. 1.

Sacrosanctæ à fidelibus Eucharistiæ spectabilia, integra fide, quomodo mysteria peragantur.

Quare vocetur mysteriũ fidei, Eucharistia.

B. Gregor. homil. 26. super Euangelia à medio, part. 2.

Argumentum ergo nõ apparentiũ. Non dixit Apostolus, non existẽtiũ, sed eorum quæ olim extiterunt, vel nunc extant, vel in futurum extabũt; non autem nobis apparentium. Nam alioqui si essent tantùm apparẽtia, & non existẽtia, fides esset futilis, & inanis. Ideò Iurisperiti prudenter docent: *De non apparentibus, & de non existentibus idem est iudicium.* Concipiũt em̃ hęc vt distincta, sicut revera sunt. Multa enim extant in rerum natura, quæ non apparent: & nõnulla rursus apparent, quæ tamen non extant.

Apostoli dicentis fidem argumentũ, esse nõ apparentium, minime autem, non existentium, dictum expenditur.

Quare secũdùm Iurisperitos, De nõ apparẽtibus, & non existẽtibus idẽ sit iudicium.

Postremò, pro ampliori declaratione, explicatur in hac d̃finitione quid faciat fides in vita actiua, cum ait: Hypostasis rerum sperandarum; & quid in contemplatiua, dicens, *Argumẽtum non apparentium.* Considerandũ ergo, quòd vt homo iter aliquod aggrediatur, opus est, vt primum corporis vel mentis oculis illud videat, atq; agnoscat, deinde vt voluntate propendeat ad illud iter pedibus terrendum. Simile quoque accidit in virtutum officijs, & moribus. Nam in primis opus est Prudẽtia, quæ finem humanarum actionum ostendat, & mensuras earũ, vt fini conuenire possint. Deinde necessaria est Iustitiæ virtus in parte rationali, & Fortitudinis in parte Irascenti, & Temperantiæ in concupiscenti: quatenus homo per illas virtutes propensus, & procliuis reddatur ad præstandum quod Prudentia docuit. Porrò in Christianis actionibus ab Spiritu Dei ꝓfectis, necessaria est primùm fides, quæ supernaturalem finem actionum nostrarum indicet; instrumenta etiam & adminicula quæ

Fidei definitionis Apostolicæ vtilis explicatio.

Ad agẽdum, duo requirũtur.

Omnis actio moralis duo habere debet

Christiani hominis actio fidem, & charitatẽ exigit.

adhi-

adhibenda sunt vt illũ consequamur. Adhæc opus est charitatis virtute vrgente & inclinante, vt velimus præstare quod fides dictat agendũ. Hinc Paulus, *Charitas Christi vrget nos.* Et de vtrâque virtute idem Apostolus: *Fides*, inquit, *quæ per charitatem operatur.* Quia igitur fides est hypostasis rerum sperandarum; ob id dicitur hypostasis, quia est solidũ, quod & quasi basis sustinẽs id quod superponitur. Ita fides sustinet res sperandas: nec enim sine fide quis poterit sperare se proprijs viribus peruenturum ad æterni Dei beatificam visionem, aut resurrecturum, aut in cœlos ascensurum: eò quòd hæc omnia facultatem naturæ nostræ longè antecellũt. Ideò opus est fide, quæ Deo valenti præstare quæcunque promiserit, nitatur. atque hac ratione fides est hypostasis rerum quæ sperantur. Nam per eam in nobis ipsis iam sunt quæ speramus bona, vt quodammodò pro præteritis habeamus quæ futura sunt: hoc est, vt tam certi simus de futuris, ac si iam fuissent. Ob quam causam lumẽ Propheticũ futura mysteria per præteritum tempus prænuntiabat. Et Apostolus ait ad Ephes. *Conresuscitauit* (scilicèt Deus) *& consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu.* Fides enim fideli Deo nixa, quasi iam factum accipit in membro, quod præcesserit in capite. Quare hæc verba Pauli expendens Oecumenius, ait: *Exprimit consequenter quid sit fides, & ait: Fides, est substantia, ac essentia earum rerum quæ sperantur. Nam quoniam ea quæ spei subsistunt, sentiri nequeunt, vt quæ interim præsentia non sunt, fides essentia quædã ipsorum est, & substãtia, efficiens vt sint, & quodammodò præsentia fiant, eo quòd credat ea esse. Est autem fides argumentum, ac demonstratio eorum quæ non videntur. Exhibet namque fides visibilia ea quæ sunt inuisibilia. Quomodò? mente, & spe videns ea quæ non apparent.* Hæc ille egregiè. Quæ verba diligenter sunt annotanda contra Theodorum Bezam, qui asserit, à fide res absentes reddi præsentes, atque tam actu reddi præsentes, quàm actu erant absentes. Ex quo asserit, in Eucharistia Christũ fide reddi præsentem, perinde ac si actu ibi existeret: quod omninò falsũ est, & imaginarium. Non enim aliter aliquid absens statuitur esse in rerum natura, quàm in apprehensione, & existentia intellectuali, non autem reali & actuali. Quemadmodùm fides res inconspicuas non subijcit oculorum conspectui, sed mentis perspicacitati; & tamen dicitur argumentum, & demonstratio rerum non apparentium. Tam certos ergo nos de illis non apparentibus reddit fides, ac si iam præsentes contueremur.

In secunda parte asserit esse argumentum, siue ostensionem non apparentium. Non solùm enim quod credit, dicitur videre, sed insuper ipsam habere ipsum credendi lumen, siue rationem. Nam videt credibilia esse, & fide digna quæ credit, non autem videt esse euidentia, quia per se non apparent. Hinc dilectus Discipulus: *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se*, quod videlicèt testatur vera esse, & certa, quæ credit. Et Augustinus epistola octogesima quinta ad Consentium elegãter & egregiè loquitur: *Habet*, inquit, *fides oculos suos, quibus quodammodò videt verum esse quod nondum videt, & quibus certissimè videt nondum se videre quod credit.* Hæc ille. Videntur ergo res fidei nostræ credibiles, & omni fide dignæ. Vnde Apostolus dicebat: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus*; & Propheta: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Confert siquidem Deus omni credenti lumen quoddã diuinum, quo intellectus omninò tranquillatur, & pacatur in assensu Diuinarum veritatum, quas non videt; sicut lumen sensibile reddit sensum quietum in percepto ab eo obiecto, & lumen ipsam mentem quietam, & tranquillam efficit in rebus ratione demonstratis. Vt enim per imaginandi facultatem quod externis sensibus deest, supplere solemus, dum eius virtute sensibilium externorum species in eorum absentia re-

2. Cor. 5.

Galat. 5.

Fides cur hypostasis rerum sperãdarum.

Rerum quæ sperantur, certitudo quanta; eam vt Prophetæ cognouerint nobisque tradiderint.

Ephes. 2.

Oecu. cap. 16. in principio.

Fides cur sit argumentũ non apparentium, secundũ Oecume.

Fidem absentia nobis reddere præsentia, atque adeò conspicabilia, quod Beza somniauit Theodorus, esse falsissimum.

Fidei quam habemus, certitudo qualis.

Quomodo fides à Paulo dicatur argumentum, seu demõstratio non apparentium.

1. Ioan. 5. Quod sit testimoniũ Dei

B. Aug. epi. 85. in princip. tom. 2.

1. Tim. 2. *Psalm. 92.*

Iis quæ fide traduntur mysterijs humana ratio cur omninò acquiescat.

Imaginatio sensibus externis quid conferat, vt lumen fidei rationi.

1. *Petri 2.*

Fides cur lumen Dei, fidē rationis lumini cur minimē repugnet.

Quæ duo naturæ impossibilia, non tamen Deo.

Vnde manifestū sit Deū nobis Fidei mysteria reuelasse.

Primum argumentum.

Secundum & tertium.

Quartum & quintum.

Sextum.

1. *Tim. 3.*

Septimum.

Octauum.

tinemus: ita per lumen fidei (quasi per quædam conspicilla) absentes & futuras de Deo veritates attingimus, & supplemus defectum huius rationis, quæ tam longè posita non poterat cernere. Hinc à Petro dicitur fides admirabile lumen Dei, & quia hoc lumen Fidei diuinum est, lumini rationis contrarium esse non potest: quoniam ratio tantùm potest ratiocinando concludere de effectis, quæ naturæ facultatem excellunt, quòd illa per naturam fieri nequeant. Vt quòd accidens sine potētia subsistat: quòd corpus naturæ virtute sit in diuersis locis. Si quis vltra progressus, vellet negare, hæc non posse infinitæ Dei potentiæ subijci, proculdubio mentiretur, & iam rationis metam, siue sphœram egrederetur, & lumen rationis non sequeretur, quod Dei virtutem, & potestatem metiri nequaquam valet, sicut nec formica ingenium, & naturā rationis speculari potest.

Quærendum ergò, in quod principium tandem resoluitur hæc nostra credendi ratio. Dicimus enim: Credo quia Deus reuelat: quòd verò Deus reuelet, euidens non est, sed perinde atque reliqua Fidei mysteria creditum. Quæ ergo argumenta persuadebunt, Deum hæc reuelasse? Respondeo: Sunt in primis plurima, & ingentia signa, quæ cùm supra naturæ facultatem sint, rectè comprobant Diuinas reuelationes. Sunt deinde Scripturarum permulta testimonia id contestantia: est vita recta credentium, & per charitatem operantium: est innumerabilis propemodùm multitudo fidelium, qui morte, & sanguine hanc fidem confirmarunt. Est ipsa sancta Ecclesia sine intermissione à Christo in hunc vsque diem continuata, proponens nobis articulos credendos: & quia columna est & firmamentum veritatis, in his errare non potest. Est consensus omniū sanctorum Patrum in vnam & eandē Fidei consensionem, & in vnum & idem doctrinæ corpus. Sunt & multæ Hæreticorum congregationes varia, ac diuersa à Fide Catholica dogmata sectantes, quæ omnes suo quæq; seculo profligatæ sunt, & ab Ecclesia proscriptæ: quæ puræ, & synceræ fidei, & intelligentiæ Scripturarum causa extiterunt. ¶ Nec obstat, si pueri, & rustici, atque idiotæ non habeant has notitias distinctas: nam eorum fides infirma, & in fide maiorū, qui hæc norunt, perficitur, in qua & ipsi nituntur; & confusè, atque implicitè hæc illi nouerunt, dum in ijs quiescunt, quæ intelligunt Ecclesiam præcipere.

Et quanquàm hæc & similia magnam probabilitatem, & persuasionē, & consolationem credenti adferre soleant: solum tamen lumen, siue testimonium diuinum intus, & quietum, & per omnia pacatum reddens intellectum, cæteris omnibus antecellit, quia facit videre ea quæ credimus, fide esse dignissima. Et vt lumē externum, & sensibile non indiget lumine vt videatur, sed per seipsum facit se videri, & colores: ita lumen Fidei seipsum ostendit cordi, in quo est, & ipsos articulos, qui humana ratione non videntur. Vsqueadeò, vt qui intus hoc dono illuminatur à Deo, etiam sine signis, & prædicatione, & externo bonæ vitæ exemplo, & Scripturarum testimonijs credere adstringatur. Nam lumen internum conscientiæ illum obligat, ita vt nolens credere, hęreticus sit, & proprio conscientiæ iudicio condemnatus. At verò si quis daretur sine culpa sua hoc interno lumine carere (quod fieri tamen nequit) etiamsi videret externa signa, & audiret sermonem sibi propositum, & grauissimis vrgeretur rationibus; ad credendum tamen adstringeretur nunquam, quia posset semper dubitare, ne subesset fraus, aut illusio Satanæ: qui verò credit, tutissimus est, & fide contentus esse debet. Hinc dictum est: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.* Non est enim tibi necessarium, ea, quæ

Hæreses oēs quò tandem recciderint.

Quibus & quare minus claræ atque perspicuæ sint fidei veritates.

Lumen fidei quale & quā tum argumē tum sit reuelationis diuinę.

Idem lumen quàm potēs, & efficax sit

Tit. 3.

Eo lumine destitutus interno (si fieri potest) suo absque demerito, quibus tamē nō necessariò vel inuictis argumētis sua fidem adiungeret.

Eccli. 3.

abscondita

Illud quid sibi velit Ecclesiasticus: Altiora ne quæsieris, & fortiora te scrutatus fueris, &c.

abscondita sunt, videre oculis tuis. Id est: Non est necesse vt examines ea quæ fidei sunt, & quæ non videntur, ad exiguum iudicium, & modicum lumen rationis humanæ. Vnde sequitur: Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum. Hæc Spiritus sanctus in Ecclesiastico. Proprius igitur sensus, & propria suspicio supplantauit, siue decepit, à veritate cadere faciens eos, qui plus proprio sensui, & suspicioni tribuunt, quàm ipsi lumini fidei. Nam animalis homo non potest spiritualiter percipere, quæ spiritualiter examinantur, id est, quæ lumine spirituali debent examinari, & non rationis lumine. Vt enim bruta animantia, dum seipsa considerant, quæ hominis, & rationis sunt, capere non possunt, quia illa destituuntur, quæ ipsis superior est: ad eum modum homo, quamuis sagax, & acutus, quæ fidei sunt, & quorum ipsa est argumentū, siue ostensio, percipere, aut coniectare non valet. Et de his hactenus.

Altiora se quærētes, vt eos supplantauerit illorū suspicio, vt dixit Sapiēs. 1. Cor. 2.

Homo ad ea quæ fidei, siue supra naturam sunt, quomodò se habeat.

DISPVTATIO XXI.

In illa verba: *In hac enim testimonium consecuti sunt senes. Fide, intelligimus aptata esse secula verbo Dei; vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Fide, plurimam hostiam Abel quàm Cain, obtulit Deo, per quā testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est ne videret mortem: & non inueniebatur, quia transtulit illum Dominus. Ante translationem enim testimoniū habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere Deo.* & reliqua, vsque in finem capitis.

Vndecimi capitis argumentum.

SCOPVS minimè potest esse ignotus: cùm enim Fidem definierit, & paucissimis verbis perstrinxerit, iam eius laudes, & excellentias enarrare exorditur, quò nobis illam & amabiliorem, & commendabiliorē reddat. Indicat enim, omnes Patres, siue maiores Iudæorum, etiam ab orbis cōditi principio illā complexos, & per eam à Deo iustificatos, atque adeò corroboratos, & illustratos fuisse, ne quisquam putaret, rem aliquam nouam, & Patribus ignotam, se inuehere. Ideò prima clausula generatim ait: In hac enim testimoniū consecuti sunt senes. Græcè lege πρεσβύτεροι, hoc est, seniores, siue maiores. Multum siquidem Iudæi patribus suis deferebant; sed præposterè, quia inde occasionem captabant seiungendi se à Christi Fide, & non considerabant quid in Patribus præcipuè imitatione dignum esset,

Senes hoc loco quid.

quia veteribus ceremonijs peruersè insistebant, quasi in illis Religio, & sanctitas cõsisteret. Quare Apostolus per omnes Patres discurrit, docens, hoc vinculo fidei illos cum Deo coniunctos fuisse. Ideò rectè ait: *In hac*, siue per hanc, scilicèt, fidem à me definitam, & quæ est de rebus æternis sperandis, & non de visis, aut iam adeptis, aut in breui adipiscendis, vt illi putabant, qui dicebant: *Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel* (scilicèt, à seruitute quam Romanis impendebant) *Testimonium cõsecuti sunt senes.* Græcè est ἐμαρτυρήθησαν: hoc est, Testimonium à Deo acceperunt, & de sua iustitia commẽ dati sunt. Et hæc de scopo.

Luc. vlt. Iudæi quam sperarent redemptionẽ Israel.

Quæstio prima.

Iam in reliquis quę sequuntur, dubitationes insurgunt. Prima est, quæ sint illa secula aptata verbo Dei; & quæ sint illa inuisibilia, ex quibus emerserunt illa visibilia. Nam si de mundi conditione est sermo, videtur ratione naturali cõprobatam fuisse creationẽ. Nam cùm ex nihilo nihil fieri tradant Philosophi; atque ob eã causam Anaxagoras latitationẽ formarum in materia posuit, & Auicẽna effluxionem formarum ab intelligẽtia formę datrice, & Plato formas secundùm esse separatas à materia, in quibus naturalia omnia procederẽt: pro quibus Sancti ponunt ideas, quæ sunt in mente Diuina inuisibiles formæ, de quibus Boëtius libro tertio de Consolatione inquit:

Axioma Philosophorum.

De mundi conditione triplex Philosophorum opinio.

Tu cuncta superno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse
Mundũ mente gerens, similiq; in imagine formans.

Boetius.

Cùm, inquam, hæc à Philosophis dicantur: dubium est, quomodò fidei adscribatur mundi creatio. Secunda dubitatio est, quæ fuerit illa plurima hostia Abel; & quomodò Deus illi dedit testimonium iustitiæ: qua item ratione defunctus loquitur: hęc enim omnia obscura videntur. Tertia, quò fuerit Enoch translatus, & ad quid, & quomodò Deo placuit per fidem. Quarta, quomodò accedentem ad Deum credere oportet quia est, & quòd inquirentibus se remunerator est: quia euidens est Deum esse, ab effectibus, & Deum habere prouidentiam, nonnisi stulti & insani Philosophi negarũt: & quid in his duobus articulis includatur. Quinta, quale aut quod responsum habuit Noë, vt aptaret arcam in salutem. Sexta, quomodò Abraham fide vocatus exijt, nesciens quò iret, cùm sciret se venire in terram Chanaan; quomodò item habitauit in casulis, &c. Septima, qua ratione Paulus asserat Saram fide concepisse, cùm ad promissionẽ factam de cõceptu, riserit, vt testatur Genesis Capite decimo octauo. Octaua, quid est quòd Iacob adorauit ad fastigium virgæ Ioseph; cùm nostra lectio habeat: Inclinauit se, vel, adorauit Israël Dominum, conuersus ad lectuli caput. Quomodò item Moses inuisibilem vt visibilem sustinuit, qđ obscurum videtur. Nona, quomodò Rahab ab Apostolo meretrix dicatur, cùm in veteri Testamento vocetur caupona. Decima, quare inter sanctos, qui in fide eminuerunt, Samson & Iephte computentur, de quorũ salute dubitatur inter Doctores. Nã prior seipsum cũ populo Philisthæorum interfecit, alter verò filiam in sacrificium obtulit: quod potiùs accedit ad errores Paganorum, qui filios, & filias immolabant dæmonijs, quàm ad victimas legis. Vndecima, quare fidei tribuatur heroicorũ operũ enumeratio, videlicèt eorum, qui per fidem vicerũt regna, adepti sunt repromissiones, obturauerũt ora leonũ, extinxerunt impetũ ignis, &c. cũ illa temporalia essent præmia, & ad hunc mundum spectarent. Duodecima, quomodò dicit mortuos in fide non acceptis repromissionibus, cùm Capite sexto dicatur Abraham adeptus esse repromissionem, &c. Et infrà in hoc eodem Capite habes, Sanctos operatos esse iustitiam, & adeptos repromissiones. Decimatertia & postrema, quid est quod ait: *Vt non sine nobis consummarentur*. Videtur enim insinuare, Sanctos illos vitæ

Secunda. *Genes. 4.*

Ibidem.

Tertia. *Infra 5.*

Quarta.

Quinta. *Genes. 6.*

Sexta. *Infra 12.*

Sextima.

Infra 18. Octaua.

Infra 47.

Nona.

Decima. *Iosue 2.* *Iudic. 16.*

Supra 11.

Vndecima.

Psalm. 105.

Duodecima.

Hebr. 6. *Genes. 22.*

Decima tertia & postrema.

æternæ

æternæ præmium non accepturos, nisi cùm nos accipiemus. Et ita introduci videtur eorũ reprobata opinio, qui aiunt, vsque in diẽ iudicij beatã Dei visionem illis differri.

Soluitur quæst. prima

Ad primam dubitationem respondemus, verba illa: *Fide, intelligimus aptata esse secula verbo Dei*, duplicem posse intellectum recipere: alterum quidem de mundi molitione, vt sit sensus: Nos omnes filij Dei simul cũ Mose, intelligimus aptata esse secula Dei verbo; id est, hunc mundũ creatum per verbum Dei, quoniam ipse dixit, & facta sunt. Et per verbũ Dei hoc loco, non intelligimus secũdam Personam (quanquàm & idipsum verum sit, quòd à secunda Persona conditus sit mundus, secundùm illud: *Omnia per ipsum facta sunt*, & iterum: *Verbo Domini cœli firmati sunt*) quia tamen hoc loco legimus ῥήματι Θεοῦ, & non λόγῳ Θεοῦ; idcirco intelligimus verbum commune tribus Personis. Nam præcepto & imperio totius Trinitatis mundum à Deo conditum credimus: & tunc ex inuisibilibus, hoc est, ex materia prima, quæ dicta est Chaos à Philosophis, & Poëtis, & materia inuisa, siue informis, Sap. 11. & Gen. 1. exprimitur nomine terræ inanis, & vacuæ, id est, informis, & speciebus suis destitutæ, à 70. verò interpretibus vertitur ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, hoc est, inuisibilis & incompositæ. Ex illa namque materia prima, & in principio à Deo condita, quasiè re inuisibili, prodierunt in lucem omnia, quæ sub aspectum cadunt, id est, firmamentum, luminaria, & stellæ, elemẽta, & plantarum, & animalium, & hominis formationes: quæ cùm nos oculis non perspexerimus, fide accipimus, & credentes intelligimus, testantibus Mose, & Prophetis, visibilia facta per formas specificas, & per lucẽ prima die àse conditam. Nam etsi infideles, & impij, ex cœli & terræ aspectu aliquem extitisse cognouerint rerũ omnium architectum, & opificem: illa tamen cognitio debilis admodùm & imperfecta extitit persuasio, & cõtra quam alij etiam sine fide argumẽtati sunt, vt Aristoteles, & prætereà in mundo gubernãdo fortunæ regnum assignarunt. Firma tamen, & certa persuasio est à Fide, quæ docet, Deum verbo suo omnipotenti ex nihilo vniuersa condidisse, tantummodò dicendo, Fiat hoc, vel Fiat illud: & hoc in spatio sex dierum, qui vno temporis momento, si voluisset, vniuersa esset operatus. Quę omnia hoc ordine & modo creata, nulla omninò ratio attingere potuit, sed ex solo verbo Dei hauriuntur.

Quæ sint aptata secula verbo Dei.

Genes. 1.

Psal. 148.

Quid verbũ Dei.

Ioan. 1.

Psalm. 23.

Ex quibus inuisibilibꝰ facta sint visibilia.

Sapient. 2.

Genes. 1.

Visibilia quænam illa quæ facta sunt.

Quomodo fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, cùm id etiã nouerint huius seculi sapientes.

Genes. 1. Cur fidei propria persuasio tantæ veritatis.

Quod additur: *Vt ex inuisibilibus visibilia fierent*: Græcè ita habetur: εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινόμενων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι: id est, Vt ex ijs, quæ non apparent, ea quæ videntur, fierent. Quæ variè interpretari possumus. Primò, vt nihil ipsum, ex quo educta sunt omnia, vocentur non apparentia: quæ enim non extabant, nec apparere poterant. Deinde, vt, non apparentia, vocet Apostolus materiam primam informem, de qua ait Salomon: *Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbẽ terrarum ex materia inuisa.* Atque in hũc sensum interpretantur hunc locum Primasius Augustini discipulus, Haymo Alberstaten. Episcopus, & Petrus Lombardus, atq; Hugo de S. Victore. Demùm alij, vt Caluinus & Caietan. ideas, siue species latentes in mente Dei, vocãt non apparentia, siue inuisibilia: de quibus Apostolus ad Rom. 1. dixit: *Inuisibilia enim ipsius à creatura mũdi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur; sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas.* Verùm etsi ideæ, & exemplaria rerum omnium creatarũ in summo opifice Deo existerent, ac delitescerent (quæ quidem ab ipsa Dei essentia minimè sunt distinctæ) non tamen propriè ex idea aliquid fieri dicitur, sed potiùs iuxta eam, vel secundùm eam, iuxta illud quod Capite octauo explicatum est: *Vide* (inquit) *omnia facito secundũ exemplar quod tibi ostensum est in monte*; & *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec.* Et præpositio illa,

Græcæ lectionis: Vt ex ijs quæ nõ apparẽt, ea quæ videntur, fierent, primus sẽsus de nihilo.

Alter, de prima materia.

Sapient. 11

Primasius.
Petrus Lombardus
Hugo de S. Victore.

Tertia Caluini & Caietani, de ideis *Rom. 1.*

Confutatur.

Hebr. 8.

Exod. 25.
Psal. 109.

Ex, tam Græcis, quàm Latinis ad exprimendam materiam accipi consueuit, vt exemplis multis explicari posset, si non esset apertum, & omnibus peruium. Non tamen propterea negamus, quòd Apostolus dixit, in creatione relucere nobis inuisibilia Dei, id est, potentiam, sapientiam, bonitatem, ac Dei prouidentiam. Est enim hic mundus elegans Deitatis speculum, Diuinæque gloriæ, ac magnificētiæ theatrum: tantùm dicimus hoc loco, per inuisibilia Dei, siue per non apparentia, ideas Dei non venire. Et hæc de primo.

Rom. 1. Quænam inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciantur, secundùm Apostolum.

Alter sensus est: Secula, hoc est, homines ipsos, qui seculis continentur, ac mensurātur, verbo Dei esse aptata, quia Verbum caro factum est, vt Diuini consortij caro fieret. Intelligim⁹ igitur per fidem, quomodò homines aptabantur verbo Dei, vt ita ex inuisibilibus, siue vt verbo inuisibili per se caro fuerit facta visibilis, ita vt ipse dixerit: *Qui videt me, videt & Patrem.*

Quid rursus secula aptata verbo Dei

Ioan. 1.

Infra 14.

Sed huic sensui opponi possent duo: alterum, quòd Græcè nō λόγος, sed ῥῆμα dicitur: deinde, quòd inuisibilia in plurali dicat facta visibilia; cùm tamen nisi vnum tantùm verbū, & vnus Christus, non plura sint visibilia. Et ita profero priorem sensum, præsertim illum, in quo fit alluſio ad materiam primam inuisam, siue inuisibilem.

Prior huic posteriori sententiæ præstat dupliciter.

Ad secundam dubitationē primò venit litera statuenda, deinde sensus explicandus; ac proinde dubium soluendū. Græca habent hoc loco Comparatiuum, nō positiuum, aut superlatiuum, nimirùm πλείονα. Et ne interpres diceret, Plurem, vertit per superlatiuum, Plurimā. Et significat, vberiorem, pleniorem, ampliorē, siue præstātiorem hostiam. Ita vt quod obtulit Cain de fructibus terræ, parū fuerit, si cōferatur cum eo quod obtulit Abel, cū meliores ouiū fructus, & adipes agnorum obtulerit. ¶ Vbi perpende, quòd Abel iustus in agni fide sacrificauit, Cain verò absq; vlla fide; vt propterea nō placuerit Deo.

Secundæ solutio quæstionis.

Genes. 4.

Abel qua fide sacrificauerit.

Ibidem.

Nec est credibile, illum absque vlla omninò fide sacrificasse de fructibus terræ, sed tantùm agni reconciliationis nostræ fidem non habuisse: vnde nec ipse, nec eius oblatio Deo placuit: quod in ipsa diuersitate munerum agnosci potest. Nam Abel de gregibus ouium & adipibus obtulit, denotans se Deo debere hostiam non tantùm vt creatori, sed etiam vt redemptori, mactans agnum in fide Christi in cruce immolandi; Cain verò de fructibus terræ, vt creatori tantùm.

Fides Cain sacrificantis qualisfuerit, cur Deo non placuerit, & id vnde constet.

Ad propositum verò aliud dubiū, nimirùm, Testimonium consecutus est esse iustus, respondemus, sensum esse: Testimonium accepisse q̄ esset iustus, & vt ita appellaretur. Vnde & hîc, & Matth. 23. dicitur: *A sanguine Abel iusti.* Quod illa verba Geneſis tacitè insinuant: *Respexit Dñs ad Abel, & ad munera eius*: quem locum Theodotion vertit: *Inflammauit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Nam in symbolum acceptationis misit ignē consumentem, & deuorantem sacrificiū eius. Attestatur etiam eius iustitiæ, quod legimus apud Septuagintā dictum à Domino ad Cain: *Non si rectè obtuleris, rectè autem non diuiseris; peccasti?* Vbi tacitè insinuat Abelē rectè obtulisse, ac rectè diuisisse.

Abel suæ iustitiæ quoe sit ā Deo consecutus.

Matth. 23.

Genes. 4.

Alterum dubium est circa illud: Et per illam defunctus adhuc loquitur: & intellige, illam, scilicèt iustitiam, siue hostiam: quia mors non potuit extinguere memoriam eius. Vnde dixit: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Vel dicere possumus, quòd sanguis Abel perhibuit testimonium veritati sanguinis Christi in cruce immolandi per suum sanguinem effusum, & ex mera inuidia fratrum suorum, id est Iudæorū. Ideò rectè Abel interpretatur luctus; quia primus fuit mortuus, quē luctu prosecutī sunt parentes.

Quo signo Deus Abelis sacrificiū approbaret: de eiusdē iustitia 70. vir. quale testimoniū ferat.

Vti per primā hostiā defunctus adhuc loquatur Abel.

Genes. 4.

Alter sensus.

Matth. 27.

Quid sonet Abel.

Fide, Enoch translatus est ne videret mortem, &c. Hîc tertio loco proposita dubia euacuanda. Nā primùm translatus est in paradisum, vt habetur Eccli. 44. si ille tamen in rerum natura

Ad tertiam quæstionem De loco in quem translatus Enoch.

Genes. 5.

extabat:

Genes. 5. Quare trasla tus.

extabat: & si non extabat, quod nec hîc, nec Genes. 5. explicatur, in locum aliquem paradiso terrestri simile. Et hoc ne videret mortem vsque in diē aduentus Domini, vt testis inueniatur Christi cum alijs aliarum legum testi bus, Elia scilicet, & Ioanne Euangelista, vt quidam volunt, in magnis illis Antichristi persecutionibus.

Tres aliæ ra tiones ad ferun tur trans lationis Henoch.

Fuit autem translatus: tum quia credidit Deo dicenti nō gustaturum hîc mortē, donec veniret Christus secūdò ad iudicandum: tum deinde quid esset euenturum omnibus Adæ filijs in statu innocentiæ ostendit, si homo non peccasset: nam absque vlla morte fuissent in cœlum translati. Et tam in eo, quam in Elia etiam in cœlum rapto, intelligerent homines vtriusque legis, spem adhuc superesse vitæ eternæ. ¶ *Ante trāslationem enim, testimonium habuit placuisse Deo.* Quod quidē colligitur ex eo, quòd trecentis sexagintaquinque annis fertur ambulasse cum Deo: quod est versatum esse in eius amicitia, & eius mādatis paruisse. Vnde Sap. 4. dicitur: *Placens Deo factus dilectus, & inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius?*

4. Reg. 2.

Genes. 5. Henoc ante translationē vndecertum sit Deo placuisse, & quo modo.

Sap. 4.

Subdit: *Sine fide enim impoßibile est placere Deo,* scilicet vt quis eius amicus existat. Nam aliòqui placet Deo omnis creatura, vt est ab ipso condita: etiam in fideles & peccatores, quos eligit vt ad fidem trahat, vel ad gratiam Dei reducat: at quandiu sunt in infidelitate, vel in peccato, non placent, sed potiùs magnopere displicēt. Idcircò sine fide quòd Deus est, & quòd se inquirētiū remunerator existat, nemo placet: vt rectè precetur Ecclesia: Dirigat corda nostra, quæsumº, Domine, tuæ miserationis operatio, quod tibi sine te placere nō possumus: *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Oportet, inquit, credere non quid Deus sit, & essentiam eius curiosè scrutando, sed quòd sit, & quòd rependit mercedem se inquirentibus.

Quemadmodum sine fide impossibile sit placere Deo. *Sap. 11.*

Vt placeant Deo peccatores, & iniqui

Dubitabit quis, cur hæc verba Apostolus ab initio non dixerit, vel cur non vsque in finem dicenda seruauerit. Respondeo, quòd in illis primis, Abel, & Henoch, non legitur vlla Dei promissio, vel fides de re speranda; & idcircò illam per generationem naturalem probat: in alijs verò, vt Noē, Abraham, & Prophetis, explicita præcedit Dei promissio.

Hanc sentētiam Paulus: Credere oportet accedentē ad Deū, &c. cur non priùs, aut posterius collocauerit, sed huc potiº reseruauerit.

Quæret alius hoc loco, an fides esse possit eorum quæ sunt euidentia naturali cognita atq; comperta: constat autem Deo euidēs esse quòd sit, quod etiam syllogistice à priori probatur: quomodò ergo ab Apostolo Deum esse, ponitur vt fidei articulus? Dicē dum in primis, non omnia quæ ratione naturali possunt ostendi, à Fidei lumine eximi, ea præsertim, quæ non secundùm se cognoscuntur, sed per effectus suos: non enim propriè talia habent euidentiam, nec propriè eorum est scientia. Est enim scire, rem per causam cognoscere. Quare nihil prohibet, credere Deum esse ex Fidei lumine, & idē per effecta scire: fides enim excludit visionem Dei, non autem aliquam demonstrationem, præsertim à posteriori. Deinde secundùm B. Thomæ doctrinam, & quidem solidam, cùm Scripturæ docent Deum esse, nō tantùm designat Deum esse summam aliquam essentiam, sed etiam prouidentiam vniuersorum. Nam etsi hoc ratione naturali suaderi valeat, vt boni vix aliud queant cogitare; non tamen ita apertè demonstratur, vt non multo firmius idem habeatur ex fidei lumine, quàm ex vlla demonstratione, aut ratiocinatione nostra.

Ad 1111. du. Deum esse cū sciri naturaliter possit, ac sciatur, cur id nobis credē dū proponitur.

Scire, quid secundum Philosophum. *Lib. 1. Poster. text. 5. tom. 1.* *B. Thom.*

¶ Quod autem dici solet, per scientiam excludi fidem; intellige humanam, non Theologicam fidem.

Lumē Fidei quā naturæ maiorē præbere notitiā Diuinæ prouidentiæ.

Scientia quā excludāt fidem, vt dicitur.

Alter articulus est, quòd inquirentium se per bona opera, & mandatorum obedientiam, sit remunerator. Et quia viri pij & boni remunerationē suam, & impij & reprobi retributionem, dum viuunt, non percipiunt; opus est hæc verba intelligere de remuneratione post hanc vitam: & hoc est quod cadit sub fidem, quæ est sus-

Diuina bonorum, siue malorum remuneratio qualis secūdum Apostolum.

ceptio

ceptio rerum ſperandarum, & argumentum non apparentium.

Gentibus in primis vnius Dei, eiuſdemque remuneratoris fidem neceſſariam ſemper fuiſſe *B.Thom.to. 9.par.1. Lyranus.*

Fuerunt autem hi duo articuli ad ſalutem omni tempore neceſſarij, maximè Gentibus, quibus nihil fuerat prædicatũ, vt hoc loco tradit B.Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſt.2.arti. 7.3.ad 3. cuius ſententiã Lyranus hoc loco ſequitur; reliqui verò, quatenus reuelati ſunt, & explicitè traditi Nam illos duos priores interius Naturæ lumen prædicare videtur, & ipſę Angelorum ſuggeſtiones illos ſuadebant. Non tamen propterea ſequitur, fidem ingenerari ab ipſa natura: vt Apoſtoli prædicantes Deo cooperabantur, vt ille fidem infunderet auditoribus, ita etiam vt fidem infunderet illis, quos natura, & Angeli inuitabant ad illos duos articulos firma fide amplectendos: nam alioqui cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Ideò antequã veniret reuelatio de Chriſti incarnatione, & ſancta Trinitate, & alij articuli Apoſtolica prædicatione manifeſtati, duo illi ſatis erant, vt quis haberet ad Deum per gratiam acceſſum, vt poſſet ſuperare peccatum, & bene operari ad ſalutem: in quibus implicita erat fides aliorum. Nam qui B Thoma teſte, credit quia Deus eſt, & Deus non eſt niſi in Trinitate, ſiue in tribus Perſonis, implicite credit in ſanctam Trinitatem. Qui autem credit quia Deus ſe inquirentium ſit remunerator, & quia Deus non per alium quàm per Filium ſuum incarnatum remunerare decreuit, implicitam habet fidẽ incarnationis Filij Dei.

Vnde homines illas duas didicerint veritates, & quomodò.

Sap.9.

In illis alias duas, nempe Trinitatis, & incarnationis Chriſti, veritates tacite comprehẽdi.

B.Tho. lect. 2.in c. 11. huius epiſt. tom.16.

Per quem remuneratio bonorũ, & malorũ ſit futura.

Apertam incarnationis Chriſti fidem fuiſſe omni temporẽ neceſſariam ad ſalute, parum probabiliter affirmari.

Qui verò explicitam fidẽ de Chriſti myſterijs à mundo exigunt, durius mihi ſentire videntur, quia rem impoſsibilem poſtulant: niſi illud ſimul & hoc comprobatum reddant, ab initio mundi Meſsiæ myſteria detecta, & prædicata omnibus fuiſſe: quod falſum eſt, cùm id ſoluum ad Nouum ſpectet Teſtamentũ, in quo filius Dei ipſe ad nos venit, & miſit Apoſtolos in vniuerſum mundum prædicare Euangelium omni creaturæ: & Chryſoſtomus ſuper Mattheum dicat: *Magna, inquies, iniuria illis hac ratione fit, qui ante aduentũ Chriſti naturæ cõceſſerunt. Minimè, inquam: poterant enim homines tunc, etiam ipſum non confeſſi, ſaluari. Non enim Chriſti, qui nondum venerat, ab illis cultus petebatur, ſed vt Idolorũ cultu ſpreto, vnum ſolum Deum conditorem omnium noſcerent.* Hæc ille.

Mar.vltim. B.Chry.ho. 37.in Mat. à medio.t.2

Fide, Noe reſponſo accepto de ijs quæ adhuc non videbantur; metuens, aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mũdum, &c. In quibus verbis primùm reſpondemus dubio quinto loco propoſito de reſponſo. Nullum enim fuit reſponſum datum ad interrogationẽ ſuam, ſed perinde eſt ac ſi dixiſſet: Oraculo Diuino admonitus: Quemadmodum Matth.2. *Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodẽ.* Tradit porrò Ioſeph⁹ lib.1. Antiquit. Adam prædixiſſe mundi vaſtationem ſemel atque iterum futuram, primò per aquas diluuij, deinde vltimis diebus per ignem: quam reuelationem Noë fide amplexus eſt, & oraculo admoneri meruit à Deo ſic futurum. Et ita laudatur, quòd de futuris nondum manifeſtis rebus admonit⁹ timuerit. Erat enim per ſe incredibile, quòd poſt centum viginti annos diluuium comminaretur. Deinde aptauit arcã ab alijs irriſus: & tanto tempore in ea conſtruenda occupatus fuit, vt omnẽ impijs excuſationẽ adimeret. Tertiò, mundum ea ſtructura damnauit: vt enim Niniuitæ ſurgent in iudicio, & condemnabũt generationem Iudæorum infidelium, ita Noë alios incredulos, & ſubſannatores. Quartò iuſtitiæ, quę per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus Noë: quia extinctis omnibus, in ſua tantùm familia manſit Fidei iuſtitia. Arca enim viro iuſto, & ſalutis familiæ fuit cuſtodia, & quædam mundi palingeneſia extitit, dum Noë cum familia ex diluuio emerſit: & idẽ alijs contigiſſet, ſi iuſti fuiſſent. Denique Deus etſi poſſet per ſe ſaluare Noe, & familiam ſine arca; noluit tamen, ſed vt Noe voluit vt ſuę ſaluti cooperaretur arcam fabricando; ita nec nos ſeruat, niſi ſaluti noſtræ cooperamur per Sacramentorum ſuſceptionem, & per

Ad V. quæſt. De reſponſo Noe accepto aptãdi arcã in ſalutẽ.

Matth.2.

Ioſeph. hiſt. De quibus futuris non manifeſtis Noe reſpõſum dicitur accepiſſe, ob idq; cõmendatur.

Tantũ in arcæ ædificio Noe curtem poris collocauerit.

Idẽ quomodò arcam cõſtruendo mũdum damnauerit.

Matth. 12. Idem rurſus iuſtitię quæ per Deũ eſt, vt hæres fuerit inſtitut⁹.

Cur De⁹ Noe ſine arca, cũ poſſet, nõ ſeruauerit.

operum bonorum ſtudium & perſeuerantiam.

Ad VI quæ. De eo quod Abrahã fide vocatus, exiit in locum incognitum. *Geneſ.* 17. *Eraſmn.* Oecu. c. 17.

Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, &c. Hîc ſextum dubium euacuandum: quia eo tempore quo exiuit de terra, nondum dicebatur Abraham, ſed Abrã: nõ placet, quòd Eraſmus verbum Vocatur, retulit ad nomen. Præſtantiùs Oecumenius, qui refert vocationem ad exitum de terra. Vocatione enim Dei patriam deſeruit; ait enim: Deo vocãte obediuit, credens quòd propter bonũ vocaret.

Quæ laus Abrahæ fuerit naturale ſolũ relinquẽtis.

Laudatur ergo de fide, quia durum eſt patrias ſedes deſerere, & incertas per tot diſcrimina rerum inquirere: qua in re videtur ſibi ſpontaneum exilium indixiſſe. Vnde & obedientia inſignis fuit, & fidei opus. ¶ Dicitur autem exiuiſſe neſciens quò iret: nam etſi ex Meſopotamia in terram Chanaan veniret, neſciebat tamen locum quem erat habiturus: dixerat enim illi Deus: Egredere de terra tua, & de cognitione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrauero tibi; vt ea etiam ratione incertum locum indicando, maius periculũ faceret inſignis eius fidei. ¶ *Fide, demoratus eſt ſiue peregrinatus in terra repromiſſionis.* Commendat iterum fidem eius, quòd cùm ſibi terra illa promiſſa eſſet, non ſecus tamen in illa habitauit, atque alienigena, & inquilinus: vnde & poterat ſuſpicari ſe à Deo fuiſſe deluſum: maximè quòd paulò pòſt fames coẽgit illũ in Ægyptum deſcendere, & inde rurſus aſcẽdere in terram Chanaan, & Geraris habitare.

Idẽ cum ſciret in terrã Chanaan ſe contendere, quò modo exijt neſciens quo iret.

Fidelis Abrahã inter alias quã habuerit occaſionẽ deſerendi fidẽ. *Geneſ.* 12.

Infra 20.

Subdit: *Cum Iſaac & Iacob coheredibus repromiſſionis eiuſdem.* Non quidẽ comitibus, quia non vix erunt eódẽ tempore, ſed quòd & illi ipſi peregrinati ſint ſimiliter, vt Abrahã in tabernaculis, & tentorijs: & hoc eſt quod interpres noſter vertit, in caſulis. Tabernacula autem in vſum erant peregrinantium, & paſtorum, & militantium, & non ciuium, qui fixas ædes, & palatia poſsident. ¶ *Expectabant enim fundamenta habentem ciuitatem.* Id eſt: Videbant quæ non videntur. Et vocat cœlum, vrbem, ſeu ciuitatem à Deo fundatam, id eſt perpetuũ, ſicut quod ab homine fit, temporale eſt. Intelligebant etiam terram hanc promiſſam prius ſibi eſſe colendam tanquam ab aduenis & peregrinis, ac deinde in patriam & poſſeſsionem æternã ſe fore excipiendos.

Abrahã, Iſaac, & Iacob, quibus in caſulis dicãtur habitaſſe.

Pulchrè autẽ Chryſoſtomus in hũc locum ſcribens annotauit: *Erubeſcamus*, inquit, *quia illi quidem promiſſioni basin terra factis nõ attẽdebãt, ſed futuram ciuitatem requirebant: nobis autem ſurſum, atque deorſum Deus de ſuperna loquitur ciuitate, nos tamen terrenam quærimus.* Hæc ille. ¶ *Fide, & ipſa Sara ſterilis virtutẽ in conceptione ſeminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit eſſe eum, qui repromiſſerat.*

Aliæ peregrinãtium, aliæ ſunt ciuium manſiones, & quænam.

Hic ſeptimum dubium diſſoluendum. Laudatur enim Sara de fide in concipiendo; cùm tamen Geneſ. 18. riſiſſe dicatur quaſi incredula. Sed intelligendum eſt, quòd admirabunda præ gaudio riſerit: nam in eiuſmodi gaudijs, & nouitatibus ſæpe contingit vt credens non credat, quia variæ, & contrariæ inſurgunt affectiones de rei nouitate, & impoſsibilitate naturæ: ſicut de diſcipulis dicitur Luc. vlt. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio. Et poſt illa verba: Etiam præter tempus ætatis, Græca addunt verbum, ἔτεκεν, id eſt peperit: non tantùm enim concepit, ſed etiam peperit. Et ſequitur: *Propter quod ab vno orti ſunt omnes. Et hoc emortuo* (ſiue vt Græca vox ſignificantiùs habet, eoq; annis effœto) intellige ergo omnes filios, vt ſe filios fidei potiùs quàm carnis agnoſcant ex Abraham, & Sara ſterilibus parentibus genitos, & quaſi, quod ad vim generandi ſpectat, emortuis, de quibus Eſaias; Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis. Attẽdite ad Abraham patrem veſtrũ, & ad Saram quę peperit vos: quia vnũ vocaui eum (pro quo Septuaginta habẽt, Quia vnus erat: id eſt, ex vno ſunt omnes, vt ad hoc alluſiſſe videatur

Magni illius triarchæ q̃ ã expectarent fundamenta habentem ciuitatem.

B. Chryſoſt. hom. 23. to. 4. circa finẽ

Geneſ. 11. *Infra* 18.

Ad VII. quę. Sara quomodo fide conceperit, quæ diuinus accepto nuncio futuri partus riſit *Ibidem.* Noui, & in expectati gaudij quid proprium. *Luc.* 24.

Geneſ. 21.

Veri filij Abrahæ, & Saræ ſunt fideles. *Rom.* 4.

Eſai. 51.

Apostolus: & benedixi ei, & multiplicaui eum. ¶ *Iuxta fidē defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus.* Ostendit, priores tres patriarchas, & eorum filios, qui fidem parentum cō sectati sunt, defunctos fuisse in fide: idem enim est, iuxta fidem defuncti, quòd, in fide defuncti, vt alibi annotaui, illius prępositionis vim, & vsum in Scripturis perpendens. Quod autē ait: *Omnes*, non simpliciter ambit vniuersos à principio enumeratos, inter quos vnus est Henoc, qui non est defunctus. Hoc enim indicat & quod præcesserit: Omnes isti, restringens sermonem ad tres Patriarchas proximè enarratos: & quod ait: Non acceptis repromissionibus: nam Henoc, sicut nec iusto Abel quicquā nō fuit repromissum, sed tantùm Patriarchis. Sed maximè idem comprobat quod sequitur: Et siquidem ipsius meminissent, de qua exierunt; habebant vtique tēpus reuertendi. Deinde pōdera, illos per totam vitam perseueraſſe in fide, & Deum non fuisse eorum in hac vita remuneratorem, sed in alia: *Non acceptis*, inquit, *repromissionibus, sed alonge eas aspicientes, & salutantes.* Quasi ad se non pertinerent temporales promissiones, sed quæ erant cœlestes, & quorum propriè est fides; quia non erant propè, sed longè. Et facto ipso confessi sunt quia peregrini, & hospites sunt super terram: habitando scilicet in tabernaculis, & in casulis, & nihil eorum quæ videbant, optantes. Spirituales etiam promissiones quasi longe præuisas, præ gaudio salutabāt: quomodò nautæ longe portum aspicientes, etiāsi nondum peruenerint, cum gaudio salutant. ¶ *Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.* Cùm enim vocarent se Hebræos, id est Transitores, vel Transeuntes, & nulli rei temporariæ hęrentes, satis se indicabant peregrinos: & illa peregrinatione testabantur se patriam inquirere, non autem illam vnde exierant, quia reuersi fuissent ad illam vnde exierant, cùm liberum reuertendi tempus non esset denegatum. ¶ Nunc autem (nō quidem tempore Pauli, sed tunc, cùm se peregrinos confiterētur) meliorem appetunt (patriam) id est cœlestem. Ideò non cōfunditur Deus vocari Deus eorum. Sæpè enim solitus erat dicere: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Nō est Deus mortuorum, sed viuentium.* In hoc spiritu dixit Iacob: *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorū sunt, parui, & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt*, & moriens dixit: *Salutare tuum expectabo Domine.* Et Dauid cùm esset Rex in Terra promissa, & adepta, melioris tamen regni spe se sustentabat: *Credo*, inquit, *videre bona Domini in terra viuentium.* Et iterū: *Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.* ¶ *Fide, obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, &c.* Id est probaretur, in quo tamen promissum erat semen vēturum, id est Christus: sed voluit obedire, certa fide tenens quod posset eum suscitare. ¶ *Vnde eum & in parabolam accepit.* Id est Abraham, quia credidit posse suscitari filium, accepiteū, siue vt Græca vox sonat, recepit eum, siue recuperauit quasi suscitatū à mortuis. Recepit autem in parabolā, hoc est in similitudinem suscitationis à morte quam credidit. Nam considerato Diuino mādato, & obedictia eius, pro iam occiso, & immolato habendus fuit. Quare & Angelꝰ dixit: *Quia feciſti hanc rem*; id est ex eo quòd quātum ad te spectat, imperatam obediētiam perfecisti. Et ipsa reuocatio illiꝰ mandati nihil aliud fuit quàm suscitatio ex mortuis, & sicut credidit, ita factum est illi.

Alij verò intelligunt accepisse Abraham eum in similitudine, siue in figura Christi, qui cùm videri posset in cruce immolatus, non ille vt Deus erat, fuit immolatus, sed caro eius in ariete illo significata, quem vidit Abraham inter vepres hærentem cornibus. Et vt Humanitas est, non diuinitas, quæ morti, & immolationi fuit subiecta; ita etiam caro nostra in ariete depicta mortificāda est, atque Deo offerenda. ¶ *Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob & Esau.* Hoc etiā opus

Qualis hæc phratis: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti.

Id quomodo verum sit, cū Henoc defūctus non fuerit. *Gene. 5.*

Abrahæ, Isaac, & Iacob, in fide perseuerantia.

Idem repromissiones vt dicantur à lōge aspexisse, & salutasse.

Quando etiā illi confessi fuerint se peregrinos & hospites, esse super terrā.

Vox Hebręorum quid sonet: quā vere & proprie illis competat Patriarchis.

Idem rursus quando melioré appeterēt patriam.

Deus quomodo nō cōfūderet vocari Patriarcharū Deus. *Exod. 3. Matt. 22. Genes. 47. Infra 49.*

Quale regnū expectaret Rex Dauid. *Psalm. 26.*

Psalm. 38.

Genes. 22.

Quid Deum tētasse Abraham, eiusdē insignis fides & obedictia. *Galat. 3. Rom. 4.*

Quomodò Abraham acceperit filiū Isaac in parabolam.

Gen. 22.

Alter sensus.

Quid aries pro Isaac ab Abraham immolatus præsignauerit. *Gen. 27.*

fidei

Isaac Iacob, Esau de futuris benedictis quænam fuerit fides.

fidei fuit, de futuris non tantùm bene precando, sed quasi mittendo in possessionem Terræ promissæ. Nam qui nihil habuit in illa nisi tantùm ius sepulchri pecunia redemptum, quomodò enim tanta alijs promittebat, nisi benedictio hæc fidei niteretur, & qua si dominus de terra illa disponebat? Aliôqui ridiculæ videri poterant magnificæ illæ voces: Seruiant tibi populi, & adorẽt te tribus. Si militer Iacob singulos filiorũ Ioseph, Ephraim scilicet & Manasses, cancellatis manibus benedixit, cùm illi adhuc pueri essent, & nihil esset plus in vno, quã in altero, & ipse oculos hebetes haberet: & duas partes assignauit Iosepho, quasi iam esset terræ illius dominus, ex qua eum fames abegerat.

Infra 33.

Supra 27.
Infra 48.

Et adorauit fastigium virgæ eius, seu vt Græca habent, *ad fastigium virgæ*. Hæc lectio est 70. Interpretum, quam sequitur Apostolus. Hebræa autem sic habẽt: *Adorauit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput*. Alij verò legunt: Inclinauit, seu incuruauit se Israel versus caput lecti. Sed hęc lectio prędecẽti non repugnat. Potuit enim accidere, virgam illam Iosephi fuisse repositam ad caput lecti, & ad eius summitatem conuertisse suam adorationem. ¶ Quorsum verò adorauerit, non exprimitur. Quidam ferunt adorasse virgam Ioseph secundùm consuetudinem illius temporis, quia cognouit eum dominum terræ illius Ægypti, ea scilicet ratione qua Esther dicitur adorasse virgam Assueri, principatũ eius in illa agnoscens. ¶ Sed cùm Apostolus hæc referat ad fidem; melius dicemus in illa virga agnouisse Regnum Christi, de quo: *Virga æquitatis, virga Regni tui*. Et iterum; *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum*. Lege August. quæst. 126. in Genes. ¶ *Fide, Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est: & de ossibus suis mandauit*. Opulentia & honores non fuerunt causa vt Ioseph obliuisceretur promissionis factæ, qui iussit ossa sua inde asportari in Terram promissam, quò desiderium gentis suæ acueret ad exitum de AEgypto, & vt aspirarent ad redemptionem, qua erant per Messiam liberandi. Nec præcepit corpus suũ statim asportari, vt fecerat de patris sui Iacob corpore, quia eo tempore non erat tantæ potestatis Ioseph, atq; olim fuerat, & quia cognouerat, Hebræos multas afflictiones habituros post mortem eius; ideò vt haberent certam spem liberationis suæ & reditus in Terram promissam, voluit vt corpus suum ad eorum solatium remaneret cum eis: vnde & Moyses tulit illud secum, sicut quælibet tribus corpus patris sui, vt dicit Hieron. ¶ *Fide Moyses natus, occultatus est mensibus tribus, &c.* Vel Deus aliquod oraculum parentibus Moysis ostenderat, quò verum sit, eum propter fidẽ seruatum, etiam si Scriptura suppresserit: quemadmodùm tacuit, quòd negauit se filium filiæ Pharonis: vel cùm oppressi essent seruitute filij Israel, promiserat se aliquando per eum fore vindicem eius oppressionis, & liberaturum filios Israel: qua spe salutis freti parentes, infantuli vitam suæ vitæ prætulerunt: *Eo quòd vidissent elegantẽ infantem, siue puerum*. Nam etsi reprehendatur Samuel à Deo, quòd respiceret in domo Isai eum qui forma cæteris filijs præcelleret; parentes tamẽ Mosis illecti pulchritudine pueri fuerunt ad eum seruandum, & ita eius aspectu erecti sunt in spem propinquæ liberationis. Hoc autem vrgere debebat Hebræos, quòd Moyses suæ redẽptionis minister, fidei beneficio à Pharaone sit ereptus: & hoc per filiã Pharaonis, quod maius est. Licèt imbecilla esset fides, quia posthabito suę mortis metu, cum Moysen deberent educare, eum exposuerũt in carecto ripæ fluminis. ¶ *Fide, Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis*. Grãdis erat Moses, non tam ætatis magnitudine, quàm potestate: nam filius filiæ Pharonis habebatur. Erat insuper prudens, & eruditus omni sapiẽtia AEgyptiorum. Et quod ad ætatem attinet, hoc tum fecit, cum esset grandis: nam si puer idfeciſſet, leuitati, aut ignorantiæ posset imputari, quando

Ibidem.
Supra 37.
Ad VIII. quæst. Circaid: Adorauit fastigiũ virgæ eius, vt cõsentiat Hebreæ lectioni: Adorauit Israel Dominũ, cõuersus ad lectuli caput.
Genes. 47.

1. Ratio, cur Iacob fastigium adorauerit virgæ Iosephi.

Esther. 5.

Altera solidior.

Psalm. 44.

Psalm. 109.

Genesi. 50.

Fides Ioseph Patriarchæ qualis fuerit: cur iusserit ossa sua de AEgypto in terram Chanaã transportari.

Exod. 2. Quomodo fide Moses natus, occultatus sit mensibus tribus.

Genes. 51.

1. *Reg. 16.* Moses infãs cur meruerit seruari à parẽtibus suis.

Exod. 2. Moysi Fides parentũ cur imperfecta.

Moysi magnitudo qualis. *Act. 7.* Cur ille pater cumesset, aut adolescens, sed grãdis effectus, negauerit se filium filiæ Pharaonis.

quidem

quidem in pueris ratio, & consilium non vigent, & temere se quouis proijciunt: adolescentes autem rapit in cõfideratus ætatis feruor. Quare cũ vir esset, hæc operatus est. ¶ *Magis eligẽs affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem.* Hoc est: Ostendit se facto ipso malle affligi cũ populo Dei: quia titulo filij filiæ Pharaonis se tueri noluit. Affligebatur enim populus ille propter patrios ritus, qui aduersabantur AEgyptiorum ritibus: sicq; propter Christum patiebatur, quia illa eorum abductio, manuductio quædam erat ad Christũ, quem illi nouerant ex Iuda proditurum. Ille quoque populus membra erat eiusdẽ corporis sub eodem capite Christo, cuius imagini conformandi erant, qui sua improperia vocat suorum membrorum opprobrium, secũdùm illud: *Saule, Saule, quid me persequeris?* & alio loco: *Adimpleo ea quæ desunt passionũ Christi, in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia.* ¶ Et delicias peccati, vel iocunditatem, vocat omnes illecebras mundi, quæ à Deo nos abducũt, & ad seruiendum carni, & genio nos impellunt. Vocat autem improperium Christi, opprobrium susceptũ propter Christũ, & illi simile, quod ipse Christus pro nobis suscepit. *Aspiciebat enim in remunerationem, siue in promissionem.* Vt intelligant aliquando, si velint oculos non claudere Hæretici, operum esse remunerationem, & licere operantem ad eam aspicere: vt superiùs dixit, quòd inquirentibus se remunerator sit.

Fide, reliquit AEgyptum, non veritus animositatem Regis. Inuisibilem enim tãquam videns sustinuit. Non est sermo de primo egressu ex AEgypto, sed de secundo: fuit enim ille prior, fuga potius quàm exitus, dum Regem volentem occidere, timuit; & tamen hìc timorem denegat, & sequitur eum proximè hìc fecisse, seu celebrasse pascha: tunc enim ferociam Regis despexit, tanta audacia fretus, vt bestiam illam subinde lacesseret. Et cũ à Pharaone exiret, audiuit: *Recede à me, & caue ne vltra videas faciem meam: quocunque die apparueris mihi, morieris.* Respondit Moyses: *Ita fiat vt locutus es, non videbo vltra faciem tuam.* ¶ *Inuisibilem enim tanquam videns sustinuit.* Græca hunc locum possunt illustrare: habent enim: Inuisibilem enim (scilicèt Deum) quasi videret, sustinuit. Id est, spectauit vltorem AEgyptiorum, & sui, & suorum protectorem. Hæc enim erat fidei vis, quòd imbecillem multitudinem secum trahẽs, multisque impedimentis onustam, iter sibi per innumeras difficultates patefactũ iri sperauit. ¶ Fides igitur conijcit oculos in Deum, & altiora in eo cernit, quàm quæ sub sensus, & rationem cadunt: Et vel solius Dei aspectº ad mollitiem nostram fragendam satis est, vt simus fortissimi contra Satanæ insultus. Estque natura fidei, & ingenium, vt visibilia hæc omnia, & quæ sub aspectum cadunt, inuisibilia reddat. Vnde Patres ad promissiones temporares non aspicientes, peregrinos se, & aduenas testabantur. Contra verò inuisibilia reddebat visibilia: quia ad futura bona, & nondum visa aspirantes, ea, quasi iã essent præsentia, & manibus contrectarentur, visibilia reddebat. Et ita habes nonam dubitationẽ explicatam. Sequitur: *Fide, celebrabit Pascha, & sanguinis effusionem, &c.* Solum fecisse Pascha cõmemorat, quòd per eius manum Deus Pascha instituit, & agnus ille typus fuit Christi. Effusionem porrò sanguinis, vocat vnctionem superliminaris & postium, vt filij Israel euaderẽt Angelum percussorem, quod illi futurum præuiderunt, ¶ *Fide, transierunt mare Rubrum, tanquã per aridam terram.* Erãt inter Israelitas, vt est, probabile nonnulli increduli; sed hoc paucorum fidei concesit, vt sicco pede mare transirent: quod tentantes facere AEgyptij, deuorati sunt. ¶ *Fide, muri Iericho corruerunt, &c.* Sicut fide excussum seruitutis iugum, ita etiam fide promissæ hæreditatis possessionem sunt adepti. Et circuitus ille puerilis videri poterat, nisi credidisset Deum posse præstare promissa.

Fide, Rahab meretrix non periit cũincredulis, excipiens exploratores cũ pace.

Ab AEgyptijs cur affligeretur Populus Dei.

Genes. 49. Quare Moses elegerit affligi cum populo Dei, &c.

Psalm. 68. Rom. 15. Act. 9. Coloss. 1. Peccati quæ nã tẽporalis iocunditas, Apostolo. Improperiũ Christi qd.

Moses aspiciens ad remunerationem, quos merito damnare videatur.

Fide Moses quãdo AEgyptũ reliquerit, non veritus animositatem Regis. *Exod. 2.*

Quid animositas Pharaonis.

Infra 10.

Fidei effectº.

Fides in Patriarchis visibilia, & inuisibilia vt fecerit visibilia.

Exod. 12. Cur solus fecisse Pascha dicitur Moyses, & sanguinis effusionem.

Infra 14. Quomodo fidei Iudæorũ cõcessum Rubrũ mare vt sicco pede transirent. *Iosu. 6.* Vt fide muri Iericho corruerint.

Ibidem.

Supra 2.

Sunt

Ad nonum dubium: De Rahab, quæ in Iosue caupona, à Paulo meretrix appellatur. *Iacobi 2.*

Sunt quidam, qui vocem Hebræam Hazona, vertunt, Hospitam, quasi quæstũ ex caupona faceret. Sed quia hoc nomen hazona pro meretrice in Scripturis ponitur, & ita verterunt Septuaginta, & eos secuti sunt Paulꝰ hoc loco, & Iacobus Apostolus in sua Canonica, credendum est, meretricẽ fuisse: & in promptu est ratio; quoniã, etsi caupona fuisset, consueuerunt tamen eiusmodi mulieres facilè sui copiam alijs facere, & quæstum ex corpore efficere.

Rabbini Rahab fuisse meretricem cur negent hypocritæ.

Rabbini tamen, quibus turpe, & absurdum visum est, si recenseretur suos exploratores meretricis vsos hospitio; idcirco nouam, & coactam etymologiam excogitarunt. Sed inanis fuit ille timor, quia in Scripturis meretrix, siue hazona dicta est, & ꝙ clam latuerint in domo meretricia: & hoc ad anteactam vitã est referendũ. Testis enim resipiscentiæ eius est fides. Et meruit ꝓptereà hæc mulier alienigena in genealogia Dñi honorari. Priùs enim iustificata est per fidẽ, audito trãsitu populi Dei per mare: deinde bonũ opus erga Iosue exploratores ostendit: & eos seruãs, nõ sine mortis periculo, ipsa quoq; seruata est, vt nõ perierit cũ incredulis.

Matth. 1. Rahab meretrix cur meruerit inter parẽtes Dñi computari. *Iosue 2.* *Ibidem.* Pauli præoccupatio Oratoribus consueta.

Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantẽ de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, &c. His verbis computat tempora inter Iosuë, & Dauidem: & quia lõga erat historia omnes percurrere, compendium facit more Oratorum, qui summatim, & per capita plurima recensent. Nec seruauit Apostolus temporum rationem, sed obiter, quasi aliud agens, attingit.

Gedeon, & Barac qualẽ fidei defectũ fuerint passi. *Iudic. 6.*

Deinde perpende, oẽs ibi nominatos, fide prẽditos fuisse, etsi omnes aliquo modo claudicarent. Gedeon enim tardior quàm par fuisset, accessit, nec se Deo committere, nisi difficulter & petito priꝰ signo ausus fuit. Barac initio trepidauit, vt ferè conuicijs Debboræ fuerit cogẽdus: Samson concubinæ blanditijs victus, suã, & populi salutem inconsideratè perdidit. Nec obstat quòd seipsum cum populo Philisthæorum interfecerit: quia id instinctu Spiritus sancti fecit, vt quidam ex Patribus tradũt. Iephte verò nimis præceps fuit in concipiẽdo voto, & nimis in soluendo pertinax. Quia tamen cogitans se religione adstringi, id fecit, & à summo Sacerdote à proposito reuocatus non fuit, & ita mortem Christi repræsentauit, ex parte venia dignus extitit. In omnibus sanctis est aliquid reprehensibile, quia & aliquando in fide vacillarunt; vt nos non frangãt vitia quibus laboramus, dũmodò fide contẽdamus in vocationis nostrę stadiũ. Et per Dauidẽ intellige oẽs pios Reges. Et ita soluimus decimũ dubium.

Supra 5.

Infra 16.

Ad decimũ dubium. Samson & Iephte quomodò fideles, quorũ est salus incerta *Supra 11.*

Sanctorum nullus cur omnino irreprehẽsibilis.

Sequitur vndecimi solutio. Nã permulta opera, & illa quidem heroica, etsi temporalia, fide præstiterunt. Nã isti vicerunt regna Chananæorũ, qui occupabant Palæstinam, à Iosuë videlicet ad Salomonem vsque, vt etiã includatur Dauid, qui omnia finitima regna suæ ditioni subiecit, & præsidium in illis habuit ne rebellarent. Ceperunt ergo regna, imitantes in hoc Abrahã, qui quatuor Reges deuicit, & spoliauit, & Lot nepotem captiuum ductum, reduxit: & Moysẽ qui Aegypti Regem debellauit, & in mari Rubro mersit. ¶ *Operati sunt etiã iustitiam.* Id est, opera iusta, & bona operati sunt, quibus etiã promissiones factas obtinuerunt. Nã ea ratione & via meritorũ nos cœlestes promissiones adipiscimur. ¶ *Obturauerunt ora leonum.* Vt fecit Samson, qui proposuit ænigma illud: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Daniel quoque bis hoc prẽstitit, vt in eius Prophetia legimus. Dauid quoque suffocauit vrsũ & leonẽ; sed animi & corporis fortitudine, Daniel verò sola fide illud effecit, & ita Scriptura testatur id factũ Dan. 6. quia crediderat Deo suo quãquàm cõgressus Dauidis cum leone & vrso non fuit sine fide, sicut nec cõgressus cum Goliat. ¶ *Extinxerunt impetum ignis.* Moyses hoc fecit Numer. 11. & Aaron Numerorum 16. & tres pueri

Ad vndecimum dubiũ.

Quid fidei diuinæ tribuãtur, quæ fortitudinis humanæ sũt opera.

Sancti qui per fidẽ vicerint regna. *2. Regũ 5.* *Genes. 14.* *Exod. 14.* Quid operari iustitiam. *Iudic. 13.* *Ibidem.* Obturauerint qui ora leonum. *Daniel 6.* *Infra 14.* *Eccli. 47.* *1. Reg. 17.* *Daniel 6.*

Quinam extinxerint impetũ ignis *Numer. 11.* *Infra 16.*

Effugerint q̃ gladij, & conualuerint de infirmitate.
Iob vltimo.
Tobiæ 11.
4. Reg. 20.
Esaiæ 38.

Acceperint mulieresq̃ nam de resurrectione mortuos suos.
Supra 4.
3. Reg. 17.
B. Chrysost. hom. 27. circa medium.

Qui fuerint distenti.
2. Macha. 7

De quibus dictũ sit: Nõ suscipientes redẽptionẽ, vt meliorem inuenirent resurrectionem.
Oecu. cap. 16. sub finẽ.
Theodorii. part. 2.

Quinam ludibria, & verbera experti: insuper & vincula & carceres.
4. Reg. 2.
Ibidem.
Ierem. 37.
3. Reg. 22.
Ieremiæ 32
Infra 37.
3 Reg. 22.

Lapidati qui & secti.
2. Paral. 24
2. Reg. 23.
Origenes.

Tentati; & in occisione gladij qui fuerint mortui.

conjecti in fornacem ignis: quorum historia hîc videtur ab Apostolo canonizari. ¶ *Effugerunt aciem gladij.* Vt Helias, & alij multi. ¶ *Conualuerũt de infirmitate.* Vt Iob, Tobias, & Rex Ezechias. ¶ *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.* Quemadmodùm Sunamitis per Heliſæum ſuſcepit infantem ſuum, & Sarepthana vidua ſuum per Heliam. Chryſoſtomus tamen refert hæc ad reductionẽ ab exilio, in quo erãt quaſi deſperati & mortui: quorum reditum in patriã elegantiſsima parabola oſsium reſurrectionis, quæ erant in Campo, præcinuit Ezechiel cap. 27. ¶ *Alij autem diſtenti ſunt.* Græcè legitur: ἐτυμπανίσθησαν, quod verbum ſignificat Excoriari, ſiue membratim concidi: quod paſsi ſunt ſeptem fratres Machabæi: atque hoc eodẽ verbo vtitur Ioſephus in eorum martyrio deſcribendo. Vt videatur Paulus hoc loco illos libros Machabæorũ canonicos facere. ¶ *Non ſuſcipientes redemptionẽ, vt meliorem inuenirent reſurrectionem.* Quod in illa hiſtoria ſeptem fratrum licet videre: nam ij oẽs ad meliorem reſurrectionem per fidẽ anhelabant. Certè Oecumenius, & Theodoritus hæc verba ad Machabæos referenda interpretantur. ¶ *Alij verò ludibria & verbera experti.* Heliſæus illuſus fuit à pueris; cuius illuſionis vindices extiterunt duo vrſi à Deo immiſsi. Ieremias flagellatus fuit: Michęas Propheta accepit alapam. ¶ *Inſuper & vincula, & carceres.* ſcilicèt experti, vt & Ieremias, cap. 32. & 37. & 3. Reg. 22. Michęas. ¶ *Lapidati ſunt.* Vt Ieremias, quem tradunt in Aegypto à Iudæis lapidatum lapidibus quos abſconderat ſub muro lateritio domus ipſius Pharaonis, vt Epiphanius in eius vita tradit. Zacharias filius Ioiadę 2. Paralip. 24. & Naboth 3. Reg. 21. ¶ *Secti ſunt.* Vt Eſaias, qui lignea ſerra extra ditionibus Hebręorum ſectus fertur, vt Origenes docet in epiſtola ad Iulium Africanum. ¶ *Tentati ſunt.* Vt Iob, & Abraham. ¶ *In occiſione gladij mortui ſunt.* Vt Sacerdotes octoginta quinque à Saule interfecti propter Dauidem, & Prophetæ multi occiſi à Iezabel, & Manaſſes Ieruſalem impleuit ſanguine Prophetarũ iuſtorũ. ¶ *Circuierunt in melôtis, & egônis,* ſiue vt interpres vertit, *in pellibus caprinis.* Quidã melôtas interpretatur pelles cameli; ſed ouillas dicere debuit. Et non tam tentoria ex pellibus, quàm amictus duriores, & aſperiores veſtes ſignificat. Tales fuerunt Helias & Heliſæus, & alij Filij Prophetarum, & Ioannes Baptiſta. Atque in feris animalibus hi Dei ſerui plus clementiæ experti ſunt, quàm in hominibus. Vnde Hilarius à tyrannis excluſus, cùm de Eccleſia pelleretur; *Montes,* dicebat, *& ſyluæ, & lacus, & carceres tutiores ſunt, quàm magnus templorum ſplendor.* ¶ *Egentes, anguſtiati, afflicti.* Indicat illos duris veſtimentis vſos ob inopiam. Tales fuerũt Prophetæ, quos pauit Abdias 3. Reg. 18. ¶ *Quibus dignus non erat mũdus.* Quì cũcta eius blandimenta, & omnem fortunam ſuperarunt, vt nec ſecundis inflarentur, nec aduerſis frangerentur. Mundus enim erat eis iamdiu crucifixus. Et expende, quanto in pretio habeat Deus pios ac fideles, etiamſi mundo vt viles, & pauperes deſpicatui habeantur, & ludibrium, & ſpectaculũ ſui mundo prębere videãtur. Et ideò Deus inuenit eos dignos ſe. ¶ *Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſsionem.* Conſonat hæc ſententia cũ paullò antè dictis: Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſsionibus. Et tamen cap. 6. dixerat, quòd Abrahã accepit repromiſsionem. Quod vt diſſoluamus, dicẽdum eſt, varias extitiſſe Dei promiſsiones, corporeas quaſdam, alias ſpirituales. Item ſubdiſtinguendum de vtriſque: nam Abrahã, Iſaac, & Iacob varias temporalium bonorum acceperunt promiſsiones, vt de propagatione ſeminis, ac de Chriſto ex illa gente naſcituro, & de Terra Chanaam, quas dum viuerent, non acceperunt. Peregrini enim fuerunt ſuper terram, & de promiſsis nil ferè præter conceptum Saræ viuentes obtinuerunt, vt ea ratione dictum ſit,

Iob 1.
Tobiæ 2.
Geneſ. 22.

Quid meloàs quibuſdam, ſed impropriè: Qui circuierint in melotis, & in pellibus caprinis.
4. Regum 1

Matth. 3.

Hilarij magni illius, ſacris ædibus pulſi aſylum tutiſsimum quodnam eluſidem teſtimonio.
3. Reg. 18.

Galat. 6.

Sapient. 3.

Sancti quàm Deo chari & pretioſi.

Ad duodecimã quæſtionem.

De eo quòd Apoſtolus viros pios & fideles à ſe cõmemoratos mortuos eſſe dicit non acceptis repromiſsionibus, cùm aliter conſtet.
Geneſ. 21.

Patriarchæ si promissiones ante mortem accepissent, quid inde.

Abrahã quã do acceperit repromissionem teste Apostolo.

Ioan. 8.

Sancti iustitiã operati quas olim adepti, & non adepti sint repromissiones.

Ad decimã tertiam quæstionem.

De eo quod Apostol⁹ ait sãctos patres sine nobis nondũ fuisse cõsummatos Prima solut.

Apocal. 6.

Altera probabilior.

Quare melior sub nouo morientium, quàm sub veteri Testamento conditio.

Iuxta fidem omnes defunctos fuisse nõ acceptis repromissionibus: vt sit sensus, omnes sic mortuos, vt adhuc sic fidem retinerent. Nam si accepissent dũ viuerent, non essent defuncti in fide: quod enim habetur & possidetur, iam non creditur.

Quòd ergo Hebr. 6. dicitur Abraham accepisse repromissionem, non est referendum ad tempus dum viueret, sed postquã mortuus fuit. Vnde Dñs dixit: *Abrahã pater vester exultauit vt videret diem meum; & vidit, & gauisus est*: & quod paullò antè dictum est de sanctis, qui operati sunt iustitiam, & adepti sunt repromissiones: intelligendum est de certis promissionibus, quarũ iam tẽpus aduenerat, siue spirituales essent, siue tẽporales. Quod verò nunc dicitur, testimonio fidei probatos, non accepisse repromissionem: ad certam & singularem videtur referendum promissionem, nempè illam præcipuã consummatę beatitudinis: quia etsi spiritu animæ sint beatæ, non tamẽ corpore, vtpotè illo adhuc sepulto, & per corruptionem deuorato, donec per resurrectionem ipsi animæ restituatur.

Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur. Videtur respicere Apostolus ad perfectã corporum consummationẽ. Nisi quis dicat propter certam resurrectionis spem habendos esse vt cõsummatos, qui iam prima stola potiuntur, securi de secunda; quam non sine nobis accipient in generali resurrectione.

Sed meliùs dicere possemus, non accepisse illum talẽ beatitudinis consummationem. Si enim accepissent animę gloriam ante Euangelij tẽpus, debuissent consummari ante nos etiã corpore. Vt enim non expectassent mortem Dñi ad beatitudinis animæ cõsummationem, ita nec debuissent expectare mortem omnium ad consummatam corporis gloriam. Melius ergo nobis contingit, qui mox, vbi animam efflauimus, animo beatificamur, postquã sumus in tempore peractę redẽptionis primæ. Et hãc olim opus erat omnes expectare, donec Christus resurgeret, & introduceret eos in Sancta sanctorum. Nam ante summum Pontificem, qui viã strauit, nullus illuc ingressus est. ¶ Porrò Comparatiuum, Melius, referendum est ad statum priscorũ patrum, quia illi non sunt beatificati statim à morte, sed oportuit expectare Christi aduentum, siue descensum ad inferos: in quo nos meliori conditione fruimur, quia si purgati de hac vita decedimus, quamprimùm animo beatitudinem attingimus. At verò corporis gloriam oẽs simul expectamus vsque in diem iudicij, in qua pijs & fidelibus reddenda est. Atque hic sensus, quẽ multi Græci interpretes sequuntur, alteri præstat. Ait enim Oecumenius: *Quomodò melius quiddam? siquidẽ ne illi aliquid amplius, quàm nos, haberẽt in eo, quòd priores coronati essent, vnum desiniuit tempus, vt & nos cum ipsis coronemur. Hoc autem pro nobis est: illi namque sedent irremunerati, nostram expectantes administrationem. Ne sine nobis consummarentur. Non dixit, Coronarentur; sed, quod maiorem habet emphasim, Consummarentur, siue perficerentur, hoc est, acciperent terminum bonorũ, pro quo laborat omnis conatus, & fatigatio eius qui virtute præditus est.* Hæc ille.

Quoniam verò ab Abel Paulus incipit, aliqui ab eo iusto cœptam Ecclesiam arbitrantur. Et quia ait: Hi omnes testimonio fidei probati, &c. vt non sine nobis consummarentur: intellige omnes superiùs enarratos saluos per fidem extitisse, coniunctã cum operibus.

Demùm ex hoc Capite accipe, regnum Fidei latè patere, & non solùm ad articulos in Scripturis expressos extẽdi, sed etiam ad omnes actiones humanas, & opera quæ facimus. Deinde perpende, Fidem non recipere in hoc mundo summa prẽmia, vt in fide Filij Dei cum Paulo viuamus. Denique perspice, fidem semper habere coniunctam patientiam, tam in tolerandis iniurijs, quàm in expectando promisso beatitudinis præmio, ac de his satis.

Hebr. 6.
Infra 9.

Electorũ tã veteris, quã noui Testamenti perfecta consummatio quãdo sit futura.

Oecu. cap. 16. in fine.

Dictum Apostoli: Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarẽtur, rectè expendit Oecum.

Abelẽ primã Ecclesiæ iecisse fundamenta, vnde quidã asserãt

Regnũ fidei latissimum; eius præmiũ in cœlo esse tantum: quid requirat.

Galat. 2.

DISPVTATIO XXII.

In illa verba, cap.12. *Ideoq; & nos tantam habentes impositam nubem testium; deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patiẽtiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in autorẽ fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet,* &c. vsque in finem capitis.

Primũ dub.

CIRCA huius Capitis verba paucæ, & illæ quidem parui momenti occurrunt dubitationes. Primo tamẽ loco inuestiganda erit Apostoli mẽs. Deinde, quæ est ista nubes testium impositа, & quid pondus, & circumstãs peccatum. Tertiò, quomodò per patientiam inuitat ad currendum, cũ patientiæ non sit agere, vel currere, sed pati, & sustinere. Quartò, quomodò Iesus sit autor fidei, & consummator. Quintò, quomodò recogitanda mors Christi, vt nobis vtilis esse possit. Sextò, quid est resistere vsque ad sanguinẽ aduersus peccatum; & quid obliuiscì consolationis, quæ nobis tãquam filijs loquitur. Septimò, quos vocat patres carnis nostrę, & quẽ Patrem spirituum, cùm homo non det carnem sine anima, neque Deus animã sine corpore. Octauò, quomodò ad pacem cum omnibus habendam adhortetur; cùm expediat bellũ potiùs gerere cũ iniquis, & dæmonibus qui nos infestant? Nonò, quomodò Esau non inuenit locum pœnitentię, & an fuerit reprobatus. Nam si de venia à patre impetrata sit sermo, cõstat eum obtinuisse benedictionem: si verò de venia à Deo, quis audeat asserere negasse illi Deũ remissionẽ peccati, cùm ipse eam cum lacrymis quęreret? Decimò, quò tendit, cũ ait: *Non enim accessistis ad tractabilem mon-*

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Genes. 27.

Decimum.

tem, & accesibilem ignem, &c. & vnde accepit Paulus, Moysen dixisse: *Exterritus sum, & tremebundus,* cùm in Scripturis nõ inueniatur. Vndecimò, quomodò sanguis Christi melius loquatur quàm sanguis Abel. Duodecimò, & postremò quæritur, an rectè allegauerit locum Aggæi Prophetæ, qui apertè primum Christi aduentum cõcionatur, non secundum, de quo videtur Paulus loqui; & an alter locus Deuteronomij: (*Etenim Deus noster, ignis consumens est*) & quo totũ Caput hoc finitur, rectè & ad rẽ sit productus.

Vndecimum

Duodecimũ.

Agg. 2.

Deuter. 4.

Primum dubium soluitur, dicẽdo, hactenus Apostolum ad fidẽ tot sanctorum virorũ exemplis incendisse, nunc verò ad patientiam illi coniunctam, & ad pacem, sine quibus fides diu consistere non potest, adhortari: Ideoq; & nos quoque, vt illi enarrati Patres, tantam habentes impositam nubem testium. ¶ Hìc secũda quæstio soluitur. Per nubẽ enim intelligimus copiosã sanctorũ Patrũ multitudinẽ; densum enim raro opponitur. Nã etsi pauci fuissent, debebãt nos suo exemplo inuitare: at vbi ingens est turba, maiores stimulos addit, ac minùs nos possumus excusare, si viam tritã, & à tot Patribus apertã deseramus. Nubes ex vaporibus terræ producitur, & in aëra eleuatur vi Solis, & vento huc atque illuc fertur vt pluat, & iterum descendat super terram ad eam irri-

Ad primam dubitationẽ

De Pauli scopo in præsẽti Capite.

Ad secundũ dubium.

Quid nubes testium impositа.

Nubes vnde fiat, quid efficiat.

gandam,

Sancti viri recte nubes appellantur.

gandam, & fœcundandam, etiamsi nobis ad tempus Solis lucem præripere videatur. Tales sunt sancti viri, qui ex infirma, & imbecilla natura humana in altum vi Solis Christi euehuntur per eximiam vitæ sanctitatẽ, & doctrinam, & huc atque illuc eos mouet Spiritus sanctus, vt ex edito aliquo loco pluuiam doctrinæ verbo & exemplo nobis reddãt. De quibus Esaias: *Qui sunt isti, qui vt nubes volãt?*

Esaiæ, 60.

Isti terram nostræ humanitatis disponunt, & præparant ad fructũ proferendum. Et licèt Solis Christi lucẽ nobis occludere videantur; reuera tamen nihil suum proferunt, sed quod Dei est, & à Diuina Christi luce participatum nobis tradunt, vt & nos ad desideria supernorum eleuemur, & paulatim nubes efficiamur. ¶ Vocat autem nubem, impositam, siue vt Græcum verbum περακείμενον denotat, Circumpositam. Ita vt quocunque oculos vertas, multa vndique occurrant Fidei spectabilia opera, & illustria exempla.

Vndepluant illæ mysticæ nubes.

Nubes cur impositæ.

Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiã curramus. Inuitat Apostolus ad cursum nõ simplicem, sed certatorium, vel cursorium certamen, quod studia, & conatus magis solet accendere: vt constat in his, qui cursu decertant ad brauium accipiendum, quod solus qui cæteros anteuertit, debet accipere. Quis ergo, nisi deposito pondere, & ablatis impedimentis, in via currere valeat, & cæteris palmam præripere? Erat olim in athletis certa quædam ciborum necessitas, & exercitationũ pro varijs certaminum generibus, vt ait Fabius libr. 10. cap. 5. & Apostolus 1. Cor. 9. *Omnis*, inquit, *qui in agone cõtendit, ab omnibus se abstinet:* & cursoribus nihil æquè atq; crassa corporis habitudo obstabat, quã Paulus ὄγκον vocat. Obstabant etiam aliæ circumstantiæ, vt vestes graues, vel vepres, & spinæ, & alia offendicula in via. Et hæc vocat circumstans peccatum, alludens ad significatũ. Et per pondus accipere possumus sarcinam carnis, de qua Salomon: *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem:* quod nobis impedimento est ne nubes efficiamur, & eleuari mereamur in cœlũ per bona desideria: quia & ipsum corpus tædium, & tristitiã patiendi horret.

Christianis quomodò currendum.

1. Cor. 9.

Quintil.

Quid circũstans peccatum, ad literam, & quid pondus.

Sapient. 9.

Circumstãs nos peccatũ quid mysticè

Per circumstans nos peccatum, intellige innatam concupiscentiã, quæ per augmentum bonorum operum, & exercitium fidei deponitur: & quò quis est iustior, eò cõcupiscentia debilior. Nisi velimus illam cõiunctionem, Et, per figuram Exepegesis accipere, id est, vt sit sensus: Deponamus pondus carnis, hoc est, peccatum nos circumstans. ¶ Summa ergo est, nos iam certamẽ ingressos, & in celeberrimo stadio vndique circumstare nos testes, & præsidem Filium Dei, qui ad præmium accipiendum cohortatur: turpissimũ ergo erit in medio stadio vel torpere, vel retrocedere. Quãuis autem homines sancti nõ tantũ testes sint, sed & cursus socij, qui viã nobis præmunierunt: testes tamen maluit vocare, quàm cursores, quò innuat, illos æmulos non esse, qui palmam nobis præripiant, sed gratulatores potiùs qui plaudant, & gratulentur nostræ victoriæ: sicut Christus nõ tantũ agonotheta est, sed manum porrigit, & vires in cursu perueniẽdi ad metã suppeditat. Et hæc de secundo.

Maxima Christianis perpatientiã currendi incitamenta quæ sint.

Sanctos nobiscum cursores Apostolus cur testes appellauerit.

Christus duo præstat in agone Christiano certãtibus

Ad tertium dubium.

Quod tertio loco dubitatum est, patientiæ non esse agere vel currere, sed potiùs pati: sic soluitur: Nã ipsum currere ad martyriũ, pertinet quidẽ ad patientiã, vt ad causam quę remouet, prohibens; ad fidẽ autẽ, & charitatem, vt ad causam efficientem, & mouentem.

Quomodo cursendũ per patientiã est, cum eius non sit agere, sed pati?

Ad quartum dubium.

Aspicientes in autorem fidei, & cõsummatorem Iesum. Quarta hîc quæstio explicanda. Sed primò põderaverbũ, Aspicientes: hoc est, oculos defixos ad metam æternæ vitæ habentes, vt Stephanus, qui in cœlũ intuens, vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei: & qui illuc spectant, dicunt cũ Paulo: *Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Est autem Chri-

Vt sit autor fidei, & consummator Iesus.

Actor. 7.

Rom. 8.

stus autor fidei, & consummator, id est, inchoator, & finitor. Ipse siquidē vt Deus fidem efficit: vt homo, illam nobis promeruit. Estque eius primarium & nobilissimum obiectum: ipse eius fuit prædicator & doctor; ipse inspirator, & confirmator, ipse remunerator perfectus, & beatificator, hoc est, faciens apertè videre quæ olim credidimus: quandoquidem Augustino teste, Fides, est credere quod nondum vides, cuius fidei merces est videre quod credis. Ideò ipse Apostolus alio loco ait: *Vobis donatum est pro Christo, non solùm vt in eum credatis, sed vt etiam pro ipso patiamini*: quod est opus perfectæ fidei, nimirùm per patientiā in certamine currere. Subdit: *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē confusione contempta.* Græca ita habēt: ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς. Estque duplex sensus: alter: Proposuit illi Deus gaudium, si mallet illud; ipse autem loco eius potiùs maluit crucem propter nos. Quem sensum confirmat Nazianzenus apud Oecumenium, dicens: *Cui cùm liberū* inquit, *fuisset manere in propria gloria & diuinitate, non solùm exinanuit semetipsum vsque ad formam serui, sed & crucem sustinuit ignominia contempta.* Hæc ille. Erat autem crux, tormentū ignominiosum, siue ignominia acerbissima, seruis fugitiuis, & latronibus propria. ¶ Est tamen alius sensus verus contra hæreticos, qui nolunt operantem, ad coronam aspicere; ne, vt illi fingūt, efficiatur mercenarius, intuens ad seipsum, vt ad commodū suum. Quasi verò Deus proponat coronam, vt ad illam non aspiciamus, sed contemnamus eam; aut quasi pugnet aspicere ad Deū primario oculo, & secundario ad coronam. Et vt Moyses aspiciebat in remunerationem, & Dauid inclinabat cor suum ad faciendas iustificationes propter retributionem: ita Christus respexit ad gaudium sibi propositū. Quem sensum comprobat quod sequitur: Atque in dextera sedis Dei sedit.

Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsū contradictionem, &c. Nullum fortius exemplum ad patientiam permouet, atque ignominiosa, & acerba Christi passio. Et in his verbis erudimur quę nam sit passionis Christi meditatio salutaris. Expende singulos apices Apostoli: quia non simpliciter Christi passio est recogitāda, & sæpè meditanda ac ruminanda à nobis instar mundorum animalium: quia nō vna, aut altera, aut paucis cogitationibus totam eius virtutem degustare possumus, sed multis ac diuturnis, nimirū, vt in primis cogitemus eum, quis & quantus sit, nempè, Dei Filius: quàm innocens & iustus: quàm propitius, & bene de nobis meritus: & qualem & quantam à peccatoribus sustinuit aduersum semetipsum contradictionem, id est, quàm crudelē, & immanem. Nam hinc rapimur in admirationem tantæ Dei bonitatis, qui vt seruum redimeret, Filium vnigenitū morti immanissimæ exposuit. Deinde rapimur in admirationē sapientiæ Dei, quæ hac via Satanam regno spoliauit. Concipimus etiam grauissimū odium in peccatū, pro quo abolendo passus est Filius Dei. Cernimus perfectissimæ obedientiæ exemplū, qua Deo Patri pro nobis satisfecit. Licet etiam contemplari in Christo passo vniuersarum virtutum chorū, præsertim patientiæ & charitatis. Quòd si aliorum, qui conserui nostri sunt, passiones & afflictiones nos cōsolari possunt; quātò magis omniū Domini contradictio, quam à maximis mūdi peccatoribus (quod solet doloris argumentum efficere) sustinuit? Et vt nunquam atrocius delictū perpetratū fuit, ita nunquam gratius sacrificium, & efficacius Deo oblatum extitit; qđ etiam ipsorum crucifigentium horrendissimū crimen potuit abolere.

Sequitur: *Vt ne fatigemini, animis vestris deficientes.* Memoria siquidem tāti sanguinis fusi, plenissima est credenti consolatio. Est enim crux lignum illud, quod aquas amarissimas dulces reddidit. Est autem deficere, timore tribulationis instāte, fidē abnegare, aut, ppterea à charitate excidere

Christi Dei, & hominis propria.

Fides quid Augustino. *B. Aug. ser. 29. de verb. Apostoli init. to. 10. Philp. 1.*

Fides quæ perfecta.

Quid illud Nazianzeno: Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. *Oecu. cap. 17. prope initium. Philipp. 2.*

Crux quorū propria.

Alter sensus Lutheranos licere negantes propter præmiū operari, cōfutās & damnans.

Hebr. 11.

Psal. 118.

Ad quintum dubium.

Cur, & quomodo passio Christi, & mors nobis recogitanda.

Leuit. 11. Deuter. 14.

Recogitāda sunt quatuor nouissimum.

Primus fructus tantæ meditationis.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quam sustinuit, qualis, & quanta fuerit Christi Domini contradictio, quæ q; salutaris & efficax.

Lucæ 23.

Recogitates Christi crucē, & mortē cur minimē fatigentur: crux quale lignum.

Exod. 15.

Animis deficere hoc loco quid.

Et hæc est optima, & salutaris Christi passi meditatio, quæ omnem fructum boni affectus, & boni operis producit.

Ad VI. dub. Hebræi, quo modo nodū vsque ad sanguinem restitissent, aduersus peccatum repugnantes. Hebr. 10.

¶ *Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes.* Hic explicatur sexto loco dubitatum. Etsi enim, inquit, Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis; non tamen vsque ad sanguinis effusionem restitistis. Vt enim Christo peccato restitit etiam eum totius sanguinis sui diuini, ac prætiosi dispēdio: vos tamen nondum id prestitistis, humanum vestrum sanguinem pro peccato auferendo, aut pro fide tuenda exponendo. Vel hæc verba initium sunt nouæ clausulę, vt quidam volūt: *Nondum*, inquit, *vsque ad sanguinem restitistis, & obliti estis consolationis quæ vobis tanquam filijs loquitur, cum nondū esset tempus obliuiscendi.* Diuina siquidem Sapientia ait: *Fili mi, noli negligere disciplinam.* Disciplina siquidē, quæ Græcè παιδεία dicitur, est per molestias eruditio, teste Augustino, siue salutaris castigatio parentis, vt filium ad virtutis viam dirigat: quam non vult negligi, neque sperui, sed grato animo suscipi, ac sustineri; Et quia fructus magnos producere solet, ne quis retrocederet, aut iam victus manus dare cogatur. Et flagellari, plus est quàm castigari. Et cum Christus neutro indiguisset; vtrumque tamen pro nobis in se erudiendis sustinere voluit, iuxta illud: *Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.* ¶ *Quis enim filius quem non corripit pater?* Argumentatur à communi hominum more. Nemo enim est tam sani capitis, qui filios suos peccantes non corrigat, vt eos ad bonam frugem reducat: quanto minus hoc diuinum; & salubre remedium subtrahet nobis optimus, & cœlestis Pater? Quòd si dicas, cessare hoc correptiouis inter homines officium, simul atque liberi ex adolescentia egressi fuerint; non tamen respectu Dei. Nam quandiu viuimus, minus sumus quàm pueri erga Deum, & egentes disciplina Dei. ¶ *Quòd si*, inquit, *extra disciplinā estis.* Hoc est: siquis non suscipiat tanquam Dei disciplinam, vniuersa aduersa quę patitur; iam non vt filius, cui debetur, vel seruatur hæreditas, tractatur, sed vt spurius ad diabolum spectat: qui potest dici adulter, & corruptor sponsarum Christi. Et ita expeditum est sextum dubium.

Alter sensus.

Prouer. 3. Heb. 12.

Disciplina quid August. ea cur mimine negleganda.

B. August.

Psalm. 72.

Boni patres cur filios corrigant, & Deus maxime peccatores.

Paterna quā diu duret filiorum correptio, ad diuinæ differētiam.

Extra disciplinam esse, quid.

Sequitur septimum: ¶ *Deinde patres quidē carnis nostræ eruditores habuimus, &c.* Argumentatur Apostolus ab eo quod minus est, comparatione dignioris. Si enim homo patrem suum secundùm carnem reueretur, vt natura docet esse faciendum, & illa reuerentia lōgę vt habet promissionem vitæ, & illorum doctrinam suscepimus; ergo etiam Patri spirituum Deo obtemperabimus, & cuius disciplina non tantùm vtilis est ad vitam præsentem, vt illa parentum, sed etiam ad æternam vitam. Adhæc parentes mortales liberos suos, vt visum est, castigant; Deus verò temporare solet suam disciplinam ratione & sapientia, vt nihil in ea sit immoderatum, sicut interdum in illa hominum.

Ad VII. dub. Quinam patres carnis nostræ sint Apostolo.

Exod. 20.

Deo obtemperandū duplicinomine

Patrē vocat spiritum, Deuum: nō quòd creator hominis secundùm carnem non sit: nam ex terra conditus fuit, & Iob ait: *Carne, & pellibus vestisti me*, & Dauid: *Manus tuæ fecerunt me*, quod ad animam attinet, *Et plasmauerunt me*, quantum ad corpus: Nec de anima dubium, quia inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Ex quo apertum relinquitur, animam hominis non esse ex traduce, siue ex materia seminali, vt quidam ex externis asseruerunt, vt Galenus, & quidam ex nostris diu dubitarūt. Deus autem tam corporis, quàm animæ conditor, & proprius pater, & qui hoc nomen concessione quadam in homines transtulit.

Pater spirituum quis.

Gene. 2. Iob. 10. Psalm. 118 Gene. 2.

In eos qui animā rationalē fingunt ex traduce.

Sed quoniam in creandis animabus non adhibet hominum operam, vt in corpore gignendo, & animas spiritu suo reformat; per excellentiam dicitur Pater spirituum, quia per dona spiritualia quæ infundit, pater est: quam etiam paternitatis rationem in alios trāsfert. Vnde Paulus:

Cur Pater spirituum appelletur.

1. Cor.4. Paulus Apostolus qualis Corinthiorū pater.

Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo; sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Addit: *Et viuemus*. Id est, vt viuamus, non ad paucos dies secundùm seculum, sed in vitam æternam.

Quibus omnis disciplina in præsenti videatur non esse gaudij, sed mœroris.

Omnis autem à sciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœris. Omnem mouet lapidem adsuadē dam perseuerantiam in patientiæ disciplina. Et de præsenti dixit non videri disciplinam esse gaudij, sed mœris. Non dixit absolutè, non est; sed, non videtur, scilicèt pueris, imperfectis, qui horrent, ac refugiunt illā, quantum in ipsis est, quia quantum sibi sit vtilis, per ætatem iudicare necdum possunt. At in his qui sapiunt, & qui spiritu feruent, etiam gaudij est materia, quia non tam præsentia, quā futura prospiciunt: vt illi qui ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati; & Iacōbus: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.*

Non mœroris, sed gaudij, sit eadē disciplina quibus. *Act.5.*

Iacob.1.

Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ. Id est fructum respondentem iustitiæ, qui est pax æterna in corpore, & spiritu, tam erga se, quàm erga proximū, sed potissimū erga Deū: *Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & rectos gressus facite, vt non claudicās quis erret.* Anteà dixit, propositū nobis esse stadium ad currendum: quod athletarum est, & pugilum, quibus validæ manus ad luctandum, & fortes pedes ad currēdum sunt opus. Quam cœptam metaphoram persequēs, hęc subiunxit. Et est sensus: Si tantus est tam breuis disciplinæ fructus, resumite vires, & perseuerantiam, vt positis gressus rectos facere sine claudicatione. Sunt enim, qui ambulant, sed non rectè: quoniam altero pede claudicant. In quibus designantur, qui quod rectum est agunt, sed non syncerè, quia ad inanem gloriam, aut ad aliquod commodum temporale respiciunt.

Disciplinā Dei paternā recipiētibus, pacatissimū fructum illa quam reddat iustitiæ.

Duplex lexhorū sēs' verborū, Propterquod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite, &c.

Ambulētclaudicādo qui.

Quomodo Iudæi claudicarent, errantes.

Sed verisimilius est, Paulum hoc loco Hebræos notare voluisse in vtrā que partem claudicantes, quòd partim Christum, partim Mosen reciperent, idq; ob carnis affectionem: & ita claudicans errabat, & abducebatur à via: *Sed magis*, inquit, *sanetur*: quoniam omnis mali animi affectio spiritualis est morbus.

Ijdem turpa nandi.

Pacem sequimini cum omnibus, & Sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Quoniam ita euenire solet, vt dum quisque sibi studet, & mores suos ferri vult, aliorum moribus se accommodare non dignetur; idcirco non tantùm colenda est pax, sed etiam magnis laboribus sectanda, & oblitione illatarum iniuriarum retinenda, & aliorum mores tolerando. Videturq; Apostolus velle notare Iudæos, qui cum Gentibus male cohærebant: aspernabātur enim eas, & inuidis oculis intuebantur, dum considerabant, omnia munda, & æqualia in Christo esse reddita. ¶ Sectanda quoque est Sanctimonia, id est cordis puritas, sine qua nemo videbit Deum: quemadmodum lippis, aut turbatis oculis cerni lux non potest; & quia non intrabit aliquod coinquinatum in cœlestem ciuitatē; & Dominus dixit: *Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Et ostendit nobis non esse aliorum vitijs assentiendum, sed vt habet prouerbium, amicitiam colendam vsque aras tantùm.

Ad VIII. du. De pace cum omnibus sectanda: cum tamen cum quibusdā sit semper belligerandum.

Quid Sanctimonia, & cur sine illa nemo videbit Deum.

Apoca. 21. Matth.5.

Amicitięquo vsque, vt dicitur, hominum colēdæ.

¶ *Contemplantes ne quis desit gratia Dei, siue, ne destituatur gratia Dei.* Vult non sui tantùm, sed & aliorum quoque singulos curam habere. Et quod ait: *Contemplantes*, Græcè est ἐπισκοποῦντες, id est curam agentes, siue diligenter attendēres. Potest ergo quis à gratia semel habita destitui, & à charitate excidere, contra Iouinianum. Est etiam in nobis positum acceptam gratiam retinere, ac non deserere, sed in ea perseuerare, & augeri. Et quisque in hoc debet curam gerere proximi sui: quia mandauit Deus vnicuiq; de proximo suo. Non est ergo efficax gratia Dei in nobis, nisi nos ipsi proprio motu cooperemur, sicut alibi ait: *Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, & alibi;

Quid hoc loco contēplari ne quis desit gratiæ Dei.

Duplex libe ri potestas arbitrij.

Eccli.17. Desit quis gratiæ Dei.

2.Cor.6.

2. Tim. 1.

Admoneo te, inquit Apostolus Timotheo, *vt resuscites gratiam Dei quæ est in te.* Et Satan vbi nos remissos ac segnes viderit, in momento nos circunuenit, vt gratia spoliemur. ¶ *Nequa radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.* Alludit ad verba Deuteronomij cap. 29. vbi promulgata lege Dei ait Moses, cauendum esse ne sit inter Iudæos radix sursum germinans fel, & amaritudinem. Vbi amarulentiã ponit pro felle, & absynthio. Et tam Moses, quã Paulus venenosam, & mortiferam radicem intelligit. Et prædicit talem radicem mortiferam crescere ad corruptionem multorum. Nec iubet singulos eradicare de cordibus suis talem pestem; sed prohibet ne faciamus crescere: quia Ecclesia Dei est tanquam area, & sagena, in qua boni, & mali sũt admixti. Ex tali enim radice odij & superbiæ pullulant hæreses, & detractiones, & schismata. Sequitur: *Ne quis fornicator, aut profanus vt Esau; qui propter vnam escam vendidit primitiua sua.* Esau contra parentum voluntatẽ vxores habuit idolis seruiẽtes; & ideò fornicator dici potuit, & eãdem ratione profanus dici valet, quia rem sacrã, id est matrimonium fœdauit. ¶ Notãda est historia ex Geneſis 25. Coxit autem Iacob pulmẽtum: ad quẽ cùm venisset Esau de agro lassus, ait: *Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidó lassus sum.* Cui dixit Iacob: *Vẽde mihi primogenita tua.* Ille respondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita? Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. Et sic accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, paruipendens quòd primogenita vendidisset. Fuit ergo etiã propter primogenita vendita profanus: quia ius primogenituræ erat quid sacrum, quia in eo sanctum Sacerdotium continebatur. Nã primogeniti ante legem latã Sacerdotes erant. Vnde Nume. 3. dicitur: *Ego tuli Leuitas à filijs Israel pro omni primogenito qui aperit vuluã in filijs Israel.* Profanus autẽ opponitur sancto: nã donec à mũdo non separemur; aut si iam semel seperati in mundi sordes reuoluamur, profani sumus. Et sicut Esau prætulit edulium primogenituræ; ita profani sunt omnes, in quibus regnat mũdi amor, quo creaturas præferũt Creatori.

Deut. 29. Radix sursũ germinans fel, & amaritudinẽ quid.

Ea cur non quidem eradicanda, sed dum crescere permittẽda. Matth. 3. Infra 13.

Genes. 25. Fornicator, & profanus cur vocetur Esau.

Quando, & quomodo, Esau fratri suo Iacob primogenita vendiderit teste Scriptura.

Esau venendo primogenita quare profanus.

Num. 3.

Quo etiã modo alteronos contingat esse profanos.

Sed dubiũ est, quomodò vendi aut emi potuit ius primogenituræ absq; Simoniaca labe, & quomodò nõ fuit iniquitas in Iacob tã vili pretio emere ius primogenituræ, etiã si tantùm vestẽ quæ ad primogenitũ spectabat, vt quidã tradunt, pretio redemerit, de qua Geneſis. 32. Et vestibus Esau valde bonis quas apud se habebat, induit eũ, quę sane vestis ad primogenitũ spectabant, teste Hieron. in q. 9. super Gene.

An Esau vendendo, & Iacob sacra emẽdo primogenita, Simoniaca incurrerint prauitatem. Euche. li. 2. super Gen. c. 25. Hier. lib. 2. de Heb. quæst. t. 3

Certè perdifficilis, & obscura videtur quæstio: nec soluitur, nisi dicamus hæc facta Deo volente, & ordinãte, cuius consensu ius habebat in eam: & Iacob, ad quem ex Dei voluntate, spectabat, tantùm vexationem suam redemisse. Addere etiam possumus ex Alexandro III. Pont. ext. de Simonia cap. *Etsi quæstiones, equũ donatum Cardinali à fratre cuiusdam Archiepiscopi, cui dederat palliũ, non fuisse Simoniam, ob rem modicam.* Et subdit: *Quòd autem scriptũ est: Beatus qui excutit manũ suas ab omni munere: de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere, vel peruertere solent: quoniam si ipsa etiam persona electi offerat ordinatori, vel consecratori suo electuariũ, vel de vino, siue de alijs huiusmodi, quæ modici pretij fuerũt, ex quo voluntatẽ percipientis inclinare, vel mouere non debeant; non tamen Ecclesia Romana interpretari consueuit, accipientem in his delinquere, vel donantem.* Hęc ille. Nulla ergo fuit Simoniæ macula, verùm siue paruum, siue magnum fuisset pretium, constat veram emptionem interueniſſe, etiam iure iurando confirmatã, ac proinde verã Simoniam vtrinq; admissam. Aut si Sacerdotium illud res sacra non erat, vt quidam volunt, quia Sacerdos tũc potestati laicæ Regiæ subditus erat, & nihil vere sacrũ illos tunc administrasse, saltem fuisse iniustitiam ex parte Iacob tam paruo pretio primogenituram ementis, & vltra dimidium iusti pretij dolosè exigentis, & decipiẽtis

Reisacræ pretium quando fieri possit absque Simonia.

Esaiæ. 33. Illud Prophetæ: Beatus qui excutit manus suas ab omni munere, quomodo accipiẽdum.

Simoniæ ab Esau, & Iacob ob vendita, & emptaprimogenita admissæ efficax argum.

Iacob, si nõ Simoniace, emẽdo primogenita, qui peccauerit.

Esau. Ideò redeundum ad priorem sollutionem.

Extremè famelico quando citra crimẽ victus denegetur.

Adde, non obligari hominem gratis pascere fame morientem, quandiu ille habet aliquid quod possit vendere: vt fecit Iacob cum Esau famelico, quia non dedit gratis, quod Esau petebat: & quia facilè homines etiam fratribus suis pacta inita cum eis fragunt, consultò faciunt, & eos iurare compellunt, vt suis velint stare dictis, ac promissis.

Esau cur reprobatus à patre.

¶ *Scitote enim, quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est.* Dum Esau famelicus nihil curaret, nisi vt ventrem repleret, & irrideret fratrem suum, quem fatuum putauit, quòd se sponte edulio lentis priuauerit; sed serò illi aperuit Deus mentem, & mali sui conspectu admonitus, vt iacturæ quam fecerat, sensu moueretur. Ita impij rident cùm peccant; posteà tamen dolent, & lacrymantur; & non inueniunt pœnitentiæ locum fructuosæ. Aliàs satis pœnituit, & fleuit, dum cognouit benedictionem paternam primogenito debitam sibi fuisse præreptam. ¶ *Quanquàm*, inquit, *cum lacrymis inquisisset eam.* Qui olim negabant transgressoribus pœnitentiam, vt Nouatiani, hunc locum producebant, ex particulari malè concludentes vniuersale. Hinc Chrysostomus hoc loco: *Non pœnitentiam damnat, alioqui quomodo iterum velut segnes admonet, & hortatur? Quomodo claudos effectos, & remissos atque solutos, quod est ruinæ principium, vt erigantur, inuitat?* Hæc ille. Sed verè concluderent de reprobatis, qui propria culpa indurari, & reprobari promerẽtur. ¶ *Reprobatus est ergo*, id est repudiatus, & repulsam passus, & sera sua pœnitentia nihil consecutus. Qua ratione etiam peccatores repentino mortis genere correpti, seram pœnitentiam non agunt, vt odio vero, & ex animo peccatum prosequantur, sed tantùm paueſcunt, & cruciantur in inferno ob iacturam bonorũ quæ diligebant. Et ita ibi erit fletus; & stridor dentium. Et Sap. 5. describuntur pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. ¶ *Non ergo inuenit locum pœnitentiæ*, vel apud patrem suum: quia etsi benedixit, non tamen restituit primogenituram, quã priori competere dixit; vel apud Deum, quia non bene eum pœnituit, sed de damno sibi tantùm illato. Vnde volebat interficere fratrem post mortem Isaac patris sui: quod signum est eius impœnitentiæ. Ita explicuimus nonum dubium.

Quid similiter atque Esau, peccãtibus cõtingat

Gen. 27.

Ad IX. dub. An hic locus reprobati Esau impœnitentis faueat Nouatianis.

B. Chryso. hom. 31. circa medcũ. t. 4. sub finẽ

Quinam instar Esau, serã & inutilem agat pœnitẽtiã in felices

Matth. 8.
Infra 22.
Sap. 5.

Subdit Apostolus: *Non enim accessistis ad tractabilem montem, accensibilem ignem, & turbinem, &c.* Causam reddit, cur moneat tam puram, & tam cœlestem agere vitam, quæ respondeat tantæ Legi, tãtoque Pontifici. Vocat montem tractabilem, qui calcari pedibus posset; vt fuit ille mons Sinai, in quo vetus Testamentum datum. Tractabilem eum dicit, vt extenuet dignitatem legis in eo latæ, si conferatur cum lege gratiæ, è sancto monde edita, qui est mons domus Domini in vertice montium: nã ex Christo prodijt lex Euangelica. Quidam legunt, ad contactum montem, per Antiphrasim, quia nemo est eum ausus tangere ex præcepto Dei, qui edixerat: *Cauete ne ascendatis in mõtem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur.* Alijs verò probabilius videtur, dici contactum montem, quasi palpabilem, & sensibilem, & non spiritalem, & cœlestem, vt fuit noster. Quemadmodùm ad extenuanda templa adfertur illud, quòd fuerint manu facta: Deus autem non in manu factis templis habitat, inquit Apostolus, nec in mõtibus tractabiliũ; sed ipse Dominus est verũ templum, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Esau apud patrem Isaac, & apud Deum quare non inuenerit locũ pœnitentiæ.

Hon. 27.

Ibidem. Esau argumẽtum impœnitentiæ.

Ad X. dubi. Ad quid illud: Nõenim accessistis ad tractabilem mõtem, &c.

Exod. 16.

Quisillemõs, & quare tractabilis dicatur. Quid mons domus Domini iuxtà Prophetã.

Esa. 22.

Alijsquidtractabilis mõs, siue cõtactꝰ.

Exod. 19.

Quod sequitur: *Accẽssibilem ignem*, emendari debet, accessibilem, siue accensum, & ardentem ignem, vnde totus mons Sinai fumabat. In eo enim facta sunt tonitrua, & fulgura, in signum legis quæ iram operatur, & concupiscentiæ ardorem ad mortem. ¶ *Et turbinem, & caliginem, & procellam, &*

Altera commodior intelligentia.

Act. 17.

Verum templũ Dei Christus.

Coloss. 2.

Quid accensibilis ignis, quò Iudæi non accesserant.

Exod. 19.
Rom. 4.
Infra 20.

tubæ,

tubæ sonum, & vocem verborum, &c. Turbo denotat angustiam conscientiæ, & perturbationem, quæ sequitur admissum peccatũ: Caligo verò, diuinorum ignorantiam, in qua erant sub lege: Procella, quæ ventis, & imbribus conflatur, irã Dei designabat, propter multitudinẽ præuaricationis legis. Son⁹ tubæ, & vox verborũ legislatoris, denotat spiritum timoris, in quo Iudæi tanquam pueri in lege continebantur: *Loquere*, illi aiebant, *tu nobis* (Moyses) *& audiem⁹: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Et hoc ad incutiendum timorem fuit, ob reuerentiam Diuinæ Maiestatis legem ferentis. ¶ *Moyses dixit, Exterritus sum, & tremebundus.* Hoc in Scriptura nõ habetur, sed in libro aliquo ex traditione accepto: idq; cũ esset in illo mõtis ardore, & fumo Moyses, dixit.

Infra 7. Quid etiam Turbo, Caligo, Procella, & Vox verborum significent.

Rom. 8. 1. Ioan. 4. Exod. 20.

Id: Moyses dixit, Exterritus sum, & tremebũdus, Paulus à quo didicerit.

Quidam verò asserunt oppositum dixisse: dixit enim ad populum territum: *Nolite timere: vt enim probaret vos, venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.* Quare hoc referunt ad tempus, quo primùm vidit Deũ in apparitione rubi, de qua Exo. 3. *Abscondit Moyses faciem suam, non enim audebat aspicere contra Dominum*, & Stephanus Actor. 7. *Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare.* Sed verisimile est, si apparitio in rubo ardenti tantum terrorem incusit, multo maiorem incussisse legislationem, in qua tot instrumenta erant perterrefaciendi. Fuit ergo exterritus, & tremebundus foris. Soluimus decimam dubitationem.

I. Opinio.

Ibidem.

Secunda.

Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœlestẽ, & multorum millium Angelorum frequẽtiam, &c. Ecclesiam Dei intellige ex fortissima Deipara virgine, & alijs electis constantem. Et Ecclesia primùm congregata fuit in monte Sion, in quam descendit Spiritus sanctus: & est ciuitas Dei viuẽtis, de qua: *Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei.*

Supra 3. *Ibidem*

Act. 7. III. Congruentior.

Angelorum frequentiam, vocat Angelos custodes huius vrbis. Et Græcè μυριὰς, decẽ millia significat, & ponitur finitus pro infinito numero. ¶ Dicitur etiam Ecclesia primitiuorũ, qui conscripti sunt in cœlis; id est Apostoli & Discipuli, siue Patriarchæ, & prophetæ, qui sunt veteris Testamenti proceres: quorum omnium nomina scripta sunt in cœlis. ¶ *Et iudicem omnium Deum.* Qui est Iesus Christus. Incutit enim terrorem, vt cogitemus ita nobis offerri gratiam, vt sciremus nobis cum iudice esse negotium, cui reddenda est omnium ratio. ¶ *Et spiritus iustorum perfectorum.* Id est animas iustorum perfectas: quæ lectio emaculatior est quàm illa, Spirituũ, in Genitiuo, quã Græcus, & Syriacus compex cõfirmat. Vocat ergo animas corporibus exutas, spiritus iustorum, qui omnes mũdi huius sordes exuerũt: & ideò vocat perfectos, siue cõsecratos.

Iudæi Sion montem quẽ accesserint & ciuitatẽ Dei viuentis Ierusalem.

Act. 2. *Psalm. 86.* Angelorũ frequẽtia quid, & Ecclesia primitiuorũ qui cõscripti sunt in cœlis

Luc. 10.

Iudex omnium Deus quis, & cur ita vocetur.

Quid spiritus iustorum perfectorum.

Ex hoc loco colligere potes, animas corporibus exutas viuere apud Deum cum Angelis, & ipso iudice Christo.

Et testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentẽ quàm Abel. Alluso est ad vetus testamentum, vbi sanguis aqua mixtus aspergebatur, in signum futuræ aspersionis sanguinis Christi, de qua propheta Esaias cecinit: *Iste asperget gentes multas*; & Petrus in prima Canonica: *In obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi.* ¶ Porrò melius, & efficaciùs clamat, quàm Abel: quia huius sanguis propriè non clamat, sed ipsum parricidium vindictam exigebat à Deo: at Christi sanguis sponte fusus, & aspersus clamat: quia facta per ipsum expiatio quotidie exauditur. Melius etiam loquitur: quia melius nos loqui facit de Christo, quàm de Abel. ¶ *Videte*, inquit, *ne recusetis loquentem.* Id est: Cauete ne vestris peccatis illum impediatis sanguinem pro vobis assiduè deprecantem. *Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur; multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis, auertimus.* Loquitur de Israelitis, qui cõtempserunt Moysen loquẽtem, seu oracula reddentem de terra; cuius peccati & contemptus vindictam non euasserunt. Opponit ergo Moysi in terra oracula fundenti, Iesum de cœlis

Hoc verbo Apostol⁹ quorum damnare videatur errorem.

Quid sanguinis cũ aqua aspersio olim figuraret in lege vetera. *Esai. 52.* *1. Petr. 1.* Ad IX. dub. Sãguis Christi curmeltus clamet quam sanguis Abel *Gen. 4.*

Altera ratio

Quo modo sanguis Christi recusetur loquens.

Iesus de cœlis loquēs vocatū duplici ratione. *Ioan.3.*

nos alloquentem. Et appellatur Iesus de cœlis: quia non est homo purus, sed cœlestis. Qui de sursum, inquit, venit, super omnes est: & eo tempore quo hæc epistola scripta est, iam Iesus sedebat ad dexteram Patris in cœlo.

Iesu loquentis vox quando mouerit terram, teste Paulo. *Psalm. 67.*

Cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens Adhuc semel; & ego mouebo non solùm terram, sed & cœlum. In egressu de Ægypto terræ motus fuit, de quo Propheta; Deus, inquit, cum egredereris in conspectu populi tui: cùm pertransires in deserto; Terra mota est. Similiter & cū legem in monte Sinai tulit. ¶ *Nunc autem repromittit.* Non amplius comminatur, sed per prophetam Aggęum promittit *Adhuc semel*, vel, *vnum modicū, & ego mouebo nō solùm terram, sed & cœlum.* Loquitur de motu, quo concussus est totus orbis terrarum in primo Christi aduentu. Fuit etiam terræmotus in emissione spiritus in cruce, & in resurrectione, vt habes apud Matt. cap. 27. & vltim. & in aduentu Spiritus sancti factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis: & Act. 4. cùm orassent fideles, motus est locus, quo cōmutata sunt corda terrena hominum, & facta cœlestia. Et Aggæus de primo aduentu manifestè loquitur, quia ait: Ego cōmouebo cœlum & terram, & mare, & aridā, & mouebo omnes gētes, & veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria. At verò nec modicum fuisset, si vsque ad secundum Christi aduentū essent hæc præcipuè extendenda: nec Gentes collectæ sunt in vnum locum nisi Christi auspicijs: nec Templum Salomonis superatum est gloria, nisi cùm Christus sua præsentia illud illustrauit, cùm præsentatus fuit à matre, & ad illud deprecandi, aut prædicandi gratia se recipiebat. Non ergo loquitur de secundo Christi aduētu teste Augu. ¶ *Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem tā quam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia.* Ponderat Apostolus illud, Adhuc semel, quod in Propheta est, Adhuc vnum modicum: & declarat translationē eorum quę mouentur, vt maneant quæ non mouentur. Si enim pluries esset mundus, aut orbis concutiendus, translatio eorum quæ non mouentur, fieret in alia, quæ etiā non mouēda essēt, eo quòd superesset alia concussio, & sic deinceps. Sed si semel tantum mundus est commouendus: significatur, quòd translatio eorū quæ mutantur, fiet in ea, quæ nunquā amplius mutabuntur.

Aggæ.2. Idem Iesus quādo mouerit non solū terram, sed & cœlum, teste Ptopheta.

Ex quibus intelligimus, quòd per mysterium Christi incarnati, mortui, & suscitati, quo commota sunt omnia, facta sit trāslatio eorum quæ mouentur, id est legalium ceremoniarū in legem Euangelicam, & in dona, quę in alia amplius non mouebuntur. Et idem mysterium in secundo Christi aduentu: vbi cœlum, & terra mutabuntur in ea, quæ amplius non sint mutanda aliqua motus specie, vel loci, vel augmentationis & accretionis, vel transmutationis, vel generationis, & corruptionis. Et ita loquitur de Christi aduentu in vtrôque statu, primo scilicèt, & secundo iudicij. Græca habent ἔτι ἅπαξ, id est, Adhuc semel, & defenditur lectio Pauli auctoritate Septuaginta. Hebræa verò habēt עוֹד אַחַת מְעַט vbi postrema vox mēhat accipitur pro breui tēpore, sicut Psal. 8. paulò minus, βραχύτι, pro quo hìc ponitur, ἅπαξ. Vt sit sensus, Adhuc, vna scilicèt vice (qđ breui futurū est) vel Adhuc vnū, idq; parū. ¶ Ex quo solidè colligimus contra obstinatos Iudæos, Messiā illis promissum iam diu venisse: nā alioquin nō esset vnū modicū tēporis spatiū, cum à tēpore Prophetæ ad hanc diē præterierint supra duo millia annorū; cōm tamē si veniat tēpore Augusti, anno 42. regni eius, & 34. Herodis, tantū 420. anni intercesserint. Paulo inferius etiā idē Propheta ait: Magna (pro, Maior) erit gloria domus istius nouissimę plus quam primæ, dicit Dūs De⁹ exercituū: nō est ergo tēplū tertiū expectādū, sed illud secūdū fuit nouissimū, ac proinde stāte illo tēplo venit: quod tamen nunc omnino euersū est & destructū, vt nō possit ampliꝰ venire in illud Messias.

Cur tantum semel vniuersus orbis fuerit commouēdus secundū Apostolum.

Per Christum eorū quę mouentur, in ea quæ non mouentur, quæ-nā fuerit facta trāslatio.

Hæc translatio in secūdo Christi aduētu qualis sit futura.

Psalm. 8. Hebr. 2.

Contra Iudæos adhuc expectantes Messiam.

Lucæ 2.

Aggæi. 2. In eosdē nouam rursus Ierosolymitanis perātes instaurationem templi.

Domus Dei, id est Tēplū Salomonis, quādo iuxta Prohetā, gloria fuerit impleta. *Luc. 2.* *Aug. lib. 18 de Ciuitati Dei c. 45.*

Porrò

Quid cœli, & terræ motio futura significet. *Esa. vlt. Rom. 8. 2. Pet. 3.*

Porrò cœli, & terræ succesſio, ſignificat futurum Chriſti regnũ perẽne, qđ Eſaias vocat Cœlum nouum, & terram nouam, quã expectari ab vniuerſa creatura, declarãt Paulus, & Petrus: & per terram intellige totius orbis homines per Euangelium, in ſpẽ ſeculi futuri innouandos: per cœlorũ verò concuſsionem, veteris fœderis ceremonias abrogãdas, allegoricè accepit Paulus. ¶ Quod ait mobilia tãquam facta: idem eſt quod factitia: reſpicit enim ad templũ manufactum. *Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam; per quã ſeruiamus placentes Deo.* Regnum Chriſti, quod eſt immobile, & in quod facta eſt omniũ regnorum translatio, fide ſuſcipitur: de quo Corin. 1. Eripuit nos de poteſtate tenebrarum & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. Et qui ſic ſuſcipit, regnat, quia habet gratiam, per quã ab omni externo, & indigno dominatu liberatur. Et ſeruimus Deo illi placentes (cum metu, & reuerentia) ſiue cum pudore, & religione. Et hoc loco erat inchoanda ſectio vltimi capitis, vt quidam volunt. Vnde dictio: Itaque, Græcè habetur Διὸ. Iã enim aggreditur particulares admonitiones Paulus, quarũ hæc eſt præfatio proximè præcedentibus cohærens.

Commotionis cœlorum quæ Pauli allegoria.

Regnũ Chriſti cur immobile: quomodo ſuſcipitur: ſuſcipiẽs quam habeat gratiã apud Deum.

Quid ſeruire Deo cũ metu, & reuerẽtia.

Et ſubdit: *Etenim Deus noſter, ignis conſumens eſt.* Significat, Deum tantæ eſſe potentiæ, vt valeat vlciſci, & re ipſa vlciſcatur omnes eius regno ſub ijci detrectantes, aut cum metu, & reuerentia non ſeruientes, vt Zelõtes magnus. Vel, vt alij volunt, alludit ad ſacrificium, quod ignis altaris deuorabat. Et Deus omnia noſtra peccata deuorat; ſicut Oſeæ 4. Sacerdotes comedũt peccata populi: ita Deus exurit omnia noſtra vitia, & omnem noſtram ſcoriam conſumit. Sed præſtat prior intelligentia, quia magis cum illis quæ præcedunt, cohæret. Terret ergo, ne ſint Deo ingrati, aut ne ob afflictiones murmurent contra Deum, quia Deus æmulator eſt: aut conſolari vult, tanquam diceret; Nos in afflictionibus gratias agimus, ſiquidem Dominum habemus, qui poſſit conſumere aduerſarios. Et ita poſtremũ dubiũ euacuatũ reliquimus.

Deut. 4. Illud: Etenim Deus noſter ignis cõſumens eſt: quid ſibi velit.

Exo. 20. Alter ſenſus. *Oſea 4.*

Triplici de cauſſa illum locum Paulus produxit

DISPVT. XXIII. atque poſtrema.

In illa verba, cap. 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis: & hoſpitalitatem nolite obliuiſci. per hãc enim placuerunt quidam, Angelis hoſpitio receptis*, &c. vſq; in finem capitis.

Quæſtio prima.

VBI Primũ perſpectus fuerit ſcopus, quærendum eſt cur à charitatis commendatione exordiatur ſuas paræneſes Apoſtolus. Deinde dubiũ eſt, quomodo verum ſit per hoſpitalitatis virtutem placuiſſe quoſdam, Angelis hoſpitio ſuſceptis, aut vt alij legunt, latuiſſe. Tertiò, cur commendet eos qui vinctorum recordantur, cùm id facile ſit; nec magni ſit pretij. Quartò, quomodo eſt honorabile connubium in omnibus? nunquid in Sacerdotibus, aut Sanctimonialibus, aut Religioſis viris. Quintò, quamobrem meminiſſe debebãt præpoſitorum, qui iam vita functi erant. Sextò, quò tendit illa ſententia: *Chriſtus heri & hodie; ipſe & in ſecula*, & qui ſit ſenſus. Septimò, quæ ſint do-

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Decima.

Prima solut. quæst. Quò tendat hoc caput.

Ad charitatem fraternitatis cur Iudæos hortetur Apostol⁹.

Charitas quare fraterna.

Ioan. 15. Vt nos Christus dilexerit, & nos inuicem diligere debeamus. *Matth. 23.*

Secũdę quęstion. sol. De eo quod quidam per hospitalitatẽ placuerunt, Angelis hospitio receptis.

Quare legẽdum, Latuerunt, & non, placuerunt quidam, & quænam huius extiterit erroris occasio.

ctrinæ variæ, & peregrinæ, à quibus cauendum. Octauò, quale est illud altare, de quo edere non habent qui tabernaculo deseruiunt. Nonò, quid est exire castra: videtur enim ad Iudaicam ceremoniam adhortari. Decimò, quomodò sit obedientia superioribus, & maioribus præstanda.

Ad primum, Apostolus post longam disputationem de Fide, & adhortationem ad patientiam, & aduersitatum tolerantiam, adiungit cuique statui vtiles, & accommodas paræneses, vt qui alta suarum disputationum mysteria non caperent, quædam saltem breuia, & aperta documenta, pro suo quisque statu, & gradu, posita inuenirent. Et primo quidem loco ait: *Charitas fraternitatis maneat in vobis.* Quia enim facilè quisque diffluit, cũ sibi plus æquo est addictus, & quia interueniunt offensæ, quæ nos inuicem abalienant, charitatem vt antesignanam omnibus consectandã proponit. Quæ dicitur fraterna, quia nõ aliter Christiani esse possumus nisi viuamus vt fratres. Modò verò nomen ipsum cum re obsoleuisse videtur; cũ tamen dixerit Christus: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos,* nempè vt fratres. Et alibi, *Omnes vos fratres estis,* non quatenus homines, sed quatenus ex Patre meo regeniti estis, & ex matre Ecclesia per Baptismum editi.

Ad secundum, ait: *Hospitalitatem nolite obliuiſci.* Olim vsus multus erat peregrinandi, & hinc inde propter fidei prædicationem, aut persecutionem commigrandi; ideò frequens vsus erat hospitalitatis. Sed nunc hoc officium tantopere à Christo laudatum, & præmio magno remuneratum, vehementer refriguit. ¶ *Per hãc enim quidam placuerunt, vel latuerunt, Angelis hospitio receptis.* Viri eruditi nonnulli non dubitant affirmare hoc loco Interpretem vertisse, latuerunt: & cùm vix intelligeretur sensus, librariorum errore alterum verbũ irrepsisse, placuerunt, in quo primum elementum fuit abiectum, & quartũ ex, t, in c, commutatum. Et significat illos latuisse, quòd Angelos humana specie apparentes domi suæ exceperint. Tales extiterunt Abraham, & Lot in Veteri Testamento, & in Nouo Gregorius Magnus, qui necdum Pontifex, inter alios pauperes Christum ad prandium ignorans excepit. Vnde quidam vertunt: *Per hanc quidam inscij,* vel inscientes exceperunt Angelos hospitio. Quæ verba edisserens Oecumenius: Latebat eñ eos, inquit, attamen ignorantes quòd Angeli essent, ita benignè exceperunt hospitio. Ideò quoque ipsis magna fuit hæc merces: quòd si nouissent, iã nihil magni fecissent. Hæc ille. Vt hic videatur esse sensus: Quemadmodũ piscatores iactãtes retia in mare, margaritas aliquando cum piscibus trahunt: ad eum modum hospitantes homines pro sua charitate peregrinos domi suæ Angelos acceperunt, imò etiam, quod maius est, ipsum Angelorum Dominum Iesum Christum, qui dicturus est: Hospes eram, & suscepistis me. ¶ Interpres autem ad literam magis verba vertit, quàm ad sensum. Sed si veritatem amamus, longè diuersum est dicere per Accusatiuum, Me latet, quo significatur ignorantia, & nescientia; aliud per Nominatiuum, Ego lateo, & significat, occultor, siue abscondor. Et hanc eandem loquendi rationem seruat Græcus sermo. Nam 2. Pet. 3. vbi habemus: *Latet enim eos hoc volentes,* Græcè legimus per Accusatiuum, Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας: vbi ignorantia mera significatur. At hoc loco per nominandi casum ait: Διὰ τοῦτο γὰρ ἐλάθοσάν τινες. Quæ differentia locutionis diligenter est seruanda in Scripturis, vbi hoc verbum modò in primo, modò in secundo significatu accipitur. Et ita Latinis est nõ ignota hæc phrasis, ait enim Poëta:

Latet anguis in herba:
&,
Tu post carecta latebas.

Videtur ergo indicari singulare beneficium, quod accepit Lot Abrahæ nepos per hospitalitatem. Nam cùm vna nocte suscepisset Angelos, & im-

Cur & quos Angeli latuerunt suos hospites. *Gen. 18. Infra 19.*

Oecume. c. 20. in princip.

Matth. 25.

Alter significatus verbi Latuerunt, huic loco cõgruentior.

2. Pet. 3.

Hæc verba: Lateo, & me latet, sensu etiam Scriptura distinguit *Virgil. in Aeclog. 3. circa fin. Idem ibidẽ, sub init.*

puri

Gen. 19. Lot Angelorum hospes, eorum beneficio vt latuerit teste Scriptura.

puri Sodomæ ciues in illos vellent irruere, atq; ille exisset domo, vt eos bonis verbis placaret, & à tanta contumelia hospitibus suis inferẽda reprimeret, cũ vim illi inferre vellent respondentes: Ingressus es, inquiunt, vt aduena, nũquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. Vimq; faciebant Lot vehementissime, iamq; propè erat vt effringerent fores, & ecce miserũt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clauserũtq; ostium: & eos qui foris erant, percusserunt cæcitate à minimo vsq; ad maximum, ita vt ostium inuenire nõ possent. Latuerunt ergo quidam, id est, Absconditi & occultati fuerũt, & ab illis impuris hominib⁹ seruati: & ita Lot absconditus ab Angelis, saluus factus est. Et rectè interpretatur Lot, coopertus, siue inuolutus. ¶ Et quod ait in plurali, τινες, siue quidam, more Scripturæ est positum pro singulari. Etsi dici possit, Lot cum tota domo sua seruatum fuisse.

Ibidem 9. Incredibilis Sodomitarũ audacia, & impudentia: eorũdem pœna.

Tertiò, opus charitatis cõmendat, quod est victorũ recordari, non per solam, & nudam memoriam, quod facilè est, & nullius operæ pretium, sed ad subleuandum, & subueniendum, si supperant facultates: hoc est enim verè meminisse. Quòd si non adsint, saltem commiserandi illi sunt, & Deo qui omnia potest, id officij commendandum. Idẽ enim nobis vinctis subsidium præstari percuperemus: quod similiter nos alijs præstare debemus, dum præsertim audimus tot millia Christianorum in perpetuã seruitutem à Turcis asseruari, quod deberet excutere commiserationis affectum, & officium subuentionis. Addit: *Et laborantium:* κακοχυμένων, id est, eorum qui affligũtur siue in carceribus, siue in xenodochijs, siue in triremibus, siue fame & nuditate, siue quouis alio modo. ¶ *Tanquã & ipsi in corpore simul morantes.* Id est, Tanquam eisdem afflictionibus corpus obnoxium habẽtes; vel, tanquam eiusdẽ corporis mẽbra existentes: ita vos cõmuniter affici decet eisdem malis, vt faciunt inuicem membra eiusdem corporis.

Lot nominis etymologia.

Ad 3. quæst. Quæ tanta laus fuerit Iudæorum meminisse vinctorum.

Quorũ præcipuè debeãt Christiani meminisse vinctorum.

Quid per laborantes hoc loco, quorũ Iudæi debebant meminisse.

Id quomodo Iudæi præstarent, tanquam & ipsi, vt Apostolus ait, in corpore simul morantes.

¶ *Honorabile cõnubium in omnibus & torus immaculatus.* Vel exhortatur vt pudicè, & qua decet honestate coniuges matrimonium colãt; aut ne indignis lasciuijs profanẽt; aut matrimonium extollit tanquam scortationis morbi remedium. Et certè Deus matrimonium benedixit, ac inter duos sanxit, vt vitandos esse promiscuos cõcubitus doceret. Et vult esse honorabile; ne quis dicat malum suapte natura, & damnabile, vt Manichæi. Non dixit, Sanctum, quanquàm sanctificationis in Baptismo partæ sit custos.

Quod verò ait, *In omnibus:* non intelligas, in omnibus hominibus: quia illis, qui iam voto castitatem sibi colendam promiserunt, vt Sacerdotes, & Monachi, repetere coniugium damnabile esset, & primam fidem irritam facerent; cùm legibus etiam Imperatorum Christianorũ capitale sit, si quis sanctimonialem matrimonio sibi iungat. ¶ Hic triumphat Beza, cœlibatus Ecclesiastici legem vocando tyrannidem. Sed quid aliud agant immundi sues, cũ ab his quæ appetunt, arcentur, nisi grũnitus edere? Sed in hos porcos videntur ingressa dæmonia, & per præceps eos raptare in abyssum.

Potest tamen exponi Catholicè, *In omnibus*, scilicet hominibus, qui non sese sua sponte castrauerunt propter regnum cœlorũ: nemo enim ad Sacerdotium, siue ad Monachatum, siue ad vota edẽda cogitur. Siue, in omnib⁹, id est inter omnes & singulas fideles personas; ne vt prisca religione Iudęi detenti, alienigenarum, siue Gentiliũ nuptias refutarẽt. Christus enim mũdauit omnia, & nuptias antiquo peccato fœdatas, sua præsentia honorabiles reddidit. Et quia Paulus superiùs, & in his quæ sequũtur, imperat; subintelligẽdum est verbum aliquod, quo præceptum significetur, hoc modo: Honorabile cõnubium in omnibus, & torus immaculatus, scilicet sit, vel est. Oecumenius verò interpretatur, in omnibus, id est integrè, perfectè, & omnibus modis honorabile, & impollutum, nimirum in contracti-

Ad 4 quæst. In quibus sit honorabile connubium, & torus immaculatus. *1. Cor. 7.* Connubium à Deo institutum cur tantùm inter duos. *Gen 1. & 2. Matth. 19.* Connubium cur sit honorabile. In quib⁹ personis hoc dictum Apostoli locum nullum habeat. *1. Tim. 5.*

Theodorus Beza, Epicurd de grege percus, hoc loco quid grũniat infelix.

Vera, catholicaque eius dicti intelligentia. *Matth. 19.*

Act. 10. Ioan. 2.

Alter sensus Oecumenij eorundẽ verborum: In omnibus. *Oecume. c. 20. sub initium.*

Connubium quibus inde cens, ac turpe.

bus, in nuptijs, in eius vsu, & progressu, in filiorum generatione, & educatione. Non autem, in omnibus hominibus: non enim decet cõiugium aut pueros, aut senes, aut male sanos.

Aduersus fornicantes, & adulteros.

Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Videtur eos petere, qui simplicem fornicationem peccatum esse non putabãt: in quos expresse asserit, fornicatores similiter iudicãdos atq; adulteros: at adulterium, grauissimũ est peccatum, meritò ergo fornicatores veniunt damnandi. Nam si coniugium permissum est, & sine peccato licet ad explendam concupiscẽtiam; quis ergo excusationis prætextus est scortatoribus, & mœchis? Et tacitè insinuat, licere coniugium ad vitandã fornicationem. *Propter fornicationem autem vnusquisq; suam vxorem habeat, & vnaquæq; suum virum habeat.* Etsi in eo loco Apostolus magis ad vsum cõiugij, quàm ad ineundum coniugium inuitet. ¶ *Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus.* Græca habent: Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος; id est sit modus sine auaritia. Non dixit, Nihil esse acquirendum, quia subdit: *Cõtenti præsentibus*, id est his quæ adsunt; sed, sit modus, ne in prodigalitatem vertatur liberalitas, & ne multum anxiè solicitemur de crastino, sed animũ habeamus philosophicũ, contenti præsentibus, quęcunq; illa fuerint, vel pauca, quia natura paucis est contenta: nisi sint filiæ locandæ, aut filij, quibus sit thesaurizandum. ¶ *Ipse enim dixit*, scilicet Dominus, vt olim Pythagorici dicere soliti erant de suo præceptore, Ipse dixit: *Non te deseram, neque derelinquam.* Græcè præsentia ponuntur pro futuris, & hæc sentẽtia Iosu. 1. habetur, sicut altera Psal. 117. *Dominus mihi adiutor; non timebo quid faciat mihi homo.* Quoniam enim bonorum direptionem passi erant propter Christũ, adhortatur, vt vel paucissimis quæ remanserunt, sint contenti; & vt spem suam in Deo collocent, qui pascit hominem, & implet omne animal benedictione.

1. Cor. 7. Illud Apostoli: Propter fornicationẽ vnusquisque suam vxorẽ habeat, &c. quò maxime tendat

Quid illud: Sint mores sine auaritia, cõtenti præsentibus. Matth. 6.

2. Cor. 12. Vox Pythagoreorum. Iosu. 1.

Psal. 117.

Heb. 10.

Mementote præpositorum vestrorũ, qui vobis locuti sunt verbũ Dei. De præpositis perinde viuis, atq; defunctis intelligendum, docet Oecumenius: hi enim verbo, & exemplo præfuerunt Christum prædicando. Theodoritus ita habet: *Dixit de sanctis qui iam erant defuncti, Stephano primo martyre, Iacobo Ioãnis fratre, Iacobo Iusto cognomine, plurimi etiam alij à Iudæorũ rabie perempti fuerant.* Aemulatus est hunc locum Apostoli B. Ignatius in Epistola ad Antiochenses: *Pauli & Petri fuistis discipuli; ne perdatis depositũ. Memẽtote Euodij beatissimi Pastoris vestri, qui primus post Apostolos gubernacula vestræ Ecclesiæ sortitus est: non simus pudori patri, simus genuini filij non autem adulterini: nostis quomodo vobiscũ conuersatus sum: quæ præsens dicebam vobis, hæc & absens scribo.* In cuius postremis verbis imitatur Apostolum ad Philipp. 3. dicentem: *Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.* ¶ *Quorum intuentes exitum* (siue finẽ) *conuersationis, imitamini fidem.* Expleuerant enim illi vitam glorioso pro Christo martyrio. Vel de viuis est accipiendum, hoc modo: Considerãtes quomodo cõuersationem huius vitæ rectè transigant, imitatores estote fidei illorum, qui ad futura aspiciunt. Sed præstare videtur prior sensus, vt de defunctis intelligatur.

Oecum. ibidem.

Iesus Christus heri, & hodie; ipse & in secula. Absoluimus quintum, & iam expediendum est sextũ dubiũ. Quidã sentiunt, hoc dictum esse in eos, qui docebant Iesum Christum non esse illum prænuntiatum, & spectatũ Messiam; & ideò alium venturũ: In quos Paulus ait: *Iesus Christus heri, & hodie; ipse* (siue idem) *& in secula.* Ac si diceret? Alius non veniet: nam qui venit, idem est qui prius erat, & est, & erit in secula. Alij simpliciùs hoc interpretantur, & volunt cum præcedentibus connecti. Nemo putet spẽ imitationis, & assecutionis illorũ præfectorum quos dixi, imposibilem esse: nam ipsi non suis meritis, sed eius auxilio, qui vel nunc nõ deest, nec olim defuit, nec in futurum defuturus est, effecerunt. Idem enim est Christus potestate, & volũtate: nam Iesus est qui

Ad 6. quæst. De ratione, & sensu huius dicti: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula.

Apoc. 1. Infra 4.

Alter sensus.

Matth. 1. Iesu, & Christi munera duo.

saluare

Gen. 19. Lot Angelorum hospes, eorum beneficio vt latuerit teste Scriptura.

puri Sodomæ ciues in illos vellent irruere, atq; ille exisset domo, vt eos bonis verbis placaret, & à tanta contumelia hospitibus suis inferẽda reprimeret, cũ vim illi inferre vellent respondentes: Ingressus es, inquiunt, vt aduena, nũquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. Vimq; faciebant Lot vehementissime, iamq; propè erat vt effringerent fores, & ecce miserũt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clauserũtq; ostium: & eos qui foris erant, percussserunt cæcitate à minimo vsq; ad maximum, ita vt ostium inuenire nõ possent. Latuerunt ergo quidam, id est, Absconditi & occultati fuerũt, & ab illis impuris hominib⁹ seruati: & ita Lot absconditus ab Angelis, saluus factus est. Et rectè interpretatur Lot, coopertus, siue inuolutus. ¶ Et quod ait in plurali, τινες, siue quidam, more Scripturæ est positum pro singulari. Etsi dici possit, Lot cum tota domo sua seruatum fuisse.

Ibidem 9. Incredibilis Sodomitarũ audacia, & impudentia: eorũdem pœna.

Lot nominis etymologia.

Tertiò, opus charitatis cõmendat, quod est victorũ recordari, non per solam, & nudam memoriam, quod facilè est, & nullius operæ pretium, sed ad subleuandum, & subueniendum, si suppetant facultates: hoc est enim verè meminisse. Quòd si non adsint, saltem commiserandi illi sunt, & Deo qui omnia potest, id officij commendandum. Idẽ enim nobis victis subsidium præstari percuperemus: quod similiter nos alijs præstare debemus, dum præsertim audimus tot millia Christianorum in perpetuã seruitutem à Turcis asseruari, quod deberet excutere commiserationis affectum, & officium subuentionis. Addit: *Et laborantium:* κακουχουμένων, id est, eorum qui affligũtur siue in carceribus, siue in xenodochijs, siue in triremibus, siue fame & nuditate, siue quouis alio modo. ¶ *Tanquã & ipsi in corpore simul morantes.* Id est, Tanquam eisdem afflictionibus corpus obnoxium habẽtes; vel, tanquam eiusdẽ corporis mẽbra existentes: ita vos cõmuniter affici decet eisdem malis, vt faciunt inuicem membra eiusdem corporis.

Ad 3. quæst. Quæ tanta laus fuerit Iudæorum meminisse victorum.

Quorũ præcipuè debeãt Christiani meminisse victorum.

Quid per laborantes hoc loco, quorũ Iudæi debebant meminisse.

Id quomodo Iudæi præstarent, tanquam & ipsi, vt Apostolus ait, in corpore simul morantes.

¶ *Honorabile cõnubium in omnibus & torus immaculatus.* Vel exhortatur vt pudicè, & qua decet honestate coniuges matrimonium colãt; aut ne indignis lasciuijs profanẽt; aut matrimonium extollit tanquam scortationis morbi remedium. Et certè Deus matrimonium benedixit, ac inter duos sanxit, vt vitandos esse promiscuos cõcubitus doceret. Et vult esse honorabile; ne quis dicat malum suapte natura, & damnabile, vt Manichæi. Non dixit, Sanctum, quanquàm sanctificationis in Baptismo partæ sit custos.

Quod verò ait, *In omnibus*: non intelligas, in omnibus hominibus: quia illis, qui iam voto castitatem sibi colendam promiserunt, vt Sacerdotes, & Monachi, repetere coniugium damnabile esset, & primam fidem irritam facerent; cùm legibus etiam Imperatorum Christianorũ capitale sit, si quis sanctimonialem matrimonio sibi iungat. ¶ Hic triumphat Beza, cœlibatus Ecclesiastici legem vocando tyrannidem. Sed quid aliud agant immundi sues, cũ ab his quæ appetunt, arcentur, nisi grũnitus edere? Sed in hos porcos videntur ingressa dæmonia, & per præceps eos raptare in abyssum.

Ad 4 quæst. In quibus sit honorabile connubium, & torus immaculatus. *1. Cor. 7.* Connubium à Deo institutum cur tantùm inter duos. *Gen 1. & 2. Matth. 19.* Connubium cur sit honorabile. In quib⁹ personis hoc dictum Apostoli locum nullum habeat. *1. Tim. 5.*

Theodorus Beza, Epicuri de grege per cus, hoc loco quid grũniat infelix,

Potest tamen exponi Catholicè, *In omnibus*, scilicet hominibus, qui non se sua sponte castrauerunt propter regnum cœlorũ: nemo enim ad Sacerdotium, siue ad Monachatum, siue ad vota edẽda cogitur. Siue, in omnib⁹, id est inter omnes & singulas fideles personas; ne vt prisca religione Iudęi detenti, alienigenarum, siue Gentiliũ nuptias refutarẽt. Christus enim mũdauit omnia, & nuptias antiquo peccato fœdatas, sua præsentia honorabiles reddidit. Et quia Paulus superiùs, & in his quæ sequũtur, imperat; subintelligẽdum est verbum aliquod, quo præceptum significetur, hoc modo: Honorabile cõnubium in omnibus, & torus immaculatus, scilicet sit, vel est. Oecumenius verò interpretatur, in omnibus, id est integrè, perfectè, & omnibus modis honorabile, & impollutum, nimirum in contracti-

Vera, catholicaque eius dicti intelligentia. *Matth. 19.*

Act. 10. Ioan. 2.

Alter sensus Oecumenij eorundẽ verborum: In omnibus. *Oecume. c. 20. sub initium.*

Connubium quibus indecens, ac turpe.

bus, in nuptijs, in eius vsu, & progressu, in filiorum generatione, & educatione. Non autem, in omnibus hominibus: non enim decet cõiugium aut pueros, aut senes, aut male sanos.

Aduersus fornicantes, & adulteros.

Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Videtur eos petere, qui simplicem fornicationem peccatum esse non putabãt: in quos expresse asserit, fornicatores similiter iudicãdos atq; adulteros: at adulterium, grauissimũ est peccatum, meritò ergo fornicatores veniunt damnandi. Nam si coniugium permissum est, & sine peccato licet ad explendam concupiscẽtiam; quis ergo excusationis prætextus est scortatoribus, & mœchis? Et tacitè insinuat, licere coniugium ad vitandã fornicationem. *Propter fornicationem autem vnusquisq; suam vxorem habeat, & vnaquæq; suum virum habeat.* Etsi in eo loco Apostolus magis ad vsum cõiugij, quàm ad ineundum coniugium inuitet. ¶ *Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus.* Græca habent: Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος; id est sit modus sine auaritia. Non dixit, Nihil esse acquirendum, quia subdit: *Cõtenti præsentibus*, id est his quæ adsunt; sed, sit modus, ne in prodigalitatem vertatur liberalitas, & ne multum anxiè solicitemur de crastino, sed animũ habeamus philosophicũ, contenti pręsentibus, quęcunq; illa fuerint, vel pauca, quia natura paucis est contenta: nisi sint filiæ locandæ, aut filij, quibus sit thesaurizandum. ¶ *Ipse enim dixit*, scilicet Dominus, vt olim Pythagorici dicere soliti erant de suo præceptore, Ipse dixit: *Non te deseram, neque derelinquam.* Græcè præsentia ponuntur pro futuris, & hæc sentẽtia Iosu. 1. habetur, sicut altera Psal. 117. *Dominus mihi adiutor; non timebo quid faciat mihi homo.* Quoniam enim bonorum direptionem passi erant propter Christũ, adhortatur, vt vel paucissimis quæ remanserunt, sint contenti; & vt spem suam in Deo collocent, qui pascit hominem, & implet omne animal benedictione.

1. Cor. 7. Illud Apostoli: Propter fornicationẽ vnusquisque suam vxorẽ habeat, &c. quò maxime tendat

Quid illud: Sint mores sine auaritia, cõtenti præsentibus. Matth. 6.

2. Cor. 12. Vox Pythagoreorum. Iosu. 1.

Psal. 117.

Heb. 10.

Ad 5. quæst. Cur Iudæi meminisse ꝓpositorũ deberent, & viuorũ, & mortuorum.

Mementote præpositorum vestrorũ, qui vobis locuti sunt verbũ Dei. De præpositis perinde viuis, atq; defunctis intelligendum, docet Oecumenius: hi enim verbo, & exemplo præfuerunt Christum prædicando. Theodoritus ita habet: *Dixit de sanctis qui iam erant defuncti, Stephano primo martyre, Iacobo Ioãnis fratre, Iacobo Iusto cognomine, plurimi etiam alij à Iudæorẽ rabie perempti fuerant.* Aemulatus est hunc locum Apostoli B. Ignatius in Epistola ad Antiochenses: *Pauli & Petri fuistis discipuli; ne perdatis depositũ. Memẽtote Euodij beatissimi Pastoris vestri, qui primus post Apostolos gubernacula vestræ Ecclesiæ sortitus est: non simus pudori patri, simus genuini filij non autem adulterini: nostis quomodo vobiscũ conuersatus sum: quæ præsens dicebam vobis, hæc & absens scribo.* In cuius postremis verbis imitatur Apostolum ad Philipp. 3. dicentem: *Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.* ¶ *Quorum intuentes exitum* (siue finẽ) *conuersationis, imitamini fidem.* Expleuerant enim illi vitam glorioso pro Christo martyrio. Vel de viuis est accipiendum, hoc modo: Considerãtes quomodo cõuersationem huius vitæ rectè transigant, imitatores estote fidei illorum, qui ad futura aspiciunt. Sed præstare videtur prior sensus, vt de defunctis intelligatur.

Oecum. ibidem.

Iesus Christus heri, & hodie; ipse & in secula. Absoluimus quintum, & iam expediendum est sextũ dubiũ. Quidã sentiunt, hoc dictum esse in eos, qui docebant Iesum Christum non esse illum prænuntiatum, & spectatũ Messiam; & ideò alium venturũ: In quos Paulus ait: *Iesus Christus heri, & hodie; ipse* (siue idem) *& in secula.* Ac si diceret? Alius non veniet: nam qui venit, idem est qui prius erat, & est, & erit in secula. Alij simpliciùs hoc interpretantur, & volunt cum præcedentibus connecti. Nemo putet spẽ imitationis, & assecutionis illorũ præfectorum quos dixi, impossibilem esse: nam ipsi non suis meritis, sed eius auxilio, qui vel nunc nõ deest, nec olim defuit, nec in futurum defuturus est, effecerunt. Idem enim est Christus potestate, & volũtate: nam Iesus est qui

Ad 6. quæst. De ratione, & sensu huius dicti: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula.

Apoc. 1. Infra 4.

Alter sensus.

Matth. 1. Iesu, & Christi munera duo.

saluare

Ad 7. quæst. Doctrinæ variæ, & peregrinæ quænam fugiendæ.

Deut. 22.

Ibidem 9.

Ararēt in bone simul, & asino, & sererent vineam duplici semine quomodo Iudæi.

Ephes. 4.

Cor nostrū doctrinis varijs & peregrinis quando minime abducatur.

Act. 10.

Gratia vt stabiliatur cor.

Ioan. 6.

Escæ Iudæis in eis ambulantibus quatenus profuerint.

Psal. 103.

8. quæst. solutio.

De altari de quo ederenō habent potestate qui tabernaculo deseruiunt, quodnam illud sit.

1. Cor. 9.

Infra 10.

Altaris Græca & Hebraica denominatio.

salvare potest: & si Christus est, gratiæ oleum effundere potest, vt eos imitemur. ¶ Et ideò subiungit; *Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci.* Postquā ergo vnus est Christus, prohibet doctrinas varias quæ simul cōuenire nō possunt, vt doctrina Moysis cum doctrina Euangelica: quia esset arare in boue simul & asino, & serere agrum duplici semine, cōtra id quod in lege præceptū est. Talis est omnis doctrina Philosophorum, & Hæreticorum: quia vna veritas est, cui opponitur omnis alia revera contraria doctrina, qualis est Pagana, Iudaica, & Hæretica. ¶ Peregrinas verò doctrinas vocat, quas ignorat Ecclesia, quæ aliunde ad nos veniunt, quàm ex Euāgelio Christi, aut traditione Ecclesiæ. *Nolite abduci*, Hoc est, hac atq; illac circūferri omni vēto doctrinæ. *Optimū est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ nō profuerunt ambulantibus in eis.* Cor nostrū gratia Dei confirmatū, ac fide, varia, & peregrina dogmata nō suscipit. Et innuit quosdam, qui more Iudaico ciborum delectum obseruabant, inutilem prorsus, & iamdiu per Christum extinctum. Sed gratia Dei stabilitur cor in charitate per cibum sanctū, & panem Melchisedec qui de cœlo descendit, & per veram, & solidam fidei doctrinam. Et intellige non profuisse ambulātibus in earum obseruatione ad gratiam Dei, & animæ salutem; bene autem ad cor sustentandum, iuxta illud: *Et panis cor hominis confirmet.* Et sic expeditum est septimum.

Ad octauū dicendum, *Habemus altare; de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt.* Pro cuius loci clariori intelligentia, in primis accipe, altare hîc poni pro sacrificio, vel oblatione, quæ est in altari, per figurā Metonymiæ, de quo alibi; *Qui altari deseruiūt, cum altario participāt;* & iterum, *Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorū.* Vbi mensam vocat altare, siue id quod in altari, vel mensa reponitur. Et Græcè altare vocatur θυσιαστήριον, Hebraicè verò מִזְבֵּחַ à sacrificio, & oblatione. Ideò sermo est de mensa, seu altari Eucharistiæ, quod omnibus Christianis peruium est & accessibile; ideò ait, *Habemus altare*: ad quod nullus Iudæus, aut Infidelis potest accedere, sicut nec olim incircumcisus ad esum agni, vt habetur Exod. 12.

Altare hoc loco nequaquam orationes, vel laudes, vel gratiarum actionem significare, contra Lutheranos

Idcircò vanum est, quod quidā hæretici dicunt, vt effugiant vim argumenti, quod hinc eliciunt Catholici ad probandum, Eucharistiam verum esse sacrificium. Interpretātur enim, de altari orationum, vel laudum, vel gratiarum actionis sermonē habere; quia ex simili altari nihil accipimus edendum, vt hic dicitur: De quo, inquit, edere non possunt Iudæi. Neque altare lapideū erigitur ad laudes Dei canendas, vel preces fundendas. Neq; rursus potest de altari Crucis accipi, vbi Christus vera fuit hostia: sed tale altare solus Christianus non habet, nec se Christus porrexit sub propria specie edendum: & per Danielē prædicitur iuge sacrificium per Antichristum, & suos satellites tollendum. De Eucharistico ergo sacrificio accipiendum est, velint nolint Hæretici; & in hoc altari vera fit expiatio peccatorū per corpus, & sanguinem Christi.

Ad eos qui Iudæi edere de altari Christi nequeāt, & quare.

Ac subiungit: *Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per Pontificem; horum corpora cremātur extra castra.* Ostendit hoc altare non esse in templo, vel tabernaculo conclusum, sed extra portam. Et alludit ad victimam quæ in die expiationis, vel ppitiationis efferebatur: quia de illa victima sanguis quidem inferebatur in Sancta Sāctorum (id enim est quod ait absolutè, Sanctum, vt bis annotatum fuit capite 9.) At de illa extra castra cremata hostia nō edebāt Iudæi. Ita modò de victima nostra extra portam Ierusalem immolata, & in mensa altaris ad edendum posita non gustant Iudæi: fuit enim illud corpus crucifixū, & igne Spiritus sancti absorptum, velut holocaustum Deo acceptabilissimum. A typo verò probat, eos qui manēt in Iudaicis ritibus, non posse Christum manducare: nam spiritualiter manducandus est per fidem, & charitatē, vt vtilis sit esus ad

Verus & proprius huius loci significatus altaris.

Num. 19.

In quæ sācta inferretur hostiæ sanguis immolatæ.

Disputat. 18.

salutem, quòd Iudæus, aut alius Infidelis præstare non potest quamdiu fidem respuit. Quo loco perpende, ꝙ vt Christus mortuus extra portam Ierusalem, designat Christum mortuum pro omnibus, & non tantùm pro Iudæis: ita etiam natus est in spelunca extra Bethleem, & ascendens è monte Oliueti extra Bethaniam, ostendit se pro omnibus natum, & pro omnibus cœlos conscendisse.

Christi mortui extra castra mysteriũ explicatur.

Luc.2.
Infra vlt.
Act.1.

Vnde rectè exhortatur: *Exeamus igitur ad eum extra castra.* Iudaica, quò videlicet nos, qui mortem eandẽ hoc mysterio repræsentamus, edere possimus. Addit: *Improperium eius portãtes.* Id est, eius vestigia sectantes: vt sicut ipse ꝓ nobis est passus, ita & nos pro eius gloria sustineamus. Est enim sustinere improperiũ Christi, similes atque ille pro nobis iniurias pro eo ferre. Vt cap.11. dixit de Mose quòd tulit Christi improperium. *Non enim habemus hîc manentem ciuitatem.* Nam Ierusalem perdiderunt, vt ipsi dixerunt: Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gẽtem: nec spem vllam futuræ ciuitatis habere possunt, & nõ sunt extra castra, sed adhuc vmbras, & figuras sectantur. Nos verò egredimur extra castra, dum veritatẽ puram amplectimur, & ducem nostrũ pugnantem pro nobis contra inimicos sequimur. Est enim ignaui militis manere in castris, somno, & crapulæ vacando, duce ipso nostro acriter pugnante.

Ad 9. quæst. Extra castra quænam exeundum nobis.
Luc. 22.
1. Cor. 11.
Quid improperium Christi portare.
Heb. 11.
Quàm verè dictum de Iudæis: Non enim habem⁹ manentẽ ciuitatem, &c.
Ioan. 11.

Extra castra egrediantur Christiani mystice quãdo.

Et subdit: *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructũ labiorum confitentium nomini eius.* Per ipsum, inquit, dantem dona, & victimam edendam, offeramus preces, & laudes Deo. Quæ verba optimè quadrant Missæ sacrificio, quod nullus Sacerdos sine laude Dei, & diuini inuocatione nominis vnquã obtulit: quãquàm & laici ipsi laudibus, & gratiarum actionibus huic altario assistant, vt bene edant. Et ita Patres hũc locum interpretantur, præcipuè verò Chrysostomus, & Theodoritus, atq; Theophylactus scribẽtes in hæc verba. Adde Hieron. in.c.8. Oseæ super illud; *Multiplicauit Ephraim altaria,* & prætereà Sedulius, & Anselmus.

Per Christũ offeramus hostiam laudis semper Deo, &c. cur potissimum in Eucharistia.

Chrysos. homil. 133, à med.
Theodor. p. 2.
Theophyl.
Hieronym. tom. 6.

Beneficentiæ autem & cõmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs ꝓmeretur Deus. Colligit hoc loco Beza, duo genera sacrificiorum nobis esse relicta, nempè laudum, & beneficentiæ. Sed mirum est hunc hominem tantũ cæcutisse, vt posset putare nos cæcos futuros ad tantam lucem. Cùm enim dixisset Apostolus: *Habemus altare,* id est sacrificium, de quo non potest edere Iudæus, quomodo asserit duo tantùm sacrificiorum genera nobis esse relicta, cùm tria percẽseat Apostolus? & quomodò nobilissimum, & incruẽtum sacrificium, & quod cæteris omnibus est præstantius, homo oculatissimus videre nõ potuit? Vocat facultatum communicationẽ, hostias quibus placatur, siue delectatur, siue conciliatur, siue promeretur Deus. Illa enim omnia verbum Græcũ ἐναριστεῖται complectitur; nisi quòd, promeretur, passiue est accipiendũ. Et vide hæretice merita, & satisfactiones ad abluẽda peccata. Hortatur igitur ad eleemosynas, sicut in sequentibus ad obedientiam superioribus præstandã dicens, Obedire præpositis vestris, & subiacete eis. In quo reprehendendi veniunt Hæretici, qui Ecclesiæ hierarchiam negant, & munera quorũdam qui præcipiunt, & aliorum qui obediunt. ¶ *Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Munus maiorum est pro inferioribus vigilare, & eorum salutem promouere, quoad eius fieri potest. Et rectè dixit: Quasi rationem reddituri, cogitent hoc Episcopi. Nicolaus Papa I. dicebat se pro omnib⁹, & præ omnibus rationem redditurum. Et nõ simpliciter ait, rationem reddituri: quia vbi per eos non stetit, quominus pietatis operibus vacarent, iã onus illud reddendi rationem pro eis, Deo, in inferiorẽ recidit. Et ait: *Pro animabus vestris:* quia peculiaris cura Ecclesiasticorum præpositorũ est, animas inferiorũ pascere, ac regere, iuxta illud quod sapiẽs mulier Iudith .c.8. dixit: *Et nunc fratres, quoniã vos est presbyteri*

Sedul.
Ansel. par. 2.
Id: Beneficẽtiæ, & cõmunionis nolite obliuisci, ad obscurandam hostiæ Eucharisticæ perspicuã veritatẽ vt impius, & insanus Beza detorqueat.

Quid illud: Talib⁹ enim hostijs promeretur De⁹.

Impie Lutherane, contra satisfactiones quid etiam oblatras? nunc tace tãdem, & obmutesce.

Contra Hæreticorũ inobedientiã, & superbiam

Officiũ Præpositorũ, maxime Episcoporum.

Nicolai dictum I. Pontif.

Præpositi quare nó absolutè dicantur, sed quasi rationé reddituri pro subditis.

in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorũ erigite, &c. ¶ *Vt cum gaudio,* inquit, *hoc faciant, & non gementes.* Cũ em pastor videat suas ouiculas contumaces, & sponte errantes, tunc gemens hoc facit, quia non videt vllum suæ vigiliæ fructũ. Ideò cogitur nolens vti virga non sine gemitu. *Hoc enim expedit vobis.* Quasi diceret, etsi gaudio Prælatorum in hoc non consulitis, prospicite tamen vobis, quia eorũ vigilátia cũ gemitu vtilis est vobis, nisi velitis in æternum flere. *Orate pro nobis, confidimus enim quia bonam conscientiã habemus: in omnibus bene volẽtes cõuersari.* Pro omnibus sanctis, & præsertim superioribus inuitat ad orandum Apostolus, vt magis ac magis ꝓficiant: quod est pro se ipsis preces fundere. Et bonam conscientiam habebat Paulus inter omnes: etiãsi videar, inquit, pro Gentibus zelare. Nã & vos mihi estis charissimi, & nihil timemus de his qui nobis obloquũtur. Alia lectio habet: *Quod habetis bonam cõscientiã; in omnibus benevolentes cõuersari.* Fidẽ enim quam prædico, & meipsum hodie non persequimini. *Amplius autem deprecor vos hoc facere, quò celerius restituar vobis.* Volebat enim in propria persona ipsos adhortari, & nõ tãtùm scriptura. Et his verbis se Hebræum significauit, nõ tãtùm illos ipsos, qui persecutionis Pauli causſa extiterant, sed aliorum qui nomine Christiano censebãtur. ¶ *Deus autem pacis qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ouium in sanguine testamẽti æterni,* &c. Vocatur Christus Pastor magnus, & pastorum Princeps 1. Pet. 5. quia omnes Pastoris boni partes impleuit, & postremò animam suam posuit pro ouibus suis, non tantùm ad redimẽdas illas, sed etiã ad pascendas, & de cuius spiritu omnes qui bene pascere volunt, participare debent, & eum imitari, & cui omnes subpastores rationem sui ouilis reddere debent. Et dicitur eductus de morte in sanguine: quia suscitatus est merito effusi sanguinis in sanctificationem dispositam filijs Noui Testamenti. ¶ *Aptet* (siue perficiat) *vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatẽ.* Nã homo perfectus redditur per gratiam bene operans. Et pondera quod ait: Vt faciatis eius voluntatẽ, faciens in vobis quòd placeat corã se. Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere pro sua bona volũtate; non tamen sine nobis. Ita enim ꝓmittit per Ezechielem: *Spiritum meũ ponam in medio vestri; & faciã vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini:* vt apprehendas vim gratiæ, & vim simul liberi arbitrij cooperantis. Omne enim bonum opus totum Dei est, & totum nostrũ.

Quàm expediens nobis pastorum vigilantia.

Pro quibus maximè precandum.

Pastor magnus, & pastorum Princeps cur Christus. 1. Pet. 5. Ioan. 10.

Ille cur eductus de mortuis in sãguine testameti æterni.

Homo perfectus quomodo quis fiat.

Philip. 2.

Ezech. 36.

Contra Pelagianos simul & Manichæos.

Rogo autem vos fratres, vt sufferatis verbum solatij (siue exhortationis) *etenim per paucis scripsi vobis.* Id est: Breuî absolui exhortationes respectu eorũ quæ dicenda erant: quia totam ferè Epistolam in docendo, & argumentando consumpsi. ¶ *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum.* Vel solutum à vinculis: Id enim significat verbum Græcum ἀπολελυμένον. Fuerat em fortè in carcerem cõiectus, & postea solutus. ¶ *Salutant vos de Italia fratres.* Suspectã reddit huius subscriptionis fidẽ Beza, eo quòd non dixit Romani, sed Itali, quòd Romæ captiuus detineretur. Sed ridiculũ profectò est non enim tantùm Romani, sed Itali erant, qui ex multis Italię ciuitatibus Romæ versabantur, qui Paulum aut prædicantem audierant, aut ab eo fidem susceperant. Et nõ erat in dubiũ hoc vocãdum, eo quòd hæc salutatio postremæ, & sibi cõsuetæ salutationi præponitur, nimirum: *Gratia cum omnibus vobis, Amen:* quod est sibi ꝓpriũ: perinde ac si diceret. Valete.

Cur vocet Timotheum dimissum Apostolus.

Circa hanc Pauli salutationem quid sentiat Theodorus Beza.

Tibi laus omnis, diuinissime Pater æterne, diuinarum fons & origo Personarum.

INDEX DISPVTATIONVM HVIVS TOMI DECIMIQVINTI.

Disputationum in obscuriores locos prioris Epistolæ ad Timotheū Liber VII.

DISPVTATIO PRIMA, in qua disseritur de Epistolæ argumento, & de ipso Timotheo; & de loco, & tempore scriptionis eiusdem. pagina 2.

Disputatio II. in illa verba primi capitis: *Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi, cùm irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in Fide. Finis autem præcepti est charitas: de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis Doctores, non intelligentes,* &c. vsque ad illud: *Gratias ago ei, qui me confortauit in Christo Iesu* pagina 7.

Disputatio III. in illa verba: *Gratias ago ei, qui me confortauit in Christo Iesu Domino nostro: quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus,* & reliq. vsque in finem cap. pag. 19.

Disputatio IIII. in illa verba. *Quorum primus ego sum. Sed ideò misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui crediturí sunt illi in vitam æternam,* &c. pag. 42.

Disputatio V. in illa verba, cap. 2. *Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est, & acceptum Saluatori nostro,* &c. pag. 53.

Disputatio VI. In qua reliquis tribus propositis dubitationibus respondetur. pag. 64.

Disputatio VII. In qua agitur peculiariter in Hæreticos, negantes esse vllos alios mediatores ad Deum, qui pro nobis precibus intercedant, præter Christum; non Sanctos, non Angelos, neq; Virginem Deiparam. pag. 73.

Disputatio VIII. in qua argumenta Hæreticorum, quæ contra precationem & inuocationem Sanctorum fiunt, refelluntur, ac diluuntur. pag 85.

Disputatio IX. in illa verba: *Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittētes pietatem per opera bona*, &c. vsque in fin. cap. pag. 97.

Disputatio X. in illa Apostoli verba. 3. cap. *Fidelis sermo. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum.* pag. 109.

Disputatio XI. in Apostoli verba: *Sobrium, prudentem ornatum, pudicū, hospitalem, Doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestū, non litigiosum, non cupidum*, &c. pag. 123.

Disputatio XII. in illa Apostoli verba: *Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum*, &c. vsque in finem cap. pag. 139.

Disputatio XIII. In illa verba Apostoli. 4. cap. *Spiritus autē manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à Fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium*, &c. vsque in fin. cap. pag. 153.

Disputatio XIIII. in verba Apostolica cap. 5. *Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores, in omni castitate. Viduas honora, quæ vere viduæ sunt: si qua autem vidua*, &c. in finem vsque verborum, in quibus agit de viduis Apostolus. pag. 167.

Disputatio XV. in illa verba, cap. 5. *Qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim Scriptura, Non alligabis os boui triturāti: & dignus est operarius mercede sua*, &c. vsque in fin. pag. 185.

Disputatio XVI. in Apostoli verba. 6. cap. *Quicunque sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur*, &c. & reliqua vsque ad illud: *Tu autem, ò homo Dei hæc fuge: sectare vero iustitiam*, &c. pag. 197.

Disputatio XVII. ac postrema in illa Apostoli verba, *Tu autem, ò homo Dei, hæc fuge, sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam, in quam vocatus es*, & reliq. vsque in fin. cap. pag. 210.

Disputationes in obscuriores locos Epistolæ secundæ ad Timotheum.

PRIMA DISPVTATIO, Continens Epistolæ argumentum, & quo tēpore fuerit ab Apostolo hæc Epistola conscripta. pag. 223.

Disputatio II. in primum cap. Epistolæ posterioris ad Timoth. ab eo loco: *Gratias ago Deo meo, cui seruio à progenitoribus meis in conscientia pura*, &c. vsque in finem cap. pag. 226.

Disputatio III. in verba secundi capitis: *Tu vero fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere*, &c. in finem vsque cap. pag. 239.

Disputatio IIII. in verba. 3. cap. Epistolæ posterioris ad Timotheum: *Hoc autem scito, qui in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa; & erunt homines seipsos amantes*, &c. in fin. vsque cap. pag. 257.

Disputatio V. in verba quarti capitis posterioris Epistolæ ad Timotheum. *Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius*, & reliq. vsque in fin. c. pag. 267.

Disputationes in Epistolam ad Titum.

Disputatio prima de argumento quo de agitur in hac Epistola, & de primi capitis dubitationibus: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas & constituas per ciuitates Presbyteros, sicut & ego dispositui tibi*, &c. vsque in fin. cap. pag. 283.

Disputatio II. in verba secundi capitis Epistolæ ad Titum: *Tu autē loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia*, & reliq. vsque in fin. cap. pag. 293.

Disputatio III. in tertij capitis verba Epistolæ ad Titum: *Admone illos Principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos*, &c. in fin. vsque cap. pag. 299.

Disputationes in Epistolam B. Pauli ad Philemonem.

Disputatio prima, pag. 307.

Disputatio II. in Epistolam ad Philemonem, in illa verba: *Gratias ago Deo meo semper memoriam tui faciens*, &c. pag. 309.

Disputationum in Epistolas B. Pauli Apostoli liber postremus: in quo peculiariter Epistola ad Hebræos excutiēda est, & explicanda.

Disputatio prima, in qua agitur, nū hæc Epistola ad Hebræos destinata, Pauli Apostoli sit, an alterius, pag. 317.

Disp. II. In qua Epistola ad Hebræos inter libros Sacros &

Disputatio VIII. in qua argumenta Hæreticorum, quæ contra precationem & inuocationem Sanctorum fiunt, refelluntur, ac diluuntur. pag 85.

Disputatio IX. in illa verba: *Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittētes pietatem per opera bona*, &c. vsque in fin. cap. pag. 97.

Disputatio X. in illa Apostoli verba. 3. cap. *Fidelis sermo. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum.* pag. 109.

Disputatio XI. in Apostoli verba: *Sobrium, prudentem ornatum, pudicū, hospitalem, Doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestū, non litigiosum, non cupidum* &c. pag. 123.

Disputatio XII. in illa Apostoli verba; *Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum*, &c. vsque in finem cap. pag. 139.

Disputatio XIII. In illa verba Apostoli. 4. cap. *Spiritus autē manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à Fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium*, &c. vsque in fin. cap. pag. 153.

Disputatio XIIII. in verba Apostolica cap. 5. *Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores, in omni castitate. Viduas honora, quæ vere viduæ sunt: si qua autem vidua*, &c. in finem vsque verborum, in quibus agit de viduis Apostolus. pag. 167.

Disputatio XV. in illa verba, cap. 5. *Qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim Scriptura, Non alligabis os boui trituranti: & dignus est operarius mercede sua*, &c. vsque in fin pag. 185.

Disputatio XVI. in Apostoli verba. 6. cap. *Quicunque sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur*, &c. & reliqua vsque ad illud: *Tu autem, ò homo Dei hæc fuge; sectare vero iustitiam*, &c. pag. 197.

Disputatio XVII. ac postrema in illa Apostoli verba, *Tu autem, ò homo Dei, hæc fuge, sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam, in quam vocatus es*, & reliq. vsque in fin. cap. pag. 210.

Disputationes in obscuriores locos Epistolæ secundæ ad Timotheum.

PRIMA DISPVTATIO, Continens Epistolæ argumentum, & quo tēpore fuerit ab Apostolo hæc Epistola conscripta. pag. 223.

Disputatio II. in primum cap. Epistolæ posterioris ad Timoth. ab eo loco: *Gratias ago Deo meo, cui seruio à progenitoribus meis in conscientia pura*, &c. vsque in finem cap. pag. 226.

Disputatio III. in verba secundi capitis: *Tu vero fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere*, &c. in finem vsque cap. pag. 239.

Disputatio IIII. in verba. 3. cap. Epistolæ posterioris ad Timotheum: *Hoc autem scito, qui in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa; & erunt homines seipsos amantes*, &c. in fin. vsque cap. pag. 257.

Disputatio V. in verba quarti capitis posterioris Epistolæ ad Timotheum: *Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius*, & reliq. vsque in fin. c. pag. 267.

Disputationes in Epistolam ad Titum.

Disputatio prima de argumento quo de agitur in hac Epistola, & de primi capitis dubitationibus: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas & constituas per ciuitates Presbyteros, sicut & ego dispossui tibi*, &c. vsque in fin. cap. pag. 283.

Disputatio II. in verba secundi capitis Epistolæ ad Titum: *Tu autē loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia*, & reliq. vsque in fin. cap. pag. 293.

Disputatio III. in tertij capitis verba Epistolæ ad Titum: *Admone illos Principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos*, &c. in fin. vsque cap. pag. 299.

Disputationes in Epistolam B. Pauli ad Philemonem.

Disputatio prima, pag. 307.

Disputatio II. in Epistolam ad Philemonem, in illa verba: *Gratias ago Deo meo semper memoriam tui faciens*, &c. pag. 309.

Disputationum in Epistolas B. Pauli Apostoli liber postremus: in quo peculiariter Epistola ad Hebræos excutiēda est, & explicanda.

Disputatio prima, in qua agitur, nū hæc Epistola ad Hebræos destinata, Pauli Apostoli sit, an alterius, pag. 317.

Disp. II. In qua Epistola ad Hebræos inter libros Sacros &

Canonicos tanquam diuina Scriptura reponenda comprobatur. pag.323.
Disputatio III. In qua agitur,nũ hæc Epistola Hebræa lingua fuerit conscripta,an potius Græca,vt quidam contendũt. pag.327.
Disput. IIII. In qua disseritur, cur hæc Epistola inter omnes alias Pauli literas postremum locum sortita sit: & qui sint ij Hebræi ad quos destinatur,&c. pag.351.
Disputatio V. In illa verba capitis primi: *Multifariàm multisq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem*,&c. pag.334.
Disputatio VI. In illa verba: *Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ,purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram Maiestatis in excelsis*,&c. pag.341.
Disputatio VII. in illa Apostoli verba: *Et rursum Ego ero ei in Patrem, & ipse erit mihi in Filium: & cùm iterum introducit primogenitum in Orbem terræ,dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei*,&c.pag.347.
Disputatio VIII. in qua omnia testimonia,quæ in hoc capite continentur,nimirum: *Ad Filium autem,Thronus tuus Deus, in seculum seculi: Virga directionis virga Regni tui*, in finem vsque capitis edisseruntur, & explicantur.pag.353.
Disputatio IX.in illa verba, cap.2. *Propterea abundãtius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus,ne fortè pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo,factus est firmus,& si omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem*,&c. vsque ad illud: *Eum autem qui in modico quàm Angeli minoratus est*,pag.361.
Disputatio X.in illa verba: *Eum autem qui modico quam Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum*, &c. vsque in finem capitis,pag.370.
Disputatio XI. in illa verba, cap.3. *Vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum*, &c. vsque in finem capitis.pag.377.
Disputatio XII. in illa verba,cap.4. *Timeamus ergo,ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius,existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nuntiatum est quemadmodum & illis*, & reliqua vsque in finem quarti cap.pag.347.
Disputatio XIII.in illa verba, cap.5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus,pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deũ, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis*,&c. vsque in finem cap.pag.390.
Disputatio XIIII. in Apostoli verba, cap.6. *Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis,& fidei ad Deum*,&c. vsque in finem cap.6. pag.388.
Disputatio XV. in illa verba, cap. 7. *Hic enim Melchisedec Rex Salem, Sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ egresso à cæde Regum,& benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham,primùm quidem qui interpretatur Rex iustitiæ*,& reliqua,pag.411.

Disputatio XVI. in qua explicantur dubitationes quæ supersunt ex his quæ positæ sunt in septimum caput ad Hebræos. pag. 418.
Disputatio XVII. in illa verba, cap. 8. *Capitulum autem super ea quæ dicuntur, talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorum minister*, &c. vsque in finem cap. pag. 429.
Disputatio XVIII. in illa verba, cap. 9. *Habuit quidem & prius, iustificationes culturæ, & sanctum seculare. Tabernaculum enim factum est primum*, &c. vsque in finem cap. pag. 436.
Disputatio XIX. in illa verba, cap. 10. *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum*, &c. vsque in fin. cap. pag. 450.
Disputatio XX. in Apostoli verba, cap. 11. *Est autem fides, Sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* pag. 462.
Disputatio XXI. In illa verba: *In hac enim testimonium consecuti sunt senes. Fide intelligimus*, &c. pag. 471.
Disputatio XXII. in illa verba, cap. 12. *Ideoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus*, &c. pag. 484.
Disputatio XXIII. ac postrema in illa verba, cap. 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hospitio receptis*, &c. pag. 494.

Finis Disputationum.

INDEX LOCORUM Scripturæ, quæ in hoc tomo decimoquinto explicantur.

Prior numerus paginam: posterior columnam indicat.

EX GENESI.

Cap.1. CReauit Deus hominem ad imaginẽ, &c. pag. 38. col. 1.

Cap.2. Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. 34. 1.

EX IOB.

Cap.5. VOca, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum, &c. 81. 1.

EX LIB. PSALMOR.

Psalm.31. PRo hac orabit ad te omnis Sanctus, &c. 74. 1. & 452. 2.

Psal.35. Homines & iumenta saluabis, Domine. 162. 2.

Psal.39. Sacrificium & oblationem noluisti: corpus autem perfeciſti mihi. 28. 1.

Ibid. In capite libri scriptum est de me. 277. 1.

Psal.56. Dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. 127. 1.

Psal.104. Tu es Sacerdos in æternum, &c. 393.

Psal.127. Vxor tua sicut vitis abũdãs, in lateribus domus tuæ. 295. 1.

EX PROVERBIIS.

Cap.13. QVI parcit virgæ, odit filium. 294. 2.

Cap.18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. 312. 1.

EX ECCLESIASTE.

Cap.2. COaceruaui mihi argentum & aurũ, &c. 298. 2.

EX ECCLESIASTICO.

Cap.24. ABinitio & ante secula creata sum, &c. 37. 2.

Cap.26. Mulier sensata non est immutatio eruditæ animæ. 101. 1.

EX ESAIA.

Cap.53. OBlatus est, quia ipse voluit, &c. pag. 298. col. 1.

Cap.63. Tu enim pater noster; Abraham nescivit nos. 74. 1.

EX IEREMIA.

Cap.3. EGo dominatus sum eorum, 434. 1.

Cap.11. Mittamus lignum in panẽ eius, &c. 429. 1.

Cap.15. Si steterint Moyses & Samuel coram me, &c. 73. 1.

Cap.31. Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domũ Israel, &c. 433. 1.

EX MATTHÆO.

Cap.9. NOn veni vocare iustos, &c. 181.

Cap.18. Nõ dico tibi, septies, sed septuagies septies, &c. 305. 2.

EX LVCA.

Cap.2. ET Iesus proficiebat ætate & sapientia, &c. 393.

EX IOANNE.

Cap. 1. ILluminat omnem hominem venientem, &c. 58.2.
Cap. 3. Nemo ascendit in cœlum, &c. 38.1.
Cap. 10. Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. 37.1.
Cap. 10. Clarifica me Pater, &c. 37.1.
Cap. 16. Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrẽ, &c. 94.2.

EX ACTIB. APOST.

Cap. 10. IN veritate comperi, quia non est personarum acceptor, &c. 64.2.
Cap. 19. Reddat illi Dominus, &c. 277.2.

EX EPIST. AD ROM.

Cap. 8. LEx Spiritus vitæ in Christo Iesu, &c. pag. 16. col. 1.

EX 1. AD CORINT.

Cap. 3. TAnquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, &c. 312.1.
Cap. 4. Nam si decem millia pædagogorum, &c. 312. 1.

EX 2. AD CORINT.

Cap. 1. SIue tribulamur, &c. 8.2.
Cap. 5. Siue sobrij sumus. ibid.

EX EPIST. AD GALAT.

Cap. 2. EGo per legem legi mortuus sum, &c. 16.1.
Cap. 4. Filioli mei, quos iterum parturio, &c. 312.1.

EX EPIST. AD PHILIPP.

Cap. 2. SEmetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c. 33.2.

EX 1. PETRI.

Cap. 2. VOs estis genus electum, &c. pag. 286. col. 1.

EX 2. PETRI.

Cap. 1. DAbo operã & frequenter habere vos post obitum meum, &c. 74.2.

EX 1. IOANNIS.

Cap. 2. VNctio ipsa docebit vos, &c. pag. 431. col. 2.

EX APOCALYPSI.

Cap. 1. DE ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat. 386.1.
Cap. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, &c. 286.2
Cap. 6. Vsquequo Domine sanctus & verus, &c. pag. 74. col. 2.

FINIS.

INDEX SENTENTIARVM NOTABILIVM, QVÆ IN HOC DECIMOQVINTO TOMO CONTINENTVR.

A

Aaronis summi Sacerdotis, & Christi discrimen. pag. 353.
Aaron in quo fuerit Christi typus. 66. 2.
Abrahã decimas dedit Melchisedec. pag. 419. col. 1.
Abraham, Patriarcha vocatur à Paulo, & cur. 420. 1.
Abraham decimas offerens Melchisedeco, pater multarũ Gẽtiũ factus est. 421. 2.
Abstinentia quæ sit conueniens. 159.
Adam prius tempore formatus fuit quàm Eua, & quomodò non fuit seductus, sed Eua. 102. 2. & 103. 1.
Adæ quale fuerit peccatum. 106. 2.
Adæ nominis interpretatio. 366. 2.
Adolescentium mores. 295. 1.
Agricola laborans quis. 243.
Alexander quis, & quæ officia exercuerit, & alia. 277. 1.
Alimenta necessaria. 206. 207.
Angeli & homines vnam Ecclesiam faciunt. 36. 1.
Angelorum qualis sit vita 47. 2.
Angeli qnomodo sint inuisibiles. 48. 1.
Angelorum quæ sit custodia de nobis in terris, & omninò in cœlis. 75. 1.
Angelorum varia munera. 79. 1.
Angelorum triplex acceptio. 346.
Angeli cur filij Dei dicantur. ibid.
Angeli sunt nuntij Dei. 342.
Angeli custodes. 360. & 361.
Antitypa verorum cur Paulus vocet. pag. 445. col. 2.
Antitypa quæ nã ex Dionysij sentẽtia. ibi.
Anus quæ sint in habitu sancto: & multa de illis 294. 1. & seq.
Apollos quis. 206. 2.
Apostoli quas habebant vxores reliquerunt. 117. 1.
Apostoli fuerunt etiam prophetæ. 154. 2.
Apostolorum supellex qualis. 277. 1.
Apostolorum mos orbem peragrantium. 284. 2.
Apostasia à fide, quotuplex. 154. 2.
Arca tria continebat, vrnam, manna, virgam & tabulas, & vnde constet. pag. 438. 2.
Archetypa quæ sunt Dionysio. 446. 1.
Arbitrium hominis liberũ simul operatur cum gratia. 63. 2.
Arriani qualem Deum Christum somniauerint. 298. 1.
Articulos de resurrectione & iudicio profitebantur catechumeni ante baptismum. 401. 2.
Aspergillum ex hyssopo signat Spiritum sanctum. 445. 1.
Auditores verbi Dei quales esse debeant. 362.

B

Baptismus non statim tribuat perfectam virtutem. 130. 2.
Baptismalis candidæ vestis mysterium. p. 214.
Baptismus duplex, aquæ, & ignis, 400. 1.
Baptismus aquæ, signum fidei. ibid.
Baptismi trina immersio. 401. 2.
Baptismus regeneratio & illuminatio cur dicatur. 403. 2.
Benedictio cui impenditur. 420. 1. 2.
Benedictio propria & impropria. 420. 2.
Benignitas quid. 301. 1.
Biblia Sacra quando primùm Græcè legi cœperint, & quamdiu. 349.
Bonorum operum infructuosi quales. pag. 302. 2.
Bonis operibus præesse, quid. 307. 1.
Bona quæ sectanda, mala autem quæ fugienda. 211.
Bonitas Dei maleacta in bonum finem solet conuertere. 113.

C

Capitulum Paulo est compẽdium, aut præcipuum. 430. 1.
Caput libri quod dicatur. 453. 2.
Captiuitas Satanica qualis. 256.
Certamen bonum quale. 211.
Charitas est finis legis. 13. 2.

Charitas vt prior debet esse fide. 310.2.
Charitas omnia sustinet.245.
Cherubim & Seraphim per omne genus enuntiat Scriptura 439.1.
Christus quomodo sit mediator Dei & hominum.65.1.
Christi ad mortẽ oblatio spontanea.65.1.
Christus secundum quam naturam sit mediator.67.2.
Christus orat pro nobis in cœlis, & quomodo.75.1.
Christus quomodo sit vnus tãtùm mediator.86.2.
Christus in cœlo cur preces, non autem sacrificium iteret pro nobis.95.2.
Christus per Spiritum quomodò iustificatus est à peccato.150.1.
Christus quomodò dicatur Saluator omnium hominum.162.2.
Christus cur magnus Deus.298.1.
Christus quomodò nos redemerit.298.2.
Christi in nos benignitas.301.1.
Christus cur Põtifex & Apostolus.387.2.
Christi tentationes.388.2.
Christi preces in Cruce.394.1.
Christus suam gloriam, crucem & mortẽ reputat.395.1.
Christi obedientia Patris mira.395.1.
Christus Sacerdos in quo.410.2.
Christus Sacerdos Leuitico maior.412.2.
Christus quomodò sine genealogia, vt Melchisedec.416.2.
Christi id proprium.418.1.
Christus aliter fuit in lumbis Abrahæ, ac Leui.421.2.
Christus Sacerdos, & eius dignitas.422.1
Christus non de Leui, sed de Iuda, descendit 423.2.
Christus quòd pro nobis interpellet, non tollit quin sancti pro nobis orẽt.426.2
Christus quomodò dicendus pro suis peccatis obtulisse.427.2.
Christus vtrùm in Cruce fuerit Sacerdos ritu Aaron.429.2.
Christus Sacerdos non tollit alios Sacerdotes inferiores.430.1.2.
Christus quando consedit apud Patrem.430.2.
Christus quatenus Pontifex.440.2.
Christus vt per Spiritum sanctum omnia operatus, ita Christianus omnia Spiritu sancto actus debet operari.442.2.
Christus semel se obtulit in Cruce, & cur.
448.1. & sæpius cur in sacrificio Missæ.ibid.2.
Christi aduentus tardior non fuit.448.2.
Christus in secundo aduentu sine peccato apparebit, quid sit.449.2.
Christi hæreditas.339. & 340.
Christus quomodo sit speculum Dei.342.
Christus quomodò sit character.343.
Christus cur sit imago Dei inuisibilis.344
Christi ascensus in cœlum quid nos doceat.345.
Christi regnum æternum.ibid.
Christus præ Angelis differentius nomen quodnam hæreditauit.345. & 346.
Christus veram domum Deo ædificauit, non autem Salomon.348.
Christianorũ fides quæ & qualis.399.2.
Christiani cur populus acquisitionis vocentur.339.
Christanorũ nectar & ambrosia quid sit. pag.456 col.1.
Cibi nulli sunt immundi fidelibus.156. & seq.
Ciborũ vetitorũ in lege tres causæ.291.2
Clericorũ causæ quomodo tractandæ.242
Cœlibatus num autor Melchisedec.414.2
Cœlibatus Sacerdotum an sit de iure diuino.415.1.
Concionator qualis esse debeat.299.1.
Conscientia quæ dicatur bona.14.1.
Conscientia bona est custodia fidei 49.2.
Contentio omnis vitanda.247.
Corepiscopi olim.285.2.
Correptio fraterna qualiter debeat fieri, eiusq; fructus.191.1.
Creta quid.248. & seq.
Cretensi cretizare, quare in prouerbium dicatur 290.2.
Cretenses semper mendaces. ibid.
Cultus latriæ soli Deo debetur. 85.2.

D

Daemonis inuidia. pag.278.col.2.
Depositum nostrũ quod Deus seruat, quale.236.
Depositum bonum.237.
Desideria iuuenilia fugienda sunt.255.
in Dei operibus vnde sumatur ratio conuenientiæ.26.1.
in Dei actib^us volũtatis quæ sit ordo.28.1.
Deus cur dicitur Rex seculorum.47 1.
Deo soli quomodò dicatur honor & gloria.48.1.

Deus quomodo dicatur velle omnium hominum salutem. 58. 1. 2.
Deus quomodò non sit acceptor personarum. 64. 2.
Deus cur factus homo. 391. 1.
Dei dispositione cur rebº amabilibus destituamur. 313.
Deus multis modis patres allocutus est. pag. 336.
Deus in somnis cur loqueretur interdũ. ibidem.
Diaconus quid propriè significet. 141. 2.
Diaconatus an sit ordo Sacer. 142. 2.
Diaconi septem cur electi ab Apostolis. p. 143. col. 2.
Diaconi munera. ibid.
Diaconis quas conditiones assignet Apostolus. 144. 2.
Diaconissæ quæ: & cur Ecclesia Latina hũc ordinem neglexerit. 146. 1.
Digamus quis propriè sit. 121. 1.
Digamus etiam ante baptismum incurrit irregularitatem. 121. 1.
Digamus vnde Episcopus & Sacerdos. ibi.
Dispensatio quotuplex: & quæ in ius diuinum possit cadere. 131. 2.
Diuinum auxilium adest, vbi deest humanum. 21. 1.
Diuitiæ & gloria mũdi vana. 206. & 207.
Diuites huius seculi. 217. & 118.
Doctrina sana quæ sit. 201. 2.
Doctrina Euangelij, lac. 397. 1.
Domus Israel & Iuda quid norent. 433. 2.
Domus Christi quis. 380.

E

Ecclesiæ ordinationes non spectant ad magistratus ciuiles. 286. 1.
Ecclesiæ Ierosolymitanæ & Romanæ priuilegia. 352. 2.
Ecclesiæ lapides qui. 379.
Ecclesia est domus Dei, visibilisq;, & columna, alijsq; modis appellatur. 147. 2. & seq.
Electorum certissimam signum quod. 352.
Episcopus qualis esse debeat. 2. 1.
Episcopus potius rogare debet, quã præcipere, quando est paratũ obsequiũ. 9. 1.
Episcoporum residentia in suis Ecclesijs, non est merè iuris diuini. 9. 1.
Episcopis non licet in suis Ecclesijs nõ residere, nisi iusta ex caussa. 9. 2.
Episcoporum causssæ olim summo Põtifici, vel Archiepiscopo erãt reseruatæ. 10. 1.
ab Episcoporum electione pendet maximè Ecclesiæ salus. 109. 2.
Episcopus nomen quid sonet: variaq; huius nominis acceptiones. 110 1.
Episcoporum munus esse oneris, non honoris. 111. 2.
Episcopatus desideriũ vnde possit vitiari. 112 2.
Episcopi cur debeant irreprehensibiles esse. 114. 2.
Episcopis quomodò nõ liceat de vna Ecclesia ad aliam transire. 116. 1. 2.
Episcopos cœlibatũ colere, necessum fuit. 117. 1. 2.
cur Episcopos Paulus permiserit esse cõiugatos. 119. 1.
Episcopo, vel Sacerdoti post susceptũ ordinẽ non licet ducere vxorem. ibid.
ad Episcopatum vel Sacerdotium bigami non possunt ascendere. 120. 2.
Episcopũ debere esse Doctorem, & nõ neophytũ, potius videtur regula Apostolica, quàm diuinum præceptum. 124. 2.
Episcoporum quæ debeat esse prudentia, 125. 1.
Episcopus quas alias conditiones debeat habere. ibid. & seq.
ad Episcopatum iuuenem quem admittat Apostolica constitutio. 130. 2.
Episcopus neophytus in quale iudicium incidat diaboli. 131. 1.
Episcopus non debet esse neophytus. ibid.
Episcoporum electio debet esse melioris. 132. 2.
Episcop. electº quid debeat facere. 133. 1. 2
Episcopum nobilem & illustrem cur esse oportere dixit Apostolus, 133. 1. 2.
de Episcoporũ residentia cur Paulus inter eorũ cõditiones nihil agat. 136. 1. & illorum residentia cuius iuris sit. ibid.
Episcopus & Sacerdos iure diuino distinguuntur. 142. 1.
de Episcoporum consecratione & ordinibus, alijsq; ceremonijs cur nihil agat Apostolus. 137. 1. 2.
Episcoporum exemplum quale. 164. 2.
Episcopi mitra quid denotet. 165 2.
aduersus Episcopos accusatio qua ratione debeat fieri. 188. 2.
Episcoporum proprium munus. 285. 2.
Episcopi quales: & quas conditiones debent habere. 287. 1.

Episcopus quomodo debeat esse dispẽsator non iracundus, non superbus, non turpis lucri cupidus. 288.1.
Episcopus in quibus præbere debeat exemplum. 295.1.
Episcopi quomodo agere debeant cum hæreticis obstinatis. 304.2.
Episcopatus appeti non debet. 392.1.
Episcoporum vita qualis. ibid.
Episcopi quid obseruare debeant in beneficijs conferendis. 415.2.
Epistolam quare ad Timotheum Paulus scripserit. 3.1.
Epistola ad Timotheum scripta & missa fuit ex Laodicea. 5.2.
Epistola ad Hebræos vnde Græcè scripta probetur. 444.2.
Epistolam ad Romanos Paulus cur scripserit. 319.
Epistolæ ad Hebræos antiquitas in Ecclesia. 324.
Epistola ad Romanos quando scripta, & cur cæteris anteposita. 352.
Erasmus quis. 281.2.
Eucharistiæ sacrificium. 393.1.2.
Eucharistia ob quam caussam instituta. 396.1.
Eucharistiam mittebat Episcopis summus Pontifex in symbolum vnionis. 428.2.
in Eucharistia corporalis Christi præsentia probatur. 446.2 447.1.
Eucharistiæ sacrificium defenditur cõtra hæreticos. 445.1.
Excommunicati corporalem dæmonis vexationem patiebantur olim. 53.1.
Excommunicationis pœna quàm perhorrescenda. 53.2.
Excommunicatus quomodo tradatur Satanæ. 53.1.
Excommunicationem qualis debeat admonitio præcedere. 304.1.
Exemplorum vis. 295.2.
Existentia qualis sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis. 39.2.

F

FIDES, Spes, Charitas, illuminant. pag. 13. col. 2.
à Fide aberrare, quid sit. 14.1.
Fides prima quæ sit. 178.1.2.
Fidei caussæ ad Ecclesiasticos tantùm spectant. 305.2.
Fidei cognitio Christianis omnibus communis, quam infundit Deus & non homo: quam non docebit vnusquisq; proximum suum. 435.1.
Filios in Euangelio generare, quid. pag. 312. col. 1.
Filium Dei ostentui habere, quid. 404.2.
Filius Dei quo die genitus sit à Patre, iuxta Prophetam. 347.
Filius hominis quid sonet. 366.
Fornicatio quare sit peccatum. 18.2.
Fructus & frui, quid significet. 114.

G

GAbriel, Raphael, & Michael, supremi sunt ordinis Angelorum. 360.
Geminatio vocum Hebræis vehementiam denotat. 409.1.
de Genealogijs fabulosis qui Ethnicorum scripserint. 11.2.
Genealogiæ quæ dicantur interminatæ apud Paulum. 12.2.
Gratia datur, nullis præcedentibus meritis. 16.2.
Gratia Dei quare salutifera. 296.1.
Gratia quid: & multa de illa ibid.
Gratia pro gaudio vbi ponatur. 311.1.
Gratiarum actio duplex. 277.
Gustus doni cœlestis ad baptismum pertinet. 404.1.

H

HEreditare, secũdùm Hebræos quid. pag. 49. col. 1.
Hæretici descriptio. 202.2.
Hæretici qualem habeant fidem. 294.1.
Hæreticus homo quis Apostolo. 303.2.
Hæreticos aliter punit magistratus Ecclesiasticus, aliter ciuilis. 304.2.
Hæreticus quis. 305.1.
Hæreticus per excommunicationem quis ab Ecclesia præscindi debeat. 305.1.
Hæreticorum punitio licèt Euangelio non exprimatur, non tamen superstitiosa. pag. 305. col. 1.
Hæreticus quinam sit subuersus. 305.2.
Hæreticus Ecclesiæ gremio non cõtinetur. pag. 306. col. 1.
Hæreticus qua fide credat quos Fidei articulos. 306.1.
Hæretici ferarum nomine veniunt. ibid.
Hæreticorũ vana fiducia, sacrilegia, rapinæ. 205.
Hæreticorũ sermo vt cancer serpit. 249.

Hæreticorum impietas & audacia. 324.
Hebræos vnde constet consueuisse vti nominibus propriis Græcorum. 282. 2.
Homo cur factus fuerit impeccabilis. pag. 313.
Hominum perfectorum & imperfectorum discrimen. 352. & 354.
Homines quomodò regeuerantur in Christo. 347.
Hominis felicitas. 365.
Hominis visitatio à Deo duplex. 366.
Homo quid sonet. ibid.
Hominis excellentia. 667.
Homo quantum sit Angelis minor. 369.
Humilitatis veræ indicium. 45. 1.
Humilitas superba qualis 272.

I

IEiunij laudes. pag. 161. 1.
Ignorantia quæ non excusat à peccato. pag. 20. col. 2.
Immunda facta esse omnia per peccatum, quid sit: per Christi gratiam munda. pag. 262. col. 1.
Inaniloquia vitanda. 249.
Incarnatio reipsa & potissimùm facta est propter peccatum. 23. 2.
Incarnatio facta etiam est ob alios fines. ibidem.
circa Incarnationem probabile est, vnam & eandem esse efficacem voluntatem Dei, siue esset peccatum, siue non. pag 24. col. 1.
Incarnationem non futuram, si non esset peccatum, probabile est. ibid.
Incarnationis potissimus finis non fuit solùm peccatum, sed Dei gloria. 26. 1.
Incarnationem futuram esse, etiam Adamo non peccante, probabilius est. 30. 1. & seq.
Incarnationis quam fidem primus homo habuerit ante peccatum. 40. 2.
Incarnatio quare facta sit propter peccatum. 41. 2.
Inconsideratio omnium malorum occasio est. 378.
Infantia & pueritia nutrienda est bonis artibus & disciplinis. 264.
Infidelitas fuit prima radix corruptionis nostræ naturæ. 104. 2.
Infidelibus nihil mundum. 292. 1.
Infidelis an valeat aliquod bonũ opus morale perficere. 292. 2.
Infideles aliud ore, aliud opere profitentur. 292. 2.
Interpreti Scripturarum quid permissum sit interdum. 349.
Iosue verus quis sit. 385. 1.
apud Iudæos erant fabulosæ genealogiæ. 12. 2.
Israelitæ decimas pendebant Leuitis. pag. 419. col. 1.
Iudaizantes seductores. 289. 2.
Iudæi quale genus hominum. 300. 1.
Iudæos quanto excellentius sit Deus alloquutus quàm Gentes. 337.
Iuramento cur Deus vtatur. 409. 1. 2.
Iustorum in Deo fiducia. 281. 2.
Iusti Veteris Testamenti à Nouo accipiebant iustitiam. 433. 1.
Iustificationes culturæ quid. 437. 1.
Iuuenes sint sobrij. 295. 1.

L

LAc quid sit apud Paulum, & perfectorum cibus. 307. 2.
Laholan Hebræa dictio, id est, in æternũ, quid notet. 424. 2.
inter Legem Nouam & Veterem quid interfit, & qui debeat esse vtriusque vsus. 15. 1.
quæ Lex iusto non sit posita. ibid.
Lex quomodo sit iusto imposita. 17. 1.
Leges Apostolorum quæ sint iuris humani. 138. 1.
Lex, sacrificium, Sacerdotium, coniugata sunt; vnum esse nequit sine alio. pag. 423. 1.
Lex vetus cur abrogata per Christum. 424. 2.
Legem Dei posse seruari, contra Lutheranos. 434. 2.
Lex vetus quorum vmbrã habuerit. pag. 451. 1.
Legis inutilitatem ex iteratione earundem hostiarũ probat Paulus. pag. 451. col. 2.
Legis sacrificia cur Deo non placuerint. 453. 2.
Librorum lectio animum oblectat. pag. 271. 1.
Linguæ vitia. 301. 1.
Linus quis vir. 282. 1.
Lucrum turpe quid. 128. 1.
Lutheranos & alios hæreticos ab Ecclesia apostatasse. 303. 2.

M

MAgi Pharaonis cur non potuerint efficere cyniphes. 262.
Magistri & præceptores improbi. 270. & boni. ibid.
Mammeæ Imperatoris in creandis magistratibus mos. 415. 2.
Manichæi quare detegendi. 306. 1.
Manus leuare puras ad Deum, quid sit. pag. 71. col. 2.
Manuum impositio quotuplex. 192. 1. & 400. 2.
Manuum impositio initialis super catechumenos. 401 1.
Marcion autoritate hæretica vtram ad Timotheum Epistolam refutauit. 3. 1.
B. Mariæ cognatio fuit ex tribu Iuda. 423. 2.
Martyrium quid. 69. 2.
Matres familiàs diligentes sint: & multa de illis. 294. 2.
Matrimonium non dissoluitur per baptismum. 122. 2.
Melchisedech sine genealogia cur. pag. 412. col. 2.
Melchisedec quis, & de nomine eius. pag. 413. col. 1. & 2.
Melchisedech an fuerit Sem. 413. 2.
Melchisedech in quo typus Christi. 416. col. 1.
Melchisedechi sacrificij non meminit Paulus tãquàm notissimi. 428. 1. 2. & quia agit de cruento Christi sacrificio. pag. 429. col. 1.
Membranæ quid: & quare in eis Epistolæ conscriberentur. 277. 1.
Memoria bonorum operum quãdo vtilis, quando periculosa. 272.
Mensæ fideles præuia benedictione, & cũ gratiarum actione debent accumbere. 157. 2.
Miles Christianus qualiter præparandus. pag. 264.
Missæ partes clarè proponuntur. 56. 1.
Mortis nomina varia. 271.
Mulierũ qualis debeat esse ornatus. pag. 98. col. 1.
Mulieribus quo tempore est abstinendum ab ornatu nimio. 100. 1. 2.
Mulier quo tempore docere non debet, sed discere: in Ecclesia præcipuè. pag. 101. col. 1. & 2.
Mulier quàm sit inepta ad docẽdum. pag. 106. col. 1.
Mulier quomodo saluetur per filiorum generationem. pag. 107. 2.
Mulierum propria munera. 108. 1. 2.
Mulieres subditæ viris suis. 295. 1.

N

NEophytus quis sit. 130. 1. Vide Episcopus.
Neophyti qui ad Sacros ordines assumpti. pag. 138. col. 2.
Nobilitatis opinio quàm fallax: & quæ sit vera. 134. 1. 2.
Noe quomodò tribus filijs terram distribuerit. 414. 1.
Nuptiæ quomodò conueniant, & quod bonum illarum. 181. 2.

O

OBedientiæ dignitas. 395. 1. 2.
Oblationis veteris & nouæ discrimen. 432. 1.
Oleum exultationis quid. 355.
Omnia munda mundis, quare dicatur: & eius sensus. 291. 2.
Onesimi etymologia: & multa de illo. pag. 307. & 308.
Onesimus vbi passus mortis supplicium. pag. 309.
Opera bona pariunt spem. 273.
Opera mortua quæ. 399. 2.
Opera creationis cur manibus & digitis Dei fieri dicantur. 357.
Orationum diuersa genera. 53. 2.
Oratio pro quibus debeat fieri. 54. 2.
Oratio debet fieri omni loco. 70. 2.
Orationes quæ in Missa recitantur cur collectæ vocantur. 83. 2.
Oratio Sanctorum. Vide Sancti.
Oratio fusa per Sanctos præstantior est. pag. 85. col. 1.
Oratio quàm munda debeat esse. 352.
Oratio qualis exaudiatur à Deo. 394. 2.

P

PArentes quando non audiendi. 382.
Passio & crux quàm gloriosa Christo. pag. 371.
Passio & mors Christi quàm vtilis. 377.
Pastoris boni officium. 270.
Patris familiàs sapientia & bonitas vnde dignoscitur. 311. 1.

Pauli vetus conuersatio in Iudaismo qualis.20.1.
Paulus quomodò ex ignorantia incredulitatis à Deo sit misericordiam cõsecutus.20.2.
Paulus quomodo dicatur primus peccatorum.43.1.2.
Pauli conuersionem cur celebrat Ecclesia.47.1.
Pauli mira memoria.282.2.
Pauli modestia.285.1.
Paulus ad senectutem deuenit.311.2.
Paulus quare vinctus Christi Iesu. ibid.
Peccatum quomodò moueat diuinam bonitatem ad misericordiam.21.1.
post Peccatum Adæ noua fuit necessaria electorum prædestinatio per Christum. pag.27.col.2.
Peccatis alienis communicandi quatuor modi.193.2.
Peccata quorum hominum dicantur manifesta præcedentia ad iudicium. pag. 195.col.1.
Perfectio iustitiæ quæ propria viatorie. pag.266.
Philemon quis:& multa de illo.307.2.
Pietas quid: & in quem præter Deum habeatur.162.1.
Pietatis quæstus.206.
Pœnitentiæ fundamentum.399.1.
Pœnitentiæ fundamentum cur prius quã fidei iactendum sit. ibid.
Pœnitentia quàm potẽs & efficax.403.1.
Pontificum electio in Melchisedech designata.415.1.
Pontifex summus Christi vicarius,non vero successor,sed Petri.425.2.
Pontifex vetus perpetuus,vt Papa; sed cõtra ius diuinum mutabatur per abusum.426.1.
Prædestinatio aliqua præcedit ex parte obiecti præuisionẽ omnis peccati. pag. 27.col.1.
Prædestinatio nullã habet causam ex parte hominis.27.2.
Prædestinationis effectus quot sint.28.1.
Prædestinatio omnium Angelorum & hominum fuit in Christo.33.2.
Prædicatores per boues mystice in Scriptura significantur.136.2.
Prædicator qualis.235.
Prædicatori quando nullum stipendiũ est postulandum.243.
Prælatis Ecclesiasticis qua ratione aut iure debeatur merces.187.2.
Præuaricationes Veteris Testamenti quas vocet Paulus.443.1.
Presbyteri qui sint duplici honore digni. 185.2.
Presbyteri per singulas ciuitates constituebantur.ibid.
aduersus Presbyterum accusatio quare non sit recipienda.188.2.
Primus vox accipitur p præcipuo in multis locis Scripturæ.43.1.
Principes honorandi.300.2.
Priscæ,seu Priscillæ nomen,mulieris, non viri fuit.281.2.
Promissiones num eædem in Veteri ac in Nouo Testamento.432.2.
Prouidentia Dei erga suos.238.
Proximo malũ imprecari,quando liceat. 278.1.
Puer quid significet.374.

Q

Quæstiones Theologicæ,velScripturæ, quomodo tractandæ.203.2.
Quæstiones inutiles incommoda quæ pariant.204.1.2.

R

Redarguere,quid.289.2.
Reprehensio & obsecratio quibus facienda.269.
Romani,veteres præsertim,Pontifices nũquàm ab Ecclesia defecerunt.303.2.

S

Sabbatum quid sit.385.1.
Sacerdotũ electiones in primitiua Ecclesia sæpe fiebant per reuelationẽ Spiritus sancti.49.1.
Sacerdos, vide Episcopus.
Sacerdos veteris legis, vxorem virginem ducere tantùm debebat.122.2.
Sacerdotes cœlibes aptiores sunt ad exercenda sua munera.135.2.
Sacerdotibus cur Apostolus cœlibatum nõ præceperit.ibid.
de Sacerdotum cœlibatu qualis sit lex Ecclesiæ.160.1.
Sacerdotium quid, & eius conditiones. pag.391.col.1.

Sacerdotij Veteris & Noui distinctio.pag. 422.col.2.
Sacerdotum quoque veterum & nouorum differentia. 424.1.
Sacerdotium Christi ad interpellandum pro nobis, durat vsq; ad iudicium.pag. 426. col.2.
Sacerdotis conditiones, quæ veteribus deerant.426.2.
Sacerdotij noui & veteris antitheses. p. 428.col.1.
Sacerdotis summi vestium intelligentia. 440.2.
Sacramentum Eucharistiæ.393.2.
Sacrificia olim quorum placebant, & quorum displicebant.454.1.
Sacrificium Christi duplex.393.1.
Salem an sit Ierusalem.416.2.
Salutatio Apostolo consueta. 307.2.
Sancti pro nobis preces fundunt.73.1.
Sanctorum inuocationis cur vix Scriptura meminerit.74.1.
Sancti vbi & pro quibus maximè preces fundant.78.1.
Sanctis quomodò res nostræ innotescant. 80.1.
Sanctos licet fidelibus suis orationibus inuocare.81.1.
Sanctos inuocare aliquando præcipimur. 83.2.
Sanctorum merita & intercessiones nihil passioni Christi præiudicant. ibid.
Sancti in cœlo nos & nostra cognoscunt. 89.2.
Sanctorum cur misericordiam implora-mus, cùm illa Dei maior sufficiat. pag. 91.1.
Sanctos cur Iudæi ante Christum non orabant.92.1.
Sanctum seculare, seu mundanum, cur diceretur.437.1.
Sanguis Christi, per quem introiuit in Sancta.442.1.
Sanguinis Christi & vitulorum discrimen.442.2.
Scientiæ profanæ, ac dicta sapientiũ quomodò adducenda sunt ad fidem cõprobandam.11.1.
Scientia quomodò inflet.17.2.
Scriptura veteris legis cur sit nobis necessaria, 17.1.
Scripturæ sensus etiã Patribus incogniti quomodo nõ sunt reijciendi.38.2.
Scripturæ quando primùm ex Hebræa in Græcam linguã fuerint traductæ. pag. 350.
Inter Scripturas sacras & profanas quis possit tantùm discernere.346.
Secularia desideria quæ.296.2.
Seductores & vaniloqui quomodò redarguendi.289.1.
Segola vocis varij significatus. 298.2.
Senes pudici, & multa de illis.294.1.
Sermo fidelis quis dicatur.22.1.
Sermonis Christi efficacia & potestas. p. 386.col.1.
Sermo Dei, gladius & malleus.386.2.
Serui qualiter se gerere debeant circa dominos suos.198.
Seruitus quæ sit naturalis, quæ seruilis; quotq; modis incurritur.199.& seq.
Serui Iudæorum ne sint Christiani, quomodò sit intelligendum.201.1.
Serui sint ergà dominos fideles. 296.1.
Seruorum vitia propria. 308.1.
Sobrius & vigilans quî differant. 124.2.
Sobrietatis officia.297.1.
Sorites genus argumenti à quo inuentũ. 412.2.
Spes & timor, duæ animæ anchoræ. pag. 410.1.2.
Spiritum sanctum effusum esse in nobis, quid.302.1.
Spiritus sanctus vnctio cur dicatur. pag. 404.col.1.
Superbia, malorum omnium radix. 209.

T

Tabernaculi veteris & noui diuersitas.431.1.2.
Tabernaculũ amplius & perfectius quodnam.441.1.
Tempore periculosa quæ. 258.
Tentatio quæ vtilis nobis sit: quæ noxia & perniciosa.208.
Tentatio & persequutio magna quæ sit. 263.
Testamentum Nouũ cur dicatur.433.2.
Testamenti nominis vsus Paulo quis.443 2.& quæ eius confirmationis ratio.p. 441.1.2.
Testamenti Veteris & Noui discrimen. 335.& 362.
Testium falsorum pœna.260.
Thuribulum, seu altare thymiamatis vbi situm.438.1.

Timotheus quis ex multis hoc nomine vocatis fuerit ad quem Paulus scripsit Epistolam. pag. 4. col. 1.
Timotheus à quibusdam dicitur probabilius fuisse Episcopus Ephesiorum. 4. 1.
Timothei qui fuerint insignes in Ecclesia. pag. 4. col. 2.
Timotheus interpretatur honor Dei. 5. 1.
Timotheus non fuit ex septuaginta discipulis Domini. ibid. 2.
Timotheo & Tito cur solis inter omnes Paulus scribat. 10. 1.
Timotheum Episcopum esse, rationibus probatur. ibid.
Titus quis: & multa de illo. 283. 1.
Trophimus quis. 281. 2.

V

VAniloqui & seductores quomodò redarguendi. 289. 1.
Vasa aurea quid, argentea, lignea, & fictilia. 253. & 254.
Velum duplex extitisse in veteri tabernaculo. 437. 1. 2.
Verbi diuini efficacia. 386. 1.
Verbum diuinum gladius est & malleus. ibidem.
Verbum Dei oculatum sicut Argos. pag. 387. pag. 1.
Verecundia propria mulierum & puerorum. 98. 2.
Via Sanctorum propalata cur dicatur. p. 439. col. 2.
Viduæ quod sit officium, qualiterq; sit honoranda. 168. 2.
Viduæ quæ dicantur violare fidem. 175. & seq.
Viduas sustentare omnes debẽt. pag. 187. col. 1.
Vini vsus quibus olim negaretur. 98. 2. & 194. 1. 2.
Vinolentia quàm detestanda, & quibus maximè. 126. 2.
Virginitas amissa reparari nõ potest. 247
Viris cultus muliebris maximè fugiẽdus. 100. 1. 2.
Viscera Sanctorum quomodo dicãtur requiescere. 311. 2.
Voluntas Dei, Angeli & hominis, in quibus differant. 29. 2.
Voluntati Dei quæ ratione humana resistere possit. 61. 1.
Voluntas subsequens quotuplex, & antecedens. 62. 1.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp
Q q Rr Ss Tt Vv. Omnes sunt terniones.

ERRATA.

PAgina 8. col. 1. lin. 4. creditiri lege *crediturі* pag. 8. col. 2. lin. 8. sic rogauite *sicut rogaui te* pag. 10. col. 1. lin. 29. ouia *viua* & col. 2. lin. 25. oosntrario *è contrario* pag. 14. col. 2. lin. 17. esi *est* pag. 31. col. 1. lin. 17. ad finẽ. facit homo *facit hominem* pag. 31. col. 2. lin. 11. medicus *medico* pag. 54. col. 2. lin. 2. versus finem. facent *faciunt* pag. 133. col. 1. lin. 1. ferit *fecit* pag. 180. col. 2. lin. 12. prę cipines *præcipiens* pag. 187. col. 1. circa medium. bonis *bouis* pag. 411. col. 1. in margine ætermius *æternum* pag. 428. col. 2. lin. 20. esuuienti *esurienti* pag. 428. col. 2. in margine. medicũ *medium* & col. 2. ad mediũ Cohamin *Cohamim* pag. 446. col. 1. lin. 8. affectu *aspectu* pag. 472. col. 2. in margin. sextima *septima* pag. 476. col. 1. lin. 6. soluum *solum* pag. 481. col. 2. in margine. legis *ignis*

Madriti, Apud Ludouicũ Sanchez, Anno 1602.

Timotheus quis ex multis hoc nomine e-
rat. Fecit ad quem Pauli Epist.
Epistolam pag. 1. col. 1.
Memorans, quibus dicitur probabi-
liter.
Timotheo & quibus Epistolam scripse-
rit Paulus. pag. 1. col. 1.
Timotheus quo pacto instructus in Scri-
ptis. pag. 1. col. 2.
Timotheus interpretatur honore Dei. 1. 1.
Timotheus non fuit ex Ephesinis ad Ti-
mot. Domini. 1. col. 2.
Timotheo & Tito cur Apostolus inter cæ-
teros Epistolas scripserit. 1. 2.
Timotheum Apostolum & evangelistam
fuisse. ibid.
Titus quis & unde & ubi. 1. 2.
Trophimus quis. 2. 1. 2.

V

Vanitatem & fabulosa quæ mendacii red-
arguendi. 2. 1.
Vas quid apud Apostolum, figurate, & ty-
pice. 2. 1. & 2.
Velum duplex scribitur in veteri taber-
naculo. 2. 1. 2.
Verbi divini efficacia. 2. 1.
Verbum divinum gladius ex & cultellus
dictum.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp
Qq Rr Ss Tt Vv. Omnes sunt terniones.

ERRATA.

Pagina 3. col. 1. lin. 4 credidit lege creditur. pag. 8 col. 2. lin. 8. Ecce typus
pœne vagantis pag. 10. col. 1. lin. 29. cœlis vita & col. 2. lin. 24. constantio &
contrario pag. 14. col. 2. lin. 17. & 18. Fidei bonum
fuit bonum pag. 31. col. 2. lin. 11. medicus medico pag. 44. col. 2. lin. 2. verbis
finem. facere fecisse pag. 113. col. 1. lin. 1. ferit fecit pag. 180. col. 2. lin. 11. pro
cipios præcipiens pag. 189. col. 1. circa medium. bonis boris pag. 40. col. 1. in
margine meminus eorum pag. 228. col. 2. lin. 20. eludiunt ludificat pag.
238. col. 2. in margine. medici medium & col. 2. ad medii Columnin Columnam
pag. 242. col. 2. lin. 8. ad finem adjuta pag. 252. col. 2. in margin. lexima lexima.
pag. 276. col. 1. lin. 6. Solum Solus pag. 282. col. 2. in margine. legis legit

Antverpiæ, apud Ioannem Cnobarum. Anno 1603.